



Ayuntamiento de Madrid

831 I

I 168

El P.º de la
Catedral

I 168

M. FAB. QVINTILIA-

ni oratoriarum institutionum
libri xii. castigati ad fidē opti-
morum exemplarū, & insigni-
ta lectionis disinctione, addi-
tisque in marginē adnotatio-
nibus percomodē illustrati.

ADDITAE SVNT ADNOTATIO-

nes Petri Moschovici eruditissimi in lib. septimo.



PARISIIS.

Apud Iacobum Ketzor sub
archiepiscopum in curia.

M. D. XXXVI.

M. FAB. QVINTILIA-
ni oratoriarum institutionum
libri xii. castigati ad fidẽ opti-
morum exemplariũ, & insigni-
ta lectionis distinctione, addi-
tisque in marginẽ adnotatio-
nibus percomodẽ illustrati.

ADDITAE SVNT ADNOTATIO-
nes Petri Mosellani, uiri eruditi, in lib. septem.



Apud Iacobum Keruer sub
duobus gallis in uia Iacobæa.



Fran. Gryphius Lectori S.

C

Um post multas veteres & nouas editiones hunc librum nos quoque excudendum suscepissimus, uisum est aliquid accuratioris operæ impendendum esse, quo & ipse per se liber uendibilior, & gratior studiosis foret. Itaque industria & labore nō imperiti hominis lectio eius tota recognita est, adhibita optimorū exemplarium collatione: & distincta notis insignioribus: & in margine additi indices per ordinē totius operis, qui non solum compendio ducant legentem ad cuiusque loci cognitionem, sed etiam oculos ipsos admonēant. Proderit, ut spero, hæc opera non tantum ad cognitionis facilitatem, sed etiam ad memoriam: cum alioqui & percipiamus commodius quæ ordine digesta sunt, & eadem percepta tenacius animo affigamus. Nota ¶ capita passim in oratione significat. Altera autem ¶, quæ gracilior est, membris discernendis est accommodata.

INDEX

Tabula se-

RIE LITERA- rum diligenter col- lecta.

A					
	Bufo uerborum	74			
A	Accentuum regulæ apud Latinos	6			
	Æupv nitiosum	68			
	Affectuum diuisio	53			
	Affectus etiam mouentur rebus	52			
	Affectus in narrando	37			
	Affectus in peroratione	51			
	Affectuum mouendorum summa præceptio	53			
	Agendi ratio quadripartita in omni causa &c.	29			
	Alexandri Mag. de arte friuola iudicium	21			
	Allegoria	74			
	Altercationis usus in iudicio	57			
	Amplificatio in nomine	71			
	Anastrophe	75			
	Analogia	7			
	Animorum uitia	27			
	Anœcnomatōn	70			
	Antanaclassis	82			
	Antinomia	65			
	Anticategoria	30			
	Antonomasia	74			
	Æpasia	71			
	Apodixis	42			
	Apophasis	78			
	Appellatio	5			
	Aposiopesis	78			
	Apostrophe	eodem.			
	Apte dicere, & quid in eo obseruandum	96			
	Argumentum	13. & 42			
	Argumenta à fictione	44			
	Argumenta nō solum inuenienda &c. eo.	40			
	Argumentorum dispositio	47			
	Argumentatio in narratione	37			
	Arte non omnia tradi posse	66			
	Aschematon	70			
	Attentio	32			
	Auersio	78			
	Autores optimi quique legendi	88			
	Autoritas dicentis in narrando.	37			
B					
	Arbarisimus	5			
B	Barbarisimi species eodē.				
	Beneuolentia unde ducatur	31			
	Boni consulere	8			
	Βραχυλογία.	71			
C					
	Acophaton	70			
C	Cacosyntheton eodem.				
	Cacozelon eodem.				
	Causa	24			
	Causa iniqua, etiam cum susceperis				
	deserenda	109			
	Ceratina & Crocodiline ambiguitates	10			
	Cœnismos	70			
	Chironomia	11			
	Chriarum genera	10			
	Ciceronis prudentia	58			
	Ciceronis immodica isctatio	96			
	Clausula	78			
	Confirmatio & destructio narrationum	14			
	Coniectura	25			
	Coniectura animi	61			
	Coniecturæ diuisio &c.	60			
	Coniectura in iudiciis &c.	60			
	Coniecturæ tractatio &c.	61			
	Communicatio	77			
	Communia optime refutantur	48			
	Compositionis commendatio	83			
	Compositionis diuisio	84			
	Cornelia Gracchorum mater	2			
	Contenenda quædā in refutando	48			
	Contra declamatores	31			
	Contra imperitos	16			
	Continens causarum	30			
	Critici	4			
	Cultus oratoris.	104			
D					
	Amas, pro damnatus	66			
D	De Cicerone & Demosthene	106			
	Declamandi ratio quādo primum ex- titerit	14			
	Defendere quam facere reos præstat &c.	109			
	Διύωσις	71			
	Dialysis	82			
	Diligentia nimis nocet	67			
	Dispositio	58			
	Dispositio actoris	59			
	Dispositio pro reo	eodem.			
	Discentibus à Græco auspicandum	2			
	Discentis animus quomodo tractan- dus	4			
	Diuisio	58			
	Docilitas	32			
	Dubitatio	71			
	Duo in omni actu spectanda.	eod.			
E					
	Egressio	30			
E	Egressionū materia	38			
	Egressio quād, & quam late pateat	eodem.			
	Egrediendi locus in dicendo.	37			
	Εύημερα	41			
	Elocutionis diuisio	68			
	Elocutio narrationis	eodem.			
	Eloquentiæ laus	19			
	Eloquentia naturalis	112			
	Eloquentia occultanda	110			
	Emphasis	91. & 79			
	Enthymema	41. 49. & 72			
	Enthymema & Syllogismus	50			
	Enumeratio in peroratione	51			
	Εὐρημία	71			
	Epanalepsis	70			
	Εὐσημία	71			
	Epicherema	42			
	Epicherematis partes	49			
	Epicherema quomodo refellatur	50			
	Epiphonema	72			
	Epitheton	74			
	Ephorus & Theopompus diuersis in geniis	15			
	Essentia, & Entia	17			
	Εὐρημία	80			
	Ethopœia	78			
	Etymologia	8			
	Euphonia	5			
	Exanllare	8			
	Exemplum propriæ dicti &c.	45			
	Exemplis adicitur autoritas	46			
	Exempla fabulosa	45			
	Εὐρημία	71			
	Exordiendi modus	33			
	Exordiorum uitia	eodem.			
	Exordiorum figuræ	eodem.			
	Exordium ex aduersarii actione op- timum	eodem.			
	Exordio quæ elocutio conueniat, & quæ actio	eodem.			
F					
	Abula	13			
F	Facultas difficilis para- tu	95			
	Facundia latina græcæ minime par.	111			
	Figura	75			
	Figuræ genus non unum &c.	76			
	Figuræ controuersie	79			
	Figurate græcæ	81			
	Figuræ non esse plurimas	76			
	Figuris quomodo utendum	83			
	Finis in suis foris	28			
	Finitio quid sit, & ubi adhibenda.	68			
	Finitiuarum questionum species.	62			
	Ficta sine nouata uerba	69			
	Formularii	108			
	Frugalitas	8			
G					
	Eometria perutilis ora- tori	10			
G	Genus epicœnum	5			
	Genus dicendi uariarum	110			
	Genera dicendi tria	111. & 112			
	Gestus in amictu quis seruandus.	104			
	Gestus in pronuntiando	102			
	Glossemata	9			
	Gradatio	82			
	Grammaticæ diuisio, & quam lata eius professio	4			
	Græci in componendo feliciores	7			
H					
	Ebetudo cōtra naturā	2			
H	Historia	13. & 87			
	Homœologia	70			
	Homœoptoton	82			
	Homœoteleton	eodem.			
	Hyperbole	75			
	Hyperbaton	eodem.			
	Hypotyposis.	78			

INDEX.

I		Narratio credibilis	35	Probationum diuifio	41
I	Mitatio utilis, & quid in ea obferuandum	Narrationibus longioribus quomodo medendum	35	Proemium unde dictum	31
	Inanes hiftorie	Narrationum præexercitamenta	13	Proemii uis &c.	33
	Indecorum eft quicquid nimium eft	Narrationes fictæ	36	Proemii finis &c.	eodem.
	Infantia quomodo tractanda	Narratio repetita	37	Pronunciatio quomodo formanda	3
	In refutando duo intuentia	Narratio quæ contra nos eft, quomodo tractanda	35	Pronunciatio in uoce & gestu	100
	Interrogandi & respondendi figura	Narrandum interdum fapius	36	Pronunciatio ad partes caufæ accommodanda	105
	Interfatio in narrando	Narrationis finis	37	Pronunciatio apta	112
	Ironia	Negocium	24	Pronunciatio ad uerba accommod. eod.	
	Infinuatio quæ, & quando ea utendum	Nefcire aliqua utile	9	Pronunciationis commendatio	100
	Infinuationis præcepta	Noema	72	Pronunciatio ad rem accommodanda	104
	Infinuationis caufæ ex perfona iudicis	Nomen	5	Propofitio multiplex	38
	Ifocolon	Nominum origines	eodem.	Propofitione quomodo utendum. eod.	
	Indicatio	Nothus	27	Propofitio non feperatur à confirmatione &c.	38
	Iudicium quid diftet à confilio	Numerus & Rhythmus	84	Proſapia	8
	Iudicialium cauſarum partes	Numeri duplices	10	Proſopopœia	37
L		O		Pudor in dicendo obſtat orat.	95
	Ausdeorum	Bſcuritas	68	Puerorum docilitas	12
L	Laus hominum	O	Oeconomia in dicendo		
	Licentia	Onomatopœia	74	Q	
	Legum Laus & uituperatio	Orator uir bonus	1	Qualitas generalis	63
	Locus quid, & eorum diuifio	Oratori non una aliqua ſecta, ſed optima quæque amplectenda	108	Qualitas iudicialis	30.
	Lociſactorum &c.	Oratoris ſenſcentis officia	113	Quæſtio	eodem.
	Loci rerum	Ordo ſimilium quæſtionum	59	Quæſtiones quomodo reprehendendæ	59
	Loci communes ubi adhibendi	Ordo diſſimilium quæſtionum	eodem.	R	
	Loci perſonarum	Ornatus qualis eſſe debeat	69	Atio	30
	Loci communes teſtium & argumentorum	Ornatus dicendi proprius oratoris	68	R	Refutatio eodem.
	Lufus puerorum			Reſpondendi figura	77
M		P		Rhetoricæ quid ſit	17
	Ateriæ declamationū uerſimilis	Artes orationis apud græcos	5	Rhetoricæ eſt uirtus	21
M	Memoria & imitatio ingenii ſigna	Paradiſtole	82	Rhetoricæ actiua ſcientia eſt	20
	Memoriæ uis	Paranomaſia	eodem.	Rhetoricæ origo	22
	Memoriæ commendatio	Parifon	eodem.	Rhetoricæ quinque partes	eodem.
	Memoriæ exempla	Partitio	30	Rhetoricæ & dialecticæ differentia	21
	Memoriæ confirmandæ artiſciū	Partitione non ſemper utendum	38	Rhetoricæ materia	eodem.
	Memoriæ artiſcioſe inuenior Simonides	Partiendi modus	39	Rhetorices diuifio	17
	Mercēs quatenus à præceptore accipienda	Partes an opera rethoricæ ſint appellanda	23	Rhetorices inſtrumentum	21
	Metaphora	Parode	78	Riſus	54
	Metaphoræ ſpecies	Periæſis	53	Ridiculi nomina uaria	eodem.
	Metalepſis	Periſſophia	70	Ridiculum unde petendum cum in alios dicimus	55
	Metabole	Permiſſio	75	Ridiculum in ſeipſum	56
	Metabaſis	Peruſio	77	Ridiculum in reſpondendo	eodem.
	Metonymia ſine Hypallage	Philophiæ cognitio oratori neceſſaria	71	Ridiculum ex rebus	55
	Mioſis	Philophia rationalis, moralis, naturalis	107	S	
	Modus dicendi & ſcribendi	Poetæ quomodo legendi	88	Chemata aliſus	80
N		Poetica themata quomodo tractanda	16	S	Scribendi ratio
	Arratio quid, & uariæ diuifio	Polyptoton	81	Scribendi argumenta quæ proponenda	3
N	Narratio breuis	Polyſyndeton	82	Scriptores rhetoricæ	22
	Narrandi ratio	Pleonafmus	70	Senſus communis	3
	Narrandi origo	Ploce	81	Sententia quid ſignificet	72
	Narratio quomodo tractanda	Pragmatici	108	Sententia uitioſe	73
	Narratio aperta	Prælectio authorum	44	Sententiæ quatenus adhibendæ in dicendo	eodem.
	Narrationis initium	Præceptis catholicis non ſemper inſiſtendum &c.	17	Sermocinatio	78
	Narratio quas figuras recipiat	Præcocia ingenia	4	Serium triplex	57
	Narrationum duæ ſpecies	Præſumptio	77	Sextus & ſeptimus caſus	5
	Narratio quando neceſſaria			Signa neceſſaria	41
	Narrationis locus in dicendo			Signa non neceſſaria	eodem.

CAPITVM INDEX.

Similitudo	70
Similitudo & eius species	46
Simulatio	77
Solæcismus	6
Solæcismi species	eodem
Solæcismus uno in uerbo & in gestu	6
Status quid, & quot sint	24
Status negocialis	26
Status legalis	eodem
Status in suis foris	28
Statu quo utendum, cum plures fieri possint	27
Suadenti uel dissuadenti tria spectanda	28
Suaforis proœmum	eodem
Synecdoche	82
T	
Apinosis	70
Tautologia	eodem
Tria spectanda	41
Testimoniorum tractatio	40
Testimonia diuina	41
Testimonia desiderata	eodem
Testamentorum causæ quomodo tractande	65
Testium duo genera	40
Timotheus musicus	13
Tropus	75
Troporum diuifio	73
Tropi & figuræ quid cõueniant	75
V	
Verborum consuetudo	8
Verborum autoritas	eodẽ
Verba propria & translata	7
Verbalatina & peregrina	
Verba uetusta	8
Verba simplicia	5
Verba composita	7
Verba impersonalia	5
Verborum idem significantium uarietas	69
Verborum idem ualentium uarietas	88
Verborum copia legẽdo paranda	eodẽ
Veterum poemata	9
Vocabulum	5
Vox uiua	13
Vox quomodo curanda	100
Vox ad orationẽ accommodanda	101
Vituperatio hominum	27
Urbium laudes	28

Tabula capitulum institutionum oratoriarum Quintiliani. LIB. I.

Epistola ad Tryphonem.	fo. 1
Proœmum totius operis.	fo. eodem
Quam spem de filio recens nato præcipiat pater, & in quali nutrice, & inter quos collactaneos educandum curet. cap. 1	fo. 2
Quales præceptores ac pedagogi esse debeant, & à quo sermone, & quæ ætate audipiendum sit. cap. 2	fo. 2
Utrum utilius domi an in scholis erudiantur. cap. 3	fo. 3
Qua ratione in paruus ingenia dignoscantur, & quomodo tractanda. cap. 4	fo. 4
De Grammatica. cap. 5	fo. 4
De Literis & earum potestate, & orationis partibus. cap. 6	fo. eodem
Declinare in primis nomina & uerba scire oportere pueros, & genera ac casus nosse. cap. 7	fo. 5
De uerbis & uerborum appellationibus. cap. 8	fo. 5
De uirtutibus & uitis orationis. cap. 9	fo. 5
De uerbis propriis & translatis, uisitatibus & nouis, & de quatuor quibus sermo constat. cap. 10	fo. 7
De uetustis uerbis, & quibus uerbis sit utendum. cap. 11	fo. 8
De Consuetudine. cap. 12	fo. 8
De Orthographia. cap. 13	fo. eodem
De lectione pueri. cap. 14	fo. 9
De Officio grammatici, & quæ primordia sint dicendi. ca. 15. fo. eodẽ	
An oratori futuro necessaria sit plurius artium scientia. cap. 16	fo. 10
De musice, & eius laudibus. c. 17. f. 10	
Commodam geometriam oratori esse. cap. 18.	fo. 11
De prima pronuntiatione & gestus institutione. cap. 19	fo. eodem
An prædicta discenda sint eodem tempore. cap. 20	fo. eodem

LIB. II.

Quando Rhetori sit tradendus puer. cap. 1.	fo. 12
De Moribus & officiis præceptoris. cap. 2	fo. eodem
An protinus præceptore optimo sit utendum. cap. 3	fo. 13
De primis apud Rhetorem exercitationibus. cap. 4	fo. eodem
De lectione oratorum & historiarum apud rhetorem. cap. 5	fo. 14
Qui primi legendi. cap. 6.	fo. ibidem

De Diuisione & paræphresi. ca. 7. fo. 15	
De Ediscendo. cap. 8	fo. eodem
An secundum sui quisque ingenii docendus sit naturam. cap. 9	fo. eodẽ
De Officio discipulorum. ca. 10. f. 16.	
De Utilitate & ratione declamandi. cap. 11	fo. eodem
An artis necessaria cognitio sit. cap. 12	fo. 16
Quare inruditi ingeniosiores uulgo habeantur. cap. 13	fo. eodẽ
Quis modus sit habendus in arte. cap. 14	fo. 17
Rhetorices etymus & totius operis diuifio. cap. 15	fo. eodem
Quid sit rhetorice, & quis eius finis. cap. 16	fo. eodem
An utilis sit rhetorice. cap. 17	fo. 19.
An rhetorice sit ars. cap. 18. fo. eodem.	
Generalis diuifio artium, & ex quibus sit Rhetorice. cap. 19	fo. 20
Utrum plus conferat eloquentiæ ars, an natura. cap. 20	fo. eodem
An uirtus sit rhetorice. cap. 21. f. eodẽ.	
Quæ sit materia Rhetorices. cap. 22	fo. eodem

LIB. III.

De scriptoribus artis Rhetoricæ. cap. 1.	fo. 22
Quod initium Rhetorices. ca. 2. f. 20.	
Quinque esse partes rhetoricæ. cap. 3	fo. eodem
Tria esse genera causarum. c. 4. f. 23	
Quibus contineatur omnis ratio dicendi. cap. 5	fo. eodem
Quid sit status. cap. 6	fo. 24
Vnde ducatur status, & reus an actor statum faciat. cap. 7	fo. eodẽ
Quot & qui status. cap. 7	fo. 25
De Demonstratio, quod constat laude & uituperatione. cap. 9	fo. 27
De Suaforia seu deliberatina & propositoria. cap. 10	fo. 28
De partibus causarum iudicialium. cap. 11	fo. 30
De Generibus iudicialium controuersiarum. cap. 12	fo. eodem
Quid, & quæ sit quæstio, ratio, iudicatio, continens, & quatenus necessaria. cap. 13.	fo. eodem.

LIB. IIII.

Prologus.	fo. 31
De Exordio. cap. 1	fo. eodem
De Narratione. cap. 2	fo. 34
De Egressionem. cap. 3	fo. 37
De Propositione. cap. 4	fo. 38
De Partitione. cap. 5	fo. eodem.

LIB. V.

Prologus.	fo. 39
De Probationum Diuisione. cap. 1	fo. eodem.

CAPITVM INDEX.

De Præiudiciis. Cap. 2 fo. eodem.
 De Rumore & fama. ca. 3 fo. eodem
 De Tormētis. Ca. 4 fo. eodem
 De Tabulis & iis quæ cōtra tabulas
 Cap. 5 fo. 40
 De luereurando. cap. 6 fo. eodem
 De Testibus. Cap. 7 fo. eodem
 De probatione artificiali. ca. 8 fo. 41
 De Signis. Cap. 9 fo. eodem
 De Argumentis. Cap. 10 fo. eodem
 De Exemplis. Cap. 11 fo. 45
 De Vsu argumētorum. Ca. 12 fo. 46
 De Refutatione. Cap. 13 fo. 47
 Quibus constet epicherema, & quo-
 modo refellatur. Cap. 14 fo. 49
 LIB. VI.
 Proœmium, inde quo fortuna sua que-
 ritur Q. uintilianus. fo. 50
 De Conclusionē seu peroratione.
 cap. 1 fo. 51
 Rursus de affectibus mouendis.
 ca. 3 fo. 52
 De Diuisione affectuū, & quomodo
 mouendi sunt. cap. 3 fo. 53
 De Risu. cap. 4 fo. 54
 De Altercatione. cap. 5 fo. 57
 De Iudicio & consilio. cap. 6 fo. 58
 LIB. VII.
 De Diuisione in uniuersum, seu de pa-
 renchiresi. cap. 1 fo. 58
 De Dispositione faciendā. ca. 2. fo. eodē
 De Coniectura. cap. 3 fo. 60
 De Finitione. cap. 4 fo. 62
 De Qualitate. cap. 5 fo. 63
 De Actionis quæstione. ca. 6 fo. 64
 De Statu ex scripto & qualitate.
 cap. 7 fo. 65

De Contrariis legibus. cap. 8. fo. eodē
 De Syllogismo seu ratiocinatione.
 cap. 9. fo. eodem
 De Ambiguo seu Amphibologia.
 cap. 10 fo. 66
 Quæ sit inter status cognatio, & quæ
 diuersitas. cap. 11 fo. eodē
 LIB. VIII.
 Proœmium. fo. 67
 Quæ in elocutiōe spectanda. ca. 1. f. 68
 De Perspicuitate. cap. 2 fo. eodem
 De Ornatu. cap. 3 fo. eodem
 De Amplificatione. cap. 4 fo. 71
 De Generibus sententiariū. ca. 5. f. 72
 De Tropis. cap. 6. fo. 73
 LIB. IX.
 In quo differant figura à Tropis.
 cap. 1. fo. 75
 De figuris sententiariū. cap. 2. f. 77
 De Figuris uerborum. Cap. 3 fo. 80
 De Compositione. cap. 4 fo. 83
 LIB. X.
 De Copia uerborum. ca. 1. fo. 87
 De Imitatione cap. 2 fo. 91
 Quis modus scribendi sit ca. 3 fo. 92
 De Emendatione ca. 4 fo. 92
 Quæ scribenda sunt præcipue
 cap. 5 fo. eodem
 De Cogitatione cap 6 fo. 94
 Quemadmodum extēporalis facultas
 paretur & cōtineatur ca. 7. f. eodē
 LIB. XI.
 Præfatio fo. 95
 De Aptē dicendo cap. 1 fo. eodem
 De memoria cap. 2 fo. 98
 De Pronunciatione cap. 3 fo. 100
 Quid cuique causæ conueniat fo. 101

De uocis natura & cura fo. eodem
 De gestu & cultu oratoris fo. 102
 Quid cuique parti & sententiis &
 uerbis,
 Et quid quæque deceat cap. eodem
 LIB. XII.
 Proœmium fo. 105
 Non posse oratorem esse nisi uirum bo-
 num cap. 1 fo. 109
 Cognoscendā esse oratori quibus mo-
 res formentur cap. 2 fo. 107
 Necessariam esse iuris ciuiliis sciētiam
 oratori cap. 3 fo. 108
 Necessariam oratori cognitionem hi-
 storiarum cap. 4 fo. eodem
 Quæ sint oratoris instrumenta
 cap. 5 fo. eodem
 Quod tempus sit idoneum incipiendi
 agere causas cap. 6 fo. 109
 Quæ in suscipiendis causis oratori ob-
 seruanda sint cap. 7. fo. eodem
 Quæ in dicendis causis oratori obser-
 uanda sint ca. 8 fo. eodem
 Quæ in agendis causis oratori seruan-
 da sint cap. 9 fo. 110
 De genere dicendi cap. 10 fo. eodem
 Quæ post finem agendi sint oratori
 studia cap. 11. fo. 113

FINIS CAPITVM.

M. Fabii Quintiliani uita.

M.

Fabius Quintilianus Romæ natus est. Quibus consulibus, aut quo imperante Cæsare non legi. Verissima coniectura adducor, ut fidem libris temporum non habeā, ubi legitur, Quintilianus Calagura urbe Hyspaniæ oriundus. Nam M. Valerius Martialis Calaguritani agri alumnus cum Iberos memoria dignos suis epigrammatibus inserat, nullam de Quintiliano mentionem fecit: sed eum separatim cum ueneratione nominat,

Quintiliane uagæ moderator summe iuuentæ,

Gloria Romanæ Quintiliane togæ.

Et ipse dicit, cum esset adolescentulus, cognouisse Domitium Afrum & Senecam, Qui ambo sub Nerone periire. Seneca in libro sexto diuisionum, Quintiliani Declamatoris meminit, cuius adhuc extant multæ Declamationes acutæ & breues stilo aliquantulum remissiore. Is auus fuit M. Fabii Quintiliani, qui Romæ multis annis Rhetorice cū summa laude docuit. Et ipse rursus Quintilianus mentionem facit patris qui causidicus fuit apud Principem. Neq; notitia, neq; gratia caruit. Domitiani enim Cæsaris nepotū cura ei delegata fuit. Disciplinæ eius castigatissimæ plenissimum testimonium Caius Cælius affert. Qui sub tali præceptore tantum profecit, ut sui temporis oratores facile superaerit. Duxit uxorem ex nobili familia, ex qua liberos suscepit, quæ acerbissima fatorum sorte in primo iuuentutis flore rapta fuit. Alterum ex liberis quum librum de causis corruptæ eloquentiæ edidisset amisit: postea cum Rhetorice libros scriberet, Marcellum unicum parentis lumē ac solatium rogo dedit. Testis & ipse infelix senex suarum lachrymarum est. Eius filiola ex alia (ut credo) uxore Tutiliæquitis Romani filia genita, nupsit Nouio Celeri uiro claro. Quo tēpore decesserit affirmare nō audeo, quoniā is qui tradit, fide caret.

FINIS.

MAR. FABIVS QVINTIL- ianus Tryphoni bibliopolæ S.

EFFLAGITASTI quotidiano cōuicio, vt libros quos ad Mar-
cellum meum de institutione oratoria scripseram, iam emittere inci-
perem. Nam ipse eos nondum opinabar satis maturuisse, quibus com-
ponendis (vt scis) paulo plus quā bienniū tot alioqui negociis distri-
ctus impendi: quod tempus nō tam stilo, q̄ inquisitioni instituti ope-
ris, prope infiniti, & legendis auctoribus, qui sunt innumerabiles, da-
tum est. Vltus deinde Horatii cōsilio, qui in Arte Poetica suadet ne
præcipitetur editio, non sumq; prematur in annum, dabam iis oculū,
vt refrigerato inuentionis amore, diligētius repetitos tanq̄ lector per-
penderem. Sed si tantopere efflagitantur, q̄ tu affirmas, permittamus vela ventis, & orā soluē-
tibus bene precemur. Multum autem in tua quoque fide ac diligētia positum est, vt in manus
hominum quā emendatissimi veniant.

M. FABII QVINTILIANI IN ORATORIAE IN- stitutionis librum primum, ad Marcellum Victorium Proœmium.

Post impetratam studiis meis quietem, quæ per XX annos erudiendis iuueni-
bus impenderam, cum à me quidam familiariter postularent, ut aliquid de ra-
tione dicendi componerem, diu sum equidem reluctatus: q̄ auctores vtriusq; *Causa con-*
linguæ clarissimos non ignorabam multa quæ ad hoc opus pertinerent, dili-
gentissimè scripta posteris reliquisse. Sed qua ego ex causâ faciliorem mihi ve-
niam meâ deprecationis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis, q̄ inter diuersas opinio-
nes priorum, & quasdam etiam inter se contrarias, difficilis esset electio: vt mihi si nō inueniē-
di noua, at certe iudicandi de veteribus iniungere laborem nō iniuste videretur. Quamuis au-
tem non tam me vinceret præstandi quod exigebatur fiducia, q̄ negandi verecundia, latius se
tamē aperiente materia, plus q̄ imponebatur oneris sponte suscepi: simul vt pleniori obsequio
demererer amantissimos mei, simul ne vulgarem viam ingressus, alienis denuo vestigiis infi-
sterem. Nam cæteri ferè, qui artem orandi literis tradiderunt, ita sunt exorfi, quasi perfectis om-
ni alio genere doctrinæ summam in eloquentia manū imponerēt: siue continētes tanq̄ parua,
quæ prius discimus studia, siue non ad suū pertinere officiū opinati, quādo diuisæ professionū
vices essent: seu, quod proximū vero, nullam ingenii sperantes gratiā circa res, etiam si necessa-
rias, procul tamen ab ostentatione positas, vt operū fastigia spectantur, latent fundamēta. Ego
cum existimē nihil arti oratoriæ alienum, sine quo fieri non posse oratorē fatēdum est, nec ad
vlli rei summā, nisi præcedentibus initiis perueniri, ad minora illa, sed quæ si negligas, nō sit
maioribus locus, demittere me non recusabo: nec aliter, q̄ si mihi tradatur educandus orator,
studia eius formare ab infantia incipiā. ¶ Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus, quē cum
amicissimū nobis, tum eximio literarū amore flagrantem, nō propter hæc modo (quanq̄ sunt
magna) dignissimum hoc mutuae inter nos charitatis pignore iudicabamus: sed q̄ erudiēdo na-
to tuo, cuius prima ætas manifestū iter ad ingenii lumen ostendit, non inutiles fore libri vide-
bantur: quos ab ipsis dicendi velut incunabulis per omnes quæ modo aliquid oratori futuro
conferant artes, ad summam eius operis perducere destinabamus. Atq; eo magis, q̄ duo iā sub
nomine meo libri ferebantur artis Rhetoricæ, neq; editi à me, neq; in hoc cōparati. Nanq; al-
terū sermone per biduū habito, pueri quibus id præstatur, exceperat: alterū pluribus sane die-
bus, quantū notando cōsequi potuerant, interceptū boni iuuenes, sed nimii amantes mei, re-
merario editionis honore vulgauerant. Quare in his quoq; libris erunt eadē aliqua, multa mu-
tata, plurima adiecta, omnia vero cōpositiora, & q̄ nos poterimus, elaborata. ¶ Oratorē autem
instituiumus illum perfectū, qui esse nisi vir bonus nō potest: idēq; nō dicēdi modo eximiā in-
eo facultatē, sed omnes animi virtutes exigimus. Neq; enim hoc concesserim, rationē rectæ ho-
nestaq; vitæ (vt quidā putauerunt) ad philosophos relegandā, cū vir ille vere ciuilis, & publica

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

Lib. 3. de
Oratore.

rum priuatarūq; rerū administrationi accommodatus, qui regere cōsiliis vrbes, fundare legibus, emendare iudiciis possit, nō alius sit profecto q̄ orator. Quare tametsi me fateor vsurū quibuscūq; quæ philosophorū libris cōtinentur, tamē ea iure verēq; contēderim esse operis nostri, propriēq; ad artē oratoriā pertinere. An si frequētissimē de iustitia, fortitudine, tēperatiā, cāterisq; similibus sit differēdū: & adeo vt vix vlla possit causa reperiri in qua nō aliqua quæstio ex his incidat, eāq; omnia inuētione atq; elocutione sint explicanda, dubitabitur vbiq; vis ingenii, & copia dicēdi postulatur, ibi partes oratoris esse præcipuas: Fuerūtq; hæc, vt Cicero apertissimē colligit, quēadmodū iuncta natura, sic officio quoq; copulata, vt iidē sapiētēs atq; eloquentes haberētur. Scidit deinde se studiū atq; inertia factū est, vt artes esse plures viderentur. Nā vt primū lingua esse cepit in quæstu, institutūq; eloquentiæ bonis male vti, curā morū qui diserti habebantur, reliquerunt. Ea vero destituta, infirmioribus ingenii velut prædæ fuit. Inde quidā cōtēpto bene dicēdi labore ad formādos animos, statuēdāq; vitæ leges regressi, partē quidē potiorē (si diuidi posset) retinuerunt: nomē tamē sibi insolentissimum arrogauerunt, ut soli sapientiæ studiosi vocarentur. Quod neq; summi Imperatores, neq; in cōsiliis rerū maximarū ac totius administratione Reip. præclarissimē versati, sibi vnq; vendicare sunt ausi. Facere enim optima q̄ promittere maluerunt. Ac veterū quidē sapientiæ professorū multos & honesta præcepisse, & vt præceperunt etiā vixisse facile cōcesserim: nostris uero tēporibus sub hoc nomine maxima in plerisq; vitia latuerunt. Nō enim virtute ac studiis vt haberētur philosophi laborabant, sed vultū & tristitiā, & dissentientem à cāteris habitū pessimis moribus prætendebant. Nunc autē quæ velut propria philosophiæ asserūtur, passim tractamus omnes. Quis enim modo de iusto, æquo ac bono, nō & vir pessimus loquitur: quis nō etiam rusticorū aliqua de causis naturalibus quarit? Nam verborū proprietas ac differentia omnibus, qui sermonē curā habent, debet esse cōmunis. Sed ea & sciet optime, & eloquetur orator: qui si fuisset aliquādo perfectus, nō à philosophorū scholis virtutis præcepta peterentur. Nunc necesse est ad eos aliquādo auctores recurrere, qui desertā (vt dixi) partem oratoriæ artis, meliorē præsertim, occupauerunt: & velut nostrū reposcere, non, vt illorū vtamur inuentis, sed vt illos alienis vsos esse doceamus. ¶ Sit igitur orator vir talis, qualis vere sapiēs appellari possit: nec morib; modo perfectus (nā id mea quidē opinione, quanq̄ sint qui dissentiant, satis nō est) sed etiam scientia & omni facultate dicēdi: qualis adhuc fortasse nemo fuerit. Sed non ideo minus nobis ad summā tendendum est, quod fecerunt pleriq; veterū: qui etsi nondum quenq̄ sapientem repertū putabāt, præcepta tamen sapientiæ tradiderunt. Nā est certe aliquid cōsummata eloquētia, neque ad eā peruenire natura humani ingenii prohibet: quod si nō cōtingat, altius tamē ibunt, qui ad summā nitētur, q̄ qui præsumpta desperatiōe quo velint euadēdi, protinus circa ima substiterint. ¶ Quo magis impetranda venia erit, si ne minora quidem illa, verum operi quod instituiamus necessaria, præteribo. Nam liber primus ea, quæ sunt ante officiū rhetoris, cōtinebit. Secūdo, prima apud rhetorē elementa, & quæ de ipsa rhetorica substantia quaeruntur, tractabimus. Quinq; deinceps inuentioni (nā & huic dispositio subiungitur) quatuor elocutioni, in cuius partē memoria ac pronuntiatio veniūt, dabūtur. Vnus accedet, in quo nobis orator ipse infor mandus est, vt qui mores eius, quæ in suscipiendis, discendis, agendis causis ratio, quod eloquētiæ genus, quis agendi debeat esse finis, quæ post finē studia, quātū nostra valebit infirmitas, disceramus. His omnibus admiscebitur, vt quisque locus postulabit, dicendi ratio: quæ non eorū modo scientia, quibus solis quidā nomen artis dederunt, studiosos instruat, & (vt sic dixerim) ius ipsum rhetorices interpretetur, sed alere facundiam, vires augere eloquentiæ possit. Nā plerunque nudæ illæ artes nimia subtilitatis affectatione frangunt atq; cōcidunt quicquid est in oratione generosius, & omnē succum ingenii bibūt, & ossa detegūt: quæ vt esse & astringi neruis suis debent, sic corpore operienda sunt. Ideoq; nos nō particulā illā (sicut pleriq;) sed quicquid vtile ad instituendū oratorē putabamus, in hos duodecim libros cōtulimus, breuiter omnia demonstrando. Nā si quantū de quaque re dici potest, prosequamur, finis operis non reperietur. ¶ Illud tamen in primis testādum est, nihil præcepta atq; artes valere, nisi adiuuante natura. Quapropter ei cui deerit ingeniū, nō magis hæc scripta sunt, q̄ de agrorū cultu sterilibus terris. Sunt & alia ingenita cuiq; adiumenta, vox, latus patiens laboris, valetudo, constantia, decor: quæ si modica obtigerunt, possunt ratione ampliari, sed nonnunq̄ ita desunt, vt bona etiā ingenii studiūq; corrumpāt: sicut & hæc ipsa sine doctore perito, studio pertinaci, scribendi, legendi, dicendi multa & continua exercitatione, per se nihil profunt.

Totius operis diuisio.

QUAM SPEM DE FILIO RECENS NATO PRAECIPIAT PA
ter, & à quali nutrice, & inter quos collactaneos educandum curet. CAP. I.

ter, & a quali nutrice, & inter quos conuocandos educandum erit. *¶* **G**itur nato filio pater ipse de illo primū q̄ optimā capiat, ita diligentior ā principiis fiet. Falsa enim est querela, paucissimis hominibus vim percipiendi quā tradatur esse cōcessam, plerōq; vero laborē ac tēpora tarditate ingenii perdere. Nā contrā plures reperias & faciles in excogitādo, & ad discēdū prōptos. Quippe id est homini naturale: ac sicut aues ad volatū, equi ad cursum, ad sauitiam ferā gignūt, ita nobis propria est mentis agitatio atq; solertia: unde origo animi caelestis creditur. Hebetes vero & indociles nō magis secundū naturā hominis edūt, q̄ prodigiosa corpora, & monstris insignia. Sed hi pauci admodū fuerunt. Argumentū, q̄ in pueris elucet spes plurimorū: quā cū emoritur aetate, manifestū est nō naturā defecisse, sed curā. *¶* Praestat tamē ingenio alius alium, concedo: sed ut plus efficiat, aut minus. Nemo tamen reperitur, q̄ sit studio nihil cōsecutus. Hoc qui peruiderit, protinus vt erit parēs factus, acrē q̄ maxime curā spei futuri oratoris impendat. *¶* Ante omnia ne sit vitiosus sermo nutricibus, quas (si fieri posset) sapientes Chrylippus optauit: certe quantū res pateretur optimas eligi voluit. Et morū quidē in his haud dubie prior ratio est, recte tamē etiā loquantur. Has primū audiet puer, harū verba effingere imitādo conabitur. Et natura tenacissimi sumus eorū quā rudibus annis percipimus, vt sapor quo noua imbuas durat: nec lanarū colores, q̄b; simplex ille cādor mutatus est, elui possunt. Et hāc ipsa magis pertinaciter harēt, quā deteriora sūt. Nā bona facile mutātur in pei, nūc quādo in bonū verteris vitia: Nō assuecat ergo, ne dū infans qdē est, sermoni q̄ dedicēdus sit. *¶* In parētibus vero quāplurimū esse eruditionis optauerim. Verū nec de patribus tantū loquor. Nā Gracchorum eloquētiā multū cōtulisse accepimus Corneliā matrē, cuius doctissimi sermo in posteros quoq; est epistolis traditus. Et Lælii filia reddidisse in loquendo paternam eloquentiam elegantiorē dicitur. Et Q. Hortensii filia oratio apud Triumuiros habita legitur, non tantum in flexu honorem. Nec tamen ii quibus discere ipsis non contigit, minorē curā docendi liberos habeant, sed sint propter hoc ipsum ad cātera magis diligentes. De pueris inter quos educabitur ille huic spei destinatus, idē quod de nutricibus, dictum sit.

Hebetes con-
tra naturā.

Cornelia
Gracchorū
mater.

QVALES PRAECEPTORES AC PAEDAGOGI ESSE
debeant, & à quo sermone, & qua ætate auspicandum sit. CAP. II.

D E pädagogis hoc amplius, ut aut sint eruditi plane, quā primū esse curam velim: aut le nō esse eruditos sciant. Nihil enim peius est iis, qui paulū aliquid vltra primas literas progressi falsam sibi scientiæ persuasione induerūt. Nā & cedere præcipiēdi peritis indignātur, & velut iure quodā potestatis, quo fere hoc hominū genus intumescit, imperiosi atq; interim faciēties stultitiā suam peti docent. Nec minus error eorū nocet moribus. Siquidē Alexandri pädagogus (vt à Babylonio Diogene traditur) quibusdā ei vitii imbuīt, quæ robustū quoque & maximū regē ab illa institutione perituli sunt persecuta. Si cui multa videor exigere, cogitet oratorē institui, rē arduā, etiam cū ei formando nihil defuerit, præterea plura ac difficilior superesse. Nam & studio perpetuo, & præstitissimis precatorib9, & pluribus disciplinis opus est. Quapropter præcipienda sunt optima, quæ si quis grauiabitur, nō rationi defuerit, sed oneri. Si tamē nō cōtinget quales maxime velim habere nutrices, pueros, pädagogos, at vnus certe sit assiduus dicendi nō imperitus: q si qua erūt ab his præsentē alumno dicta vitiosē, corrigat protinus, nec insidere illi sinat, dū tamē intelligatur id, quod prius dixi bonū esse, hoc, remediū. ¶ A sermone græco puerū incipere malo, qā latinus, q pluribus in vsu est, vel nobis nolentibus se præbet: simul qā disciplinis quoq; græcis prius institūendus est, vnde & nostræ fluxerūt. Nō tamē hoc adeo superstitiosē velim fieri, vt diū tantū loquatur græce aut discat, sicut pleriq; moris est. Hinc enim accidit & oris plurimavitiā in peregrinū sonū corrupti, & sermonis, cui cū græcæ figuræ assidua cōsuetudine hæserint, in diuersa quob; loquēdi ratione pertinacissime durant. Nō longe itaq; latina subsequi debēt, & cito pariter ire. Ita fiet, vt cū aequali cura linguā vtrāq; tueri ceperimus, neutra alteri officiat. ¶ Quidā literis instituos, qui minores septē annis essent, non pautauerūt, q per illa primū atas, & intellectū disciplinarū capere, & laborē pati nō possit. In qua sententiā Hesiodū esse plurimi tradunt, qui ante grammaticum Aristophanem fuerunt. Nam is primus v̄v̄v̄v̄v̄v̄v̄, in quo libro scriptum hoc inuenitur, negauit esse huius poetæ. Sed alii quoque auctores, inter quos Eratosthenes, idem præceperunt. Melius autem qui nullum tempus

A Græco du
spicandum.

Etiam ante
septimū an-
num incipie-
dum.

vacare cura uolūt, vt Chrysippus, nā is, quāuis nutricibus triennium dederit, tamē ab illis quo
que iam formandam q̄ optimis institutis mentem infantiū iudicat. Cur autem non pertineat
ad literas atas, quā ad mōres iam pertinet? Neque ignoro toto illo (de quo loquor) tēpore vix
tantū effici, quantū conferre unus postea possit annus. Sed tamen mihi qui id senserunt viden-
tur non tam discentibus in hac parte, q̄ docentibus pepercisse. Quid melius alioqui facient, ex
quo loqui poterunt? Faciant enim aliquid necesse est. Aut cur hoc quantulūcūq; est vsq; ad se-
ptem annos lucrum fastidiamus? Nam certe quālibet parū sit quod contulerit atas prior, ma-
iora tamē aliqua discet puer eo ipso anno, quo minora didicisset. Hoc per singulos annos pro-
rogatū, in summā proficit: & quantū in infantia præsūptū est temporis, adolescentiæ acqui-
ritur. Idem etiā de sequentibus annis præceptū sit. Ne quod cuiq; discendū est, serō discere inci-
piat. Non ergo perdamus primū statim tempus, atq; eo minus, q̄ initia literarū sola memoria
constant: quā non modo iam est in paruīs, sed tum etiam tenacissima est. ¶ Nō sum adeo ata-
tū imprudens, vt instandū teneris protinus acerbe putem, exigendāque plenā operam. Nam
id in primis cauere oportebit, ne studia qui amare nondū potest, oderit: & amaritudinē semel
præceptā, etiam vltra rudes annos reformidet. Lulus hic sit, etiā rogetur & laudetur, & nōnūq;
scisse se gaudeat. Aliquādo ipso nolente doceatur alius, cui inuideat: contendat interim, & sæ-
pius vincere se putet: præmiis etiam quā capit illa atas, euocetur. ¶ Parua docemus, instituēdū
oratore professi: sed est sua etiam studiis infantia, & vt corporū mox fortissimorū educatio
à lacte cunīque initū ducit, ita futurus eloquentissimus edidit aliquando vagitum, & loqui
primū incerta voce tētauit, & hæsit circa formas literarū. Nec si quid discere satis non est, ideo
necesse non est. Quod si nemo reprehendit patrē qui hæc nō negligenda in suo filio putet, cur
improbetur, si quis ea quā domi suā rectē faceret, in publicū promittat? Atq; eo magis, q̄ mino-
ra etiā facilius minores percipiunt: & vt corpora ad quosdā membrorū flexus formari nisi te-
nere nō possunt, sic animos quoque ad plerāq; duriores robur ipsum facit. An Philippus Ma-
cedonum Rex Alexandro filio suo prima literarum elementa tradi ab Aristotele summo eius
ætatis philosopho voluisset, aut ille suscepisset hoc officiū, si non studiorū initia, à perfectissi-
mo quoque tractari, pertinere ad summā credidisset? Fingamus igitur Alexandrū dari nobis, im-
positū gremio, dignū tanta cura infantiē q̄q; suus cuiq; dignus est pudeat ne me statim in ipsis
elementis etiā breuia docendi monstrare cōpendia. ¶ Neq; enim mihi illud saltē placet, quod
fieri in plurimis video, vt literarū nomina & contextū prius q̄ formas paruuli discant. Obstat
hoc agnitioni earū, nō intendētibus mox animū ad ipsos ductus, dū antecedentē memoriā se-
quuntur. Quæ causā est præcipientibus, vt etiā cū satis affixisse eas pueris recto illo quo primū
scribi solent contextu videntur, retroagant rursus, & varia permutatione perturbēt, donec li-
teras qui instituuntur, facie norint, non ordine. Quapropter optime, sicut hominū, pariter &
habitus & nomina edocebuntur. Sed quod in literis obest, in syllabis non nocebit. Non exclu-
do autē id quod est notū, irritandæ ad discēdū infātiæ gratia eburneas etiā literarū formas in lu-
sum offerre, vel si quid aliud, quo magis illa atas gaudeat, inueniri potest: quod tractare, intue-
ri, nominare, iucundū sit. ¶ Cū vero iā ductus seq̄ coeperit, nō inutile erit, eas tabellā q̄ optimē in-
sculpi, vt per illos velut sulcos ducatur stilus. Nā neq; errabit quēadmodū in caris continebi-
tur vtrinque marginibus) nec extra præscriptū poterit egredi, & celerius ac sæpius sequendo
certa vestigia firmabit articulos, neque egebit adiutorio manum suam manu superimposita
regentis. Nō est aliena res, quā fere ab honestis negligi solet, cura bene ac velociter scribēdi. Nā
cum sit in studiis præcipuum * quoque solo verus ille profectus & altis radicibus nixus pare-
tur, scribere ipsum, tardior stilus cogitationem moratur, & rudis & confusus intellectu caret:
vnde sequitur alter dictandi, quā ex his trāsferēda sunt, labor. Quare cū semper & vbique, tum
præcipuē in epistolis secretis & familiaribus delectabit, ne hoc quidē neglectū reliquit. ¶ Sylla-
bis nullū cōpendiū est, perdiscēda oēs, nec ut sit plerūq; difficillima quæq; earū differenda, vt
in nominibus scribēdis deprehēdantur. Quinimo ne primā quidem memoriā temere creden-
dū: repetere & inculcare diu fuerit vtilius, & in lectiōne quoque non properare ad cōtinuandā
eam vel accelerandā, nisi cū inoffensa atque indubitata literarū inter se cōiunctiō suppeditare
sine vlla cogitandi saltē mora poterit: tunc ipsis syllabis verba completi, & his sermonem cō-
nectere incipiat. Incredibile est quantum moræ lectiōni festinatione addiciatur. Hinc enim ac-
cidit dubitatio, intermissio, repetitio, plusq; possunt audētib; deinde cū errarūt, etiā iis quā iā
sciunt diffidentibus. Certa sit ergo in primis lectiō, deinde cōiuncta, & diu lentior, donec exer-
citatione cōtingat emendata velocitas. Nam prospicere in dextrum (quod omnes præcipiunt)

Infātia quo
modo tractā
da.

De literis.

De scribēdo

De syllabis.

& providere, non rationis modo, sed vsus quoque est, quoniam sequentia intuenti priora dicenda sunt: & quod difficillimum est, diuidenda intentio animi, ut aliud voce, aliud oculis agatur. ¶ Illud non preceps erit curasse, cum scribere nomina pueri quemadmodum moris est) ceperit, ne hanc operam in vocabulis vulgaribus & forte occurrentibus ponat. Protinus enim potest interpretatione lingue secretioris, id est, quas Græci Glosas vocant, dum aliud agitur, ediscere: & inter prima elementa consequi rem postea proprium tempus desideraturam. Et quoniam adhuc, circa res tennes moramur: ii quoque versus, qui ad imitationem scribendi proponuntur, non ociosas velim sententias habeant, sed honestum aliquid monentes. Prosequitur hæc memoria in senectute, & impressa animo rudi vsque ad mores proficiet. Etiam dicta clarorum virorum, & electos ex poetis maxime (namque eorum parvis cognitio gratior est) locos ediscere inter lusum licet. Nam & maxime necessaria est ora tori (sicut suo loco dicam) memoria: & ea præcipue firmatur atque alitur exercitatio ne: & in his de quibus nunc loquimur ætatibus, quæ nihil dum ipsa generare ex se queunt, prope sola est quæ iuvare curam docentium possit. ¶ Non alienum fuerit exigere ab his ætatibus quo sit absolutius os & expressior sermo, ut nomina quadam versusque affectata difficultatis ex pluribus asperissime coeuntibus inter se syllabis catenatos, & velut confragosos quam citatissime voluant: *ἁλῶναι* græcè vocantur, res modica dictu, quæ tamen omnia, multa lingue vitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum prauitate durentur.

Pronunciatio
quomodo
formanda.

VTRVM VTILIVS DOMI AN IN scholis erudiantur. CAP. III.

ED nobis iam paulatim accrescere puer & exire de gremio, ac discere serio incipiat. Hoc igitur potissimum loco tractanda quaestio est, Vtilius ne sit domi atque intra priuatos parietes studentem continere: an frequentia scholarum, & velut publicis præceptoribus tradere. Quod quidem cum iis, a quibus clarissimarum ciuitatum mores sunt instituti, tum eminentissimis auctoribus video placuisse. Non est tamen dissimulandum esse nonnullos, qui ab hoc prope publico more priuata quadam persuasione dissentiant. ¶ Hi duas præcipue rationes sequi videntur: vnam, quod moribus magis consulant fugiendo turbam hominum eius ætatis, quæ sit ad vitia maxime prona: vnde causas turpium factorum sæpe exitisse vitia falsè iactaretur. ¶ Altera, quod quisquis futurus est ille præceptor, liberalius tempora sua impensurus vni videtur, quàm si eadem in plures partiatur. ¶ Prior causa prorsus grauis. Nam si studiis quidem scholas prodesse, moribus autem nocere constaret, potior mihi ratio viuendi honestè, quàm vel optime dicendi videretur. Sed mea quidem sententia, iuncta ista atque indifcreta sunt. Neque enim esse oratorem nisi bonum virum iudico, & fieri etiam si posset nolo. De hac re igitur prius. Corrupti mores in scholis putant: nam & corrumpuntur interim, sed domi quoque: & sunt multa eius rei exempla, tam læsa hercle, quàm conseruata sanctissima: vtrouque opinionis. Natura cuiusque totum curaque distat: da mentem ad peiora facile, da negligentiam formandi custodiendique in aetate prima pudoris, non minorem flagitiis occasionem secreta præbuerint. Nam & esse potest turpis domesticus ille præceptor, nec tutior inter seruos malos, quàm ingenuos parum modestos conuersatio est. At si bona ipsius incholes, si non cæca ac sopita parentum secordia est, & præceptorem eligere sanctissimum quæque, cuius rei præcepta prudentibus cura est, & disciplinam quæ maxime seueram fuerit, licet, & nihilominus amicam grauem virum, aut fidelè libertum lateri filii sui adiungere, cuius assiduus comitatus etiam illos meliores faciat qui timebantur. Facile erat huius metus remedium. Vtinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus. Infantia statim deliciis solvimus. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis & corporis frangit. Quid non adultus concupiscet, qui in purpuris repit? Nondum prima verba exprimit, & iam coccum intelligit, iam conchylium poscit. Ante palatum eorum quod os instituimus. In lecticis crescunt: si terram attigerint, è manibus vtrunque sustinentium pendet. Gaudemus si quid licentius dixerint. Verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis, risu & osculo excipimus. Nec mirum, nos docuimus, ex nobis audierunt, nostras amicas, nostros concubinos vident. Omne conuiuium obscenis canticis strepit, pudenda dictu spectantur. Fit ex his consuetudo, dein de natura discunt hæc miseri antequam sciant vitia esse. Inde soluti ac fluentes non accipiunt ex scholis mala ista, sed in scholas afferunt. ¶ Verum in studiis magis vacabit vnus vni. Ante omnia nihil prohibet esse istum nescio quæ vnus etiam cum eo, qui in scholis eruditur. Sed etiam si iungi vtrunque non posset, lumen tamen illud conuentus honestissimi, tenebris ac solitudini prætulissim. Nam optimus quisque præceptor frequentia gaudet, ac maiore se theatrum dignum putat.

Profert opiniones contrarias, & ordine soluit. Confutatio.

Contra parentes,

Obiectio secundæ & confutatio.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

At ferè minores ex conscientia suæ infirmitatis harere singulis, & officio fungi quodammodo paedagogorum non indignantur. Sed præstet alicui vel gratia, vel amicitia, vel pecunia, vt doctis finū atque incomparabilem magistrū domi habeat, nō tamen ille totum in vno diē cōsumpturus est. Haud potest esse vlla tā perpetua discēntis intentio, quæ non vt visus oculorū obtutu cōtinuo fatigaret, cū præsertim plus secreti tēporis studia desiderēt. Neq; enim edicenti, scribētī & cogitātī præceptor assisist, quorū aliqd agentibus cuiuscūq; interuentus impedimento est. Lectio quoq; nō omnis nec semper præcūte, vel interpretante eget. Quādo enim tot auctōrū notitia cōtingeret? Ergo modicū tēpus est, quo in totū diē velut opus ordinetur. Ideōq; per plures ire possunt etiā quæ singulis tradēda sunt. Plerāq; vero hanc cōditionē habēt, vt eadē voce ad omnes si mul perferantur. Taceo de partitionibus & declamationibus rhetorū, quibus certe quātuscūque numerus adhibeatur, tamē vnusq; totū feret. Nō enim vox illa præceptoris, vt cœna, minus plurib; sufficit: sed vt sol, vniuersis idē lucis calorīsq; largitur. Grāmaticus quoq; si de ratione loquēdi disserat, quæstiones explicet, historias exponat, poemata enarret: tot illa discēt, quot audient. ¶ At enim emēdationi prælectioniq; numerus obstat. Sit incōmodū, (nā qd ferē vndiq; possēt) mox illud cōparabimus cōmodis. Nec ego tamē eo mitti puerū volo, vbi negligatur. Sed neque præceptor bonus maiore se turba, q̄ ut sustinere eā possit, onerauerit. & in primis ea habenda cura est, vt is omnino fiat nobis familiariter amic⁹, nec officiū in docēdo spectet, sed affectū: ita nūq̄ erimus in turba. Nec sanē quisq; literis saltē leuiter imbutus, eū in quo studiū ingeniūq; perpexerit, nō in suā quoq; gloriā peculiariter fouebit. Sed vt fugiēda sint magnæ scholæ (cui ne ipse qui dem rei assentior) si ad aliqū meritō cōcurritur: nō tamē hoc eo valet, vt fugiēda sint omnino scholæ. Aliud est enim vitare eas, aliud eligere. Et si refutauimus quæ cōtra dicuntur, iam explicemus quid ipsi sequamur. ¶ Ante omnia, futurus orator, cui in maxima celebritate, & in media Reipub. luce viuendū est, assuescat iam à tenero non reformidare homines, neq; illa solitaria, & velut vmbatili vita pallefcere. Excitanda mēns & attollenda semper est, quæ in huiusmodi secretis, aut languescit, & quendā velut in opaco sitū ducit, aut contrā tumescit inani persuasione. Necesse est enim sibi nimium tribuat, qui se nemini comparat. ¶ Deinde cū proferēda sunt studia, caligat in sole, & omnia noua offendit, vt qui solus didicerit, quod inter multos faciendū est. ¶ Mitto amicitias, quæ vsq; ad senectutē firmissimē durāt, religiosa quadā necessitudine imbutæ. Neq; enim est sanctius, sacris iisdē q̄ studiis initiari. ¶ Sēsum ipsū, q̄ cōmunis dicitur, vbi discet, cū se à cōgressu, q̄ nō hominibus solū, sed mutis quoq; animalibus naturalis est, segregare. Adde quod domi ea sola discere potest, quæ sibi præcipiētur: in schola, etiā quæ alijs. Audiet multa quotidie probari, multa corrigi, proderit alicuius obiurgata desidia, proderit laudata industria, ipse excitabitur laude, æmulatione: turpe ducet cedere pari, pulchrū superasse maiores. Accēdūt omnia hæc animos, & licet ipsa vitiū sit ambitio, frequētē tamē causa virtutū est. ¶ Nō in utilem scio seruātū esse à præceptorib; meis morē, qui cū pueros in classes distribuerāt, ordinē dicendi secūdū vires ingeniū dabant, & ita superiore loco quisq; declamabat, vt præcedere profectū videbatur. Huius rei iudicia præbebantur, ea nobis ingens palma cōtentio: ducere vero classem, multo pulcherrimū. Nec de hoc semel decretū erat, tricesimus dies reddebat victo certaminis potestātē. Ita nec superior successū curā remittebat, & dolor victū ad depellendā ignominiam concitabat. Id nobis aciores ad studia dicendi faces subdidisse, q̄ exhortationes docētū, paedagogorum custodiā, vota parentū, quātū animi mei coniectura colligere possum, cōtenderim. ¶ Sed sicut firmiores in literis profectus alit æmulatio, ita incipiētibus atque adhuc teneris, cōdiscipulorū q̄ præceptorū iucundior, hoc ipso q̄ faciliior, imitatio est. Vix enim se prima elemēta ad spē tollere effingenda (quā summam putant) eloquentiæ audebunt, proxima amplectūtur magis, vt vites arboribus applicitæ inferiores prius apprehendēdo ramos in cæcimina euadūt. Quod adeo verum est, vt ipsius etiā magistrī (si tamen ambitiosis vtilia præferet) hoc opus sit, cum adhuc rudia tractabit ingenia, non statim onerare infirmitatem discēntium, sed temperare vires suas, & ad intellectum audientis descendere. Nam vt vascula oris angustī superfusam humoris copiam respuunt, sensim autem influentibus, vel etiam instillatis complentur, sic animi puerorum quātum accipere possint, videndū est. Nā maiora intellectu, velut parū aptos ad percipiendū animos nō subibunt. Vtile igitur est habere quos imitari primū, mox vincere velis: ita paulatim & superiorū spes erit. ¶ His adiiciō præceptores ipsos nō idē mentis ac spiritus in dicendo posse cōcipere singulis tantū præsentibus, quod illa celebritate audientū instinctos. Maxima enim pars eloquentiæ constat animo, hunc affici, hunc concipere imagines rerum, & transformari quodā modo ad naturam eorum de quibus loquimur, necesse est. Is porro quo generosior celliorq; est, hoc

Alia obiectio.

Sentētia auctoris, quam multis rationibus confirmat.

Sensus communis.

maioribus velut organis cōmouetur, ideōq; laude crescit, & impetu augetur, & aliquid magnū agere gaudet. Est quādā tacita dedignatio, vim dicendi tantis cōparatā laboribus ad vnū auditōrē demittere, pudet supra modū sermones attollere. Et sanē cōcipiat quis mente, vel declamantis habitum, vel orantis vocem, incessum, pronunciationem: illum denique animi & corporis motū, sudorē (vt alia præteream) & fatigationem audiēte vno, nōne quiddam pati furori simile videatur? Non esset in rebus humanis eloquentia, si tantum cum singulis loqueremur.

QVA RATIONE IN PARVIS INGENIA

dignoscantur, & quo modo tractanda sint.

CAP. IIII.

Radito sibi puero docendi peritus ingeniū eius in primis, naturāq; perspiciat. Ingeniū signū in parvis præcipuū memoria est. Eius duplex virtus, facile percipere, & fideliter cōtinere. Proximum imitatio. Nā id quoq; est docilis natura, sic tamen vt ea quæ dicit effingat, non habitū forte & incessum, & si quid in peius notabile est. Non dabit mihi spem bonæ indolis, qui hoc imitandi studio pe- Memoria & imitatio ingenii signa. tet, vt rideatur. Nā proby quoq; in primis erit ille vere ingeniosus: alioqui peius duxerim tardi esse ingenii q̄ mali. Probus autem ab illo segni & iacente plurimū aberit. Hic meus quæ tradentur non difficulter accipiet, quādā etiam interrogabit, sequetur tamen magis q̄ præcurret. Illud ingeniorum velut præcox genus, non temerē vnquam peruenit ad frugem. Hi sunt qui parua facile faciunt, & audacia prouecti, quicquid illic possunt, statim ostendunt: possunt autē id demū, quod in proximo est, verba continuant, hæc uultu interrito nulla tardati verecundia proferunt: non multū præstant, sed citō: non subest vera vis, nec penitus immixtis radicibus nititur: ut quæ summo solo sparsa sunt semina, celerius se effundunt: & imitata spicas herbula, inanibus aristis ante messē flauescunt. Placent hæc annis cōparata, deinde stat profectus, admiratio decrescit. ¶ Hæc cū animaduertit, perspiciat deinceps quonā modo tractandus sit discētis animus. Sūt quidā, nisi infiteris, remissi: quidā imperia indignantur, quosdam continet metus, quosdā debilitat, alios continuatio extūdit, in aliis plus impetus facit. Mihi ille detur puer, quem laus excitet, quem gloria iuuat, qui victus flet, hic erit alendus ambitu, hunc mordebit obiurgatio, hunc honor excitabit, in hoc desidiā nunq̄ verebor. Danda est tamen omnibus aliqua remissio: nō solum quia nulla res est quæ perferre possit continuum laborem (atq; ea quoq; quæ sensu & anima carent, vt seruare vim suam possint, velut quiete alterna retinentur) sed q̄ studiū discendi, voluntate, quæ cogi non potest, constat. Itaque & virium plus afferunt ad discendum renouati ac recentes, & acriorem animū, qui fere necessitatibus repugnat. ¶ Nec me offenderit lusus in pueris, est & hoc signum alacritatis, neque illum tristem, semperque demissum sperare possim erectæ circa studia mētis fore, cum in hoc quoq; maxime naturali atatibus illis impetu iaceat. Modus tamen sit remissionibus, ne aut odium studiorū faciant negata, aut oculi consuetudinem nimia. Sūt etiā nonnulli acuti puerorū ingenii non inutiles lusus, cum positis inuicem cuiuscunq; generis quæstiunculis æmulantur. Mores quoq; se inter ludendū simplicius detegunt, modo nulla videatur atas tam infirma, quæ non protinus quid rectum prauūque sit, discat: tum vel maximē formanda cum simulandi nescia est, & præcipientibus facillimē cedit. Frangas enim citius quā cor rigas, quæ in prauū induruerunt. Protinus ergo ne quid cupidē, nequid improbē, ne quid impotē ter faciat, monendus est puer. Habendūque in animo semper illud Virgilianum, Adeo in tenebris consuescere multum est. ¶ Cædi vero discipulos, quanquam id receptum sit, & Chrysippus non improbet, minime velim. Primum quia deforme ac seruire est, & certe quod cōuenit, si atatem mutes iniuria. ¶ Deinde quod sicui est mens tam illiberabilis vt obiurgatione non corrigatur, is etiam ad plagas, vt pessima quæq; mancipia, durabitur. ¶ Postremo, q̄ ne opus erit quidem hac castigatione, si assiduus studiorum exactor astiterit. Nunc ferē negligentia pedagogorū sic emendari videtur, non vt pueri facere quæ recta sunt cogantur, sed cur non fecerint puniantur. ¶ Denique cum paruulum verberibus coegeris, quid iuueni facias, cui nec adhiberi potest hic metus, & maiora discenda sunt? ¶ Adde q̄ multa vapulātibus dictu deformia, & mox verecundiæ futura sæpe dolore vel metu accidunt, qui pudor refringit animum & abiicit, atque ipsius lucis fugam & tædium dicit. ¶ Iam si minor in eligendis custodum & præceptorum moribus fuit cura, pudet dicere in quæ probra nefandi homines isto cadendi iure abutantur, quā det aliis quoque nonnunquam occasione hic miserorum metus. ¶ Non morabor in parte hac, nimium est quod intelligitur. Quare hoc dixisse satis est, in atatem infirmam & iniuriæ obnoxiam nemini debere nimium licere. Nunc quibus instituendus sit artibus qui sic formabitur, vt fieri possit orator, & quæ in quaque atate inchoanda, dicere ingrediar.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

DE GRAMMATICA.

CAP. V.

Grammatices diuifio,
& quam late pateat eius profef-
fio.

Critici.

P

Rimus in eo qui legendi ſcribēdīq; adeptus erit facultatē, grāmaticis eſt locus: nec reſert de Græco an de Latino loquar, q̄q; Græcū eſſe priorē placet. Vtriq; eadē via eſt. Hæc igitur profefſio cū breuiſſimē in duas partes diuidatur, rectē loquēdi ſciētiam & poetarū enarrationē, plus habet in reſeſſu q̄ fronte promittit. Nā & ſcribēdi ratio coniūcta cū loquēdo eſt, & enarrationē præcedit emēdata lectio, & mixtū

his omnibus iudicium eſt. Quo quidem ita ſunt ſeuere vſi veteres grāmatici, vt nō verſus modo cenſoria quadā virgula notare, & libros, qui falſō viderentur inſcripti, tanq̄ ſubdititios ſummouere familia permiſerint ſibi: ſed auctores alios in ordinē redegerint, alios omnino exemerint numero. Nec poetas legiſſe ſatis eſt, excutiendum omneſcriptorum genus, nō propter hiftorias modo, ſed verba, quæ frequēter ius ab auctoriſ ſumunt. Tū nec citra muſicen grāmaticæ poteſt eſſe perfectā, cū ei de metris rhythmiſq; dicendū ſit. Nec ſi rationē ſyderū ignoret, poetas intelligat: qui (vt alia omittā) toties ortu occaltq; ſignorū in declarandis temporibus vtuntur. Nec ignara philoſophiæ, cū propter plurimos in omnibus ſerē carminibus locos, ex intima quæſtionū naturalium ſubtilitate repetitos, tum vel propter Empedoclea in Græcis, Varronem ac Lucretiū in Latinis, qui præcepta ſapientiæ verſibus tradiderunt. Eloquētia quoque non mediocri eſt opus, ut de unaquāq; earū quas demonſtrauiſus rerū dicat propriē & copioſe. Quo minus ſunt ferendi qui hanc artē ut tenuem ac ieiuam cauillantur: quæ niſi oratoris futuri fundamenta fideliter iecent, quicquid ſuperſtruxeris corruet: neceſſaria pueris, iucūda ſenibus, dulcis ſecretorū comes, & quæ vel ſola omni ſtudioſorum genere plus habet operis quā ſtentationis.

DE LITERIS ET EARVM POTESTATE, AC ORATIO-

nis partibus.

CAP. VI.

N

E quis igitur tanq̄ parua ſaſtidiat grammatices elementa, non quia magnæ ſit operæ cōſonātes à vocalibus diſcernere, ipſaſq; eas in ſemiuocaliū numerū, mutarūq; partiri: ſed quia interiora velut ſacri huius adēūtibz, apparebit multa rerū ſubtilitas, quæ nō modo acuere ingenia puerilia, ſed exercere altiffimā quoq; eruditionē ac ſcientiā poſſit. An cuiuſlibet auris eſt exigere literarū ſonos: nō her-

cule magis q̄ neruorū. At grammatici ſaltē omnes in hāc deſcendent rerū tenuitatē, deſint ne aliqua nobis neceſſariæ literæ, non cum græca ſcribimus (tum enim ab iſdē duas mutuamur) ſed propriē in Latinis, ut in his, ſeruus & vulgus, æolicū digamma deſideratur. Et mediū eſt quidā u & i literæ ſonus. Non enim ſic optimū dicimus, ut opimum, & in here, neq; e planē neq; i auditur. ¶ An rursus alia redūdēt, præter illā aſpirationis, ꝑ quæ ſi neceſſaria eſt, etiam cōtrariā ſibi poſcit. ¶ Et q, quæ & ipſa quorundā nominū nota eſt, & k, cuius ſimilis eſt ꝑ ſpecieſq; niſi paulū à noſtris obliquitur, Kappa apud Græcos, nunc tantū in numero manet: & noſtrarū vltima x, qua tamen carere potuiſus, ſi non quæſiſſemus. ¶ Atq; etiā in ipſis vocalibus grāmatici eſt videre, an aliquas pro cōſonanti vſus acceperit: quia iā ſicut tā ſcribitur, & quos vt cos. Atq; ut vocales iungantur. aut enim vnā longā faciūt, ut veteres ſcripſere, q geminatione earū velut apice vtebantur: aut duas, niſi quis putat etiā ex tribz vocalibus ſyllabam, quod nequit fieri ſi nō aliqua officio cōſonantiū fungatur. ¶ Quæret etiā hoc, quomodo duabus demū vocalibus in ſeipſas cōeūdi natura ſit, cū cōſonantiū cecat nulla niſi alterā frangat. Atq; litera i ſibi incidit. Cōiicit enim eſt ab illo iacit. Et u, quomodo nūc ſcribitur vulgus, & ſeruus. Sciāt etiā Ciceroni plauiſſe aitiō maiāq; geminata i ſcribere. Quod ſi eſt, etiā iūgetur ut cōſonās. ¶ Quare diſcat puer qd in literis propriū, qd cōmune, quæ cū quibus cognatio: nec miretur cur ex ſcamno fiat ſcabellū, aut à pinna (quod eſt acutū) ſecuris vtrinq; habēs acie, bipēnis: ne illorū ſequatur errorē, q quia à pēnis duabus hoc eſſe nomen exiſtimāt, pennas auiū dici volūt. ¶ Neq; has modo nouerit mutationes quas aſſerūt declinatio aut præpoſitio, vt ſecat ſecut, cadit excidit, calcit exculcat, & ſic à lauando lotus, & inde rursus illotus, & mille alia: ſed & quæ rectis quoque caſibus a tate tranſierūt. Nā vt Valeſii & Fuſii in Valerios Furiōſque venerūt: ita arboſ, laboſ, vapoſ, etiā & clamoſ ac laſeſ ætatis fuerunt. Et hæc ipſa ſ litera ab his nominibus excluſa in quibuſdam ipſa alteri ſuccelſit: nam mertare atq; pultare dicebāt: quin ſcēdū ſcēdūſque, pro aſpiratione u ſimili litera utentes. nā contra Græci aſpirare ſolent, ut pro Fundanio C. teſtem, qui primā eius literā dicere nō poſſet, irridet. Sed b quoque in locū aliarū dedimus aliquādo, unde propriū Burrihuſ, & Bruges, & Balena. nec nō eadē fecit ex duello bellū, unde duellioſ quidā dicere bellioſ auſi. Quid ſtlatum, ſtlatēſq; Quid d literæ cum t quædā cognatio? Quare minus mirum ſi in uetuiſtis openbus urbiſ noſtræ, & celebribz tēplis legantur Alexanter & Caſſantra. Quid o atq; u permutatæ inuicem?

Laſeſ pro laſeſ, quod in aliis codicibus expunctum fuit.

ut Hecoba, & notrix. Culchides, & Pulyxena scriberetur: ac ne in Græcis id tantum notetur, dede-
 ront, ac probaueront, sicut *id vauis*, quæ *id vauis* fecerunt Acoles, ad Vlyxem deductus est. Quid?
 non e quoque in loco fuit, ut Menerua, & leber, & magester, & deiove victore, pro deioui victo-
 ri? Sed mihi locum signare satis est. Non enim doceo, sed admoneo docturos. Inde in syllabas cu-
 ra transibit, de quibus in orthographia pauca annotabo. ¶ Tum uidebit ad quem hoc pertinet,
 quot & quæ sint partes orationis: quæ de numero parum conuenit. Veteres enim, quorum fuerunt
 Aristoteles atque Theodectes, uerba modo, & nomina, & conuinctiones tradiderunt, uidelicet quæ
 in uerbis uim sermonis, in nominibus materiam, quia alterum est quod loquimur, alterum de
 quo loquimur: in conuinctionibus autem eorum complexum esse iudicauerunt. Quas coniu-
 ctiones à plerisque dici scio: sed hæc uidetur ex syndesmo magis propria translatio. Paulatim à phi-
 losophis maximè Stoicis auctus est numerus, ac primum conuinctionibus articuli adiecti, post
 præpositiones, nominibus appellatio, deinde pronomen, deinde mixtum uerbo participium, ipsis
 uerbis aduerbia. Noster sermo articulos non desiderat, ideoque in alias partes orationis spargun-
 tur. Sed accedit superioribus interiectio. Alii tamen ex idoneis auctoribus octo dumtaxat partes
 secuti sunt, ut Aristarchus & ætate nostra Palæmon, qui uocabulum, siue appellationem nomi-
 ni subiecerunt tanquam species eius. At ii qui aliud nomen, aliud uocabulum faciunt, nouem.
 Nihilominus fuerunt qui ipsum adhuc uocabulum ab appellatione didicerunt, ut esset vocabu-
 lum corpus visu tactuque manifestum, domus, lectus: Appellatio, cui vel alterum deest, vel utru-
 que, ventus, cælum, deus, virtus. Adiciebant & asseuerationem, ut heu: & attractionem, ut fa-
 sceatim: quæ mihi non approbantur. Vocabulum an appellatio dicenda sit *περὶ ὀνόματι*, & subii-
 cienda nomini nec ne, quia parui refert, liberum opinaturis relinquo.

De partibus
orationis.Nomen.
Vocabulum
Appellatio.

DECLINARE IN PRIMIS NOMINA ET VERBA SCIRE

oportere pueros, & genera nosse, ac casus.

CAP. VII.

N Omina declinare & uerba in primis pueri sciant, neque enim aliter peruenire ad in-
 tellectum sequentium possunt. Quod etiam admonere superuacuum fuerat, nisi am-
 bitiosa festinatione plerique à posterioribus inciperent: & dum ostentare discipu-
 los circa speciosiora malunt, compendio morantur. At si quis & didicerit satis, &
 (quod non minus deesse interim solet) voluerit docere quæ didicit, non erit con-
 tentus tradere in nominibus tria genera, & ea quæ sunt duobus, omnibus ve cõmunia. Nec sta-
 tim diligentem putabo, qui promiscua (quæ epicœna dicuntur) ostenderit: in quibus sexus uterque
 per alterum apparet, aut quæ fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significat, qualia
 sunt Murena, & Glycerium. ¶ Scrutabitur mille præceptor acer atque subtilis origines nominum,
 ut quæ ex habitu corporis Rufos Logosque fecerunt. Vbi erit aliquid secretius, unde Sylla, Burrus,
 Galba, Planci, Pansa, Scauri, taliique: & ex casu nascentium, hinc Agrippa & Opiter, & Cordus,
 & Posthumus erunt: & iis quæ post natos eueniunt, unde Vopiscus. Iam Cotta, Scipiones, Lena-
 tes, Serani, sunt ex variis causis. Gentis quoque ac loca, & alia multa reperias inter nominum cau-
 sas. In seruis iam intercidit illud genus, quod ducebatur à domino, unde marci porci, publi porci.
 Quærat etiam, sit ne apud Græcos vis quædam sexti casus, & apud nos quoque septimi. Nam cum
 dico, hasta percussus, non utor ablatiui natura: nec si idem græcedicam, datiui, τῷ δόγῃ.

Genus epi-
cœnum.Origines no-
minum.Sextus &
septimus ca-
sus.DE VERBIS ET VERBORVM APPELLATIO-
nibus.

CAP. VIII.

S Ed in uerbis quoque quis est adeo imperitus, ut ignoret genera & qualitates, & per-
 sonas, & numeros? Literarii penè ista sunt ludi & triualis scientia. Iam quosdam
 illa turbabunt, quæ declinationibus non tenentur. Nam & quædam participia, an
 uerbi appellationes sint, dubitari potest: quia aliud alio loco valent, ut lectus, & sa-
 piens. Quædam appellationibus similia, ut fraudator, nutritor. Iam, Itur in anti-
 quam syluam, nonne propriæ cuiusdam rationis est? Nam quod initium eius inuenias? Cui si-
 mile, fletur. Accipimus aliter, ut Panditur interea domus omnipotentis olympi. aliter, ut, Totis
 Visque adeo turbatur agris. Est etiam quidam tertius modus, ut uerba habitatur, unde & campus
 curritur, mare nauigatur. Præterea quoque atque potus diuersum valent quæ indicant. Quid? quæ multa
 uerba non totum declinationis ordinem ferunt. Quædam etiam mutantur, ut fero in præterito.
 Quædam tertiæ demum personæ figura dicuntur, ut licet, piget. Quædam simile quiddam pati-
 untur uocabulis in aduerbium transeuntibus. Nam ut noctu & diu, ita & dictu & factu. Sunt
 enim hæc quoque, uerba participialia quidem, non tamen qualia dicto factoque.

Verba im-
personalia.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM
DE VIRTVTIBVS ET VITIIS ORATIONIS. CAP. IX.

I

Horat. de
arte poeti-
ca.
De uocibus
simplicibus.
Euphonia.

Barbaris-
mus.

Barbarismi
species.

A M cum oratio tres habeat virtutes, vt emendata, vt dilucida, vt ornata sit: quia dicere aptè (quod est præcipuū pleriq; ornatui subiiciūt: totidē vitia, quæ sunt supradictis cōtraria, emendatè loquendi regula (quæ grammatices prior est pars) examinet. Hæc exigitur verbis aut singulis, aut pluribus. Verba nunc generaliter accipi volo: nam duplex eorum intellectus est, alter qui omnia per quæ sermo neci-
tur significat, vt apud Horatiū, Verbaq; prouisam rem nō inuita sequētur. Alter in quo est vna pars orationis, lego, scribo. Quā vitantes ambiguitatem quidā dicere maluerūt, voces, dictiones, locutiones. Singula sunt aut nostra aut peregrina, aut simplicia aut composita, aut propria aut translata, aut vitata aut ficta. ¶ Vni verbo uitiiū sapius q̄ virtus inest. Licet enim dicamus aliquid propriū, speciosum, sublime, nihil tamen horū nisi in cōplexu loquendi seriēq; contingit. Laudamus enim verba rebus bene accommodata. Sola est quæ notari possit velut vocalitas, quæ *ivpavla* dicitur, cuius in eo delectus est, vt inter duo quæ idē significant, ac tantundē valent, quod melius sonet, malis. Prima barbarismi, ac solcicisimī scēditas absit. Sed quia interim excusantur hæc vitia, aut cōsuetudine, aut auctoritate, aut vetustate, aut deniq; vicinitate virtutū (nam sæpe à figuris ea separare difficile est) ne quē tam lubrica observatio fallat, acriter se in illud tenue discrimen grāmaticis intendat: de quo nos latius ibi loquemur, vbi de figuris orationis tractandū erit. Interim vitiiū quod sit singulis verbis, sit Barbarism⁹. ¶ Occurrat mihi forsan aliquis, quid hic promissor tanti operis dignū: aut quis hoc nescit, alios barbarismos scribēdo fieri, alios loquēdo: quia quod male scribitur, male etiā dici necesse est: qui vitiose dixerit, nō utiq; & scripto peccat. Illud prius additione, detractiōe, immutatione, transmutatione: hoc secundū diuisione, cōplexione, aspiratione, sono cōtineri: Sed vt parua sint hæc, pueri docentur adhuc, & grāmaticos officii sui cōmonemus. Ex quibus si quis erit planē impolitus, & vestibulū modo artis huius ingres-
sus, intra hæc quæ profentitiū cōmentariolis vulgata sunt, consistet: doctiores multa adicient, vel hoc primū, q̄ barbarismū pluribus modis accipimus. ¶ Vnū in gēte, quale sit, si quis Afrum, uel Hispanū latinæ orationi nomen inserat, vt ferrū quo rotæ vinciūtur, dici solet cāthus, q̄q; eo tanq̄ recepto vitur Persius, sicut Catullus ploxenū circa Padū inuenit, & in oratione Labieni (siue illa Cornelii Galli est) in Pollionē, Cæsar affectator, ē Gallia ductū est. Nā mastrugā, quod Sardū est, illud ē Cicero ex industria dixit. ¶ Alterū genus barbarismi accipimus, quod sit animi natura, ut is à quo insolēter quid aut minaciter atq; crudeliter dictū sit, barbarē locutus existime-
tur. ¶ Tertiū est illud vitiiū barbarismi, cuius exēpla vulgō sunt plurima, sibi etiam quisq; fingere potest, vt verbo cui libebit, adiciat literā syllabæ, uel detrahat, aut aliā pro alia, aut eandē alio q̄ rectū est loco ponat. Sed quidā ferē in iactationē eruditionis sumere illa ex poetis solent, & auctores quos prælegūt criminantur. Scire autē debet puer hæc apud scriptores carminū aut uenia digna, aut etiā laude duci, potiusq; illa docēda erunt minus vulgata. Nā duos in uno nomine faciebat barbarismos Tinga Placentinus (si reprehēdenti Hortētio credimus) preculā pro pergulā dicēs, & immutatiōe, cū c, pro g, uteretur, & trāsmutatione, cū r, præponeret e antecedēti. At in eadē uitii geminatiōe Metico Suffecio dicēs Enni⁹, poetico iure defēditur. ¶ Sed in prosā quoq; est quædā iā recepta immutatio. Nā Cicero Canopitarū exercitū dicit, ipsi Canobō vocāt, & Tra-
fimenū pro Trāsimēo, multi auctores, etiā si est in eo trāsmutatio, uēdicauerūt. similiter alia. Nā siue est falsum assentiōr, Sisenna dixit assentio: multiq; & hunc & analogiā secuti: siue illud uerū est, hæc quoq; pars consensu defenditur. At ille pexus pinguisq; doctor, aut illic detractiōe, aut hic adiectiōe putabit. ¶ Quid? quædā quæ singula proculdubio uitiosa sunt, iuncta sine reprehensione dicūtur? Nā dua & tre & pondo diuersorū generū sunt barbarismi. At duapōdo & tre-
pondo usq; ad nostrā ætatē ab omnibus dictū est, & rectē dici Messala cōfirmat. ¶ Absurdū for-
san uideatur dicere barbarismū, quod est unius uerbi uitiiū, fieri per numeros, aut genera, sicut so-
lēcismū: scala tamen & scopa, cōtrāq; hordea & musta, licet literarū mutationē, detractiōem, adiectiōe nō habeat, non alio uitiosa sunt q̄ q̄ pluralia singulariter, & singularia pluraliter esse-
runtur: & gladia qui dixerunt, genere exciderūt. Sed hoc quoq; notare cōtentus sum, ne arti culpa quorundā peruicaciū perplexa, uidear & ipse quæstiōe addidisse. ¶ Plus exigunt subtilitatis quæ accidunt in dicendo uitia, quia exēpla eorū tradi scripto nō possunt, nisi cū in uersis incide-
runt, ut *διειρησις* europai: & ei cōtrariū uitiiū, quod *συναίρεσις* & *συνακλίσθη* Græci uocant, nos cō-
plexionem dicimus: qualis est apud P. Varronē, Cum te flagranti deiectū fulmine Phæton. Nam si esset prosa oratio, easdē literas enunciare ueris syllabis licebat. ¶ Præterea quæ sunt spatio, siue cum syllaba correpta producitur, ut, Italiam fato profugus: seu longa corripitur, ut, Vnius ob-
noxam

noxam & furias extra carmen non deprehendas, sed nec in carmine uitia ducenda sunt. Illa uero non nisi aure exiguntur, quæ sunt per sonos, quæ per aspirationem, siue adicitur uitiose, siue detrahitur. Apud nos potest quæri an in scripto sit uitium, si h. litera est, non nota. Cuius quidē ratio mutata cum temporibus est sapius. Parcissimè ea ueteres usi etiam in uocalibus, cum cedos, ircolq; dicebant. Diu deinde obseruatum, ne consonantibus aspiraretur, ut in Græcis, & triumphis. Erupit breui tempore nimius usus, ut chorona, chenturiones, præchiones adhuc quibusdam inscriptionibus maneant. Quæ de re Catulli nobile epigramma est. Inde durat ad nos usq; uehementer, & cōprehendere, & mihi: nam mehe quoq; pro me, apud antiquos Tragediarū præcipue scriptores in ueteribus libris inuenimus. Adhuc difficilior obseruatio est per tenores, quos quidē ab antiquis dictos Tonores comperi, uidelicet declinato à Græcis uerbo, qui τῶν dicunt: vel accentus, quas Græci περισσῶδες vocant, cum acuta & grauis alia pro alia ponitur, ut in hoc Cāmillus, si acuitur prima: aut grauis pro flexa, ut Cethegus, & hic prima acuta. Nam si media mutatur, aut flexa pro graui, aut apice circumducta sequente: quam ex duabus syllabis in vnam cogentes, & deinde flectentes, dupliciter peccant. Sed id sapius in Græcis nominibus accidit, ut Atreus, quem nobis iuuenibus doctissimi senes acuta prima dicere solebant, ut necessario secundam grauis esset. Idem Terei, Nereiq;. Hæc de accentibus, tradita. Caterū iam scio quosdam eruditos, nonnullos etiam grammaticos, sic docere ac loqui, ut propter quadam uocum discrimina uerbum interim acuto sono finiant: ut in illis, Quæ circum littora, circum Piscos leopulos: ne si grauē posuerint secundam, circus dici videatur, non circuitus. Item quantum, quāle, interrogantes graui, comparantes acuto tenore cōcludunt: quod tamen in aduerbiis ferè solis, ac pronominibus uendicant, in ceteris ueterem lege sequuntur. Mihi uidetur conditionē mutare, quibus locis uerba cōiungimus. Nam cū dico, circum littora, tanq; vnū enuncio dissimulata distinctione: itaq; tanq; in vna uoce, vna est acuta. Quod idē accidit in illo, Troia: qui, primus ab oris. Euenit ut metri quoq; cōditio mutet accentū, ut Pecudes pictæq; uolūcres. Nam uolūcres media acuta legā, quia et si natura breuis, tamen positione longa est, ne faciat iambū, quē non recipit uersus heroicus. Separata uero hæc, à præcepto nostro non recedent: aut si cōsuetudo uicerit, uetus lex sermonis abolebitur. Cuius difficilior apud Græcos obseruatio est, quia plura illis loquēdi genera, quas ἀνελκυστὲς vocāt, & quod alias uitiosum, interim alias rectū est: apud nos uero breuissima ratio. Nāq; in omni uoce, acuta intra numerū triū syllabarū continetur: siue ea sint in uerbo sola, siue vltimæ, & in his aut proxima extremæ, aut ab ea tertia. Triū porro, de quibus loquor, media longa, aut acuta, aut flexa erit. Eodē loco breuis utiq; grauē habebit sonum, ideoq; posita ante se, id est, ab vltima tertiā acuet. Est autē in omni uoce utiq; acuta, sed nunq; plus vna, nec vltima vnq; ideoq; in dissyllabis prior. Præterea nunq; in eadē flexa, & acuta, quia eadem flexa ex acuta, utiq; neutra cludet uocem latinā. Ea uero quæ sunt syllabæ vnius, erunt acuta aut flexa, ne sit aliqua uox sine acuta. Et illa per sonos accidunt, quæ demonstrari scripto non possunt, uitia oris, & linguæ ἰσχυρισμός, & λαβδρισμός, & ἰσχυρισμός, & ἰσχυρισμός, & πλετισμός: feliciores fingendis nominibus Græci vocant: sicut κοιλισμός, cum uox quasi in recessu oris auditur. Sunt etiā proprii quidam & inuitabiles soni, quibus nonnunq; nationes reprehēdimus. Remotis igitur omnibus de quibus supra diximus, uitiis, erit illa quæ uocatur ὁρθοφωνία, id est, emendata cum suauitate uocū explanatio. Nā sic accipi potest recta. Cetera uitia omnia ex pluribus uocibus sunt, quorū est solēcismus. quæ circa hoc quoq; disputatū est. Nā etiā qui contextu, uel cōplexu orationis accidere cōsistunt, quia tamen unius emendatione uerbi corrigi possit, in uerbo esse uitium, non in sermone, cōtendunt: cū siue amaræ corticis, siue medio cortice, per genus facit solēcismū, quorū neutrum quidē reprehendo, cū sit utriusq; Virgilius auctor. Sed fingamus utrūlibet non rectē dictū, mutatio uocis alterius, in qua uitium erat, rectā loquendi rationē sic reddit, ut amari corticis fiat, uel media cortice, quod manifestæ calumniæ est, neutrum enim uitiosum separatū est, sed cōpositione peccatur, quæ iam sermonis est. Illud eruditius quæritur, an in singulis quoq; uerbis possit fieri solēcismus, uti si unū quis ad se uocās dicat, uenite, aut si plures à se dimittēs, ita loquatur, abi, aut discede. Nec non cum responsum ab interrogante dissentit, ut si dicenti, quē uideo, ita occurras, ego. In gestu etiam nonnulli putant illud idem uitium inesse, cum aliud uoce, aliud nutu, uel manu demonstratur. Huic opinioni neque omnino accedo, neque planē dissentio, nam id fateor posse accidere uoce una, non tamen aliter q; si sit aliquid quod uim alterius uocis obtineat, ad quod uox illa referatur, ut solēcismus ex cōplexu fiat eorū, quibus res significatur, & uoluntas ostenditur. Atq; ut omnem effugiam cauillationem, fit aliquando in uno uerbo, nunq; in solo uerbo. Per quot autē & quas accidat species, non satis cōuenit: qui plenissimè quadripartitū uo-

Aenciad. 1.
Ibidem.

Aenciad. 4.

Accentuum
regula apud
Latinos.

SOLOECISMUS.

Aeglo. 6.
Georg. 2.Solēcismus
uno in uerbo,
& etiā
in gestu.
Solēcismus
species.

lunt esse rationem, nec aliam q̄ barbarismi: ut fiat adiectione, ut, ueni de Susis in Alexandriam: detractiōe, ambulo uiam, Aegypto uenio, ne hoc fecit: trāsmutatione, qua ordo turbatur, quoq; ego enim hoc nolui, autē nō habui. Ex quo genere an sit, igitur, in initio sermonis positū dubitari potest, quia maximos auctores in diuersa fuisse opinione uideo, cum apud alios sit etiam frequens, apud alios nunq̄ reperiatur. Hæc tria genera quidam diducunt à solæcismo, & adiectionis uitii *πλεονασμὸν*, detractiōis *ἐλλειψιν*, inuersionis *ἀντιστροφὴν* uocant: quæ si in specie Solæcismi cadant, *ὑπερβατόν* quoq; appellari eodē modo posse. Immutatio sine controuersia est, cum aliud pro alio ponitur. Id per omnes orationis partes deprehendimus, frequentissimē in uerbo, quia plurima huic accidunt, ideōq; in eo sunt solæcismi per genera, tempora, personas, modos, siue cui status eos dici, seu qualitates placet: uel sex, uel ut alii dicūt, octo. nam totidem uitiorū erunt formæ, in quot species eorū quodq; de quibus supradictū est, diuiseris. Præterea numeros, in quibus nos singulare ac pluralem habemus. Græci & *ῥήτορες*, q̄q̄ fuerunt qui nobis quoq; adicerent dualem, scribere, legere, quod deuitadæ asperitatis gratia mollitū est, ut apud ueteres, pro male mereris, male merere: ideōq; quod uocant duale, in illo solo genere cōsistit, cum apud Græcos & in uerbi tota fere ratione, & in nominibus ferē deprehendatur, & sic quoq; rarissimus eius sit usus: apud nostrorum uero neminem hæc obseruatio reperiatur, quin econtrario, Deuenēre locos, & Conticuēre omnes, & Confedēre duces, apertē nos doceant, nihil horū ad duos pertinere. Dixere quoq; q̄q̄ id Antonius Rufus ex diuerso ponit exemplum, de pluribus patronis præco pronunciet. Quid non Liuius circa initia statim primi libri, Tenuere inquit arcem Sabini: & mox, In aduersum Romani subiēre? Et quem potius ego q̄ M. Tullium sequar? qui in Oratore, Non reprehendo inquit scribere, scripserunt esse uerius sentio. Similiter in uocabulis, & nominibus sit solæcismus genere, numero, proprie autem casibus. Quicquid eorum alteri succedet, huic parti subiungatur, licet per comparationes & superlationes, itemq; in quibus patrium pro possessiuo dicitur, uel contra. Nam uitium quod sit per quantitātē, ut magnū peculio lolum, erunt qui solæcismū putent, quia pro nomine integro positum sit diminutiū. Ego dubito an id improprium potius appellem, significatione enim deorat. Solæcismi porro uitium nō est in sensu, sed in complexu. In participio per genus, & casum, ut in uocabulo: per tēpora, ut in uerbo: per numerū, ut in utroq; peccatur. Pronomen quoq; genus, numerum, casus habet: quæ omnia recipiūt huiusmodi errorem. Fuit solæcismi & quidē plurimi per partes orationis: sed id tradere satis non est, ne ita demum uitii credat esse puer, si pro alia ponatur alia, ut uerbum ubi nomen esse debuerit, uel aduerbium ubi pronomen, & similia. Nam sunt quædam cognata, ut dicunt, id est, eiisdē generis, in quibus qui alia specie q̄ oportet utetur, nō minus q̄ ipso genere permutato, deliquerit. Nam & an & aut coniunctiones sunt, male tamen interroges, hic aut ille sit: & ne ac non aduerbia, qui tamen dicat pro illo ne feceris, non feceris, in idem incidat uitium: quia alterum negandi est, alterum uetandi. Hoc amplius, intro & intus loci aduerbia, eo tamen intus, & intro sum, Solæcismi sunt. Eadem in diuersitate pronominū, interiectionum, præpositionū accidunt. Est enim Solæcismus in oratione cōprehensionis vnus sequentium ac priorum inter se inconueniens positio. Quædam tamen & faciem solæcismi habent, & dici uitiosa nō possunt, ut Tragedia Thyestes, & ludi Floralia ac Megalesia: q̄q̄ hæc frequenti tempore interciderunt, nunq̄ aliter à ueteribus dicta. Schemata igitur nominabuntur, frequentiora quidem apud poetas, sed oratoribus quoque permixta. Verum schema ferē habebit aliquam rationem, ut docebimus eo quem paulo ante promissimus, loco. Sed hoc quoq; quod schema uocatur, si ab aliquo per imprudentiam factum erit, solæcismi uitio non carebit. In eadem specie sunt, sed schemate carent, ut supra dixi, nomina sceminea, quibus mares utuntur: & neutralia, quibus scemina. Hæc tenus de solæcismo, neq; enim artem grammaticam componere aggressi sumus, sed cum in ordinem incurreret, inhonoratam trāfire nolimus. Hoc amplius, ut institutū ordinē sequar, Verba aut latina, aut peregrina sunt. Peregrina porro ex omnibus propē dixerim gentibus, ut homines, ut instituta etiā multa uenerunt. Taceo de Thulcis, & Sabinis, & Prænestinis quoq;: nam ut eo sermone utentem Vectium Lucillius insectatur, quemadmodū Pollio deprehendit in Liuiio Patauinitatē: licet omnia Italica pro Romanis habeam. Plurima gallica ualuerūt, ut rheda, & petoritū quoq;: quorū altero Cicero tamen, altero Horatius utitur. Et mappam quoq; uisitātū Circo nomen, Poeni sibi uendicant: & gurdos, quos pro stolidis accipit uulgus, ex Hispania duxisse originem audiui. Sed hæc diuisio mea ad Græcum sermonem præcipuē pertinet: nam & maxima ex parte Romanus inde conuersus est, & confessis quoque græcis utimur uerbis, ubi nostra defunt, sicut illi à nobis nonnunq̄ mutuuntur. Inde illa quæstio exoritur, an eadem ratione

Aenēid. 1.
Aenēid. 2.
13. Metæ.

Solæcismus
in speciem
tameum.

De uerbis
latinis &
peregrinis.

Pro Milone
Sermo. 1.

tionem per casus duci externa quæ nostra, cōueniat. At si reperiatur grammaticū ueterū amatorē, neget quicquid ex latina ratione mutandū: quia cum sit apud nos casus ablatiuus, quem illi nō habent, parum conueniat uno casu nostro, quinque Græcis uti. Quinetiam laudet uirtutē eorū, qui potentiorē facere linguam latinam studebant, nec alienis egere institutis fitebantur. Inde Castorem media syllaba producta pronunciarūt, quia hoc nostris nominibus accidebat, quorum prima positio in easdē quas Castor literas exit. Et ut Palæmo, sic Thelæmo & Plato (nam sic cum Cicero quoque appellatur) dicerentur, retinuerunt: quia latinū quod o & n literis finiretur, non reperiēbant. Nec in a quidē atque s literas exire temerē masculina Græca nomina recto casu patiebantur. Ideoque & apud Cæliū legimus, Pelia cincinnatus. & apud Messalam, Bene fecit Euthia. & apud Ciceronē, Hermagora. Nec miremur, quod ab antiquorum plerisque; Aenea & Anchila sit dictus. Nam si ut Meccenas, Suffenas, Asprenas dicerentur, genitiuo casu non e littera, sed tis syllaba terminarentur. Inde olympo & tyranno acutam mediam syllabā dederunt, quia una longa aut duabis longis sequentibus primam breuē acui noster sermo nō patitur. Sic genitiuus Achillis, & Vlyssis fecit, sic alia plurima. Nunc recentiores instituerunt Græcis nominibus Græcas declinationes potius dare, quod tamen ipsum non semper fieri potest. Mihi autē placet Latinā rationem sequi, quousque patitur decor. Neque enim iam Calipsonē dixerim, ut lunonē, quicquid secutus antiquos C. Cæsar utitur hac ratione declinandi. Sed auctoritatē consuetudo superauit. In cæteris quæ poterunt utroque modo non indecenter effertur, qui Græcā figuram sequi malet, non Latine quidē, sed citra reprehensionem loquetur. Simples uoces prima positione, id est, natura sua cōstant: Cōpositæ autē præpositionibus subiunguntur, ut inno cens: interdū repugnantibus inter se duabus, quale est imperterritus: alioqui possunt aliquādo continuari duæ, ut incōpositus, reconditus, & quo Cicero utitur, subabsurdum: aut ē duobus quasi corporibus coalescunt, ut maleficus. Nam ex tribus nostræ utique linguæ nō concesserim, quis capis Cicero dicat cōpositū esse ex cape & si vis: & inueniantur qui lupercalia æque tres partes orationis esse cōtendant, quasi luere per caprū: nā solitaurilia iā persualum est esse ex fue oue & tauro. Et sanē ita se habet sacrū, quale apud Homerū quoque est. Sed hæc non tam ex tribus quæ ex particulis trium coeunt. Cæterū etiā ex præpositione & duobus uocabulis durē uidetur struxisse Pacuuius, Nerei repandi rostrum incuruicruicū pecus. Iunguntur autem aut ex duobus latinis integris, ut superui & subterfugi, quicquid ex integris an cōposita sint quaritur: aut ex integro & corrupto, ut maleuolus: aut ex corrupto & integro, ut noctiuagus: aut duobus corruptis, ut pedisequus: aut ex nostro & peregrino, ut bicliniū: aut cōtra, ut epitogiū & Anticato: aut ex duobus peregrinis, ut epihedū. Nā cum sit præpositio in Græca, rheda gallicū, nec Græcus tamen nec Gallus utitur cōposito, Romani suū ex utroque alieno fecerunt. Frequenter autē præpositiones quoque; copulatio ista corrumpit, inde abstulit, aufugit, amisit, cum præpositio sit ab sola: & coit, cū sit præpositio con: sic ignaui & ē rep. & similia. Sed res tota magis Græcos decet, nobis minus succedit: nec id fieri natura puto, sed alienis fauemus: ideoque cum *τὸν* mirati sumus, incuruicruicum vix à risu defendimus.

De uocibus compositis.

Iliados. 1.

Græci in cōponendo feciliores.

DE VERBIS PROPRIIS ET TRANSLATIS VSI.

tatis & nouis, & de quatuor quibus sermo constat

CAP. X.

Propria sunt uerba cū id significāt, in quod primo denominata sunt. Translata cū aliū natura intellectu, aliū loco præbēt. Vtitur tutius utimur: noua nō sine periculo quodā periculo fingimus. Nā si recepta sunt, modicā laudē asserūt oratori: repudiata etiā in iocos exeūt. Audendū tamen: nāque ut Cicero ait, etiā quæ primo dura uisa sunt, usu molliuntur. Sed minime nobis cōcessa est *ἐνοχλοποιεῖν*, quis enim ferat, si quid simile illis merito laudatis *ἀνέγει βίβος*, & *οὐκ ἐν ἀνίμῳ*, fingere audeamus? Iā ne balare quidē aut hinnire fortiter diceremus, nisi iudicio uetustatis niterentur. Est etiā sua loquētibz obseruatio, sua scribētibz. Sermo constat ratione, uetustate, auctoritate, cōsuetudine. Ratio præstat præcipue analogia, nōnunquam & etymologia. Vetera maiestas quædā, & ut sic dixerim, religio cōmendat. Auctoritas ab oratoribus uel historicis peti solet. Nā poetas metri necessitas excusat, nisi siquādo nihil impediēte in utroque; modulatiōe pedū alterū malunt, qualia sunt. Imo de stirpe recisum, & Aeræ quo cōgessere palūbes, & Silice in nuda, & similia. Cū sū morū in eloquētia uirorū iudiciū pro ratione, & uel error honestus sit magnos duces sequētibz. Cōsuetudo uero certissima loquēdi magistra: ut edūque; planē sermōe, ut numo, cui publica forma est. Oia tamē hæc exigūt acere iudiciū. Analogia præcipue, quā proxime ex Græco trāsferētes in Latinū, proportionē uocauerūt. Ei9 hæc uis est, ut id quod dubiū est, ad aliqd si-

De propriis & translatis.

Sermo quatuor rebus constat.

Aeneid. xi.

Analogia.

mile, de quo nō quæritur, referat: ut incerta certis probet. Quod efficitur duplici uia, cōparatione similiū in extremis maxime syllabis (propter quod ea quæ sunt e singulis, negātur debere rationē) & diminutione. ¶ Cōparatio in nominibus, aut genus deprehendit, aut declinationē. Genus, ut si quærat, funis masculinū sit, an fœmininū, simile illi sit panis. Declinationē, ut si ueniat in dubiū, hac domu dicendū sit, an hac domo, & domuū an domorū, similia sunt domus, anūs, manus. ¶ Diminutio genus modo detegit. Et ne ab eodē exēplo recedā, funē masculinū esse funiculus ostēdit. Eadē in uerbis quoq; ratio cōparationis, ut si quis antiquos secutus feruere breui media syllaba dicat, deprehēdatur uitiose loqui, q̄ omnia quæ e & o literis fatendi modo terminātur, eadē si in infinitis e literā media syllaba acceperūt, utiq; productā habēt, prādeo, pendeo spōdeo, prādere pēdere spōdere. At quæ o solā habent, dūmodo per eandē literā infinita exeāt, breuiā fiunt, lego dico curro, legere dicere currere, Etiā si est apud Luciliū, Feruit aqua & feruet, feruit nunc, feruet ad annū. Sed pace dicere hominis eruditissimi liceat, si feruit putat illi simile currit & legit, feruo dicitur, ut curro & lego, quod nobis inauditū est. Sed nō est hæc uera cōparatio, nā feruit illi est simile feruit: quā proportionē sequēti dicere necesse est feruire, ut feruire. Prima quoq; aliquādo positio ex obliq; inuenitur, ut memoria repeto cōuictos à me qui reprehēderant, q̄ hoc uerbo, usus essem pepigi. Nā id quidē dixisse summos auctores cōstebatur, rationē tamen negabāt permittere: quia prima positio paciscor cū haberet naturā patiēdi, faceret tēpore praterito pactus sum. Nos prater auctoritatē oratorū atq; historiorū, analogia quoq; hoc dictū tuebatur. Nā cū in .xii. tabulis legerimus, Nī ita pagūt, inueniebamus simile huic cadūt. Inde prima positio, etiā si vetustate exoleuerat, apparebat pago, ut cado: vnde nō erat dubiū, sic pepigi nos dicere, ut cecidi. ¶ Sed meminerim⁹ nō per omnia duci analogiæ posse rationē, cū sibi ipsa plurimis in locis repugnet. Quādā sine dubio conātur eruditi defendere, ut cū deprehēsum est lepus & lupus simili positioe quantū in casibus numerisq; dissentiat, ita respōdent, nō esse paria, quia lepus epicœnū sit, lupus masculinū. q̄q; Varro in eo libro quo initia Romanæ urbis enarrat, lupū scēminā dicit, Enniū Pic̄torēq; Fabiū secutus. Illi autē idē cū interrogātur, cur aper apri, & pater patris faciat, illud nomen positū, hoc ad aliqd esse cōtendūt. Præterea quoniā utrūq; à Græcis ductū est, ad eā rationē recurrūt, ut *απερ* pateris, *απερ* apri faciat. Illa tamē quo modo effugiet, ut nomina quibus scēminina, singulari nominatiuo us finita, nūq; genitiuo casu in eris syllabā terminātur, faciat tamē venus veneris? Itē cū e s literis finita per varios exeāt genitiuos, nūq; tamē eadē ris syllaba terminatos, ceres cogat dici cereris? Quid uero quæ tota positio eiusdē in diuersos flexus exeūt: cū Alba faciat alban⁹ & albenfis, volo uolui & volui. Nā praterito quidē tēpore varie formari uerba prima persona o litera terminata, ipsa analogia cōstetur. Siquidē facit cado cecidi, spōdeo spōdī, pingo pinxi, lego legi, pono posui, frango fregi, laudo laudauī. Nō enim cū primū fingerētur homines, analogia demissa cœlo formā loquēdi dedit: sed inuēta est postq̄ loquebantur, & notatū in sermone, quid quo modo caderet. ita nō ratioe nititur, sed exēplo: nec lex est loquēdi, sed obseruatio: ut ipsam analogiā nulla res alia fecerit q̄ cōsuetudo. ¶ Inharēt tamē quidā molestissima diligētiā peruerfite, ut audaciter potius dicāt q̄ audacter, licet omnes oratores aliud sequantur, ut emicauit nō emicuit, & conire nō coire. His permittamus & audiuisse & sciuisse, & tribunale, & faciliter dicere frugalis quoq; sit apud illos nō frugi, nā quo alio modo fiat frugalitas? Idē centū millia nummū, & fidē deū ostendāt duplices quoq; solēcismos esse, quando & casum mutāt & numerū. Nesciebamus enim ac nō cōsuetudini & decori seruiebamus, sicut in plurimis, quæ Tullius in Oratore diuine ut omnia exequitur. Sed Augustus quoq; in epistolis ad C. Cæsarē scriptis, emēdat, q̄ is calidū dicere q̄ caldū malit: nō quia illud nō sit latinū, sed quia sit odiosum, & ut ipse Græco uerbo significauit *πικρῶς*. At qui hanc quidā *εὐβοία* solā putāt, quā ego minime excludo, quid enim tam necessariū q̄ certa locutio? immo inharēdū ei iudico quoad licet, diu etiā mutantibus repugnandū: sed abolita atq; abrogata retinere, insolentia cuiusdā est, & friuolæ in paruis iactantia. Multū enim literatus, qui sine aspiratione producta secunda syllaba salutauit, auere (est enim) & calefac dixerit potius, q̄ quod dicimus e cōseruauisse, is adiciit face & dico, & similia. Recta est hæc uia: q̄s negat? sed alia est & mollior, & magis trita. Ego tamē nō alio magis angor, q̄ q̄ obliquis casibus ducti, etiā primā sibi positio nē nō inuenire, sed mutare permittūt, ut cū ebur & robur ita dicta ac scripta in summis auctoribus, in o literā secūdā syllabā trāsferūt, quia sit roboris & eboris: sulphur autē & guttur u literā in genitiuo seruent, ideoq; iecur etiā & femur controuerfiā fecerūt. quod nō minus est licentiosum q̄ si sulphur & guttur subiicerēt in genitiuo literā o mediā, quia esset eboris & roboris

Cōtra analogiā nimium studiosos.

boris: sicut Antonius Gniſo, qui robur quidē & ebur atq; etiā marmur ſatetur eſſe, verū fieri vult ex his robura, ebur, marmura. Quod ſi animaduertēt literarū affinitatē, ſciterent ſic ab eo quod eſt robur, roboris fieri, quomodo ab eo quod eſt miles limes, militis limitis, iudex vindex, iudicis vindicis, & quæ ſupra iā attigi. Quid? nō ſimiles quoq; (vt dicebā) poſitiōes in lōge diuerſas figuras per obliquos caſus exeunt? vt virgo, Iuno, ſuſus, luſus, culpis, puppis, & mille alia: cū illud etiā accidat, vt quædā pluraliter nō dicātur, quædā cōtra ſingulari numero, quædā caſibus careāt, quædā à primis ſtatim poſitionibus tota mutētur, vt Iuppiter. Quod verbis etiā accidit, vt fero, tuli, cuius præteritū perfectū & vltērius nō inuenitur. Nec plurimū refert, nulla hæc, an prædura ſint. Nā qd progenies genitiuo ſingulari, qd ſpes plurali faciet? Quomodo autē quire & ire, vel in præterita patiēdi modo, vel in participia trāſibūt? Quid de aliis dicā, cū ſenatus ſenatus ſenatuī, an ſenatus ſenati ſenato faciat, incertū ſit? Quare mihi nō inueniſtē dici videtur, Aliud eſſe latinē, aliud grāmaticē loqui. Hæc de analogia nimiū. ¶ Etymologia, quæ verborū originē inquiri, à Cicerone dicta eſt notatio, quia nomen eius apud Ariſtotele inuenitur *ετυμολογία*, quod eſt nota: nā verbū ex verbo ductū, id eſt veriloquiū, ipſe Cicerō qui finxit, reformidat. Sunt q vim potius intuiti originationē vocēt. ¶ Hæc habet aliquādo vſum neceſſariū, quoties interpretatiōe res, de qua quaritur, eget: vt cū Marcus Cœlius ſe eſſe hominē frugi vult probare, nō qd abſtinēs ſit (nā id ne mētiri qdē poterat) ſed qd vtilis multis, id eſt, fructuoſus, vnde ſit dicta frugalitas. Ideoq; in diffinitionibus cū triquetra dici Siciliā an triquetra, meridiē an medidiē oporteat, quaritur, aliquādo cōſuetudini ſeruit. ¶ Cōtinet autē in ſe multā eruditionē, ſue illa ex Græcis orta tractemus, quæ ſunt plurima, præcipuēq; æolica ratiōe, cui eſt ſermo noſter ſimillim⁹, declinata: ſiue ex hiftoriarū veterū notitiā nomina hominū, locorū, gētiū, vrbiū requiramus, vnde Bruti, Publicolæ, Pici: cur Latiū, Italia, Beneuētū: quæ capitoliū, collē quirinalē, & argiletū appellandi ratio. ¶ Iā illa minora, in quibus maxime ſtudioſi eius rei fatigātur, qui verba paulū declinata, variē & multipliciter ad etymū reducunt, aut correptis aut porrectis, aut adiectis, aut detractis, aut permutatis literis ſyllabiſve. Inde paruis ingenius ad ſcēdiſſima vſq; ludibria dilabūtur. Sit ne Cōſul à cōſulendo, an iudicando, nā & hoc cōſulere veteres vocauerūt. vnde adhuc remanet illud, Rogat boni cōſulas, id eſt, bonū iudices. Senatuī nomē dederit ætas: nam iidē patres ſunt, & rex, & rector, & alia plurima indubitata. Nec abnuerim regulæ, regulæq; & ſimiliū his rationē. Iam ſit & claffis à calando, & lepus leuipes, & vulpes volipes. Et etiā ne à cōtrariis aliqua ſinamus trahi, vt lucus, quia vmbra opacus parū luceat: & ludus, quia ſit longiſſimē ab luſu: & Dis, quia minimē diues: etiā ne hominē appellari, quia ſit humo natus, quaſi vero non omnibus animalibus eadē origo, aut illi primi mortales ante nomē impoſuerint terræ q̄ ſibi: & verba ab aëre verberato. Pergamus, ſic peruenimus eoſq; vt ſtella luminis ſtilla credatur, cuius etymologiæ auctore clarū ſanē in literis nominari in ea parte, qua à me reprehenditur, inhumanū eſt: qui vero talia libris complexi ſunt, nomina ſua ipſi inſcripſerūt. ingenioſeq; ſibi viſus eſt Gabinius cælibes dicere veluti cælibes, qd onere grauiſſimo vacent, idq; Græco argumento iuuat. *κίβητος* eadem de cauſa dici affirmat, nec ei cedit Modeſtus in inuentione. Nam quia Cælo Saturnus genitalia abſciderit, hoc nomine appellatos qui vxore careant. At Aelius pituitā, quia petit vitā. Sed cui non poſt Varronē ſit venia: qui agrū qd in eo agatur aliquid, & graculos quia gregatim volent, dictos Ciceroni perſuadere voluit (ad eū enim ſcribit) cum alterū ex Græco ſit manifeſtū duci, alterū ex vocibus auium. Sed huic tanti fuit vertere, vt metula, quia ſola volat, quaſi mera volans, nominaretur. ¶ Quidā non dubitauerunt etymologiæ ſubiicere omnē nominis cauſam, vt ex habitu, quæadmodum dixi Longos & Ruſos: ex ſono, ſtrepere, murmurare: etiā deriuata, vt à velocitate dicitur velox: & cōpoſita pluraq; his ſimilia, quæ ſine dubio aliunde originem ducunt, ſed arte non egent. Cuius in hoc opere non eſt vſus niſi in dubiis.

DE VETUSTIS VERBIS, ET QVIBVS VERBIS

ſit utendum, & de auctoritate.

CAP. XI.

Erba à vetuſtate repetita non ſolum magnos aſſertores habent, ſed etiam aſſerunt orationi maieltatem aliquam, non ſine delectatione: nam & auctoritatem antiquitatis habent: & quia intermiſſa ſunt, gratiam nouitati ſimilem parant.

V

Sed opus eſt modo, ut neq; crebra ſint hæc, neq; manifeſta: quia nihil eſt odioſi⁹ affectatione. nec utiq; ab ultimis & iam obliteratis repetita temporibus, qualia ſunt toper, & antigerio, & exantlare, & proſapia, & Saliorum carmina uix ſacerdotibus ſuis ſatis intellecta. Sed illa mutari uetat religio, & conſecratis utendum eſt. Oratio uero cuius ſumma uirtus eſt perſpicuitas, quā ſit uitioſa, ſi eget interprete? Ergo ut nouorum opti-

De uerbis
uetuſtis.

*quid vñq; Buda
Exantlare. qd non pander
Proſapia, qd Cæſticia
vñq; ſolida pama
vñq; in munda
pama adducit pama
vñq; uñq; uñq; ſit
vñq; pama
vñq; pama*

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

De auctori-
tate. ma erunt maxime vetera, ita veterum maxime noua. Similis circa auctoritatē ratio. Nam etiā si potest videri nihil peccare, qui vtitur his verbis, quæ summi authores tradiderunt, multū tamen refert non solum quid dixerint, sed etiam quid persuaserint. Neque enim tubercinabundū & lurcabundū iam in nobis quisquam ferat, licet Cato sit auctor: nec hos lodices, quæ id Pol-
lioni placeat: nec gladiola, atque Messala dixit: nec parricidatum, quod in Cælio vix tolerabi-
le videtur: nec collos mihi Caluus persuaserit, quæ nec ipsi iam dicerent.

DE CONSVETVDINE.

CAP. XII.

S Vperest igitur consuetudo: nam fuerit penē ridiculū, malle sermonē quo locuti sint homines, quā quo loquantur. & sane quid est aliud vetus sermo, quā vetus loquendi consuetudo? Sed huic ipsi necessariū est iudiciū, constituendumque in primis id ipsum, quid sit, quod consuetudinē vocemus. Quæ si ex eo quod plures faciunt, nomen accipiat, periculosissimū dabit præceptum non orationi modo, sed (quod maius est) vitæ. Vnde enim tantum boni, vt pluribus quæ recta sunt placeant? Igitur vt velli, & comam in gradus frangere, & in balneis perpotare, quālibet hæc inuaserint ciuitatem, non erit consuetudo, quia nihil horum caret reprehensione: at lauamur, & tondemur, & conuiuiamus, ex consuetudine. Sic in loquendo, non si quid vitiose multis infederit, pro regula sermonis accipiendum erit. Nam vt transeam quemadmodū vulgo imperiti loquuntur, tota sæpe theatra, & omnem Circi turbam exclamasse barbarē scimus. Ergo consuetudinē sermonis vocabo consensum eruditorum, sicut viuendi, consensum bonorum.

DE ORTHOGRAPHIA.

CAP. XIII.

Consuetudo.

N Vnc quoniam diximus quæ sit loquendi regula, dicendū quæ scribentibus custodienda. Quod Græci orthographiam vocant, nos rectē scribendi scientiam nominemus. Cuius ars non in hoc posita est, vt nouerimus quibus quæque syllaba literis constet (Nam id quidem infra grāmatici officiū est) sed totam, vt mea fert opinio, subtilitatem in dubiis habet, vt longis syllabis omnibus apponere apicem ineptissimum est, quia plurimæ natura ipsa verbi quod scribitur, patent: sed interim necessarium, cum eadem litera alium, atque alium intellectum, prout correpta vel producta est, facit. Vt malus utrum arborem significet, an hominē nō bonū, apice distinguitur. Palus aliud priore syllaba longa, aliud sequenti significat: & cum eadem litera nominatiuo casu brevis, ablatiuo longa est, utrum sequamur, plerumque hac nota monendi sumus. Similiter putauerunt illa quoque seruanda discrimina, vt ex præpositione, si verbum sequeretur specto, adiecta secundæ syllabæ s litera, expecto: sed si pecto, remota s, scriberemus. Illa quoque seruata est à multis differentia, vt ad, cum esset præpositio, d litera: cum autē coniunctio, t acciperet. Itaque cum, si tempus significaret, per q: si comitem, per c: si vero causam per q, ac duas sequentes uu, scriberetur. Frigidiora his alia, vt quicquid c quartū haberet, ne interrogare bis videremur. Et quotidie non cotidie, vt sit quot diebus. Verum hæc iam etiam inter ipsas ineptias evanuerunt. Quæri solet in scribendo præpositiones sonum quē iunctæ efficiunt, an quē separatæ, obseruare cōueniat: vt cū dico obtinuit, secundā enim b literā, ratio poscit, aures magis audiūt p. Et immunitis, illud n, quod veritas exigit, sequētis syllabæ sono victū m gemino cōmutatur. Est etiā in diuidendis verbis obseruatio, mediā literā consonantē priori, an sequenti syllabæ adiūgas. Aruspex enim quia pars eius posterior à spectādo est, s literā, tertiā dabimus: abstemi⁹ quia ex abstinentia temeti cōposita vox est, primæ relinquetur. Nā k, quidem in nullis verbis vtendū puto, nisi quæ significat, etiā vt sola ponatur. Hoc eō nō omisi, quod quidā eam, quoties a sequatur, necessariā credūt: cū sit c litera, quæ ad omnes vocales vim suā perferat. Verū orthographia quoque consuetudini seruit, ideoque sæpe mutata est. Nā illa vetustissima transeo tempora, quibus & paticiores literæ, nec similes his nostris earū formæ fuerūt, & vis quoque diuersa: sicut apud Græcos o litera, quæ interim longa ac brevis, vt apud nos, interim pro syllaba, quā nomine suo exprimit, posita est. Et Latinis veteribus d, plurimis in verbis vltimā adiectā, quod manifestū est etiā ex colūna rostrata, quæ est D. Iulio in foro posita. Interim g, quoque, vt in puluinari, Solis qui colitur iuxta adē Quirini, vesperug. quod vesperuginē accipimus. De mutatione etiā literarū, de qua supra dixi, nihil repetere hic necesse. Fortasse enī sicut scribebāt, etiā ita loquebātur. Semiuocales nō geminare diu fuit vstitutissimi moris: atque ecōtrario vsque ad Actiū & vltra, porrectas syllabas geminis, vt dixi, vocalibus scripserūt. Diutius durauit, ut ei iungēdis eadē ratiōe, qua Græci a uterētur, ea casibus numerisque discreta est, ut Lucilius præcipit: lā puerei uenere, e postremū facito atque i, Vt puerei plures hñt. Ac deinceps Idē: Médacei, fureiq;

fureiq; addes e, cū dare furi Iusseris. Quod qdē cū superuacūū est, quia i tā lōgā q̄ brevis naturā habet, tū in cōmodū aliquādo. Nā in iis quā proximā ab ultima literā e habebūt, & i lōgā terminabūt, illā ratiōnē sequētes utemur e gemina: qualia sunt hęc, aurei, argēteei, & similia. Idq; iis prācipuē, qui ad lectiōnē instruetur: etiā impedimēto erit, sicut in Græcis accidit adiectione i literā: quā nō solū datius casibus in parte vltima ascribūt, sed quibusdā etiam interponūt, ut in *Λαῖνῶν*, quia etymologia ex diuisione in trisyllabis facta desideret eā literam. ¶ Ai syllabā, cuius secūdā nūc e literā ponimus, variē per a & i efferebant, qdā semper, ut Græci: quidā singulariter tātū, cū in datiuū vel genitiuū casum incidissent. vnde, Πῆται uestis, & aquai Virgilius amātissimus uetustatis carminibus inseruit. In iisdē plurali numero e vtebantur, ut Syllā, Galbā. Est in hac quoq; parte Lucilii prāceptū, quod qā pluribus explicatur uersibus, si quis parū credat, apud ipsū in nōno requirat. ¶ Quid, q̄ Ciceronis tēporibus, paulūq; infra, ferē quoties s litera media uocaliū lōgarū, uel subiecta longis esset, geminabatur: ut caussa, cassus, diuisiones: quo modo & ipsū, & Virgiliū quoq; scripsisse manū eorū docēt. ¶ Atqui paululū superiores etiā illud quod nos gemina, s, dicim⁹, iussi, unā dixerūt, iussi. ¶ Etiā optimus, maximus, ut mediā i literā, quā ueteribus u fuerat, acciperēt, C. primū Cæsaris inscriptiōe traditur factū. ¶ Here nūc e litera terminamus: at ueterū comico rū adhuc libris inuenio. Hei ad me venit: quod idē in Epistolis Augusti, quas sua manu scripsit, aut emēdauit, deprehēditur. ¶ Quidē nō Cato Cēlorius, dicā & faciā, dicē & faciē scripsit, eundēq; in cæteris quā similiter cadūt, modū tenuit: quod ex ueteribus eius libris manifestū est. ¶ Et a Mēl sala in libro de s litera positū sibi & quāse scriptū in multorum libris est. Sed an hoc uoluerint auctores nescio. T. Liuiū ita his usum ex Padiano cōperi, q̄ & ipse eū sequebatur, hęc nos i litera finimus. ¶ Quid dicam uortices, & uorsus, cæterāq; ad eūdē modū, quā primo Scipio Africanus in e literā secūdā uertisse dicitur. Nostri prāceptores ceruom seruōq; u & o literis scripserūt, quia subiecta sibi uocalis in vnum sonum coalescere & confundi nequiret: nunc u gemina scribūtur, ea ratione quā reddidi: neutro sanē modo nox quā sentim⁹, efficitur. Nec inutiliter Claudius a o licam illā f ad hos vsus literā adiecerat. ¶ Illud nūc melius, q̄, cui, tribus quas proposui literis enotamus, in quo pueris nobis ad pinguem sanē sonū, quōi vtebātur, tantū ut ab illo qui distinguere-tur. ¶ Quid quā scribuntur aliter q̄ enunciātur? Nā & Caius c litera notatur, quā in uerba mulierem declarat, quia tā Caias esse uocitatus q̄ Caios, etiā ex nuptialibus sacris apparet. Nec Cnæus eā literā in prænominis nota accipit, quā sonat: & columa, exēpta n litera: similiter cōsules, sed geminata s cōsils. legimus: & subburra cum tribus literis notatur, e tertiā ostendit. Multa sunt generis huius. Sed hęc quoq; vereor, ne modū iā paruā quæstionis exceßerint. ¶ Iudiciū autē suū grāmaticus interponat his omnib⁹. Nā hoc ualere plurimū debet. Ego, nisi quod cōsuetudo obtinuerit, sic scribēdū quodq; iudico quo modo sonat. Hic enim est vsus literarū, ut custodiant uocē, & uelut depositū reddāt legētib⁹. Itaq; id exprimere debēt, quod dicturi sumus. ¶ Hæ ferē sunt emēdatē loquēdi, scribēdiq; partes, duas reliquas significāter, ornatēq; dicēdi, nō eqdē grāmaticis aufert: sed cū mihi officia rhetoris supersint, maiori operi referuo. ¶ Redit autē illa cogitatio, quosdā fore, qui hęc quā diximus, parua nimirū, & impedimēta quoq; maius aliqd agēdi putēt. Nec imple vsq; ad extremā anxietatē, & ineptas cauillationes descendēdū, atq; his ingenia cōcidi & cōminui credo. Sed nihil ex grāmatica nocuerit, nisi quod superuacūū est. An ideo minor est M. Tullius orator, q̄ idē artis huius diligētissimus fuit, & in filio, ut in epistolis apparet, rectē loquēdi vsque-quaq; asper quoq; exactor: aut vim C. Cæsaris fregerūt editi de analogia libri: aut ideo min⁹ Mēl sala nitidus, quia quosdā totos libellos non de uerbis modo singulis, sed etiā literis dedit? Non obstant hęc disciplinæ per illas euntibus, sed circa illas harentibus.

Aenēid. 9.
Aenēid. 3.

CAP. XIII.

DE LECTIONE PVERI.

Vperest lectio, in qua puer ut sciat ubi suspēdere spiritū debeat, quo loco uersum distinguere, ubi claudatur sensus, vnde incipiat, quādo attollēda vel submittēda sit vox, qd quo flexu, qd lēti⁹, cōcitatius, celerius, lenius dicēdū, demonstrari nisi in opere ipso nō potest. Vnū est igitur quod in hac parte prācipiam, ut omnia ista facere possit, intelligat. ¶ Sit autē in primis lectio uirilis, & cum suauitate quadā grauis, & non quidem prosæ similis, quia carmē est, & se poeta canere testātur: nō tamen in cāticum dissoluta, nec psalmate (ut nūc ā plerisq; sit) effeminata. De quo genere optimē C. Cæsarem prātextatum adhuc accepimus dixisse, Si cātas, male cantas: si legis, cantas. Nec prosopopœias, ut qui busdā placet, ad comicū morē pronūciari uelim. esse tamē flexū quendā, quo distinguantur ab iis, in quibus poeta persona sua utitur. ¶ Cætera admonitione magna egēt, in primis, ut tenera mētes tracturāq; alius q̄ quid rudibus & omniū ignaris infederit, nō modo quā diserta, sed vel magis quā honesta sunt discant. Ideōq; optimē institutū est, ut ab Homero atq; Virgilio lectio inci-

b

Qua primū
legendi,

Veterum
poemata.

Glossmata.

Inanes histo-
riae.

Vtile aliqua
nescire.

peret: q̄q̄ ad intelligēdas eorū virtutes firmiori iudicio opus esset. Sed huic rei superest tēpus. Nec enim semel legētur. Interim & sublimitate heroici carminis animus asurgat, & ex magnitudine rerū spiritū ducat, & optimis imbuatur. Vtiles Tragediæ, alunt & Lyrici: si tamē in iis nō auctores modo, sed etiā partes operis elegeris. Nā & Græci licenter multa, & Horatiū in quibuscūq̄ nōlim interpretari. Elegia vero (vtiq̄, qua amat) & hendecasyllaba: & quibus sunt scōmata Sotadeorū (Nam de Sotadeis ne prāciipiendū quidē est) amoueātur, si fieri potest: si minus, certe ad firmius ætatis robor referuentur. Comœdiæ, quæ plurimū ad eloquentiā cōferre potest, cū per oēs & personas & affectus eat, quē vsum in pueris putē, paulo pōst suo loco dicā. Nā cū mores in tuto fuerint, inter prācipua legenda erit. De Menandro loquor, nec tamen excluderim alios. ¶ Nā Latini quoq̄ auctores afferēt vtilitatis aliquid. Sed pueris, quæ maximē ingeniū alāt, atq̄; animū augeāt, prālegēda: cæteris, quæ ad eruditiōē modo pertinet, longa ætas spatiū dabit. Multū autē veteres etiā Latini cōserūt (q̄q̄ pleriq̄; plus ingenio q̄ arte valuerunt) in primis copiā verborū: quorū in tragediis grauitas, in comœdiis elegātia, & q̄dā velut atticissimos inueniri potest. Oeconomia quoque in his diligētior, q̄ pleriq̄; nouorū erit, q̄ omniū operū solā uirtutē sentētiās putauerunt. Sanctitas certē, & ut sic dicā, virilitas ab his petenda: quando nos in omnia deliciarū vitia dicēdi quoque ratione defleximus. Deniq̄; credamus summis oratorib⁹, qui veterū poemata, vel ad fidē causerūt, vel ad ornamentū eloquentiæ assumūt. Nā prācipuē quidē apud Ciceronē, frequēter tamen apud Asiniū etiā, & cæteros, qui sunt proximi, vidimus Ennii, Accii, Pacuuii, Lucillii, Terentii, Cæciliū, & aliorū inseri versus: summa nō eruditionis modo gratia, sed etiā iucunditatis, cū poetis voluptatibus aures à forensi asperitate respirent. Quibus accedit non mediocris vtilitas, cū sententiis eorū velut quibuscūq̄ testimoniis, quæ propofuere cōfirmēt. Verū priora illa ad pueros magis, hæc sequētia ad robustiores pertinebūt. ¶ Cū grāmatics amor, & ulus lectiōis, nō scholarū tēporibus, sed vitæ spatio terminetur: in prālegēdo grāmaticus & illa quidē minora prāstare debbit, ut partes orationis reddi sibi soluto versū desideret, & pedū proprietates: quæ adeo debēt esse notæ in carminibus, vt etiā in oratoria cōpositione desiderētur: deprehēdātq̄; quæ barbara, quæ impropria, quæ contra legem loquendi sint posita: non vt ex his vtique improbenetur poetæ (quibus, quia plerūq̄; seruire metro coguntur, adeo ignoscitur, vt vitia ipsa aliis in carmine appellatiōibus nominentur: Metaplasmos enim, & schematissimos, & scemata (ut dixi) vocamus, & laudem virtutis necessitati damus) sed ut cōmoneat artificialiū, & memoriā agitet. ¶ Id quoq̄; inter primarudimenta non inutile, demonstrare quot quæq̄; verba modis intelligenda sint. ¶ Circa glossmata etiam, id est, voces minus vsitatas, non vltima eius professionis diligentia est. ¶ Enimvero maiore cura iam doceat tropos omnes quibus prācipuē nō poema modo, sed etiam oratio ornatur, schemata vtrāque, id est, figuras, quæq̄; *λειτουργία* quæq̄; *στοιχείων* vocātur. quorū ego sicut troporū tractatum in eum locum differo, quo mihi de ornatu orationis dicendum erit. ¶ Prācipuē vero illa infigat animis, quæ in oeconomia virtus, quæ in decoro rerū, quid personæ cuiq̄; cōuenierit, quid in sensibus laudandū, quid in verbis, vbi copia probabilis, vbi modus. ¶ His accedat enarratio historiarū: diligens quidē illa, nō tamen vsque ad superuacuum laborem occupata. Nam receptas, aut certe claris auctoribus memoratas expoluisse satis est. Persequi quidē quod quisq̄; vnq̄ vel cōtempnissimorū hominū dixerit, aut nimis miseris, aut inanis iactantiæ est, & detinet atq̄; obruit ingenia melius aliis vacatura. Nā qui omnes etiā indignas lectiōe schedas excutit, anilibus quoq̄; fabulis accommodare operā potest. Atqui pleni sunt eiusmodi impedimētis grammaticorū cōmentariū, vix ipsis, qui cōposuerunt, satis noti. Nā Didymo quoq̄; quo nemo plura scripsit, accidisse cōpertū est, vt cū historiæ cuidā tāq̄ vanæ repugnaret, ipsius proferretur liber, q̄ eā cōtinebat. Quod euenit prācipuē in fabulosis vsq̄; ad ridicula, quædā etiā pudēda. Vnde improbissimo cuiq̄; plerāque fingendi licentia est, adeo vt de libris totis & auctoribus, vt succurrit, mentiatur tuto, quia inueniri qui nunquam fuere, non possunt. Nam in notioribus frequentissimē deprehēduntur à cuiuslibet rios. Ex quo mihi inter virtutes grammatici habebitur, aliqua nescire.

DE OFFICIO GRAMMATICI, ET QVÆ PRIMORDIA
sint dicendi.

CAP. XV.

T finitæ quidem sunt partes duæ, quas hæc professio pollicetur. i. ratio loquendi, & enarratio auctorum: quarum illam Methodicen, hanc Historicen vocāt. Adiciamus tamen eorum curæ quædā dicendi primordia, quibus ætates nondum rhetorem capientes instituāt. ¶ Igitur Aesopi fabellas, quæ fabulis nutricularum proximē succedunt, narrare sermone puro, & nihil se supra modum extollente: deinde eādē gracilitatē stilo exigere cōdiscāt: versus primo soluere: mox mutatis verbis interpretari: tū paratim audaci⁹ vertere: q̄a & breuiare quædā, & exornare, saluo modo poetæ sensu, permittitur.

Quod opus etiam consummatis professoribus difficile, qui cōmodē tractauerit, cuiusq; discendo sufficiat. ¶ Sentētiarū quoq; & Chriarū & Ethologiā subiectis dictorum rationibus apud grāmaticos scribatur, quia initiū ex lectione ducit. Quorum omnium similis est ratio, forma diuersa: quā sentētiarū vniuersalis est vox, ethologia personis cōtinetur. Chriarū plura genera tradūtur. Vnū simile sentētiarū, quod est positū in voce simpliciter, dixit ille, aut dicere solebat. Alterū quod est in respōdēdo, interrogatus ille, vel cū hoc ei dictū esset, respondit. Tertiū huic nō dissimile, cū quis non dixisset, sed aliquid fecisset, etiā in ipsis factis Chriam putat, vt Crates, cū indoctū puerū vidisset, paedagogū eius percussit. Et aliud penē par ei, quod tamē eodē nomine appellare nō audet, sed dicitur *χρηδισ*, ut Milo, quē vitulū assueuerat ferre, taurū ferebat. In his omnibus & declinatio per eosdem ducitur casus, & tā factorū q̄ dictorū ratio est. ¶ Narratiunculas à poetis celebratas, notitiā causa, non eloquētiā, tractandas puto. ¶ Cetera maioris operis ac spiritus latini rhetores relinquēdo, necessaria grāmaticis fecerunt. Græci magis operum suorū & onera & modū norunt.

Chriarum genera.

AN ORATORI FUTURO NECCESSARIA SIT PLVRIVM artium scientia.

CAP. XVI.

Aec de grāmatica q̄ breuissimē potui, nō ut omnia dicere, sed tā q̄ (quod infinitū erat) sed ut maximē necessaria: nūc de ceteris artibus, quibus instituēdos priusq; tradantur rhetori, pueros existimo, strictim subiungā: vt efficiatur orbis ille doctrinā, quē Græci *ἡλικιωτικὴν* vocant. Nā iisdē fere annis aliarum quoq; disciplinarū studia ingrediēda sunt, quā quia & ipsæ artes sunt, & esse perfectā sine his orandi scientia non potest, nec rursus ad efficiendum oratorē satis valent solā, an sint huic operi necessaria, quæritur. Nā quid, inquit, ad agendam causam, dicendāve sententiam pertinet scire, quēadmodum data linea constitui triāgula æquis lateribus possint? Aut quo melius vel defendet reum, vel reget consilia, qui cytharæ sonos nominibus & spatiis distinxerit? Enumerent fortasse multos quālibet utiles foro, qui nec geometren audiuerunt, nec musicos, nisi hac cōmuni voluptate aurium, intelligant. ¶ Quibus ego primum hoc respondeo, quod & M. Cicero scripto ad Brutum libro frequentius testatur, non eum à nobis institui oratorem, qui sit, aut fuerit, sed imaginē quādā cōcepisse nos animo perfecti illius ex nulla parte cessantis. Nā & sapiētē formātes, eum qui sit futurus consummatus vndiq; & (ut dicunt) mortalis quidā deus, nō modo cognitione celestiu vel mortaliū putant instituēdum, sed per quādā patua sanē, si ipsa demū existimes, ducunt, sicut exquisitas interim ambiguitates: nō quia Ceratinæ aut Crocodilinæ possint facere sapiētē, sed quā illū ne in minimis qdē oporteat falli. Similiter oratorē q̄ debet esse sapiēs) nō geometres faciet, aut musicus, quæq; his alia subiungā: sed hæ quoq; artes, vt sit cōsummatus, iuuabunt. Nisi fortē antidotū quidē atq; alia, quæ morbis aut vulneribus medētur, ex multis atq; interim cōtrariis quoq; inter se effectibus cōponi videmus: quorū ex diuersis fit illa mixtura vna, quæ nulli earū similis est, quibus cōstat, sed proprias vires ex omnibus sumit: & muta animalia mellis illū inimitabilem humanæ rationi saporē vario florū ac succorū genere perficiunt: nos mirabimur, si oratio, qua nihil præstātius homini dedit prouidētia, pluribus artibus eget, quæ etiā cū se nō ostēdūt in dicēdo, nec proferūt, vim tamē occultā suggerūt, & tacitæ quoq; sentiūt. ¶ Fuit aliquis sine his disertus: at ego oratorē volo. Nō multū adiūciūt, sed utique non erit totum, cui vel parua deerunt: & optimū quidem hunc esse conueniet, cuius etiam si in arduo spes est, nos tamen præcipiamus omnia, ut saltem plura fiant. ¶ Sed cur deficiat animus? natura enim perfectum oratorē esse non prohibet. Turpitēq; desperatur quicquid fieri potest.

Ceratinæ & Crocodilinæ ambiguitates.

DE MUSICÆ, ET EIVS LAVDIBVS.

CAP. XVII.

Tque ego vel iudicio veterū poterā esse cōtentus. Nā quis ignorat musicen (ut de hac primū loquar) tantū illis iā antiquis tēporibus nō studiū modo, verū etiam venerationis habuisse, ut iidem musici, & vates, & sapientes iudicarentur? Mittam alios, Orpheus & Linus, quorū vtrūq; diis genitū, alterum vero q̄ rudes quoque atque agrestes animos admiratione mulceret, non feras modo, sed saxa etiam syllabiq; duxisse, posteritatis memoriæ traditū est. Et testimonio sunt clarissimi poeta, apud quos inter regalia cōuiuia laudes heroum ac deorum ad cytharam caneantur. Iopas ille Virgili, nōne canit errantē lunam, solisque labores, & cetera? quibus certē palam confirmat auctor eminentissimus, musicen cum diuinarum etiam rerum cognitione esse coniunctam. Quod si datur, erit etiam oratori necessaria: si quidem (ut diximus) hæc quoque pars quæ ab oratoribus relicta, à philosophis est occupata, nostri operis fuit, ac sine omnium talium scientia non potest esse perfectā eloquētia. Atque claros nomine sapientia viros nemo dubitauerit studiosos musicæ fuisse, cum Pythagoras, atque

Aeneid. 1.

eum secuti, acceptā sine dubio antiquitus opinione vulgauerint, mundū ipsū ea ratione esse cō-
positū, quā postea sit lyra imitata. Nec illa modo contenti dissimiliū concordia, quā vocant har-
moniam, sonū quoq; his motibus dederunt. Nā Plato cum in aliis quibusdam, tū præcipue in Ti-
maeo, ne intelligi quidē, nisi ab iis qui hanc quoque partē disciplinæ diligēter perceperint, potest.
Quid de philologis loquor? quorū fons ipse Socrates iā senex institui lyra nō erubescēbat. Du-
ces maximos & fidibus & tibiis cecinisse traditū, & exercitus Lacedæmoniorū musicis accensos
modis. Quid autem aliud in nostris legionibus cornu ac tubæ faciunt? quorū concentus quanto
est vehemētiōr, tantū Romana in bellis gloria cæteris præstat. Nō igitur frustra Plato civili viro,
quē *πολιτικόν* vocāt, necessariam muscen credidit. Eteius secta, quæ aliis seuerissima, aliis asper-
rima videtur, principes in hac fuere sentētia, ut existimarēt sapientū aliquos nōnullā operā his stu-
diis accomodatuos. Et Lycurgus durissimarū Lacedæmoniorū legū auctor, musices disciplinā pro-
bavit. Atq; eā natura ipsa videtur ad tolerādos facilius labores, uelut munerī nobis dedisse. Siqui-
dē & remigē cantus hortatur. Nec solū in iis operibus, in quibus plurimū conatus præcūntē ali-
qua iucūda voce cōspirāt, sed etiā singulorū fatigatio quālibet se rudi modulatiōe solatur. I Lau-
dē adhuc dicere artis pulcherrimæ videor, nondū tamē eā oratori cōiungere. Trāseamus igitur id
quoq; q̄ grāmaticæ quondā ac musice iunctæ fuerūt. Siquidē Architas atq; Aristoxenus etiā sub
iectā grāmaticæ musicæ putauerūt: & eosdē vtriusq; rei præceptores fuisse, cū Sophron ostēdit mi-
morū quidē scriptor, sed quē Plato adeo probauit, ut suppositos capiti libros eius, cū moreretur,
habuisse tradatur: tū Eupolis, apud quē Prodamos & musicæ & literas docet: & Maricas, q̄ est Hy-
perbolos, nihil se ex musicis scire, nisi literas cōfiteretur. Aristophanes quoq; nō vno libro sic institui
pueros antiquis solitos esse demōstrat. Et apud Menādriū in Hypobolimæo senex, q̄ reposcētī filiū
patri velut rationē impendiorū, quæ in educationē cōtulerat, opponēs se, psaltis & geometris mul-
ta dicit dedisse. Vnde etiā ille mos, vt in cōiuiis post cœnā circūferretur lyra: cuius cū se imperi-
tū Themistocles cōfessus esset, ut verbis Ciceronis utar, habitus est indoctior. Sed veterū quoq; Ro-
manorū epulis fides ac tibiis adhibere moris fuit. Versus quoq; Saliorū habēt carnē. Quæ cū om-
nia sint à Numa rege instituta, faciūt manifestū, ne illis quidē qui rudes ac bellicosi vidētur, curā
musices, quantā illa recipiebat atas, defuisse. Denique in prouerbiū vsque Græcorum celebratum
est, Indoctos à musis atq; gratiis abesse. ¶ Verum quid ex ea propriē petat futurus orator, dissera-
mus. Numeros musice habet duplices, in vocibus, & in corpore: vtriusq; enim rei aptus quā modō
desideratur. Vocis rationē Aristonexus musicus diuidit in *ῥυθμὸν*, καὶ μέλος, *ῥυθμὸν*, quorū alterū
modulatione, canore alterum ac sonis constat. Num igitur nō hæc omnia oratori necessaria? quo-
rū vnum ad gestū, alterum ad collocationē verborū, tertium ad flexus vocis, qui sunt in agendo quo-
que plurimi, pertinet. Nisi fortē in carminibus tantū, & in canticis exigitur structura quadam &
inoffensa copulatio vocū, & in agendo superuacua est aut nō cōpositio, & sonus in oratione quo-
q; variē pro rerum modo adhibetur, sicut in musice. Nāq; & voce & modulatione grandia elatē,
iucunda dulciter, moderata leniter canit, totaq; arte consēntit cum eorū quæ dicūtur, affectibus.
Atqui in orando quoq; intensio vocis, remissio, flexus pertinet ad mouendos audiētium affectus.
Aliā quoq; & collocationis & vocis (ut eodē utar verbo) modulatione cōcitationē iudicū, alia mi-
sericordiā petimus: cū etiā organis, quibus sermo exprimi nō potest, affici animos in diuersum ha-
bitū sentiamus. Corporis quoq; decēs & aptus motus, qui dicitur *ὑγυμνία*, est necessarius nec aliū-
de peti potest, in quo pars actionis nō minima cōsistit, quæ de re sēpositus nobis est locus. Agedum
habebit in primis curā vocis orator, quid tā musices propriū? Sed ne hæc quidē præsumenda pars
est, ut vno interim cōtēti simus exēplo C. Gracchi præcipui suorū tēporū oratoris: cui cōcionāti
consistēs post eū musicus fistula, quā Tonarion vocant, modos, quibus deberet intendi, ministra-
bat. Hæc ei cura inter turbidissimas actiones, vel terrenti optimates, vel iā timenti fuit. Libet pro-
pter quosdā imperitiores etiā crassiores (ut uocant) musa dubitationē huius vtilitatis eximere: nam
poetas certe legēdos orator in futuro cōcesserint. Nū igitur hi sine musice? At si quis tā cæcus ani-
mi est, ut de aliis dubitet, illos certē, qui carmina ad lyram cōposuerunt? Hæc diutius forent dicen-
da, si hoc studiū velut nouum præciperem. Cū vero antiquitus vsq; à Chirone atq; Achille ad no-
stra tēpora apud omnes, qui modo legitimam disciplinā nō sint perosi, durauerit, nō est cōmittē-
dū ut illa dubia faciam defensionis sollicitudine. ¶ Quamuis autē satis iam ex ipsis qbus sum mo-
do vsus, exemplis, credā esse manifestū quæ mihi & quatenus musice placeat, apertius tamen pro-
fitendū puto, nō hanc à me præcipi, quæ nūc in scenis effecminata, & impudicis modis fracta, nō
ex parte minima, si quid in nobis virilis roboris manebat, excidit: sed quæ laudes fortū cane-
bantur, quæq; & ipsi forte caneabant: nec psalteria, & spadicas, etiam virginibus probis recusanda, sed
cognitionem rationis, quæ ad mouendos leniendosque affectus plurimū ualet. Nam & Pythago

Numeri du-
plices, in vo-
ce & cor-
pore.

ram accepimus, concitatos ad vim pudicæ domui afferendam iuuenes, iussa mutare in spondeum modos tibicina, composuisse. Et Chrysippus etiam nutricum, quæ adhibentur infantibus, allectationi, suum quoddam carmē assignat. Est etiā nō ineruditē ad declamādū ficta materia, in qua ponitur tibicen, qui sacrificanti Phrygium cecinerat, actō illo in infantiā, & per præcipitia delato, ac cusari, q̄ causa mortis extiterit. Quæ si dici debent ab oratore, nec dici citra scientiam musices possunt, quomodo non hanc quoq; artē necessariam esse operi nostro, vel iniqui consentient?

COMMODAM GEOMETRIAM ORATORI. CAP. XVIII.

N Geometria partem fatentur esse vtilem teneris ætatibus, agitari nanque animos, atque acui ingenia, & celeritatē percipiendi venire inde concedūt: sed prodesse eam, non ut ceteras artes, cum perceptæ sint, sed cū discatur, existimant. Id vulgaris opinio est, nec sine causa summi viri etiam impensam huic scientiæ operam dederunt.

Nam cum sit geometria diuisa in numeros atque formas, numerorum quidem notitia non oratori modo, sed cuiusque primis saltem literis erudito necessaria est. In causis vero vel frequentissimē versari solet, in quibus actor, non dico si circa summas trepidat, sed si digitorū saltem incerto aut indecoro gestu à cōputatione dissentit, iudicatur indoctus. Illa vero linearis ratio, & ipsa quidem cadit frequenter in causas, si de terminis mensurisque sunt lites.

¶ Sed habet maiorem quandam aliam cum arte oratoria cognationem. Iam primum ordo est geometriæ necessarius, nonne & eloquentiæ? Ex prioribus geometria probat insequentia, & certis incerta: nonne id in dicendo facinus? Quid illa propositarū questionum conclusio, nō tota ferē constat syllogismis? Propter quod plures inuenies qui dialecticæ similem, q̄ qui rhetoricæ fateantur hanc artem. Verum & orator etiam si rarō, non tamen nunq̄ probabit dialectice. Nam & syllogismis, si res poscet, vtetur: & certe enthymemate, qui rhetoricus est syllogismus. Denique probationū quæ sunt potentissimæ, grammicæ & arithmeticæ vulgo dicuntur. Quid autem magis oratio q̄ probationem petit? Falsa quoq; verisimilia geometria ratione deprehendit. Fit hoc & in numeris per quasdam quas pseudographias vocāt, quibus pueri ludere solebamus.

¶ Sed alia maiora sunt. Nā quis non ita proponenti credat? Quorum locorū extremæ lineæ eandem mensuram colligunt, eorum spatium quoq; quod iis lineis continetur, par sit necesse est? At id falsum est. Nam plurimum refert, cuius sit formæ ille circuitus: reprehensivæ à geometris sunt historici, qui magnitudinē insularum satis significari navigationis ambitu crediderunt. Nā ut quæque forma perfectissima est, ita capacissima. Ideoq; illa circūcurrens linea, si efficiet orbē, quæ forma est in planis maximē perfecta, amplius spatii cōplectetur, q̄ si quadratū paribus oris efficiat. Rursus quadrata triangulis, triangula ipsa plus equis lateribus q̄ inæqualibus.

¶ Sed alia forsitan obscuriora, nos facillimum etiā impertis, sequamur experimentū. Lugerī mēsurā ducētos & quadraginta longitudinis pedes esse, dimidiōq; in latitudinē patere, nō ferē quisq; est q̄ ignoret: & qui sit circuitus, & quātū campi claudat, colligere expeditū. At cēteni & octogeni in quāq; partē pedes idē spatii extremitatis, sed multo amplius diuisæ quatuor lineis aræ faciūt. Id si cōputare quē piget, breviorib⁹ numeris idē discat: nā deni in quadram pedes, quadraginta per oram, intra centū erunt. At si quinquideni per latera, quini in fronte sint, ex illo quod amplectuntur quartam partem deducunt eodem circūductu. Si vero porrecti vtrinq; vndeiceni singulis distent, non plures intus quadratos habebunt, q̄ per quot longitudo ducetur: quæ circumbibit autem linea, eiūsdē spatii erit, cuius ea quæ centum continet. Ita quicquid formæ quadrati detraxeris, amplitudini quoque peribit. Ergo etiā id fieri potest, ut maiore circuitu minor loci amplitudo claudatur. Hoc in planis. Nā in collibus vallibusq; etiam imperito patet plus soli esse q̄ celi.

¶ Quid? q̄ se eadem geometria tollit ad rationem vīq; mundi, in qua cum siderum certos constitutōque cursus numeris docet, discimus nihil esse inordinatum atque fortuitum: quod ipsum nōnunquam pertinere ad oratorem potest. An verō cum

Exemplis docet Geometriam perutilem esse oratori.

Exempla Astrologiæ

Pericles Atheniensis solis obscuracione territus, redditus eius rei causis, metu liberauit: aut cū Sol pitius ille Gallus in exercitu L. Pauli de lunæ defectione disseruit, ne velut prodigio diuinitus factō militum animi terrentur, non videtur esse vsus oratoris officio? Quod si Nicias in Sicilia scisset, non eodem confusus metu pulcherrimum Atheniēsiū exercitū perdidisset. Sicut Dion cum ad destruendam Dionisii tyrannidem venit, non est tali casu deterritus. Sint exempla licet vsus bellici, transeamusque q̄ Archimedes vnus obsidionem Syracusarum in longius traxit. Illud vtique iam propriū est ad efficiendū quod intēdimus, plurimas quæstiones, quarū difficilior alia ratione explicatio est, ut de ratione diuidendi, de sectione in infinitū, de celeritate augendi, lineari bus illis probationibus solui solere: ut si est oratori (quod proximus demonstrabit liber) de omnibus rebus dicendum, nullo modo sine geometria esse possit orator.

INSTITVTIONVM ORATORIA RV M

DE PRIMA PRONVNCIATIONE, ET GESTVS INSTITVTIONE. CAP. XIX.

Andú aliquid comædo quoq; eatenus, qua pronúciádi sciētiá futurus orator defiderat. Nō enim puerū, quē in hoc instituius, aut femineæ vocis exilitate frāgi vo-

D lo, aut seniliter tremere: nec vitia ebrietatis effingat, nec seruli vernilitate imbua-
tur, nec amoris, auaritiæ, metus, discat affectū: quæ neq; oratori sunt necessaria, &
mentē præcipuē in ætate prima tenerā adhuc & rudē inficiūt. Nā frequēs imitatio
transit in mōres. Ne gestus quidē omnis ac motus à comœdis petēdus est. q̄q̄ enim utrūq; eorum
ad quendā modū præstare debet orator: plurimū tamē aberit à scænico, nec vultu, nec manu, nec
excursionibus nimius. Nā si qua in his ars est dicētū, ea prima est, ne ars esse videatur. ¶ Quod est
igitur huius doctōris officium? In primis vitia, si qua sunt, oris emendet, ut expressa sint verba, ut
suis quæque literis, sonis enūciētur. Quarūdam enim vel exilitate, vel pinguitudine nimia labora-
mus, quasdam uelut acriores parum efficiamus, & aliis nō dissimilibus, sed quasi hebetioribus per-
mutamus. Quippe ꝑ litera, qua Demosthenes quoque laborauit, ꝑ succedit, quarum vis est apud
nos quoque. Et cum c ac similiter g nō ualuerunt, in t ac d demolliuntur. ¶ Ne puero quidem
illas circa s literam delicias hic magister feret, nec uerba in faucibus patietur audiri, nec oris inani-
tate resonare, nec quod minimē sermoni puro conueniat, simplicem uocis naturam pleniore
quodam sono circumlinire, quod Græci κατὰ τὴν λαοφώνον dicūt. Sic appellatur cantus tibiarum,
quæ præclusis quibus clarescunt foraminibus, recto modo exitu grauiorem spiritum reddunt.

Pronūciatio
aliquatenus
a comædo
petenda.

¶ Curabit etiam ne extremæ syllabæ intercidant, ut par sibi sermo sit, ut quoties exclamandum
sit, laterum conatus sit ille non capitis, ut gestus ad vocē, vultus ad gestū accommodetur. ¶ Obser-
uandū erit etiam, ut recta sit facies dicētis, ne labra detorqueantur, ne immodicus hiatus rictum
distēdat, ne supinus vultus, ne deiecti in terram oculi, ne inclinata utrolibet ceruix. Nam frōs plu-
ribus generibus peccat. Vidi multos quorū supercilia ad singulos vocis conatus alleuaretur, alio-
rū cōstricta, aliorū etiam dissidētia, cū altero in verticē tenderent, altero penē oculus ipse premere
tur. Infinitū autē, ut mōx dicem⁹, in his quoq; rebus momētū est. Et nihil potest placere, quod nō
deceat. ¶ Debet etiā docere comœdus, quo modo narrādū, qua sit auctoritate suadendū, qua cōcita-
tione cōsurgat ira, q̄s flexus deceat miserationē. Quod ita optimē faciet, si certos ex comœdiis ele-
gerit locos, & ad hoc maximē idoneos. i. actionib⁹ similes. Idē autē ad pronūciādū nō modo utilis
simi, verū ad augēdā quoq; eloquentiā maximē accommodati erunt. Et hæc dū infirma ætas maiora
nō capiet. ¶ Ceterū cū legere orationes oportebit, cū virtutes earū iā sentiet, tū mihi diligens ali-
quis, ac peritus assistat: neq; solū lectione formet, verū etiā edificare electa ex his cogat, & ea dicere
stantē clarē, & quēadmodū agere oportebit, ut protinus pronūciatiōe vocē & memoriā exerceat.

Ediscenda
quædam in
pronuncian-
do.
Palaestritis
etiam uacan-
dum.

¶ Ne illos qdē reprehēdēdos putē, q paulū etiā palaestritis vacauerint. Nō de iis loquor, qbus pars
vitæ in oleo, pars in vino cōsumitur, q corporis cura mētē obruerūt (hos enim abesse ab eo quē in-
stituimus, q̄ lōgissimē velim) sed nomē est idē iis à qbus gestus motūq; formatur, ut recta sint bra-
chia, ne indocta rusticaue manus, ne status indecorus, ne qua in proferēdis pedibus inscitia, ne cap-
ut oculiq; ab alia corporis inclinatione dissidēat. Nā nec hoc esse in parte pronūciationis negaue-
rit q̄q̄, nec ipsam pronūciationē ab oratore secernet. Et certe quod facere oportet, nō idignū est
discere, cū præsertim hæc Chironomia, quæ est (ut nomine ipso declaratur) lex gestus, & ab illis
tēporib⁹ heroicis orta sit, & à summis Græciæ uiris, & ab ipso etiā Socrate probata: à Platone quo-
que in parte ciuiliū posita virtutū: & à Chrysippo in præceptis de liberorū educatione cōpositis
nō omīssa. Nā Lacedæmonios qdē etiā saltationē quandā, tāq̄ ad bella quoq; utilē, habuisse inter
exercitationes accepim⁹. Neq; id ueterib⁹ Romanis dedecori fuit. Argumētū est sacerdotū nomi-
ne ac religiōe durans ad hoc tēpus saltatio. Et illa in tertio Ciceronis de Oratore libro uerba Craf-
si, quibus præcepit, ut orator utatur laterū inclinatione forti ac uirili nō à scæna & histrionibus,
sed ab armis, aut etiā à palæstra, cuius etiā disciplinæ usus in nostrā usq; ætatē sine reprehensione
descēdit. ¶ A me tamen nec ultra pueriles annos retinebitur, nec in iis ipsis diu: neq; enim gestū
oratoris cōponi ad similitudinem saltationis uolo, sed subesse aliquid ex hac exercitatione pueri-
li, unde nos non id agentes furtim decor ille discētib⁹ traditus prosequatur.

Chironomia
Odif. 3.
8.
Iliad. 17.
Plat. lib. 3.
de rep.

AN PRAEDICTA DISCENDA SINT EODEM TEMPORE. CAP. XX.
Vari solet, an etiam si discenda sin hæc, eodem tempore tamē tradi omnia, & per-
cipi possint. Negant enim quidam, quia confundatur animus, ac fatigetur tot di-
sciplinis in diuersum tendētibus, ad quas nec mens, nec corpus, nec dies sufficiat.
Et si maximē hæc patiatur ætas robustior, tamen pueriles annos onerari nō opor-
teat. Sed non satis perspiciunt quantum natura humani ingenii valeat: quæ ita
est agilis & velox, sic in omnem partem (ut ita dixerim) spectat, ut ne possit quidem aliquid age-
re tan

Q

re tantum unum, in plura uero non eodem die modo, sed eodem temporis momento, uim suam impendat. An uero citharœdi non simul & memoriæ, & sono uocis & pluribus flexibus seruiūt? cum interim alios nervos dextra percutiunt, alios læua trahunt, continent, probant, ne pes quidē ociosus certam legem temporum seruat. Et hæc pariter omnia. ¶ Quid nos agendi subita necessitate deprehensū? nōne alia dicimus, alia providemus, cum pariter in uento rerum, electio uerborum, compositio, gestus, pronuntiatio, vultus, motusque desiderentur? Quæ si velut vno conatu tam diuersa parent simul, cur non plurimis curis horas partiamur? cū præsertim reficiat animos ac reparet uarietas ipsa, contraque sit aliquanto difficilius in labore uno perseverare? Ideoque & stilus lectione requiescit, & ipsius lectionis tedium vicibus leuatur. Quamlibet multa egerimus, quodam tamen modo recentes sumus ad id quod incipimus. ¶ Quis non obtundi possit, si per totū diē cuiuscūq; artis vnum magistrum ferat? mutatione recreabitur: sicut in cibis, quorum diuer ratio discendi, si grammatico soli deferuiamus: deinde geometræ tantū, omittamus interim quod didicimus, mox transeamus ad musicū, excidant priora, & cum Latinis studebimus literis, non respiciamus ad Græcas, & ut semel finiam, nihil faciamus nisi nouissimū. ¶ Cur non idē suademus agricolis, ne arua simul & vineta, & oleas & arbutum colant, ne pratis & pecoribus & hortis & aluearibus accommodent curam? ¶ Cur ipsi aliquid forensibus negociis, aliquid desiderijs amicorū, aliquid rationibus domesticis, aliquid curæ corporis, non nihil voluptatibus quotidie damus? quarum nos vna res quælibet nihil intermittentes fatigaret. Adeo facilius est multa facere q̄ diu. ¶ Illud quidem minimē verendum est, ne laborem studiorum pueri difficilius tolerēt, neq; enim vlla ætas minus fatigatur. Mirum sit forsītā, sed experimentis deprehēdas. Nam & dociliora sunt ingenia prius q̄ obduruerunt. Id vel hoc argumento patet, q̄ intra biennium q̄ verba rectē forma re potuerunt, quamuis nullo instante, omnia ferē loquuntur. At nouitiis nostris, per quot annos sermo Latinus repugnāt? Magis scias, si quē iam robustum instituere literis cceperis, non sine causa dici *tristis quælibet* eos qui in sua quidq; arte optimē faciāt. Et patientior est laboris natura pueris q̄ iuuenibus. Videlicet ut corpora infantū nec casus, quo in terrā toties deferūt, tā grauiter affligit, nec illa per manus & genua reptatio, nec post breue tēpus cōtinui lusus, & totius diei discursus, quia pondus illis abest, nec se ipsi grauant: sic animi quoq; credo, quia minore conatu mouentur, nec suo nixu studiis insistūt, sed formandos se tantūmodo præstant, non similiter fatigantur. ¶ Præterea secundū aliam ætatis illius facilitatē, velut simplicius docentes sequūtur, nec quæ iam egerint, metiuntur. Adest illis etiā adhuc laboris iudiciū. ¶ Porro ut frequēter experti sumus, minus afficit sensus fatigatio, q̄ cogitatio. ¶ Sed ne temporis quidem vnquam plus erit, quia hæc ætatis omnis in audiendo profectus est. Cū ad stilū secedet, cū generabit ipse aliquid atq; cōponet, tum inchoare hæc studia, vel non vacabit, vel nō libebit. Ergo cū grammaticus totū diē occupare nō possit, nec debeat, ne discētis animū tadio auertat, quibus potius studiis hæc tēporū velut subsidia donabim⁹? ¶ Nā nec ego cōsumi studētē in his artib⁹ volo, nec vt moduletur, aut musicis notis cantica excipiat, nec vt ad minutissima vsq; geometriæ opera descendat. Non comedū in pronunciando, nec saltatorē gestu facio: quæ si omnia exigere, suppeditabit tamen tempus. Longa est enim quæ discit ætas, & ego non de tardis ingeniis loquor. ¶ Deniq; cur in his omnibus, quæ discenda oratori futuro puto, eminuit Plato? qui non contentus disciplinis quas præstare poterant Athenæ, nō Pythagoreorū, ad quos in Italiā nauigauerat: Aegypti quoq; sacerdotes adiit, atq; eorū arcana perdidicit. ¶ Difficultatis patrociniā prætexim⁹ segnitie. Neq; enim nobis operis amor est, nec q̄ sit honesta, atq; rerū pulcherrima eloquētia, petitur ipsa, sed ad vilem vsū & sordidū lucrum accingimur. Dicāt sine his in foro multi, & acquirāt, dum sit locupletior aliquis sordidæ mercis negociator, & plus vocis suæ debeat præco, ne velim quidē lectōrē dari mihi, quid studia referāt cōputaturū. Qui vero imaginē ipsam eloquentiæ diuina quadam mente conceperit, quiue illam (ut ait Sophocles non ignobilis tragicus) reginam rerum orationē ponet ante oculos, fructū que non ex stipe aduocationum, sed ex animo suo, & contemplatione, ac scientia petet, perpetuū illum, nec fortunæ subiectum, faciliē persuadebit sibi, ut tempora quæ spectaculis, campo, telleris, ociosis denique sermonibus, ne dicam somno, & conuiuiorum mora cōterunt, geometræ potius ac musico impendat, quāto plus delectationis habiturus, q̄ ex illis ineruditis voluptatibus? Dedit enim hoc providentia hominibus munus, ut honesta magis iuuarent. ¶ Sed nos hæc ipsa dulcedo longius duxit. Hactenus ergo de studiis, quibus antequam maiora capiat puer instituēdus est, proximus liber velut nouum sumet exordium, & ad rhetoris officia transibit.

b iiii

*Quantū
pueris docili-
tas.*

*Cetera igna-
uor, & stu-
dia sordide
estimantes.*

M. Fabii Quintiliani de institu-

TIONE ORATORIA LIBER II.

Quando rhetori sit tradendus puer. CAP. I.

Enuit cōsuetudo, quæ quotidie magis inualefcit, vt præceptoribus eloquētiæ Latinis quidē ſemper, ſed etiā Græcis interim diſcipuli ſerius q̃ ratio poſtulat traderētur. Eius rei duplex eſt cauſa, q̃ & rhetores vtiq; noſtri ſuas partes omi ſerūt, & grāmatici alienas occupauerūt. Nā & illi declamare modo, & ſciētiā declamādi, ac facultatē tradere officiū ſui ducūt, idq; intra deliberatiuas iudi-

T

cialēſq; materias: nā cætera vt profeſſione ſua minora deſpiciūt. Et hi nō ſatis credūt excepiſſe, quæ dereliſta erāt, quo nomine gratia quoq; eis habenda eſt: ſed ad Proſopopœias vſq;, & ad ſuaſorias, in quib⁹ onus dicēdi vel maximū eſt, irrūpūt. Hinc ergo accidit, vt quæ alterius artis prima erāt opera, facta ſint alterius nouiſſima: & ætas altioribus iam diſciplinis debita, in ſchola minore ſubſidat, ac rhetorice apud grammaticos exerceat. Itaq; quod eſt maximē ridiculū non ante ad declamādi magiſtrū mittendus videtur puer q̃ declamare iā ſciat. ¶ Nos ſuū cuiq; profeſſioni modū demus, & grāmaticæ (quā in Latinū trāſferentes Litera turā vocauerunt) ſines ſuas norit, præſertim tantū ab hac appellatiōis ſuæ paupertate, intra quā primi illi conſtitere, proueſta. Nā tenuis à fonte, aſſumptis poetarū historicorūq; viribus pleno iā ſatis alueo fluit, cū præter rationē rectē loquendi non parū alioqui copioſam, prope omniū maximū artiū ſciētiā amplexa ſit, & rhetorice, cui nomen vis eloquēdi dedit, officia ſua non detrectet, nec occupari gaudeat pertinentē ad ſe laborē, quæ dū operæ cedit, iā penē poſſeſſione depulſa eſt. ¶ Nec inſiciabor aliquē ex iis qui grāmaticen profiteātur, eo uſq; ſciētiæ progredi poſſe, vt ad hæc quoq; tradēda ſufficiat. Sed cū id aget, rhetoris officio fungetur, nō ſuo. ¶ Nos porrò quærimus, quādo iis quæ rhetorice præcipit, percipiēdis puer maturus eſſe videatur. In quo quidē nō id eſt æſtimandum, cuius quiſq; ſit ætatis, ſed quantū in ſtudiis iam effecerit. ¶ Et ne diutius diſſerā quādo ſit rhetori tradēdus, ſic optimē fniri credo, cū poterit. Sed hoc ipſum ex ſuperiore pendet quæſtione. Nā ſi grāmatices munus vſq; ad ſuaſorias, quæ ſunt apud rhetorē materiæ inter rudimenta dicēdi, prorogatur, tardius rhetore opus eſt. Si rhetor prima officia operis ſui nō recuſat, à narratiōibus ſtatim, & laudādi vituperādiq; opusculis cura eius deſideratur. An ignoramus antiquis hoc fuiſſe ad augēdā eloquētiā gen⁹ exercitatiōis, vt Theſis dicerēt, & cōmunes locos, & cætera citra cōplexū rerū perſonarūq; quibus veræ ſictaq; cōtrouerſiæ cōtinentur? Ex quo palā eſt q̃ turpiter deſerat eā partē rhetorices inſtitutio, quā & primā habuit, & diu ſolā. ¶ Quid autē ex iis de quibus ſupra dixi, quod nō tū in alia quæ ſunt rhetorū propria, tū certē in illud iudiciale cauſæ genus incidat? an nō in foro narrandū eſt? qua in parte nēſcio an ſit vel plurimū. Nōne laus ac vituperio certaminibus illis frequēter inferitur? Non cōmunes loci, ſive qui ſunt in uitia directi, quales legim⁹ à Cicrone cōpoſitos: ſeu quibus quæſtiones generaliter tractātur, quales ſunt editi à Q. quoq; Hortenſio, vt ſit ne paruis argumentis credendū, & pro teſtibus, & in teſtes, in mediis litū medullis verſantur. Arma ſunt hæc quodāmodo præparāda ſemper, vt iis, cū res poſcat, vtantur. Quæ qui pertinent ad oratorē non putabit, iſe ſtatuā quidē inchoari credet cū eius mēbra fundētur. ¶ Neq; hanc (vt aliqui putabūt) feſtinationē meā ſic quiſq; calūnietur, tanq̃ eum qui ſit rhetori tradendus, abducendū protinus à grāmaticis putem. Dabuntur illis tum quoq; tempora ſua: neq; erit verendū, ne binis præceptoribus oneretur puer. Non enim creſcet, ſed diuidetur, qui ſub vno miſcebatur labor, & erit ſui quiſq; operis magiſter vtilior, quod adhuc obtinent Græci, & à Latinis omiſſum eſt, & fieri videtur excuſate, quia ſunt qui labori iſti ſucceſſerint.

DE MORIBVS ET OFFICIIS PRÆCEPTORIS. CAP. II.

Rgo cū ad eas in ſtudiis vires peruenerit puer, vt quæ prima eſſe præcepta rhetorū diximus, mente conſequi poſſit, tradendus eius artis magiſtris erit. Quorū in primis inſpici mores oportebit. Quod ego non idcirco potiſſimum in hac parte tractare ſum aggreſſus, quia non in cæteris quoq; doctōribus idem hoc examinandū q̃ diligentiffimē putem, ſicut teſtatus ſum libro priore: ſed q̃ magis eius rei neceſſariam mentionē facit ætas ipſa diſcentiū. Nam & adulti ferē pueri ad hos præceptores transferuntur, & apud eos iuuenes etiā facti perſeuerant. Ideoq; maior adhibēda tum cura eſt, vt & teneriores animos ab iniuria ſanctitatis docentis cuſtodiat, & ferociores à licentia grauitas deterreat. Neque vero ſatis eſt ſummam præſtare abſtinentiam, niſi diſciplinā ſeueritate conuenientium quoque ad ſe mores aſtrinxerit. ¶ Sumat igitur ante omnia parētis erga diſcipulos ſuos animum, ac ſuccede-

re se in eorū locū à quibus sibi liberi tradantur, existimet. ¶ Ipse nec habeat vitia, nec ferat. Nō au-
steritas eius tristis, nō dissoluta sit comitas, ne inde odiū, hinc contēptus oriatur. ¶ Plurimus ei de
honesto ac bono sermo sit. Nā quo sapi9 monuerit, hoc rari9 castigabit. ¶ Minime iracūdu9, nec
tamē eorū quæ emēdanda erunt dissimulator: simplex in docēdo, patiēs laboris, assiduus potius q̃
immodicus. ¶ Interrogātibus libēter respōdeat, nō interrogātes percōtetur vltro. ¶ In laudādis di-
scipulorū dictionibus nec malignus nec effusus, quia res altera tādīū laboris, altera securitatē par-
rit. ¶ In emēdādo quæ corrigēda erūt, nō acerbus, minimēq; cōtumeliosus. Nā id quidē multos à
proposito studēdi fugat, q̃ quidā sic obiurgā quasi oderint. Ipse aliquid immo multa quotidie dic-
cat, quæ secū audita referāt. Licet enim satis exemplorū ad imitandū ex lectiōe suppeditet, tamen
viva illa (vt dicitur) vox alit plenius, præcipuēq; præceptoris, quē discipuli (si modo rectē sunt in-
stituti) & amant, & verētur. Vix autem dici potest quāto libētius imitemur eos, quibus fauemus.
¶ Minime vero permittēda pueris (vt fit apud plerōsq;) assurgēdi, exultādiq; in laudando licentia.
Quinetiā iuuenū modicū esse, cū audiēt, testimoniū debet. Ita fit vt ex iudicio præceptoris disci-
pulus pēdeat, atq; id se dixisse rectē, quod ab eo probabitur, credat. ¶ Illa vero vitiosissima, quæ iā
humanitas vocatur, inuicē qualiācūq; laudādi, cum est indecora & theatralis, & seuerē influitus
scholis aliena, tū studiōrū perniciosissima hostis. Superuacua enim videntur cura ac labor, parata
quicquid effuderint laude. ¶ Vultū igitur præceptoris intueri tāq; audiūt debēt, q̃ ipse qui dicit.
Ita enim probāda atq; improbāda discernēt, sic stilo facultas cōtinget, auditioni iudiciū. At nūc
proni atq; succincti ad omnē clausulā nō assurgūt modo, verū etiā excurrūt, & cū indecora exul-
tatione cōclamāt. Id mutuū est, & ibi declamatiōis fortuna. Hinc tumor, & vana de se persuasio,
vique adeo vt illo condiscipulorū tumultu inflati, si parū à præceptore laudētur, ipsi de illo male
sentiant. ¶ Sed se quoq; præceptores intentē ac modestē audiri velint. Non enim iudicio discipu-
lorū dicere debet magister, sed discipuli magistri. ¶ Quin (si fieri potest) intēdendus animus in hoc
quoq; vt perspiciat quæ quisq;, & quomodo laudet, & placere quæ benē dicit, nō suo magis q̃ eo-
rū nomine delectetur, qui rectē iudicabūt. ¶ Pueros adolecētibus sedere permixtos nō placet mi-
hi. Nā etiā si vir talis, qualē esse oportet studiis moribūsq; præpositū, modestā habere potest etiā
iuuentutē, tamen vel infirmitas à robustioribus separāda est, & carendū nō solū crimine turpitu-
dinis, verum etiā suspitione. ¶ Hæc notāda breuiter existimaui: nam vt absit ab vltimis vitiis ipse
præceptor ac schola, ne præcipiendū quidē credo. Ac si quis est, qui flagitia manifesta in deligen-
do filiū præceptore non vitet, iam hinc sciat cætera quoq; quæ ad vtilitatem iuuentutis compo-
nere conamur, sibi esse, hæc parte omissa, superuacua.

AN PROTINVS PRAECEPTORE OPTIMO SIT VTENDVM. CAP. III.

E illorū qdē persuasio silētiō trāseunda est, qui etiā cū idoneos rhetori pueros puta-
uerūt, nō tamen cōtinuo tradēdo seminētissimo credūt. Sed apud minores aliquā-
diu detinēt, tanq̃ institutēdis artibus magis fit apta mediocritas præceptoris, cū ad
intellectū atq; imitationē faciliōr, tū ad suscipiēdas elementorū molestias minus su-
perba. Qua in re mihi non arbitror diu laborandū, ut ostendā quāto sit melius opti-
mis imbui, quātāq; in elucendis quæ semel infederint vitiis difficultas cōsequatur, cum geminatū
onus succedētes premat. Et quidē dedocēdi grauius ac prius, q̃ docēdi. Propter quod Timotheū
clarū in arte tibiārū ferunt duplices ab iis quos alius instituit, solitū exigere mercedes, q̃ si rudes
traderētur. ¶ Error tamen est in re duplex: vnus, q̃ interim sufficere illis minores existimāt, & bo-
no sani stomacho contenti sunt. Quæ q̃q; & ipsa reprehēsiōe digna securitas, tamen esset vtcūq;
tolerabilis, si eiusmodi præceptores minus docerent non peius. ¶ Alter error, ille etiā frequētiōr,
q̃ eos qui ampliōrē dicendi facultatē sint cōsecuti, non putant ad minora descēdere. Idq; interim
fieri, quia fastidiāt præstare hanc inferioribus curā, interim quia omnino nō possint. ¶ Ego por-
ro eum qui nolit, in numero præcipientiū non habeo: posse autē maximē si velit, optimū quemq;
cōtēdo. ¶ Primū, q̃ eū qui eloquētiā cæteris præstet, illa quoq; per quæ ad eloquētiā peruenitur,
diligētissimē percepisse credibile est. ¶ Deinde, q̃ plurimū in præcipiēdo valet ratio, quæ doctis-
simo cuiq; planissima est. ¶ Postremo q̃a nemo sic in maioribus eminet, vt eum minora deficiāt.
Nisi fortē Iouē qdē Phidias optimē fecit, illa aut quæ in ornamētū ei9 operis accedūt, alius meli9
elaborasset, aut orator loq; nesciet, aut leuiōres morbos curare nō poterit præstātissimus medicus.
¶ Quid ergo? nō est quādā eloquētiā maior q̃ ut eā intellectu cōseq; puenilis infirmitas possit? Ego
vero cōfiteor, sed hūc disertū præceptorē, prudentē quoq; & nō ignarū docēdi esse oportebit, sub-
mittentē se ad mēsurā discētis, vt velocissim9 q̃q; si forte iter cū paruulo faciat, det manū, & gra-
dū suū minuat, nec procedat vltra q̃ comes possit. ¶ Quid, si plerūq; accidit, ut faciliōra sint ad in-
telligendū, & lucidiora multo, quæ à doctissimo quoq; dicūtur? Nā & prima est eloquētiæ virt9

perspicuitas: & quo quisq; ingenio minus valet, hoc se magis attollere, & dilatare conatur, ut statura breues in digitos eriguntur, & plura infirmi minantur. Nā & tumidos, & corruptos, & tinnulos, & quocūq; alio cacozelia genere peccantes certū habeo nō viriū, sed infirmitatis vitio laborare: ut corpora non robore, sed valetudine inflātur, & recto itinere lapsi plerūq; diuertunt. Erit ergo etiā obfcurior quo quisq; deterior. ¶ Non excidit mihi scripsisse me in libro priore, cū portio rem in scholis eruditionē esse q̄ domi dicere, libētius se prima studia tenerōsq; profectus ad imitationē cōdiscipulorū quā facilius esset, erigere. Quod à quibuscūq; sic accipi potest, tanq̄ hæc, quam nunc tueor, sentētia priori diuersa sit. Id à me procul aberit. nāq; ea causa vel maxima est cur opti mo cuiq; præceptor sit tradēdus puer, q̄ apud eum discipuli quoque melius instituti, aut discent quod inutile nō sit imitari, aut si quid errauerint, statim corrigētur. At indoctus ille etiam probabit fortasse vitiosa, & placere audientibus iudicio suo coget. Sit ergo tam eloquentia q̄ moribus præstantissimus, qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere ac facere doceat.

Lib. 9. iliad.

DE PRIMIS APVD RHETOREM EXERCITATIONIBVS.

CAP. IIII.

Incīpā quas primas in docēdo partes rhetorū putē, tradere incīpiā, dilata parūper illa quæ sola vulgo vocatur arte rhetorica. Ac mihi oportunus maximē videtur ingres sus ab eo, cuius aliqd simile apud grāmaticos puer didicerit. ¶ Et q̄a narrationū, ex cepta qua in causis vtimur, tres accepim⁹ species, Fabulā, quæ versatur in tragœdiis atq; carminib⁹, nō à veritate modo, sed etiā à forma veritatis remotā: Argumentū, quod falsum, sed uero simile comœdia fingūt: Historiā, in qua est gest⁹ rei expositio: Grāmaticis autē poeticas dedimus: apud rhetorē incitū sit historia, tāto robustior, quāto uerior. ¶ Sed narrādī qdē quæ nobis optima ratio videatur, tū demonstrābimus, cū de iudiciali parte dicem⁹. Interim ad monere illud sat est, ut sit ea nec atida prorsus nec ieiuna. Nā quid op⁹ erat tātū studiū laboris im pendere, si res nudas atq; inornatas indicare satis uideretur? ¶ Neq; rursus sinuosa, & accersitis de scriptionibus, in quas pleriq; imitatione poetica licētia ducūtur, lasciuiat. Vitiū utrūq; peius ta men illud quod ex inopia q̄ quod ex copia uenit. Nā in pueris oratio perfectā, nec exigi, nec sperari pōt, melior autē est indoles læta generosiq; conatus, & uel plura iusto cōcipiēs interim spiritus. Nec vnq̄ me in his discētis animus offēdat, si qd super fuerit, quin ipsi doctōrib⁹ hoc esse curā ue lim, ut teneras adhuc mētes more nutritū mollius alant, & satiari ueluti quodā iucūdioris discipli næ cibo lacteq; patiātur. Erit illud plenius interim corpus, quod mox adulta ætas astringat. Hinc spes roboris. Maciem nāq; & infirmitatē in posterū minari solet protinus omnib⁹ mēbris expres sus infans. Audeat hæc ætas plura, & inueniat, & inuētis gaudeat, sint licet illa non satis ficca in terim ac seuera. Facile remediū est ubertatis, sterilia nullo labore vincūtur. Illa mihi in pueris natu ra minimū spei dederit, in qua ingenii iudicio præsumitur. Materiā esse primū volo vel abūdā tiorē, atq; vltra q̄ oporteat fulam. Multū idē decoquēt anni, multū ratio limabit, aliqd uelut vfu ipso deteretur. Sit modo vnde excidi possit, & quod exsculpi: erit autē si nō ab initio tenuē nimīū laminā duxerimus, & quā cælatura altior rūpat. Quod me de his ætatib⁹ sentire min⁹ mirabitur, q̄ apud Ciceronē legerit. Volo enī se efferat in adolescēte fecūditas. ¶ Quapropter in primis cui tādus, & in pueris præcipuē, magister aridus, nō minus q̄ teneris adhuc plantis siccū, & sine humo re vllō solū. Inde sūt humiles statim, & uelut terrā spectātes, q̄ nihil supra quotidianū sermonem attollere audeāt. Macies illis pro sanitate, & iudicii loco infirmitas est, & dū satis putāt vitio care re, in idipsum incidūt vitiū, q̄ virtutibus carent. ¶ Quare mihi ne maturitas qdē ipsa festinet, nec multa in lacu statim austera sint. Sic & annos ferēt, vetustate proficiēt. ¶ Ne illud quidē quod ad moneamus indignū est, ingenia puerorū nimia interim emēdationis seueritate deficere, nā & des perāt, & dolēt, & nouissimē oderūt, & quod maximē nocet, dum omnia timent, nihil conantur. Quod etiā rusticis notū est, q̄ frondibus teneris nō putāt adhibēdā esse falcē, quia reformidare fer rū uidētur, & nodū cicatricē pati posse. Iucundus ergo tū maximē debet esse præceptor, ut reme dia, quæ alioqui natura sunt aspera, molli manu, & læui leniātur, laudare aliqua, ferre quādā, mu tare etiā, reddita cur id fiat ratione, illuminare interponēdo aliquid sui. ¶ Nōnūq̄ hoc quoq; erit vtile, rotas ipsū dictare materias, quas & imitetur puer, & interim tanq̄ suas amet. At si tā negli gēs ei stilus fuerit, ut emēdationē nō recipiat, expertus sum prodesse, quoties eādē materiā rursus à me retractā scribere de integro iuberē, posse enim cū adhuc meli⁹: quatinus nullo magis studia q̄ spe gaudēt. A liter autem alia ætas emendanda est, & pro modo virium & exigendum & corrigē dum opus. Solebā ego dicere pueris aliquid ausis licētius aut lætius, laudare illud me adhuc, vëtū rum tēpus quo idem non permitterem: ita & ingenio gaudebant, & iudicio non fallēbātur. ¶ Sed ut eo reuertar vnde egressus sum, narrationes stilo componi, quanta maxima possit adhibita di ligētia, volo. Nam ut primo cum sermo instituitur, dicere quæ audierint, vtile est pueris ad lo quēdi

Fabula.
Argumentū.
Historia.
Narrationū
præexercita
mentā.

Lib. 2. de
Oratore.

quendi facultatē, ideoq; & retro agere expositionē, & à media in vtrāq; partē discurrere sane merito cogatur, sed ad gremiū præceptoris, & dū nō possunt, & dū res ac verba cōnectere incipiūt, vt protinus memoriā firmēt: ita tū iā formā rectē loquēdi, & emēdatæ orationis accipiēt. Extēporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, & vix surgēdi mora, circulatoriæ vere iactatiōis est. Hinc parētū imperitorū inane gaudiū, ipsi vero cōtēptus operis, & inuerecūda frōs, & cōsuetudo pelsime dicēdi, & malorū exercitatio, & quæ magnos quoq; profectus frequēter perdidit, arrogās de se persuasio innascitur. Erit suū parādæ facilitatis tēpus, neq; à nobis negligēter locus iste trāsbibitur. Interim satis est si puer omni cura & sumo (quātū illa ætas capit) labore aliqd probabile scripserit, in hoc assuescat, huius rei sibi naturā faciat. Ille demū in id quod quærimus, aut ei proximū poterit euadere, q̄ atē discet rectē dicere, q̄ cito. ¶ Narratiōib⁹ nō inutiliter subiūgitur opus destruēdi cōfirmādiq; eas, quod ἐναρκων ἢ κατὰ κράτος vocatur. Id porro nō tācū in fabulosis & carmine traditis fieri potest, verū etiā in ipsi annaliū monimētis, vt si quærat, an sit credibile super caput Valerij pugnatīs sedisse coruū, q̄ os oculosq; hostis galli rostro atq; alis euerberaret. Sit in vtrāq; partē ingēs ad dicēdū materia, vt de serpēte quo Scipio traditur genitus, & lupa Romuli, & Aegeria Numæ. Nā Græcis historicis plerūq; poeticæ similis est licētia. Sæpe etiā q̄ri solet de tēpore, de loco, quo gesta res dicitur, nōnūq; de persona quoq; sicut Liuius frequētissime dubitat, & alii ab aliis historicis diffētiūt. ¶ Inde paulatim ad maiora tēdere incipiet, laudare claros viros, & vituperare improbos, quod nō simplicis vtilitatis opus est. Nāq; & ingeniū exercetur multiplici variaq; materia, & animus cōtēplatiōe recti prauiq; formatur, & multa inde cognitio rerū venit, exēplisq; quæ sunt in omni genere causarū potētissima, iā tū instruitur, cū res poscet vsur⁹. Hinc illa exercitatio subit cōparatiōis: vter melior, vterve deterior, quæ q̄q; versatur in ratiōe simili, tamē & duplicat materiā, & virtutū vitiōrūq; nō tācū naturā, sed etiā modū tractat. Verū de ordine laudis cōtraq; quoniam hanc tertia rhetorices pars est, præcipiē suo tēpore. ¶ Et cōmunes loci (de iis loquor, quibus citra personas in ipsa vitia moris est perorare, vt in adulterū, aleatorē, petulārē) ex mediis sunt iudiciis: & si reū adiciās, accusatiōes: q̄q; hi quoq; ab illo generali tractatu ad quāsdā deduci species solēt, vt si ponatur adulter cæcus, aleator pauper, petulās senex. Habēt autē nōnūq; etiā defensionē. Nā & pro luxuria, & pro amore dicimus, & leno interim parasitusq; defenditur: sic vt nō homini patrocinemur, sed crimini. ¶ Theses aut, quæ sumūtur ex rerū cōparatiōe, vt rustica ne vita an vrbana potior, iuris periti an militaris viri laus maior, mire sunt ad exercitacionē dicēdi spatiosæ atq; vberes, quæ vel ad suadēdi officiū, vel etiā ad iudiciōrū disceptationē iuuāt plurimū. Nā posterior ex prædictis locus in causa Murenæ copiosissimē à Cicerone tractatur. Sunt & penē illæ totæ ad deliberatiūū pertinētes genus, ducēda ne vxor, petēdi ne sint magistratus. Nāq; hæ personis modo adiectis suasiōis erūt. ¶ Solebāt præceptores mei, nec inutili, & nobis etiā iucūdo genere exercitacionis præparare nos cōiecturalibus causis, cū quærere atq; exeq̄ iuberēt, cur armata apud Lacedæmonios Venus, & qd ita crederetur Cupido puer, ac volucer, & sagittis ac face armatus, & similia: in quibus scrutabamur volūtātē, cuius in cōtrouersis frequēs quaestio est, quod genus Chriæ videri potest. ¶ Nā locos qdē, quales sūt de testib⁹, sēper ne his credēdū, & de argumētis, an habēda etiā paruis fides, adeo manifestū est ad forēs actiōes pertinere, vt qdā nec ignobiles in officiis ciuilibus, scriptos eos, memoriæq; diligētissimē mādatos in promptu habuerint, vt quoties esset occasio, extēporales eorū dictiones his velut emblematis exornārētur. Quo qdē (nec enim huius rei iudiciū differre sustineo) summā videbātur mihi infirmitatē de se cōfiteri. Nā quid ii possint in causis (quarū varia ac noua semper est facies) propriū inuenire? quomodo propositis ex parte diuersa responderē? altercationibus velociter occurrere? testē rogare? etiā in iis quæ sunt cōmunia, & in plurimis causis tractātur, vulgatissimos sensus verbis, nisi tāto ante præparatis, prosequi nequeant. Necessē est his cū eadem iudiciis pluribus dicūt, aut fastidium moueant, veluti frigidi & repositi cibi: aut pudorē, deprehēsa toties audientium memoria, infelix supellex: quæ sicut apud pauperes ambitiosos pluribus & diuersis officiis conteratur, cū eo quidem, q̄ vix vllus est tā cōmunis locus, qui possit coherere cū causā, nisi aliquo propriæ quaestionis vinculo copulatus appareatq; cū nō tam infertum quā applicitū, vel q̄ dissimilis est cæteris, vel q̄ plerūq; assumi etiam parum aptē solet: non quia desideratur, sed quia paratus est, vt quidam sententiarum gratia verbosissimos locos arcescunt, cum ex locis debeat nasci sententia. Ita sunt autem speciosa hæc & vtilia, si oriuntur ex causā. Cæterum quamlibet pulchra locutio, nisi ad victoriam tendit, vtiq; superuacua, sed interim etiā contraria est. Verū hætenus euagari satis fuerit. ¶ Legū laus, & vituperatio iam maiores ac prope summis operibus suffecturas vires desiderat: quæ quidem suasiōis an cōtrouersis magis accommodata sit exercitatio, consuetudine & in re ciuitatum differt. Apud Græcos enim lator earū ad iudicē vocabatur, Romanis pro cōcione suadere ac dissuadere moris fuit.

De cōfirmatione & defensione narrationū.

Laus & vituperatio.

Loci communes virtutū & vitiōrū.

Theses.

Cōiecturæ.

Loci communes testium & argumētorum.

Legum laus & vituperatio.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

¶ Vtroq; autē modo pauca de his, & ferē certa dicūtur. Nā & genera sunt tria, sacri, publici, priuati iuris. Quā diuīssio ad laudē magis spectat: si quis eā per gradus augeat, q̄ lex, q̄ publica, q̄ in religio nē deū cōparata sit. Ea qdē de qbus quari solet cōmunia omnibus. Aut enim de iure dubitari potest eius q̄ rogat, ut de P. Clodii, q̄ nō ritē creat? Tribun? arguebatur: aut de ipsi? rogatiōis, quod est variū: siue nō trino fortē nūdino promulgata, siue nō idoneo die, siue contra intercessionē vel auspiciā, aliūdve quid quod legitime obstat, dicitur lata esse vel ferri, siue alicui manentiū legū re pugnare. ¶ Sed hæc ad illas primas exercitationes nō pertinet. Nā sunt hæc citra cōplexū personarū, tēporū, causarū. Reliqua eadē ferē vero fictōq; certamine huiusmodi tractātur. Nā vitiū, aut in verbis, aut in rebus est. In verbis quaritur, an satis significet, an sit in his aliquid ambiguū. In reb?, an lex sibi ipsa cōsentiat, an in præteritū referri debeat, an in singulos homines. ¶ Maxime uero cōmune est querere, an sit honesta, an vtilis. Nec ignoro plures fieri à plerisq; partes, sed nos iustum, piū, religiosum, ceteraq; his similia, honesto cōplectimur. Iusti tamē species nō simpliciter excuti solet. Aut enim de re ipsa quaritur, ut digna ne pœna vel præmio sit, aut de modo præmii pœnæ ve, q̄ tā maior q̄ minor culpæ potest. Vtilitas quoq; interim natura discernitur, interim tēpore. Quādā an obtineri possint, ambigi solet. ¶ Ne illud quidē ignorare oportet, leges aliquādo totas aliquādo ex parte reprehēdi solere, cū exēplū rei vtriusq; nobis clāris orationib? præbeatur. ¶ Nec me fallit eas quoq; leges esse, quæ non in perpetuū rogetur, sed honoribus, aut imperiis, qualis Manilia fuit, de qua Ciceronis oratio est: sed de his nihil hoc loco præcipi potest. Constant enim propria rerū, de quibus agitur, nō cōmuni qualitate. ¶ His ferē veteres facultatē dicēdi exercuerūt, assumpta tamē à dialecticis argumētādi ratione. Nā fictas ad imitationē fori consiliorūq; materias apud Græcos dicere, circa Demetriū Phalerea institutū ferē cōstat. An ab ipso id gen? exercitatio nis sit inuētū (ut alio quoq; libro sum confessus) parū cōperi. Sed ne ii quidē, qui hoc fortissimē as firmant, vllō satis idoneo auctore nituntur. Latinos vero dicendi præceptores extremis L. Crassi temporibus cœpisse Cicero auctor est, quorum insignis maxime Plotius fuit.

Quando de
clamandi ra
tio primum
extiterit.

DE LECTIONE ORATORVM, ET HISTORICO- rum apud rethorem.

CAP. V.

Ed de ratione declamandi post paululū, interim, quia prima rhetorices rudimenta tractamus, nō omittendū videtur id quoq; ut moneā quantū sit collaturus ad profectū discētū rhetor, si quēadmodū à grāmaticis exigitur poetarū enarratio, ita ipse quoq; historia, atq; etiā magis orationū lectione susceptos à se discipulos instruxerit, quod nos in paucis, quorū id ætas exigebat, & parētēs vtile esse crediderant, seruauimus. ¶ Ceterū sentiētibus iā rū optima, duæ res impedimento fuerunt, q̄ & lōga cōsuetudo aliter docēdi fecerat legē, & robusti ferē iuuenes, nec hūc labore desiderātes, exēplū nostrū sequēbatur. Nec tamē etiā si qd noui vel serō inuenissē, præcipere in posterū puderet. Nūc verō scio id fieri apud Græcos, sed magis per adiutores: quia non vidētur tempora suffēctura, si legentibus singulis præire semper, ipsi velint. ¶ Etheacle prælectio, quæ in hoc adhibetur, ut facili atq; distinctē pueri scripta oculis sequantur, etiā illa quæ vim cuiusq; verbi, si quod minus vītatū incidat, docet, multū infra rhetoris officiū existimanda est. At dēmonstrare uirtutes, vel si quando incidāt vitia, id professionis eius atq; promissi, qui se magistrū eloquētiæ pollicetur, maxime propriū est: eo quidē validius, q̄ nō vtiq; hūc laborem docētū postulo, ut ad gremiū reuocatis cuius quisque eorū velit libri lectioni deleuant. Nā mihi cū facilius, tū etiā multo videtur magis vtile, factō silētio, vnū aliquē quod ipsum imperari per vices optimū est cōstituere lectorē, ut protinus pronunciationi quoq; assuescant, tū exposita causā, in quā scripta legetur oratio (nā sic clarius quæ dicentur intelligi poterunt) nihil ociosum pati, quodq; in inuētiōne, quod in elocutione annotādū erit, quæ in procēmio cōciliādī iudicis ratio, quæ narrādī lux, breuitas, fides, quod aliquādo cōsiliū, & q̄ occulta calliditas. Nāq; ea sola, in hoc ars est, quæ intelligi nisi ab artifice nō possit. ¶ Quāta deinceps in diuidendo prudentia, q̄ subtilis & crebra argumentatio, quibus viribus inspiret, quā iucunditate permulceat, quāta in maledictis asperitas, in iocis vrbānitas, ut denique dominetur in affectibus, atque in pectora irrupat, animūq; iudicū simile iis quæ dicit, efficiat. ¶ Tū in ratione loquēdi, quod verbū propriū, ornatū, sublime: vbi amplificatiō laudāda, quæ virtū ei cōtraria, quod speciosē translātū, quæ figura verborū, quæ lenis & quadrata, sed virilis tamen cōpositio. ¶ Ne id quidē inutile, etiā corruptas aliquādo & vitiosas orationes, quas tamen plerique iudiciorū prauitate mirātur, legi palā pueris, ostendique in iis q̄ multa impropria, obscura, tumida, humilia, sordida, lasciuia, effeminata sint: quæ nō laudātur modo à plerisque, sed (quod peius est) propter hoc ipsum q̄ sūt praua, laudātur. Nā sermo rectus, & secūdū naturā enūciat?, nihil habere ex ingenio videtur. Illa vero quæ vtrūq; deflexa sunt, tāq̄ exq̄sitiōra miramur, nō alter q̄ distortis, & quocūque modo

De præle-
ctione auto-
rum.

modo prodigiosis corporibus apud quosdā maius est precū, q̄ iis, quæ nihil ex cōmunis habitus bonis perdidit. Atq; etiā q̄ specie capiūt, vultus leuatisq; & inultas comas acū comētibus, & nō suo colore nitidis, plus esse formæ putant, q̄ possit tribuere incorrupta natura, vt pulchritudo corporis venīre videatur ex malis moribus. ¶ Nec solū hæc ipse debet docere præceptor, sed frē quēter interrogare, & iudiciū discipulorū experiri. Sic audiētibz securitas aberit, nec quæ dicētur perfūet aures, simūlq; ad id perducētur, quod ex hoc q̄ritur, vt inueniant ipsi & intelligāt. Nā qd aliud agimus docēdo eos q̄ ne semper docēdi sint? Hoc diligētia genz ausim dicere plus collaturū discētibz, q̄ oēs omniū artes, quæ iuuāt sine dubio multū, sed latiore quadā cōprehēsiōne per oēs qdē species rerū quotidie penē nascētiū ire qui possunt? Sicut de re militari q̄q; sint tradita quadā præcepta cōmunia, magis tamē proderit scire, quā ducū qsq; ratione, in quali loco, tēpore, sit vltus sapiēter, aut cōtrā. Nā in omnibus ferē minus valēt præcepta, q̄ experimenta. An uerō declamabit quidē præceptor, ut sit exēplo suis auditoribus: nō plus cōtulerint lecti Cicero ac Demosthenes? Corrigetur palā, si qd in declamādo discipulus errauerit: nō potētiū erit emēdare orationē, quin imo etiā iucūdius? aliena enim vitia reprehendi mauult q̄ sua. Nec deerāt plura quæ dicēre, sed ne minē hæc vtilitas fugit, atq; vtinā tam nō pigeat facere istud, q̄ non displicebit.

QVI PRIMI LEGENDI.

CAP. VI.

Vod si potuerit obtineri, nō ita difficilis supererit quæstio, q̄ legēdi sint incipiētibz. Nā qdā illos minores, q̄a facilior eorū intellectū videbatur, probauerūt: alii floridi genus, vt ad alēda primarū ætatū ingenia magis accōmodatū. Ego optimos qdē & statim, & sēper, sed tamē eorū cādidissimū quēq; & maximē expositū velim, ut Liuiū, a pueris magis, q̄ Salustii, & hic historia maioris est auctor, ad quē tamē intel ligēdū iā profectū opus est. Cicero, vt mihi qdē videtur, & iucūdis incipientibus quoq; & aper tus est satis, nec prodesse tātū sed etiā amari potest: tū (quēadmodū Liuius præcipit) vt qsq; erit Ci ceroni simillimus. ¶ Duo autē genera maximē cauēda pueris puto. Vnū, ne quis eos antiquitatis nimius admirator in Græchorū Catonisque, & aliorū similiū lectiōne durefcere velit: fient enim horridi atq; ieiuni. Nā neq; vim eorū adhuc intellectu cōsequētur, & elocutione: quæ tū sine du bio erat optima, sed nostris tēporibus aliena, cōtenti (quod est pessimū) similes sibi magnis viris vi debūt. ¶ Alterū, quod huic diuersum est, ne recētis hui? lasciuiæ flosculis capti, voluptate qua dā praua deliniātur, ut prædulce illud genus, ac puerilibz ingeniis hoc grati, quo propius est, ad amēt. ¶ Firmis autē iudiciis, iāq; extra periculū positis iuaserim, & antiquos legere, ex quibus si assumatur solita, ac virilis ingenii vis deterfor rudis seculi squallore, tū noster hic cultus clariū eni tescet, & novos, quibus & iplis multa virtus adest. Nec enim nos tarditatis natura dānauit, sed di cēdi mutauimus genus, & vltro nobis q̄ oportebat indulgimus: ita nō tā ingenio illi nos superaue rūt, q̄ proposito. Multa ergo licebit eligere. Sed curādū erit, ne iis qbus permixta sunt, inquinētur. Quosdā vero etiā quos totos imitari oporteat, & fuisse nuper, & nūc esse quidē, libenter nō cōcel serim modo, verū etiā contenderim. Sed hi qui sint, nō cuiusq; est pronūciare. Tutius circa prio res vel erratur. Ideoq; hæc nouorū distuli lectiōnē, ne imitatio iudiciū antecederet.

Liuius.
Cicero.

DE DIVISIONE.

CAP. VII.

Vit etiā in hoc diuersum præcipiētiū propositū, q̄ eorū qdā materias quas discipu lis ad dicēdū dabāt, nō cōtēti diuisione dirigere, latius dicēdo prosequēbātur: nec solū probationibz implebāt, sed etiā affectibus. Alii, cū primas modo lineas dixisset, post declamationes quid omisset qsq; tractabāt: quosdā vero locos nō minore cu ra, q̄ cū ad dicēdū ipsi surgerēt, excolebāt. ¶ Vtile vtrūq; & ideo neutrū ab altero separo. Sed si facere tantū alterū necesse sit, plus proderit demonstrasse rectā protinus viā, q̄ reuocare ab errore iā lapsos. Primū, quia emēdationē auribus modo accipiūt, diuisionem vero ad cogitatio nē etiā & stilū perferūt. Deinde q̄ libētius præcipiēte audiūt, q̄ reprehēdētē. Siqui vero paulo sunt viuaciores, in his præsertim moribus, etiā irascūtur admonitioni, & taciti repugnant. Nec ideo ta men minus vitia apertē coarguenda sunt. Habenda enim ratio ceterorū, qui recta esse quæ præ ceptor nō emēdaucit, credēt. ¶ Vtrāq; autē ratio miscenda est, & ita tractāda, ut res ipsæ postula bāt. Nāq; incipiētibz dāda erit velut præformata materia secūdū cuiusq; vires. At cū satis cōpo suisse se ad exēplū videbūt, breuiā quādā demonstrāda uestigia, quæ persecuti, iā suis viribus sine adminiculo progredi possint. Nōnunq; credi sibi eos oportebit, ne mala cōsuetudine semper aliē nū laborē sequendi, nihil per se conari, & querere sciant. Quod si satis prudētē dicenda viderint, iam prope cōsummata fuerit præcipientis opera. Si quid errauerint, adhuc erunt ad ducem redu cendi. Cui rei simile quiddā facientes aues cernimus, quæ teneris infirmisq; foetibus cibos ore suo collatos partiuntur. At cum visi sunt adulti, paulū egredi nidis, & circūuolare sedem illam præce dentes ipsæ docent, tum expertas vires libero cœlo suæque ipsorum fidutiæ permittunt.

De materiis
dandis.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

mus (ut videntur) ætates, facultates, liberi, parētes, vrbium ipsarum vires, iura, mores, alia his similia. Quin aliquādo etiā argumēta ex ipsis positioñū vitiis ducimus. Sed hæc suo quæq; loco, quibus enim omne propositū operis à nobis destinati eo spectet, ut orator instituat, tamē ne qd studio si requirant, etiā si quid erit quod ad scholas pertineat propriè, in transitu nō omitemus.

AN ARTIS NECESSARIA COGNITIO SIT.

CAP. XII.

I AM hinc ergo nobis inchoanda est ea pars artis, ex qua capere initium solent, qui priora omiserunt: quanq̃ video quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi, qui nihil egere huiusmodi præceptis eloquentiam putent, sed natura sua, & vulgari modo, & scholarum exercitatione contenti, rideant etiam diligentia nostram: exemplo quoque magni nominis professorum, quorum aliquis (vt opinor) interrogatus quid esset schema & noema, nescire se quidē, sed si ad rem pertineret, esse in sua declamatione respondit. Alius percontanti, Theodorus an Apollodorus esset, ego, inquit, parumularius sum. Nec sanè potuit vrbanius ex confessione inscitiae suae elabi. ¶ Porro ii, quia & beneficium ingenii præstantes sunt habiti, & multa etiā memoria digna exclamauerunt, plurimos habent similes negligentiae suae, paucissimos naturae. Igitur & impetu dicere se, & viribus vti gloriantur. Nec enim opus esse probatione, aut dispositione in rebus fictis: sed cuius rei gratia plenum sit auditorium, sententiis grandibus, quarū optima quæque à periculo petatur. Quinetiam in cogitando, nulla ratione adhibita, aut rectum intuentes, magnum aliquid quod ultro se offerat, pluribus sæpè diebus expectant: aut murmure incerto, velut classico instincti, concitatissimum corporis motum non enuntiandis, sed querendis verbis accommodant. ¶ Nonnulli certa sibi initia priusquam sensum inuenerint, destinant, quibus aliquid deserti subiungendum sit: eaque diu secū ipsi clarèq; meditati, desperata connectendi facultate deserunt, & ad alia deinceps, atque inde alia non minus communia atque nota diuertunt. ¶ Qui plurimum videntur habere rationis, non in causas tantum laborem suum, sed in locos intendunt: atque iis non corpori prospiciunt, sed abrupta quadam, vt forte ad manum venere, iaculantur. Vnde fit ut dissoluta & ex diuersis congesta oratio coherere non possit: similisque sit cōmentariis puerorum, in quos ea quæ aliis declamantibus laudata sunt, regerunt. Magnas tamen sententias & res bonas (ita enim gloriari solent) elidunt. Nam & barbari & serui: & si hoc fat est, nulla est ratio dicendi.

QVARE INERVDITI INGENIOSIORES VVLGO habeantur.

CAP. XIII.

N E hoc quidē negauerim, sequi plerūque hanc opinionē, ut fortius dicere videatur indocti. Primū, vitio male iudicantium: qui maiorē habere vim credunt ea quæ nō habent artem, ut effringere q̃ aperire, rumpere q̃ soluere, trahere q̃ ducere putāt robustius. Nam & gladiator qui armorum inscius in rixam ruit, & luctator qui totius corporis nixu in id quod semel inuasit, incumbit, fortior ab iis vocatur: cū interim & hic frequenter suis viribus ipse prostermitur, & illum vehementis impetus excipit aduersarii mollis articulus. ¶ Sed sunt in hac parte, quæ imperitos etiam naturaliter fallant. Nam & diuizio, cum plurimum valeat in causis, speciem viriū minuit, & rudia politis maiora, & sparsa cōpositis numerosiora creduntur. ¶ Est præterea quadam virtutum vitiōrumque vicinia, qua male dicitur pro libero, temerarius pro forti, effusus pro copioso accipitur. ¶ Maledicit autem ineruditus apertius & sapius, vel cum periculo suscepti litigatoris, frequenter etiam suo. Affert & ista res opinionem, quia libentissimè homines audiunt ea quæ ipsi dicere noluisse. Illud quoque alterum quod est in elocutione ipsa periculum, minus vitat, conaturque perditè. Inde euenit nonnumquam, ut aliquid grande inueniat qui semper quærīt quod nimium est. verum & rarò euenit, & cætera vitia non pensat. ¶ Propter hoc quoque interdum videntur indocti copiam habere maiorem, q̃ dicunt omnia: doctis est & electio & modus. ¶ His accedit, q̃ à cura docendi quod intenderint, recedunt. Itaque illud quæstionum, & argumentorum apud corrupta iudicia frigus euitant, nihilq; aliud, q̃ quo vel prauis voluptatibus aures assistentium permulceant, quærūt. ¶ Sententiæ quoque ipsæ, quas solas petunt, magis eminent, cum omnia circa illas sordida & abiecta sint: ut lumina non inter vmbras (quemadmodum Cic. dicit) sed planè in tenebris clariora sunt. Itaq; ingeniosi vocentur, ut libet, dum tamen constet, contumeliosè sic laudari disertum. ¶ Nihilominus confidendum est etiam detrahente doctrinam aliquid, ut limam rudibus, & cotes hebetibus, & vino vetustatem, sed vitia detrahit: atque eo solo minus est quod literæ perpolierunt, quo melius. ¶ Verū hi pronuntiatione quoque famam dicendi fortius quærunt. Nam & clamant vbique, & omnia leuata (ut ipsi vocant) manu emugiūt, multo discursu, anhelitu, iactatione, gestu, motu capitis furentes. Iam collidere manus, terræ pedem incutere, semur pectus frontem cadere, mirè ad pulla

pullatum circulum facit: cum ille eruditus, ut in oratione multa summittere, variare, disponere, ita etiam in pronunciando suum cuique eorum quæ dicet, colori accommodare actum sciat: & si quid sit perpetua obseruatione dignum, modestus & esse & videri malit. At illi hanc vim appellant, quæ est potius violentia. Cum interim non actores modo aliquos inuenias, sed (quod est turpius) præceptores etiam, qui breuem dicendi exercitationem consecuti, omissa ratione, ut tulit impetus, passim tumultuantur: eosque, qui plus honoris literis tribuerunt, ineptos, & ieiunos, & tepidos, & infirmos, ut quodque verbum contumeliosissimum occurrit, appellant. ¶ Verum illis quidem gratulemur, sine labore, sine ratione, sine disciplina disertis. Nos quando & præcipiendi munus iam pridem deprecari sumus, & in foro quoque dicendi, quia honestissimum finem putabamus, definire dum desideraremur, inquirendo scribendoque talia consolemur ocium nostrum, quæ futura vlti bonæ mentis iuuenibus arbitramur, nobis certè sunt voluptati.

QVIS MODVS IN ARTE.

CAP. XIII.

Nemo autem à me exigit id præceptorum genus, quod est à plerisque scriptoribus artium traditum, ut quasi quasdam leges immutabili necessitate conscriptas studio-
 sis dicendi feram: utique procemium, & id quale: proxima huic narratio, quæ lex deinde narrandi: propositio post hanc, vel, ut quibusdam placuit, excursio: tum certus ordo quæstionum, ceteraque: quæ velut si aliter facere fas non sit, quidam tanquam iussi sequuntur. Erat enim rhetorica res prorsus facilis ac parua, si vno & breui præcepto contineretur. Sed mutantur pleraque causis, temporibus, necessitate, occasione. Atque ideo res in oratore præcipua consiliū est, quia variè, & ad rerum momenta conuertitur. Quid enim si præcipias imperatori quoties aciem instruet, dirigat frontem, cœnua vtrinque promoueat, equites pro cornibus locet? Erit hæc quidem rectissima fortasse ratio, quoties licebit: sed mutabitur natura loci, si mons occurret, si flumē obstabit, si collibus, syluis, aliave asperiate aliqua prohibebitur. Mutabit hostiū genus, permutabit præsentis conditio discriminis: nunc acie directā, nunc cuneis, nunc auxiliis, nunc legione pugnabitur: nonnunquam terga etiam dedisse simulata fuga proderit. Ita procemium necessarium an superuacaneum, breue an longius, ad iudicem omni sermone directo, an aliquando auerso per aliquam figuram dicendum sit: constricta an latius fusa narratio, continua an diuisa, recta an ordine permutato, causæ docebunt. Itemque de quæstionum ordine, cum in eadem controuersia aliud alii parti prius quæri frequenter expediat. Neque enim rogationibus, plebisve scitis sancta sunt ista præcepta: sed hoc quicquid est, utilitas excogitauit. ¶ Non negabo autem sic vtile esse plerumque, alioqui nec scriberem: verum si eadem illa nobis aliud suadebit utilitas, hanc relicti magistorū auctoritatibus sequemur. Equidem id maximè præcipiam, ac repetens iterumque iterumque monebo. Res duas in omni actu spectet orator, quid deceat, quid expediat. Expediat autem sæpe mutare ex illo constituto traditoque ordine aliqua, & interim decet, ut in statuis atque picturis videmus variari habitus, vultus, status. Nam recti quidem corporis vel minima gratia est. Neque enim aduersa sit facies, & demissa brachia, & iuncti pedes, & à summis ad ima rigens opus. Flexus ille, & ut sic dixerim, motus, dat actum quandam effectis. Ideo nec ad vnum modum formatae manus, & in vultu mille species. Cursum habent quædam & impetum, sedent alia vel incumbunt: nuda hæc, illa velata sunt, quædam mixta ex utroque. Quid tam distortum & elaboratum, quod est ille Discobolos Myronis? Si quis tamen ut parum rectum improbet opus, nonne ab intellectu artis abfuerit, in qua vel præcipuè laudabilis est illa ipsa nouitas, ac difficultas? Quam quidè gratiam & delectationem afferunt figuræ, quæque in sensibus, quæque in verbis sunt. Mutant enim aliquid à recto, atque hanc præ se virtutem ferunt, quod à consuetudine vulgari recesserunt. ¶ Habet in pictura speciem tota facies. Appelles tamen imaginem Antigoni latere tantum altero ostendit, ut amissi oculi deformitas lateret. Quid? non in oratione operienda sunt quædam, siue ostendi non debent, siue exprimi pro dignitate non possunt? ut fecit Timantes (ut opinor) Cithnius in ea tabula, qua Coloten Teium vicit. Nam cum in Iphigeniæ immolatione pinxisset tristem Chalcantē, tristitorem Vlyssē, addidisset Menelao quem summum poterat ars efficere mœrorem, consumptis affectibus, non reperiens quo digne modo patris vultum posset exprimere, velauit eius caput, & suo cuiusque animo dedit æstimandum. Nonne huic est illud simile Sallustianum? Nam de Carthagine tacere satius puto, quam parum dicere. ¶ Propter quæ mihi semper moris fuit, quā minimum alligare me ad præcepta, quæ καθεληνῶς vocant, id est (ut dicamus) quomodo possumus) vniuersalia, vel perpetua. Raro enim reperitur hoc genus, ut non labefactari parte aliqua & subruipossit. Sed de his plenius suo quidque loco tractabimus. Interim nolo se iuuenes satis instructos, si quem ex iis, qui breues plerumque circumferuntur, artis libellum edidicerint, & velut de-

Duo in omni actu spectanda esse, quid deceat, quid expediat. Rem declarat similitudinebus, ex statuariæ pictura.

Antigonus Apellis. Timantes.

In Iugurtha Catholicis præceptis non semper insistendum: sicut neque

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

ars per se
ubique est
satis.

cretis technicorum, tutos putent. Multo labore, assiduo studio, varia exercitatione, pluribus experimentis, altissima prudentia, praesentissimo consilio constat ars dicendi. Sed adiuuatur his quoque, si tamen rectam viam non vnam orbitam monstrant: à qua declinare qui crediderit nefas, patiatur necesse est illam per funes ingreditium tarditatem. Itaque & stratum militari labore iter saepe deserimus compendio ducti, & si rectum limitem ruptis torrentibus potes incidere, circuire cogemur: & si ianua tenebitur incendio, per parietem exibimus. Latè fufum opus est, & multiplex, & prope quotidie nouum, & de quo nunquam dicta erunt omnia. Quae sunt tamen tradita, quid ex iis optimum, & si qua mutari, adici, detrahi melius videbitur, dicere experiar.

RHETORICES ETYMON, ET TOTIVS OPERIS diuisio. CAP. XV.

Hetoricen in Latinum trāsferentes, tum oratoriam, tum oratricem nominauerūt. Quos equidem nō fraudauerim debita laude, q̄ copiam Romani sermonis augere tentauerunt. Sed non omnia nos ducentes ex Græco sequuntur, sicut ne illos quidem, quoties suis utique verbis signare nostra voluerunt: & hæc interpretatio non minus dura est, quàm illa * Plauti essentia atq; entia, sed ne propria quidem. Nam oratoria sic effertur vt elocutoria, oratrix vt elocutrix. Illa autem de qua loquimur, rhetorice talis est, qualis eloquentia. Nec dubie apud Græcos quoque duplicem intellectum habet. Nanque vno modo fit appositum ars rhetorica, vt nauis piratica: altero nomen rei, qualis est philosophia, amicitia. Nos ipsam nunc volumus significare substantiam, vt grammaticæ literatura est non literatrix, quemadmodum oratrix, nec literatoria quemadmodum oratoria. Verum in rhetorice non fit. Ne pugnemus igitur, cum praesertim plurimis alioqui Græcis sit vtendū. Nam certè physicos, muficos, & geometras dicam, ne vim afferam iis nominibus, indecora in latinum sermonem mutatione. Denique cum M. Tullius etiam ipsis librorum, quos de hac re primum scripserat, titulis græco nomine vtatur, profecto non est uerendum, ne temerè videamur oratori maximo de nomine artis suae credidisse. ¶ Igitur rhetorice (iam enim sine metu cauillationis vtetur hac appellatione) sic, vt opinor, optime diuidetur, vt de arte, de artifice, de opere dicamus. ¶ Ars erit, qua disciplina percipi debet: ea est, bene dicendi scientia. ¶ Artifex, qui percipit hanc artem, id est, orator, cuius est summa, bene dicere. ¶ Opus, quod efficitur ab artifice, id est, bona oratio. Hæc omnia rursus diducuntur in species. Sed illa sequentia suo loco, nunc quæ de prima parte tractanda sunt, ordiar.

QVID SIT RHETORICE, ET QVIS EIVS finis. CAP. XVI.

Nte omnia quid sit rhetorice: quæ finitur quidem variè, sed quaestionem habet duplicem: aut enim de qualitate ipsius rei, aut de comprehensione verborum diffensio est. Prima ac præcipua opinionum circa hæc differentia, quòd alii malos quoq; uiros posse oratores dici putant, alii (quorum nos sententiæ accedimus) nomen hoc, artēque de qua loquimur, bonis demum tribui volunt. ¶ Eorum autem, qui di-

Refert na-
ras opinio-
nes.

cendi facultatem à maiore, ac magis expetenda vitæ laude secernunt, quidam rhetoricen vim tantum, quidam scientiam, sed non virtutem, quidam vsum, quidam artem quidem, sed à scientia & virtute disiunctam, quidam etiam prauitatem quandam artis, id est, κακοτεχνίαν nominauerunt. ¶ Hi ferè aut in persuadendo, aut in dicendo appositè ad persuadendū, positum orādī munus sunt arbitrati. id enim fieri potest ab eo quoque, qui vir bonus non sit. Est igitur frequentissimus finis, rhetoricen esse vim persuadendi. Quod ego vim appello, plerique potestatem, nonnulli facultatē vocant: quæ res nequid afferat ambiguitatis, vim dico τὴν δύναμιν. Hæc opinio originem ab Iſocrate (si tamen re vera ars, quæ circunfertur, eius est) duxit. Qui cum longe sit à voluntate infamantium oratoris officia, finem artis temerè cōprehendit, dicens esse rhetoricen persuadendi opificem, id est, ποιῆτος δημιουργόν. Neque enim mihi permiserim eadem vtī declinatione, qua Ennius M. Cethegum Suadai medullam vocat. ¶ Apud Platonem quoque Gorgias in libro qui nomine eius inscriptus est, idem ferè dicit: sed hanc Plato illius opinionem vult accipi, non suam. ¶ Cicero pluribus locis scripsit, oratoris officium esse, dicere appositè ad persuadendū. In Rhetoricis etiam, quos sine dubio ipse non probat, finem facit persuadere. Verum & pecunia persuadere, & gratia & auctoritas dicentis, & dignitas, postremo aspectus etiam ipse sine voce, quo vel recordatio meritorum cuiusque, vel facies aliqua miserabilis, vel formæ pulchritudo sententiam dicat. Nam & M. Aquilium defendens Antonius, cum scissa veste cicatrices, quas is pro patria pectore aduerso suscepisset, ostendit, non orationis habuit fidutiam, sed oculis Populi Romani attulit

Rhetorice
vis persua-
dendi.

De Orat. 1.

vim: quem illo ipso aspectu maximè motum in hoc vt absolueret reum, creditum est. Seruium quidem Galbam miseratione sola, qua non suos modo liberos paruulos in concionem produxerat, sed Galli etiam Sulpitii filium suis ipse manibus circumtulera, elapsum esse, cum aliorum monumentis, tum Catonis oratione testatum est. Et Phrynen nò Hyperidis actione quàmquam admirabili, sed conspectu corporis, quod illa speciosissimum aliqui diducta nudauerat tunica, putant periculo liberatam. Quæ si omnia persuadent, non est hic, de quo locuti sumus, idoneus finis. Ideoque diligentiores sunt uisi sibi, qui cum de Rhetorice idem sentiret, existimarunt eam, vim dicendo persuadendi. Quem finem Gorgias in eodem, de quo supra diximus, libro velut coactus à Socrate facit. A quo non dissentit Theodectes, siue ipsius id opus est, quod de rhetorice nomine eius inscribitur: siue, vt creditum est, Aristotelis. in quo est, finem esse rhetorices, ducere homines dicendo in id, quod actor velit. Sed ne hoc quidem satis est comprehensum. Persuadent enim dicendo, vel ducunt in id quod volunt, alii quoque, vt meretrices, adulatores, corruptores. At contra non persuadet semper orator, vt interim non sit proprius hic finis eius, interim sit communis cum iis, qui ab oratore procul absunt. Atqui non multum ab hoc fine abest Apollodorus, dicens iudicialis orationis primum & super omnia esse persuadere iudici, & sententiam eius ducere in id quod velit. Nam & ipse oratorem fortunæ subiicit, vt si non persuaferit, nomen suum retinere non possit. Quidam recesserunt ab euentu, sicut Aristoteles, qui dicit, Rhetorice est vis inueniendi omnia in oratione persuasibilia. Qui finis & illud vitium, de quo supra diximus, habet: & insuper, quòd nihil nisi inuentionem complectitur, quæ sine elocutione non est oratio. Hermagoræ, qui finem eius esse ait persuasibiliter dicere, & aliis, qui eandem sententiam non iisdem tamen verbis explicant, ac finem esse demonstrant, dicere quæ oporteat omnia ad persuadendum, satis responsum est, cum persuadere non tantum oratoris esse conuicimus. Addita sunt his alia variè. Quidam tantum circa res omnes, quidam circa ciuiles modo versari rhetorices putauerunt, quorum verius vtrum sit, in eo loco, qui huius quæstionis proprius est, dicam. Omnia subiecisse oratori videtur Aristoteles, cū dixit, vim esse dicendi, quid in quaque re possit esse persuasibile. Et Patrocles, qui nò quidem adiicit in quaque re, sed nihil excipiendo idem ostendit, vim enim vocat inueniendi quod sit in oratione persuasibile, qui fines & ipsi solam complectuntur inuentionem. Quod vitium fugiens * Eudorus, vim putat inueniendi & eloquendi cum ornatu credibilia in omni oratione. Sed cum eodem modo credibilia quo persuasibilia etiam non orator inueniat, adiciendum in omni oratione, magis quàm superiores concedit scelera quoque suadentibus, pulcherrimæ rei nomen. Gorgias apud Platonem, suadendi se artificem in iudiciis & aliis cætibz esse ait, de iustis quoque & iniustis tractare, cui Socrates persuadendi non docendi concedit facultatem. Qui vero non omnia subiiciebant oratori, sollicitius ac verbosius, vt necesse erat, adhibuerunt discrimina: quorum fuit Ariston Critolai Peripatetici discipulus, cuius hic finis est, scientia videndi, & agendi in quæstionibus ciuilibus per orationem popularis persuasionis. Hic scientia, quia Peripateticus est, non, vt Stoici, virtutis loco ponit: popularem autem comprehendendo tantum persuasionem, etiam contumeliosus est aduersus artem orandi, quam nihil putat doctis persuasuram. Illud de omnibus, qui circa ciuiles demum quæstiones oratorem iudicant versari, dictum sit, excludi ab iis plurima oratoris officia, illam certè laudatiuam totam, quæ est rhetorices pars tertia. Cautius Theodorus Gadaræus, vt iam ad eos veniamus qui artem quidem esse eam, sed non virtutem, putauerunt. Ita enim dicit (vt ipsi eorum verbis utar, qui hoc ex græco transfulerunt) Ars inuentrix & iudicatrix & enuntiatrix decente ornatu secundum mentionem eius quod in quoque potest sumi persuasibile in materia ciuili. Itèque Cornelius Celsus, qui finem rhetorices ait, dicere persuasibiliter in dubia vel ciuili materia. Quibus sunt nò dissimiles, qui ab aliis traduntur, qualis est & ille, Vis dicendi & eloquendi de rebus ciuilibus subiectis sibi, cum quadam persuasionem, & quodam corporis habitu, & eorum quæ dicet pronuntiatione. Mille alia, sed aut eadem, aut ex iisdem composita: quibus item cum de materia rhetorices dicendum erit, respondebimus. Quidam eam neque uim, neque scientiam, neque artem putauerunt. Sed Critolaus vsum dicendi: nam hoc *τῆς βελτίης* significat. Athenæus fallendi artem. Plerique autem dum pauca ex Gorgia Platonis, à prioribus imperitè excerpta, legere contenti, nec hoc totum, nec alia eius volumina euoluunt, in maximum errorem inciderunt: creduntque eum in hac esse opinione, ut rhetorices non artem, sed peritiam quandam gratiæ ac uoluptatis existimeret, & alio loco ciuilitatis particulam simulacrum, & quæ tam partem adulationis, quòd duas partes ciuilitatis corpori assignet, medicinam & quam interpretantur exercitatricem: duas animo, legalem atque iustitiam. Adulationem autem me-

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

dicina, uocet coquorum artificium: & exercitatrix mangonum, qui colorem fucō, & uerum robur inani sagina mentiantur: legalis, cavillatricem: iustitia, rhetorice. Quæ omnia sunt quidem scripta in hoc libro, dictaque à Socrate, in cuius persona uidetur Plato significare quid sentiat. Sed alii sunt eius sermones ad coarguendos qui contra disputant compositi, quos *μαχητικὸς* uocant: alii ad præcipiendum, qui *δωγματικοί* appellantur. Socrates autem, seu Plato, eam quidem, quæ tum exercebatur, rhetorice, talem putat: nam & dicit his uerbis, *τὸν τὸν τρόπον, ὃν ὑμεῖς πολιτείαδε*. Non ueram autē & honestam intelligit. Itaque disputatio illa contra Gorgiam ita clauditur, *ὄντων ἀνάγκη τὸν ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι, τὸν δὲ δίκαιον βέλεια δίκαια, & πρῶτα*. Ad quod ille quidem conticescit, sed sermonem suscipit Polus iuuenili calore inconsiderator, contra quem illa de simulacro & adulatione dicuntur. Tum Callicles adhuc concitator, qui tamen ad hanc perducitur clausulam, *τὸν μάλιστα ὁρθῶς ῥητορικὸν εἶναι δίκαιον ἄρα δὲ εἶναι, & ἐπισήμονα τῶν δίκαιων*. ut appareat Platoni non rhetorice uideri malum, sed eam ueram nisi iusto ac bono non contingere. Adhuc autem in Phædro manifestius facit hanc artem consummari citra iustitiæ quoque scientiam non posse: cui opinioni nos quoque accedamus. An aliter defensionem Socratis & eorum qui pro patria ceciderant, laudem scripsisset? quæ certè sunt oratoris opera. Sed in illud hominum genus, quod facultate dicendi malè utebatur inuectus est. Nam & Socrates inhonestum sibi credidit orationem, quam ei Lyfias reo composuerat: & tum maximè scribere litigatoribus, quæ illi pro se ipsi dicerent, erat moris: atque ita iuri, quo non licebat pro altero agere, fraus adhibebatur. Doctoresque eius artis parum idonei Platoni videbantur, qui rhetorice à iustitia separarent, & ueris credibilia præferrent. Nam id quoque dicit in Phædro. ¶ Consensisse autem illis superioribus uideri potest etiam Cornelius Celsus: cuius hæc uerba sunt, Orator simile tantum ueri petit. Deinde paulo post, Non enim bona conscientia, sed uictoria litigantis est præmium. Quæ si uera essent, pessimorum hominum foret, hæc tam perniciofa nocentissimis moribus dare instrumenta, & nequitiam præceptis adiuuare. Sed illi rationem opinionis suæ uiderint. ¶ Nos autem ingressi formare perfectum oratorem, quem in primis esse bonum virum uolumus, ad eos, qui de hoc opere melius sentiunt, reuertamur. Rhetorice autem quidam eandem ciuitatem esse iudicauerunt. Cicero scientiæ ciuilibus partem uocat, ciuilibus autem scientia idem quod sapientia est. Quidam etiam philosophiæ, quorum est Iſocrates. Huic eius substantiæ maximè cōuenit finitio, rhetorice esse benè dicendi scientiam. Nam & orationis omnes uirtutes simul complectitur, & protinus mores etiam oratoris, cum bene dicere non possit, nisi uir bonus. Idem ualet Chrysippi finis ille ductus à Cleanthe, scientia rectè dicendi. Sunt plures eiusdem, sed ad alias quæstiones magis pertinent. Idem sentiret finis hoc modo comprehensus, persuadere quod oporteat, nisi quod artem ad exitū alligat. At benè Areus, dicere secundum uirtutem orationis. Excludunt à rhetorice malos & illi qui scientiam ciuiliū officiorum eam putauerunt, si scientiam uirtutem iudicant: sed angustè intra ciuiles quæstiones coercent. Albutius non obscurus professor atque auctor, scientiam benè dicendi esse consentit: sed exceptionibus peccat, adiiciendo circa ciuiles quæstiones, & credibiliter, quarum iam utrique responsum est. Probabilis & illi uoluntatis, qui rectè sentire, & dicere, rhetorices finem putauerunt. ¶ His sunt ferè fines maximè illustres, & de quibus præcipuè disputatur. Nam omnes quidem persequi, nec attinet, nec possum, cum prauum quoddam (ut arbitror) studium circa scriptores artium extiterit, nihil iisdem uerbis quæ prior aliquis occupasset, finiendi, quæ ambitio procul aberrat à me. ¶ Dicam enim non utique quæ inuenero sed quæ placebunt: sicut hoc, Rhetorice benè dicendi scientia, cum reperto quod est optimum, qui querit aliud, peius uelit. His approbatis, simul manifestum est illud quoque, quem finem, uel quid summū & vltimum habeat rhetorice, quod *ῥητορικὴ* dicitur, ad quod omnis ars tendit. Nam si est ipsa benè dicendi scientia, finis eius & summum est, benè dicere.

Quid sit rhetorice secundum ueras opiniones.

Rhetorice benè dicendi scientia. Et nescius, benè dicere.

AN VTILIS SIT RHETORICE. CAP. XVI.

Equitur quaestio, an utilis rhetorice. Nam quidam uehementer in eam inuehi solent: & quod sit indignissimum, in accusationem orationis vtuntur orandi viribus, eloquentiam esse quæ poenis eripiat scelestos, cuius fraude damnetur interim boni, consilia ducantur in peius, nec seditiones modo, turbæque populares, sed bella etiam inexpiabilia excitentur: cuius denique tum maximus sit usus, cum pro falsis contra veritatem valet. Nam & Socrati obiciunt comici, docere cum quomodo peiorem causam meliorem faciat, & contra Thyfiam & Gorgiam similia dicit polliceri Plato. Et his adiiciunt exempla Græcorum Romanorumque & enumerant, qui perniciosi non singulis tantum, sed rebus etiam publicis, vsi eloquentia, turbauerunt status ciuitatum, vel euerterunt. Eoque & Lacedæmoniorum ciuitate expulsam, & Athenis quoque, ubi actor mouere affectus vetabatur, velut recitam orandi potestatem. ¶ Quo quidem modo nec duces erunt vtilis, nec magistratus, nec medicina, nec denique ipsa sapientia. Nam & dux Flaminius, & Gracchi, Saturnini, Glauciae magistratus, & in medicinis venena, & in iis qui philosophorum nomine malè vtuntur, grauissima nonnunquam flagitia deprehensa sunt. Cibos aspernemur, attulerunt saepe valerudinis causas: nunquam tecta subeamus, super habitantes aliquando procumbunt: non fabricetur militi gladius, potest vti eodem ferro latro. Quis nescit ignes, aquas, sine quibus nulla sit vita, & (ne terrenis immorer) solem lunamque præcipua fidurum, aliquando etiam nocere? Num igitur negabitur deformem Pyrrhi pacem Cacus ille Ap-pius dicendi viribus diremisit? Aut non diuina M. Tullii eloquentia & contra leges agrarias popularis fuit? & Catilinæ fregit audaciam? & supplicationes, qui maximus honor: victoribus bello ducibus datur, in toga meruit? Nonne perterritos militum animos frequenter à metu reuocat orator, & tot pugnandi pericula inuentibus, laudem vita potiore esse persuadet? Nec vero me Lacedæmonii aut Athenienses magis mouerint, quam populus Romanus, apud quem summa semper oratoribus dignitas fuit. Equidè nec vrbiu conditores reor aliter effecturos fuisse, q̃ ut vaga illa multitudo coiret in populos, nisi docta voce commota, nec legū repertoires sine summa vi orandi consecutos, vt se ipsi homines ad seruitutem iuris astringerent. Quin ipsa vitæ præcepta, etiam si natura sunt honesta, plus tamen ad formandas mentes valent, quoties pulchritudinem rerum claritas orationis illuminat. Quare etiam si in vtranque partem valent arma facundia, non tamen est æquum id haberi malum quo bene vti licet. ¶ Verum hæc apud eos forsitan quarantur, qui summam rhetorices ad persuadendi vim retulerunt. Si vero est bene dicendi scientia, quem nos finem sequimur, ut sit orator in primis vir bonus, vtilem certe esse eam confitendum est. Et hercle deus ille princeps, parens rerum, fabricatorque mundi, nullo magis hominem separauit à cæteris, quæ quidem mortalia essent, animalibus, quàm dicendi facultate. Nam corpora quidem magnitudine, viribus, firmitate, patientia, velocitate præstiora in illis mutis videmus, eadem minus egere acquisita extrinsecus opis. Nam & ingredi citius, & pa-sci, & tranare aquas, citra docentem natura ipsa sciunt. Et pleræque contra frigus ex suo corpore vestiuntur, & arma iis ingenita quædam, & ex obuiio ferè victus, circa quæ omnia multus hominibus labor est. Rationem igitur nobis præcipuam dedit, cuiusque nos socios esse cum diis immortalibus voluit. Sed ipsa ratio neque tam nos iuuaret, neque tam esset in nobis manifesta, nisi quæ concepissimus mente, promere etiam loquendo possemus: quod magis deesse cæteris animalibus, quàm intellectum & cogitationem quandam videmus. Nam & moliri cubilia, & nidus texere, & educare fœtus, & excludere, quin etiam reponere in hyemem aliméta, opera quædam nobis inimitabilia, qualia sunt cararum & mellis, efficere, nonnullius fortassis rationis est: sed quia carent sermone quæ id faciunt, muta atque irrationabilia uocantur. Denique homines, quibus negata vox est, quantum adiuuat animus ille cælestis? ¶ Quare si nihil à diis oratione melius accepimus, quid tam dignū esse cultu ac labore ducamus, aut in quo malimus præstare hominibus, quàm quo ipsi homines cæteris animalibus præstent? Eo quidem magis, q̃ nulla in parte plenius labor gratiam refert. Id adeo manifestum erit, si cogitauerimus, & vnde, & quousque iam prouecta sit orandi facultas, & adhuc augeri potest. Nam ut omittam defendere amicos, regere consiliis senatum, populum, exercitū in quæ vult ducere, quàm sit vtile, conueniatque bono viro, nonne pulchrum vel hoc ipsum est, ex communi intellectu verbisque, quibus vtuntur omnes, tantum assequi laudis & gloriæ, ut non loqui & orare, sed quod Pericli cō-tigit, fulgurare ac tonare videaris?

INSTITVTIONVM ORATORIARVM AN RHETORICE SIT ARS. CAP. XVIII.

Inis non erit si exspatiari parte in hac, & indulgere uoluptati uelim. Tran-
seamus igitur ad eam quaestione qua sequitur, an rhetorice ars sit. Quod
quidē adeo ex iis qui praecepta dicēdi tradiderunt, nemo dubitauit, ut etiā
ipsis librorum titulis testatum sit scriptos eos de arte rhetorica: Cicero
vero etiam eam qua Rhetorice vocetur, esse artificiosam eloquentiam di-
cat. Quod non oratores tantum indicauerunt, ut studiis aliquid suis prae-
stitisse videantur: sed cum iis Philosophi, & Stoici, & Peripatetici pleri-
que consentiunt. ¶ Ac me dubitasse confiteor, an hanc partem quaestionis tractandam putare.
Nam quis est adeo non ab eruditione modo, sed a sensu remotus hominis, ut fabricandi qui-
dem & texendi, & è luto uasa ducendi artē putet, rhetoricen autem maximum ac pulcherri-
mum (ut supra diximus) opus, in tam sublime fastigium existimet sine arte uenisse? Equidem il-
los, qui contra disputarunt, non tam id sensisse quod dicerent, quam exercere ingenia materiae
difficultate credo uoluisse: sicut Polycratem cum Busyrim laudaret, & Clytemnestram: quan-
quam is, quod his dissimile non esset, composuisse orationem, qua est habita contra Socratem,
dicitur. ¶ Quidam naturalem esse rhetoricen volunt, & tamen adiuuari exercitatione non dif-
fidentur. & in libris Ciceronis de Oratore dicit Antonius, obseruationem quandam esse, non ar-
tem. Quod non ideo, ut pro uero accipiamus, est positum, sed ut Antonii persona seruetur, qui
dissimulatur artis fuit. ¶ Hanc autem opinionem habuisse Lyfias uidetur, cuius sententia: ta-
lis defensio est, quod indocti, & barbari, & serui pro se cū loquuntur, aliquid dicant simile prin-
cipio, natrent, probent, refutent, & (quod vim habeat epilogi) deprecantur. ¶ Deinde adiicit
illas uerborum cauillationes. Nihil quod ex arte fiat, ante artem fuisse: atqui dixisse homines
pro se, & in alios semper, doctores artis sero iam & circa Tisiam & Coracā primum repertos: o-
rationem igitur ante artem fuisse, eoque artem non esse. Nos porro quando ceperit huius rei
doctrina, non laboramus exquirere, quāq; apud Homerum, etiam praecceptorem Phoenicē, tum
agendi, tum etiam eloquendi, & oratores plures, & omne in tribus ducibus orationis genus, &
certamina quoque proposita eloquentiae inter iuuenes inuenimus: & in caelatura clypei Achil-
lis & lites sunt & actores. Illud enim admonere satis est, omnia quae ars consummarit, a natu-
ra initia duxisse. Aut tollatur medicina, quae ex obseruatione salubrium atq; his contrariorum
reperita est, & ut quibusdā placet, tota constat experimētis. Nā & uulnus deligauit aliquis anteq̃
haec ars esset: & febrem quiete & abstinentia, nō quia rationem uidebat, sed quia id ualendo ipsa
coeegerat, mitigauit. Nec fabrica sit ars: casae enim primi illi sine arte fecerunt. Nec musica can-
tatur ac saltatur per omnes gentes aliquo modo. Ita si rhetorice uocari debet sermo quicūque,
fuisse eam antequam esset ars, confitebor. Si uero nō quisquis loquitur orator est, & tū nō tan-
quam oratores loquebantur, necesse est oratorem factum arte, nec ante artem fuisse fateantur.
¶ Quo illud quoque excluditur, quod dicunt, non esse artis id quod faciant qui non didicerint:
dicere autem homines, & qui non didicerint. Ad cuius rei confirmationem afferūt, Demadem
remigem & Aeschinem hypocriten oratores fuisse, falsō. Nam neque orator esse qui nō didicit,
potest: & hos sero potius quam nunquam didicisse quis dixerit. quanquam Aeschines ab initio
fit uersatus in literis, quas pater eius etiam docebat. Demadem neque non didicisse certum sit,
& continua dicendi exercitatio potuerit tantum, quātuscunque postea fuit, fecisse. Nam id po-
tissimum discendi genus est. Sed adhuc praestantior, si didicisset, futurum fuisse dicere licebit.
Nec enim orationes scribere est ausus, ut eum multum ualuisse in dicendo sciamus. ¶ Aristo-
teles, ut solet, quārendi gratia quaedam subtilitatis suae argumenta excogitauit in Gryllo: sed
idem & de arte rhetorica tres libros scripsit, & in eorū primo non artem solum eam fatetur, sed
ei particulam ciuilitatis, sicut dialecticis, assignat. ¶ Multa Critolaus contrā, multa Rhodius
Athenodorus. Agnon quidem detraxit sibi inscriptione ipsa dū, quia rhetorices accusationē
professus est. Nam de Epicuro, qui disciplinas omnes fugit, nihil miror. Hi complura dicunt,
sed ex paucis locis ducta. Itaque potentissimis eorum breuiter occurram, ne in infinitum qua-
estio euadat. ¶ Prima his argumentatio ex materia est. Omnes enim artem aiunt habere mate-
riam, quod est uerum: rhetorices nullam esse propriā: quod esse falsum in sequentibus probabo.
¶ Altera calumnia, nullam artem falsis assentire opinionibus, quia constitui sine praecceptione
non possit, quae semper uera sit, rhetoricen assentiri falsis, non esse igitur artem. Ego rhetoricen
nonnunquam dicere falsa pro ueris confitebor, sed non ideo in falsa quoque esse opinione con-
cedam: quia longe diuersum est sibi ipsi quid uideri, & ut alii uideatur efficere. Nam & impera-
tor falsis utitur saepe, ut Annibal, cum inclusus à Fabio sarmentis circum cornua boum deliga-
tis, in-

*Probo Rhet. dicitur 47. et non facio scire
Rhetori I.*

*Refert ua-
rias argu-
mentationes
contra artem,
& easdem
soluit.*

*Ilia. 9.
Ilia. 15.
Ilia. 18.*

*Contra Cri-
tolaum &
Athenodori*

*argumentatio probat
Rhetorices non
posse*

tis, incensisque, per noctem in aduersos montes agens armenta, speciem hosti abeuntis exercitus
 dedit: sed illū fecellit, ipse quid verum esse, non ignorauit. Nec vero Theopompus Lacedæmo-
 nius, cum permutato cū vxore habitu è custodia ut mulier euasit, falsam de se opinionē habuit,
 sed custodibus præbuit. Idem orator cum falsò vtitur pro vero, scit esse falsum, eoq; se pro ve-
 ro vt: non ergo falsam habet ipse opinionē, sed fallit aliū. Nec Cicero cum se tenebras offudisse
 iudicibus in causa Cluentii gloriatus est, nihil ipse vidit. Et pictor cū vi artis suæ efficit, vt quæ-
 dam eminere in opere, quædā recessisse credamus, ipse ea plana esse non nescit. ¶ Aiunt etiā om-
 nes artes habere finē aliquem propositū ad quem tēdant: hunc modo nullū esse in rhetorice, mo-
 do non præstari eum qui promittatur, mentiuntur. Nos enim esse finē iam ostendimus, & quis
 esset diximus, præstabit hunc semper orator, semper enim benè dicet. Firmū autem hoc quod
 opponitur aduersus eos fortasse sit, qui persuadere finem putauerunt. Noster orator, arq; à no-
 bis finita non sunt posita in euentu. Tendit quidem ad victoriā qui dicit, sed cū benè dixit, etiā
 si non vincat, id quod arte continetur efficit. Nam & gubernator vult salua naue in portū per-
 uenire: si tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator: dicēque notum il-
 lud, Dū clauum rectum teneam. Et medicus sanitatem aegri petit: si tamē aut valetudinis vi, aut
 intemperantia aegri, aliōve quo casu summa non contigit, dum ipse omnia secundū rationē fe-
 cerit, medicinæ finē non excidit. Ita oratori benè dixisse finis est. Nam est ars ea, vt post paulum
 clarius ostendemus, in actū posita, non in effectū. ¶ Ita falsum erit illud quoque quod dicitur.
 Artes scire quando sint finem consecutæ, rhetorice nescire. Nam se quisque benè dicere intelli-
 git. Vt etiam vitis rhetorice, quod ars nulla faciat, criminantur, quia & falsum dicat, & affe-
 ctus moueat. Quorū neutrū est turpe, cum ex bona ratione proficiscitur, ideoque nec vitiū. Nā
 & mendaciū dicere, etiā sapienti aliquando concessum est: & affectus, si aliter ad aequitatem per-
 duci iudex non poterit, necessario mouebit orator. Imperiti enim iudicant, & qui frequenter in
 hoc ipsum fallendi sunt, ne errent. Nam si mihi sapientes iudices dentur, sapientū cōciones, at-
 que omne consiliū, nihil inuidia valeat, nihil gratia, nihil opinio præsumpta, falsiq; testes, per q̃
 sit exiguus eloquentiæ locus, qui propē in sola delectatione ponatur. Sin & audientiū mobiles
 animi & tot malis obnoxia veritas, arte pugnandū est, & adhibenda quæ prosunt: nec enim qui
 recta via depulsi sunt, reduci ad eā, nisi alio flexu potest. ¶ Plurima vero ex eo contra rhetoricē
 cauillatio est, q̃ ex vtraq; causā parte dicatur. Inde hoc, nullam esse artem sibi contrariam, rhe-
 toricam esse contrariam sibi. Nullam artem destruere quod effecerit, accidere hoc rhetorice o-
 peri. Item, dicenda eam docere, aut nō dicenda. Itaque vel per hoc non esse artem q̃ non dicenda
 præcipiat, vel per hoc, q̃ cū dicenda præceperit, etiam contraria his doceat. ¶ Quæ omnia ap-
 paret de ipsa rhetorice dici, quæ sit à bono viro, atque ab ipsa virtute seiuncta: alioqui vbi in-
 iusta causa est, ibi rhetorice non est: adeo vt vix ex admirabili quodam casu possit accidere, ut
 ex vtraque parte orator, id est vir bonus, dicat. Tamen quoniam hoc quoq; in rerum naturā ca-
 dit, vt duos sapientes aliquādo iustæ causæ in diuersum trahāt, quando etiā pugnāturos inter se
 eos si ratio ita duxerit, credunt: respondebo propositis, atque ita quidē, ut appareat hæc aduersus
 eos quoque frustra excogitata, qui malis moribus nomē oratoris indulgent. Nam rhetorice nō
 est contraria sibi: causa enim cum causa, non illa secum ipsa cōponitur. Nec si pugnent inter se
 qui idem didicerint, iacirco ars, quæ vtrique tradita est, non erit. Alioqui nec armorum, quia sæ-
 pe gladiatores sub eodem magistro eruditi inter se componuntur. Nec gubernandi, quia nauali-
 bus præliis gubernator est gubernatori aduersus. Nec imperatoria, quia imperator cum impera-
 tore contendit. Item non euertit opus rhetorice quod efficit, nec enim positum à se argumentū
 soluit orator, sed ne rhetorice quidem. Quia apud eos, qui in persuadendo finem putant, aut si
 quis (ut dixi) casus, duos inter se bonos viros composuerit, verisimilia quærentur. Non autem
 si quid est altero credibilius, id ei contrarium est, quod fuit credibile. Nam vt candido cādidius,
 & dulci dulcius non est aduersum, ita nec probabili probabilius. Nec præcipit vnquam non di-
 cenda, nec dicendis contraria, sed quæ in quaque causā dicenda sunt. Non semper autem etiā si
 frequentissimē, veritas tuenda erit, sed aliquando exigit communis vtilitas, vt etiam falsa defen-
 dantur. ¶ Ponuntur hæc quoque in secundo Ciceronis de Oratore libro contradictiones: artē
 earū esse quæ sciantur: oratoris omnē actionē opinionē nō scientia contineri: quia & apud
 eos dicat qui nesciant, & ipse dicat aliquando quæ nesciat. Ex his alterum, id est, an sciat iudex
 de quo dicatur, nihil ad oratoris artem: alteri respondendum. Ars earum rerum est, quæ sciun-
 tur, rhetorice est ars benè dicēdi, benè autem dicere scit orator. ¶ Sed nescit an verum sit, quod
 dicit. Ne hi quidem qui ignem, aut aquam, aut quatuor elementa, aut corpora infecabilia esse,
 ex quibus res omnes initium duxerunt, tradunt: nec qui interualla siderum & mensuras solis ac

c iiii

Hæc pro
 ponit si-
 mul, de-
 inde or-
 dine sol-
 uit.

11

12

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

terræ colligunt, disciplinam tamen suam artē vocant. Quod si ratio efficit ut hæc non opinari, sed propter vim probationum scire videatur, eadē ratio idem præstare oratori potest. ¶ Sed an causa vera sit, nescit. Ne medicus quidem, an dolorē capitis habeat qui hoc se pati dicit, curabit tamen tanquam id verum sit, & erit ars medicina. Quid? quod rhetorice non utique propositum habet semper vera dicendi, sed semper verisimilia: scit autē esse verisimilia quæ dicit. ¶ Adiciunt his qui contra sentiunt, q̄ sæpe quæ in aliis litibus impugnarunt actores causarū, eadē in aliis defendant. Quod non artis, sed hominis est vitium. Hæc sunt præcipua, quæ contra rhetorice dicantur. Alia & minora & tamen ex his fontibus deriuata. ¶ Confirmatur autē eā esse artem breuiter. Nam siue (ut Cleanthes voluit) ars est potestas viam ac ordinē efficiens, esse certam viam atque ordinē in benē dicendo nemo dubitauerit: siue ille ab omnibus ferē approbatus finis obseruatur, artē constare ex præceptionibus consentientibus & coexercitatis ad finē vtilem vitæ, iam ostendimus nihil non horū in rhetorice esse. Quid? q̄ in inspectione & exercitatione, ut artes ceteræ, constat? Nec potest ars non esse, si est ars dialectice, quod ferē constat, cū ab ea specie magis q̄ genere differat. Sed nec illa omittēda sunt, quia in re alijs se inartificialiter, alijs artificialiter gerat, in eo esse artē: & in eo quod qui didicerit, melius faciat q̄ qui non didicerit, esse artem. At qui non solum doctus indoctū, sed etiam doctior doctum in rhetorices opere superabit: nec essent eius aliter tā multa præcepta, tamque magni qui docerēt. Idque cū omnibus confutandum est, tum nobis præcipuē, qui rationem dicendi à bono viro non separamus.

Rhetorice artem esse cōfirmat.

GENERALIS DIVISIO ARTIVM, ET EX quibus sit rhetorica. CAP. XIX.

Vm sint autē artū alia posita in inspectione, id est, cognitione & affirmatione rerum, qualis est Astrologia, nullum exigens actum, sed ipso rei, cuius studium habet, intellectu contenta, quæ *θεωρητική* vocatur: alia in agendo, quarum in hoc finis est, & ipso actu perficitur, nihilq; post actū operis relinquit, quæ *πρακτική* dicitur, qualis est saltatio: alia in effectu, quæ operis, quod ocu-

C

Rhetorice actiua sciētia est, in actu ab omnibus dictum est. ¶ Mihi autem videtur etiam ex illis ceteris artibus multū assumere. Nā & potest aliquando ipsa res per se in inspectione esse contenta. Erit enim rhetorice in oratore etiam tacente, & si desierit agere, vel proposito, vel aliquo casu impeditus, non magis definet esse orator, quā medicus, qui curandi fecerit finem. Nam est aliquis, ac nescio an maximus, etiam ex secretis studiis fructus, ac tum pura voluptas literarum, cum ab actu, id est, opere recesserūt, & contemplatione sui fruūtur. ¶ Sed effectiua quoque aliquid simile, scriptis orationibus, vel historiis, quod ipsum opus in parte oratoria meritō ponimus, consequetur. ¶ Si tamē vna ex tribus artibus habenda sit, quia maximus eius vsus actu continetur, atque est in eo frequentissima, dicatur actiua vel administratiua. Nam & hoc eiusdem rei nomen est.

lis subiicitur, consummatione finem accipiunt, quā Poeticen appellamus, qualis est pictura ferē iudicandum est Rhetorice in actu consistere. Hoc enim quod est officii sui perficit, atq; ita consistēs. As. ¶ Nā & potest aliquando ipsa res per se in inspectione esse contenta. Erit enim rhetorice in oratore etiam tacente, & si desierit agere, vel proposito, vel aliquo casu impeditus, non magis definet esse orator, quā medicus, qui curandi fecerit finem. Nam est aliquis, ac nescio an maximus, etiam ex secretis studiis fructus, ac tum pura voluptas literarum, cum ab actu, id est, opere recesserūt, & contemplatione sui fruūtur. ¶ Sed effectiua quoque aliquid simile, scriptis orationibus, vel historiis, quod ipsum opus in parte oratoria meritō ponimus, consequetur. ¶ Si tamē vna ex tribus artibus habenda sit, quia maximus eius vsus actu continetur, atque est in eo frequentissima, dicatur actiua vel administratiua. Nam & hoc eiusdem rei nomen est.

VTRVM PLUS CONFERAT ELOQVENTIAE ars, an natura. CAP. XX.

Cio quæri etiam, natura ne plus ad eloquentiam conferat, an doctrina. Quod ad propositum quidem nostri operis nihil pertinet, nec enim cōsummatum orator, nisi ex utroque, fieri potest: plurimum tamen referre arbitror, quā esse quaestionem in hoc loco velimus. Nā si parti vtrilibet omnino alteram detrahas, natura etiam sine doctrina multū valebit, doctrina nulla esse sine natura poterit. Sin ex pari coeant, in mediocribus quidem vtrisque maius adhuc naturæ credā esse momentum, consummatos autem plus doctrinæ debere quā naturæ putabo. Sicut terræ nullam fertilitatem habenti nihil optimus agricola profuerit, ē terra vberi vtile aliquid etiam nullo co lente nascetur. At in solo fecundo plus cultor, quā ipsa per se bonitas soli efficiet. Et si Praxiteles signum aliquod ex molari lapide conatus esset exculpere, Parium marmor mallem rude. At si illud idem artifex expolisset, plus in manibus fuisset quā in Marmore. Denique naturæ materiæ, ars doctrinæ est. Hæc fingit, illa fingitur. Nihil ars sine materia: materiæ etiam sine arte precium est. Ars summa, materia optima melior.

S

AN VIRTUS SIT RHETORICA. CAP. XXI.

Lla quæstio est maior, an ex mediis artibus, quæ neque laudari per se, neque vituperari possunt, sed viles aut secus secundum mores ventium sunt, habenda sit rhetorice: an sit, ut copuluribus etiam philosophorum placet, virtus. Equidem illud quod in studiis dicendi plerique exercuerunt & exercent, aut nullam artem, quæ *ῥητορικὴ* nominatur, puto, (multos enim video, sine ratione, sine literis, quæ vel impudentia, vel fames duxit, ruentes) aut malam quasi artem, quæ *κακοῦ ῥητορικὴ* dicimus. Nam & fuisse multos, & esse nonnullos existimo, qui facultatem dicendi ad hominum perniciem conuerterunt. *Μακρυὸτε ῥητορικὴ*, quoque est quædam, id est, superuacua artis imitatio, quæ nihil sanè nec boni nec mali habeat, sed vanum laborem: qualis illius fuit qui grana ciceris ex spatio distate missa, in acum continuo & sine frustratione inferebat. Quem cum spectasset Alexander, donasse eum dicitur eiusdem leguminis modio. Quod quidem præmium fuit illo opere dignissimum. His ergo comendandos existimo, qui in declamationibus, quas esse veritati dissimillimas volunt, ætatem multo studio ac labore consumunt. ¶ Verum hæc quam instituere conamur, & cuius imaginem animo concepimus, quæ bono viro conuenit, quæque est vera rhetorice, virtus erit. Quod philosophi quidem multis & acutis conclusionibus colligunt: mihi vero etiam planiore hac, propriæque nostræ probatione videtur esse perspicuum. Ab his hæc dicuntur. ¶ Si consonare sibi in faciendis ac non faciendis virtutis est, quæ pars eius prudentia vocatur, eadem in dicendis ac non dicendis erit. ¶ Et si virtutes sunt, ad quas nobis etiam antequam doceremur, initia quædam ac semina sunt concessa natura, ut ad iustitiam, cuius rusticis quoque ac barbaris apparet aliqua imago: nos certè sic esse ab initio formatos, ut possemus orare pro bonis, & si non perfectè, tamen ut inessent quædam (ut dixi) semina eius facultatis, manifestum est. ¶ Non eadem autem his natura artibus est, quæ à virtute sunt remotæ. Itaque cum duo sint genera orationis, altera perpetua, quæ rhetorice dicitur: altera concisa, quæ dialectice: quas quidem Zenon adeo coniunxit, ut hanc compressæ in pugnum manus, illam explicatè diceret similem, etiam disputatrix virtus erit: adeo de hac, quæ speciosior atque apertior tanto est, nihil dubitabitur. ¶ Sed plenius hoc idem atque apertius intueri ex ipsis operibus volo. Nam quid orator in laudando faciet, nisi honestorum ac turpium peritus: aut in suadendo, nisi utilitate perspecta: aut in iudiciis, si iustitiæ sit ignarus? ¶ Quid non fortitudinem postulat res eadem, cum sæpè contra turbulentas populi minas, sæpè cum periculosa potentium offensâ, nonnunquâ, ut in iudicio Miloniano, inter circumfusa militum arma dicendum sit: ut si virtus non est, ne perfectæ quidem esse possit oratio. ¶ Quod si ea in quoque animalium est virtus, quæ præstat cætera vel plerique, ut in leone impetus, in equo velocitas, hominem porro ratione atque oratione excellere cæteris certum est: cur non tam in eloquentia, quam in oratione uirtutem eius esse credamus? Retrèque hæc apud Ciceronem disserit Crassus. Est enim eloquentia una quædam de summis uirtutibus. Et ipse Cicero in sua persona, cum ad Brutum in epistolis, tum etiam aliis locis, uirtutem eam appellat. ¶ At procemium aliquando & narrationem dicit malus homo & argumentat, ut nihil sit in his requirendum. Nam & latro pugnabit acriter, uirtus tamen erit fortitudo: & tormenta sine gemitu feret malus seruus, tolerantia tamen doloris laude sua non carebit. Multa sunt eadem, sed aliter. Sufficiant igitur hæc, quia de utilitate supra tractauimus.

QVAE SIT MATERIA RHETORICES. CAP. XXII.

Ateriâ rhetorices quidam dixerunt esse orationem, quæ sententiâ ponit apud Platonem Gorgias. Quæ si ita accipitur, ut sermo quacumque de re compositus dicatur oratio, non materia, sed opus est: ut statuarii, statua. nam & oratio efficitur arte, sicut statua. Si uero hac appellatione uerba ipsa significari putamus, nihil hac sine reum substantia faciunt. ¶ Quidam argumenta persuasibilia: quæ & ipsa in parte sunt operis, & arte sunt, & materia egēt. ¶ Quidam ciuiles quæstiones: quorum opinio non qualitate, sed modo errauit. Est enim hæc materia rhetorices, sed non sola. ¶ Quidam, quia uirtus sit rhetorice, materiâ eius totâ uitâ vocant. ¶ Alii, quia non omnium uirtutum materia sit tota uita, sed pleræque earum versentur in partibus, sicut iustitia, fortitudo, continentia, propriis officiis, & suo fine intelliguntur: rhetorice quoque dicunt in una aliqua parte ponendam, eique locum in Ethice negotialem assignant, id est, *πραγματικὴν*. ¶ Ego (neque sine authoribus) materiâ esse rhetorices iudico, omnes res quacumque ei ad dicendum subiectæ erunt. Nam Socrates apud Platonem dicere Gorgiam videtur, non in uerbis esse materiâ, sed in rebus. Et in Phædro, palam id non in iudiciis modo & concionibus, sed in rebus etiam priuatis ac domesticis rhetorice esse demonstrat. Quo manifestum est, hanc opinionem ipsius Platonis fuisse. Et Cicero quodam loco materiam rhetorices

Alex. Ma.
de arte fri-
uola iudiciū.

Rhetorice
est uirtus.

Rhetorice
& dialectice
differen-
tia ex Zeno
ne.

Materia rebus
torices.

De Oratore
primo.
Eod. lib.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

vocat res quæ subiectæ sunt ei, sed certas demū putat esse subiectas: alio vero de omnibus rebus oratori dicendum arbitratur, his quidem verbis, *Quamquā vis oratoris professioque ipsa benè dicendi hoc suscipere ac polliceri videatur, vt omni de re quæcunque sit propofita, ornate ab eo copiose dicatur. Atque adhuc alibi, Enimvero oratori, quæ sunt in hominum vita (quædoquidem in ea versatur orator, atque ea est ei subiecta materia) omnia quæfita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent.* ¶ Hanc autem quam nos materiam vocamus, id est, res subiectas, quidam modo infinitam, modo non propriam rhetorices esse dixerunt, eamque artē circumcurrentem vocauerūt, quod in omni materia diceret: cum quibus mihi minima pugna est. Nam de omni materia dicere eam fatentur, propriam habere materiam, quia multiplicem habeat, negant. ¶ Sed nec infinita est, etiam si est multiplex: & aliæ quoque artes minores habēt multiplicem materiā, velut architectonice. Namque ea in omnibus quæ sunt in ædificio vtilia, versatur. Et cælatura, quæ auro, argēto, ære, ferro, opera efficit. Nā sculptura etiā lignum, ebur, marmor, vitrum, gemmas, præter ea quæ supra dixi, complectitur. Nec protinus non est materia rhetorices, si in eadem versatur & alius. Nam si quærā quæ sit materia statuarii, dicetur as: si quærā quæ sit excusoris, id est, eius fabrica, quā Græci vocant *χαλκντικὴν*, similiter æs esse respondeant. Atqui plurimum statuis differunt vasa. Nec medicina ideo non erit ars, quia vinctio & exercitatio cum palæstrica, ciborum vero qualitas etiam cum coquorum ei sit arte cōmunis. ¶ Quod vero de bono, vtili, iusto differere, philosophiæ officium esse dicunt, non obstat. Nam cum philosophum dicunt, hoc accipi volunt, virum bonum. Cur igitur oratorem, quem à bono viro nō separo, in eadem materia versari mirer? Cum præsertim primo libro iam ostenderim philosophos omīssam hāc ab oratoribus partem occupasse, quæ rhetorices propria semper fuisset, vt illi potius in nostra materia versentur. ¶ Denique cum sit dialectices materia de rebus subiectis disputare, sit autem dialectices oratio concisa, cur non eadem perpetuæ quoque materia videatur. ¶ Solet à quibusdam & illud poni, Omnīū igitur artium peritus erit orator, si de omnibus ei dicendum est. Possem hic Ciceronis respondere verbis, apud quem hæc inuenio, Mea quidem sententia nemo esse poterit omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum, atque artium scientiam consecutus. Sed mihi satis est, eius esse oratorem rei de qua dicit, non inscium. Nec enim omnes causas nouit, & debet posse de omnibus dicere. De quibus ergo dicet de quibus didicit. Similiter de artibus quoque, de quibus dicendū erit, interim discet: & de quibus didicerit, dicet. ¶ Quid ergo, non aut faber de fabrica melius, aut de musica musicus? Si nesciat orator quid sit de quo quæratur, planè melius. Nam & litigator rusticus illiteratusque de causa sua melius quàm orator, qui nesciet quid in lite sit, dicet. Sed accepta à musico, à fabro, sicut à litigatore, melius orator quàm ipse qui docuerit. Verum & faber cum de fabrica, & musicus cum de musica, siquid confirmationem desiderauerit, dicet: non erit quidem orator, sed faciet illud quasi orator. Sicut cum vulnus imperitus deligabit, non erit medicus, sed faciet vt medicus. An huiusmodi res, nec in laudem, nec in deliberationem, nec in iudicium veniunt? Ergo cum de faciendo portu Hostiensis deliberatum est, non debuit dicere sententiā orator? Atqui opus erat ratione architectorum. Liuios & tumores in corpore, crudelitatis an veneni signa sint, non tractat orator: at est id ex ratione medicinæ. Circa mensuras & numeros nō versabitur? Dicamus has geometriæ esse partes. Equidem omnia credo posse ferè casu aliquo venire in officium oratoris, quod si non accider, non erunt ei subiecta. Ita sic quoque rectè diximus materiam rhetorices esse, omnes res ad dicendum ei subiectas, quod quidem probat etiam sermo communis. Nam cum aliquid de quo dicamus accepimus, positam nobis esse materiam frequenter etiam præfatione testamur. ¶ Gorgias quidem adeo rhetori de omnibus putauit esse dicendum, vt se in auditoriis interrogari pateretur, qua quisque de re vellet. ¶ Hermagoras quoque, dicēdo materiam esse in causa & in quæstionibus, omnes res subiectas erat complexus. Sed quæstiones si neget ad rhetoricen pertinere, dissentit à nobis: si autem ad rhetoricen pertinent, ab hoc quoque adiuuamur. Nihil est enim quod non in causam aut in quæstionem cadat. ¶ Aristoteles tres faciendo partes orationis, iudicialem, deliberatiuam, demonstratiuam, penè & ipse oratori subiecit omnia, nihil enim non in hæc cadit. ¶ Quæsitum à paucissimis etiam de instrumento est. Instrumentum voco, sine quo formari materia in id quod velimus effici opus, non possit. Verum hoc ego non artem credo agere, sed artificem. Neque enim scientia desiderat instrumentum, quæ potest esse consummata, etiam si nihil faciat: sed ille opifex, vt cælator cælum, & pictor penicilla. Itaque hæc in eum locum, quo de oratore dicturi sumus, differamus.

De Orat. 3.

Soluit diuersas opiniones.

Alia obiectio.

De Orat. 1.

Instrumentum rhetorices.

M. Fabii Quintiliani de institu-

TIONE ORATORIA LIBER III.

DE SCRIPTORIBVS ARTIS RHETORICAE CAP. I.

VONIAM in libro II. quæsitum est, quid esset rhetorice, & quis finis eius: artem quoque esse eam, & vtilem & virtutem, ut vires nostræ tulerunt, ostendimus: materiamque ei res omnes de quibus dicere oporteret, subiecinus. Iam hinc unde cœperit, quibus constet, quo quæque in ea modo inuenienda atque tractanda sint, exequar. Intra quem modum plerique scriptores artium constituerunt, adeo ut Apollodorus contentus solis iudicialibus fuerit. Nec sum ignarus hoc à me præcipuè, quod hic liber inchoat, opus, studiosos eius desiderasse, ut inquisitione opinionum, quæ diuersissimæ fuerunt, longè difficillimum, ita nescio an minimè legentibus futurum uoluptati: quippe quod prope nudam præceptorum traditionem desideret. In cæteris enim admiscere tentauimus aliquid nitioris, non iactandi ingenii gratia (nanque in id eligi materia poterat uberior) sed ut hoc ipso alliceremus magis iuuentutem ad cognitionem eorū, quæ necessaria studiis arbitrabamur, si ducti iucunditate aliqua lectionis libentius discerent ea, quorū ne ieiuna atque arida traditio auerteret animos, & aures (præsertim tam delicatas) raderet, verebatur. Qua ratione se Lucretius dicit præcepta philosophiæ carmine esse complexum. Nanque hac, ut est notū, similitudine utitur: Ac veluti pueris absynthia tetra medentes Cum dare conantur, prius oras pocula circum
* Aspirant mellis dulci flauoque liquore, & quæ sequuntur. Sed nos nunc veremur, ne parū * Cōtingit hic liber mellis, & absynthii multum habere videatur, sitque salubrior studiis quàm dulcior. Quin etiam hoc timeo, ne ex eo minorem gratiam ineat, quod pleraque non inuenta per me, sed ab aliis tradita continebit: habeat etiam quosdā qui contra sentiant & aduersentur, propterea quod plurimi auctores, quanuis eodem tenderent, diuersas tamen vias munierunt, atque in suā quisque induxit sequentes. Illi autem probant quaecunque ingressi sunt iter: nec facile inculcatas pueris peruersiones mutaueris, quia nemo non didicisse mauult quàm discere. ¶ Est autem vt procedente libro patebit, infinita dissenso auctorum. primo ad ea quæ rudia atque imperfecta adhuc erant, adiicientibus quod inuenissent scriptoribus: mox, ut aliquid sui videretur asferre, etiā recta mutantibus. Nam primus post eos quos poetæ tradiderūt, mouisse aliqua circa rhetoricen Empedocles dicitur. Artiū autem scriptores antiquissimi Corax & Thyſias Siculi, quos insecutus est vir eiusdem insulæ Gorgias Leontinus, Empedoclis (ut traditur) discipulus. Is beneficio longissimæ ætatis (Nam centum & nouem vixit annos) cum multis simul floruit. Ideoque & illorum, de quibus supra dixi, fuit æmulus, & vltra Socratem vsque durauit. Thrasymachus Calcedonius cum hoc, & Prodicus Chius & Abderites Protagoras, à quo decem milibus denariorum didicisse artem, quam edidit Euathlus, dicitur: & Hippias Elæus, & quem Palamedas Plato appellat, Alcidas Eleates: Antiphon quoque, & primus omnium orationem scripsit, & nihilominus artem & ipse composuit, & pro se dixisse optimè est creditus. Etiā Polycrates, à quo scriptam in Socratem diximus orationem. Et Theodorus Byzantius, ex iis & ipse, quos Plato appellat λογιστικῶν. Horum primi communes locos tractasse dicuntur, Protagoras, Gorgias, Prodicus, & Thrasymachus. Cicero in Bruto negat ante Periclem scriptum quicquam, quod ornatum oratorium habeat: eius aliqua ferri. Equidem non reperio quicquam tantæ eloquentiæ fama dignum. Ideoque minus miror, esse qui nihil ab eo scriptum putent: hæc autem quæ feruntur, ab aliis esse composita, His succedere multi, sed clarissimus Gorgias auditor Isocrates, quanquā de præceptore eius inter auctores non conuenit. Nos autem Aristoteli credimus. Hinc velut diuersæ secari cœperunt via. Nam & Isocratis præstantissimi discipuli fuerunt in omni studiorum genere: eoque iam seniore (octauum enim & nonagesimū impleuit annum) pomeriadanis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriæ cœpit, noto quidem illo (ut traditur) versū ex Philocteta frequenter vltus, αἰχρὸν σιωπῆς μιν, Ἰσοκράτην δ' ἰκὼν λίσσεν, Turpe esse tacere, & Isocratem pati dicere. Ars est vtriusque, sed pluribus eam libris Aristoteles complexus est. Eodem tempore Theodectes fuit, de cuius opere supra dictum est. Theophrastus quoque Aristotelis discipulus, de rhetorice diligenter scripsit, atque hinc vel studiosius philosophi quàm rhetores, præcipuèque Stoicorum atque Peripateticorum principes. Fecit deinde velut propriam Hermagoras viam, quam plurimi sunt secuti, cui

Propositio cum præfatione in sequentem partem operis.

* Cōtingit

Recuset scriptores artis rhetoriæ, & primum Græcos deinde Latinos.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

maximè par atque æmulus videtur Athenæus fuisse. Multa post Apollonius Molon, multa Areus, multa Cæcilius, & Halycarnaseus Dionysius. Præcipuè tamen in se conuerterunt studia Apollodorus Pergamenus, qui præceptor Apolloniae Cæsaris Augusti fuit: & Theodorus Gadarcus, qui se dici maluit Rhodium: quem studiose audisse, cum in eam insulam secessisset, dicitur Tyberius Cæsar. Hi diuersas opiniones tradiderunt, appellatique inde Apollodorei & Theodorei, ad morem certas in philosophia sectas sequendi. Sed Apollodori præcepta magis
** Enalgius.* ex discipulis cognoscas, quorū diligentissimus in tradendo latinè, fuit ** C. Valgius*, græcè Atticus. Nam ipsius sola videtur ars edita ad Matium, quia cæteras missa ad Domitium epistola non agnoscit. Plura scripsit Theodorus, cuius auditorem Hermagoram sunt qui viderunt.
Romani scriptores rhetoricorum. ¶ Romanorum primus (quantum ego quidem sciam) condidit aliqua in hanc materiam M. Cato ille Censorius: post M. Antonius inchoauit. Nam hoc solum opus eius, & id ipsum imperfectum, manet. Secuti minus celebres, quorum memoriam si quo loco res posset, non omit tam. Præcipuum vero lumen sicut eloquentiæ, ita præceptis quoque eius dedit vnicum apud
Libro. 1. de Oratore. nos specimen orandi, docendique oratorias artes M. Tullius, post quem tacere modestissimum foret, nisi & Rhetoricos suos ipse adolescenti sibi elapsos diceret, & in oratoriis hæc minora quæ plerique desiderant, sciens omisisset. Scripsit de eadem materia non pauca Cornificius, aliqua Sertinius, nonnihil pater Gallio: accuratius vero priores Gallione Celsus & Lenas & atatis nostræ Virginius, Plinius, Rutilius. Sunt & hodie clari eiusdem operis auctores, qui si omnia complexi forent, consulissent labori meo, sed parco nominibus viuientium: veniet eorum laudi suum tempus, ad posteros enim virtus durabit, non perueniet inuidia. ¶ Non tamen post tot ac tantos scriptores pigebit meam quibusdam locis posuisse sententiam. Nec enim me cuiusquam sectæ, velut quadam superstitione imbutus, addixi, & electuris quæ volent facienda copia fuit. Sicut ipse plurimum in vnum consero inuenta, vbicumque ingenio nõ erit locus, curæ testimonium promeruisse contentus.

QVOD INITIVM RHETORICES

CAP. II.

Rhetoricæ origo, sicut & sermonis à natura.

N

Ec diu nos moretur quæstio, quæ rhetorices origo sit. Nam cui dubiū est, quin sermonē ab ipsa rerum natura geniti protinus homines acceperint? quod certè principium est eius rei. huic studium & incrementum dederit vtilitas, summā ratio & exercitatio: ¶ Nec video quare curam dicendi putent quidam inde cepisse, quod ii qui in discrimen aliquod vocabantur, accuratius loqui defendendi

sui gratia instituerint. Hæc enim vt honestior causa, ita nõ vtique prior est, cum præsertim accusatio præcedat defensionem: nisi quis dicit etiam gladium fabricatum ab eo prius qui ferrū in tutelam sui, quàm qui in perniciem alterius compararit. Initium ergo dicendi dedit natura: initium artis, obseruatio. Homines enim sicut in medicina cum viderent alia salubria, alia insalubria, ex obseruatione eorum effecerunt attem, ita cum in dicendo alia vtilia, alia inutilia deprehenderent, notarunt ea ad imitandum vitandumque, & quædam secundum rationem eorum adiecerunt ipsi quoque: hæc confirmata sunt vsu, tum quæ sciebat quisque docuit. ¶ Cicero quidem initium orandi conditoribus vrbium ac legumlatoribus dedit, in quibus fuisse vim dicendi necesse est: cur tamen hanc primam originem putet, non video, cum sint adhuc quædam vagæ, & sine vrbibus ac sine legibus gentes, & tamen qui sunt in iis nati, & legationibus fungantur, & accusent aliqua ac defendant, & denique alium melius alio loqui credant.

In prologo Rhetoricorum veterum.

QVINQUE ESSE PARTES RHETORICAE.

CAP. III.

Quinque partes rhetorice.

O

Mnis autem orandi ratio, vt plurimi maximique auctores tradiderunt, quinque partibus constat, inuentione, dispositione, elocutione, memoria, pronuntiatione siue actione: vtroque enim modo dicitur. Omnis vero sermo, quo quidem voluntas aliqua enuntiatur, habeat necesse est & rem, & verbum. Ac si est brevis, & vna cõclusionē finitur, nihil fortasse vltra desideret. At ratio longior plura

exigit. Non enim tantum refert, quid, & quo modo dicamus, sed etiam quo loco: opus ergo est & dispositione. Sed nec omnia quæ res postulat, dicere, nec suo quæque loco poterimus, nisi adiuuante memoria. Quapropter ea pars quarta erit. Verum hæc cuncta corrumpit ac prope modum perdit indecora vel voce vel gestu pronuntiatio. Huic quoque igitur necessario tribuendus est quintus locus. ¶ Nec audiendi quidam, quorum est Albutius, qui tres modo primas esse partes volunt, quia memoria atque actio natura, non arte contingant, quarum nos præcepta suo loco dabimus: licet Thrasimachus quoque idem de actione crediderit. ¶ His adiecerūt quidam

Varietate opinionum circa partes rhetorice.

quidam sextam partem, ita ut inuentioni iudicium subnecterent: quia primum esset inuenire, deinde iudicare. Ego porro ne inuenisse quidem credo cum, qui non iudicauit: nec enim contraria, communia, stulta in uenisse dicitur quisque, sed non uitasse. Et Cicero quidem in Rhetoricis iudicium subiecit inuentioni. Mihi autem adeo primis tribus partibus uidetur esse permixtum, nam nec dispositio sine eo nec elocutio fuerit, ut pronunciationem quoque; vel plurimum ab eo mutuari putem. Quod hoc audacius dixerim, quod in partitionibus oratoris ad easdem, de quibus supra dictum est, quinque peruenit partes. Nam cum dupliciter primum diuississet in inuentionem atque elocutionem, res ac dispositionem inuentioni, uerba & pronunciationem elocutioni dedit: quintam quoque constituit communem, ac uelut custodem omnium memoriam. Idem in Oratore quinque rebus constare eloquentiam dicit, in quibus postea scriptis certior eius sententia est. Non minus mihi cupidi nouitatis alicuius uidentur fuisse, qui adiecerunt ordinem, cum dispositionem dixissent, quasi aliud sit dispositio, quam rerum ordine quam optimo collocatio. Dion inuentionem modo & dispositionem tradidit, sed utranque duplicem, rerum ac uerborum, ut sit elocutio inuentionis, pronunciatio dispositionis. his quinta pars memoria accedat. Theodori ferè inuentionem duplicem, rerum atque elocutionis, deinde tres partes ceteras. Hermagoras, iudicium, partitionem, ordinem, quaque elocutionis sunt, subiecit oeconomiam: quae graece appellata ex cura rerum domesticarum, & hic per abusionem posita, nomine latino caret. Est etiam circa hoc quaestio: quod memoriam in ordine partium quidam inuentioni, quidam dispositioni subiunxerunt: nobis ut quatuor sit ei locus maximè placet. Non enim tantum inuenta tenere, ut disponamus, nec disposita ut loquamur, sed etiam uerbis formata memoriae mandare debemus. Hac enim omnia quaecumque in oratione collata sunt, continentur. Fuerunt etiam in hac opinione non pauci, ut has non rhetorices partes esse existimarent, sed opera oratoris. Eius enim esse inuenire, disponere, eloqui, & cetera. Quod si accipiamus, nihil arti relinquamus. Nam bene dicere est oratoris. Rhetorice tamen est bene dicendi scientia: uel, ut alii putant, artificis est persuadere: uis autem persuadendi, artis. Ita inuenire quidem & disponere oratoris, inuentio autem & dispositio, rhetorices propria uideri potest. In eo plures dissenserunt, utrum ne haec partes essent rhetorices, an eiusdem opera, an (ut Athenaeus credit) elementa quae uocantur στοιχεῖα. Sed neque elementa rectè quis dixerit, alioqui tantum initia erunt, ut mundi, uel humor, uel ignis, uel materia, uel corpora insecabilia: nec operum rectè nomen accipiet, quae nec ab aliis perficiuntur, & aliud ipsa perficiunt. Partes igitur. Nam cum sit ex iis rhetorice, fieri non potest, ut cum totum ex partibus consistat, non sint partes totius, ex quibus constat. Videntur autem mihi, qui haec opera dixerunt, eo quoque moti, quod in alia rursus diuisione nollent in idem nomen incidere, partes enim rhetorices esse dicebant laudatiuam, deliberatiuam, iudicalem. Quae si partes sunt, materiae sunt potius quam artis. Namque in his singulis rhetorice tota est, quia & inuentionem, & dispositionem, & elocutionem, & memoriam, & pronunciationem, quaecumque earum desiderat. Itaque quidam ea tria genera rhetorices dicere maluerunt, optimè autem ii, quos secutus est Cicero, qui genera causarum.

TRIA ESSE GENERA CAUSARUM. CAP. IIII.

Ed tria an plura sint, ambigitur. Nec dubitè, prope omnes utique; summam apud antiquos auctoritatis scriptores Aristotelem secuti, qui nomine tantum alio concionalè pro deliberatiua appellat, hac partitione contenti fuerunt. Verum & tunc leuiter est tentatum, tum apud Graecos quosdam, tum apud Ciceronem in libris de Oratore, & nunc maximo temporum nostrorum auctore prope impulsum, ut non modo plura haec genera, sed etiam penè innumerabilia uideantur. Nam si laudandi ac vituperandi officium in parte tertia ponimus, in quo genere uersari uidemur, cum querimus, conso-lamur, mitigamus, concitamus, terremus, confirmamus, praecipimus, obscurè dicta interpretamur, narramus, deprecamur, gratias agimus, gratulamur, obiurgamus, maledicimus, describimus, mandamus, renunciamus, optamus, opinamur, & plura alia: ut mihi in illa uetere persuasione permanenti, uelut petenda sit uenia: quarendumque, quo moti priores, rem tam late fusam, tam breuiter astrinxerint. Quos qui errasse putant, hoc secutos arbitrantur, quod in his ferè uersari tum oratores uidebant. Nam & laudes & vituperationes scribebantur, & ut utrumque dicere erat moris, & plurimum in consiliis ac iudiciis insumebatur opera, ut scriptores artium pro solis comprehenderint frequentissima. Qui uero defendunt, tria faciunt genera auditorum: unum quod ad delectationem conueniat, alterum quod consilium accipiat, tertium quod de causis iudicet. Mihi cuncta rimanti talis quaedam ratio succurrit, quod omne oratoris officium, aut in iudiciis est, aut extra iudicia. Eorum de quibus in iudicio queritur, manifestum genus est: ea quae ad iudicem non ueniunt, aut praeteritum habent tempus, aut futurum. Praeterita laudamus

Oeconomiam.

Alia opinio.

Partes, an opera rhetorice sint appellanda.

Disputatio & uarietas opinionum de causarum generibus.

Interponit suam sententiam

aut vituperamus, de futuris deliberamus. Item omnia, de quibus dicendū est, aut certa sint necesse est, aut dubia. Certa, vt cuiq; est animus, laudat aut culpā: ex dubiis partim nobis ipsis ad electionem sunt libera, de his deliberatur, partim aliorum sententiā commissa, de his lite contenditur. ¶ Anaximenes iudicalem & concionalem generales partes esse voluit. Septem autē species, hortandi, dehortandi, laudandi, vituperandi, accusandi, defendendi, exquirendi, quod ἱστῶσιν dicunt: quarum duæ primæ deliberatiui, duæ sequētes demonstratiui, tres vltimæ iudicialis generis sunt partes. ¶ Protagoram transeo, qui interrogandi, respondendi, mandandi, precandi, quod ἐνχολῶν dicit, partes solas putat. ¶ Plato in Sophistē iudiciali, & concionali tertiam adiecit προσωμηντικὴν, quam sanē permittamus nobis dicere sermocinatricem, quæ à forensi ratione disiungitur, & est accommodata priuatis disputationibus, cuius vis eadem profecto est, quæ dialecticæ. ¶ Iocrates in omni genere inesse laudem ac vituperationem existimauit. Nobis autem & tutissimum est auctores plures sequi, & ita videtur ratio dicere.

Confirmat
suam senten-
tiam de tri-
bus causari
generibus.

¶ Est igitur, vt dixi, vnum genus, quo laus ac vituperatio continetur, sed est appellatum à parte meliore laudatiuum, idem alii demonstratiuum vocant, vtrunque nomen ex græco creditur fluxisse. Nam & ἰγκωμιστικὸν & ἐπιδεικτικὸν dicunt. Sed mihi ἐπιδεικτικὸν non ita demonstrationis vim habere, quàm ostentationis videtur, & multum ab illo ἰγκωμιστικὸν differre. nam vt continet laudatiuum in se genus, ita non intra hoc solum consistit. An quisquam negauerit paegyricos ἐπιδεικτικὸς esse? Atqui formam suadendi habent, & plerumque de utilitatibus Græciæ loquuntur, vt causarum quidem genera tria sint, sed ea tum in negociis, tum in ostentatione posita. Nisi forte non ex græco mutuantes demonstratiuum vocant, verum id sequuntur quod laus ac vituperatio quale sit quicque demonstrat. ¶ Alterum est deliberatiuū, tertium iudiciale. Cæteræ species in hæc tria incident genera. Nec inueniatur ex his vlla, in qua non laudare aut vituperare, suadere aut dissuadere, intendere quid vel depellere debeamus. Illa quoque sunt communia, conciliare, narrare, docere, augere, diminuere, concitandis componendisque affectibus animos audientium fingere. ¶ Ne iis quidem accefferim, qui laudatiuam materiam honestorum, deliberatiuam vtilium, iudicalem iustorum quæstione contineri putant, celeri magis ac rotunda vsi distributione, quàm vera. Stant enim quodammodo mutuis auxiliis omnia. Nam & in laude iustitiæ vtilitatisque tractantur, & in consiliis honestas: & rarò inueneris iudicalem causam, in cuius non parte aliquid eorum, quæ supra diximus, reperiatur.

QVIBVS CONTINEATUR OMNIS RATIO

dicendi.

CAP. V.

Repetit mē-
bra diuī-
sionis, quā pri-
or lib. ca. 15.
posuit, &
porro in a-
liis partes
diuidit. Ea
sunt opus, fa-
cultas, & ar-
tīfex. Opus
oratio est,
quæ rebus
& verbis cō-
stat, res quæ
stione conti-
nentur, quæ
hic porro in
finita & in-
finitam diui-
dit.

O

Mnis autem oratio constat aut ex iis quæ significantur, aut ex iis quæ significāt, id est, rebus, & verbis. Facultas orandi consummatur natura, arte, exercitatione: cui quartam partem adiiciunt quidam imitationis, quam nos arti subiicimus. Tria sunt autem quæ præstare debeat Orator, vt doceat, moueat, delectet. Hæc enim clarior diuīso, quàm eorum qui totum opus in res & in affectus partiuntur. ¶ Non semper autem omnia in eā quæ tractabitur materiam, cadent. Erunt enim quædam remota ab affectibus, qui vt non vbique habent locum, ita quocunque irumpunt, plurimum valent. ¶ Præstantissimis auctoribus placet, alia in rhetorica esse quæ probationem desiderant, alia quæ non desiderant, cum quibus ipse consentio. ¶ Quidam vero, vt Celsus, de nullare dicturum oratorem nisi de qua queritur existimāt: cui cum maxima pars scriptorum repugnat, tum etiam ipsa partitio, nisi forte laudare quæ constat esse honesta, & vituperare quæ ex confesso sint turpia, non est oratoris officium. ¶ Illud iam omnes fatentur esse quæstiones aut in scripto, aut in non scripto. In scripto sunt de iure, in non scripto de re. Illud legale, hoc rationale genus. Hermagoras atque cum secuti, vocant νομικὸν & λογικόν. Idem sentiunt, qui omnem quæstionem ponunt in rebus & in verbis. ¶ Item conuenit quæstiones esse aut infinitas aut finitas. Infinitæ sunt, quæ remotis personis, & temporibus, & locis, cæterisque similibus, in vtrunque partem tractantur: quod Græci θέσιν dicunt, Cicero propositum, alii quæstiones vniuersales ciuiles, alii quæstiones philosopho conuenientes. A thenæus partem causæ appellat. Hoc genus Cicero scientia & actione distinguit: vt sit scientiæ, an providentia mundus regatur: actionis, an accedendum ab rempub. administrandam. Prius trium generū, an sit, quid sit, quale sit: omnia enim hæc ignorari possunt. Sequēs duorum, quomodo adipiscamur, quomodo vtamur. ¶ Finitæ autē sunt ex cōplexu rerum, personarū, temporū, cæterorūq; hæ ὑποθέσεις à Græcis dicuntur, causæ à nostris. In his omnis quæstio videtur circa res personasq; consistere. Amplior est semper infinita, inde enim finita descendit. Quod vt exēplo pateat, infinita est, an vxor ducenda. finita an Catoni ducenda. Ideoque esse suaſoria potest. Sed etiam remotæ à perſo-

à personis propriis ad aliquid referri solent. Est enim simplex, an respub. administranda: refertur ad aliquid, an in tyrānide administranda. Sed hic quoque subest velut latens persona, tyrannus enim geminat quæstionem, subestque & temporis & qualitatis tacita vis, nōdum tamen hoc propriè dixeris causam. ¶ Hæ autem quas infinitas voco, & generales appellantur, quod si est verum, finitæ speciales erunt. ¶ In omni autē speciali utique inest generalis, ut quæ sit prior. ¶ Ac nescio an in causis quoque quicquid in quæstionem venit qualitatis, generale sit. Milo Clodium occidit, iure occidit insidiatorem, nōne quæritur, an sit ius insidiatorem occidi? Quid in coniecturis, non illa generalia, an causa sceleris odium, cupiditas: an tormentis credendum: testibus, an argumentis maior fides habenda? Nam finitione quidem comprehendi nihil non in vniuersum certum erit. ¶ Quidam putant etiam eas posse Theses aliquando nominari, quæ personis causisque contineantur, aliter tantummodo positas: ut causa sit, cum Orestes accusatur. Thesis, an Orestes rectè sit absolutus. Cuius generis est, an Cato rectè Martiam Hortensio tradiderit. Hi thesim à causa sic distinguunt, ut illa sit spectatiuæ partis, hæc actiuæ. Illic enim veritatis gratia tantum disputari, hic negociū agi. ¶ Quamquam inutiles quidā oratori putant vniuersales quæstiones, quia nihil proficit, quod constet ducendam esse vxorem, vel administrandā tempub. si quis vel atate vel valetudine impediatur. ¶ Sed non in omnibus eiusmodi quæstionibus sic occurri potest, ut illis, sit ne virtus finis, regatur ne mundus providentia. ¶ Quinetiam in iis quæ ad personam referuntur, ut non est satis generalem tractasse quæstionem, ita perueniri ad speciem, nisi illa prius excussa, non potest. Nam quomodo an sibi vxor ducenda sit deliberabit Cato, nisi confiterit vxores esse ducendas? Et quomodo an ducere debeat Martiam quæretur, nisi Catoni ducenda vxor est? ¶ Sunt tamen inscripti nomine Hermagoræ libri, qui cōfirmāt illam opinionē, siue falsus est titulus, siue hic Hermagoras alius fuit. Nam eiusdem esse quomodo possunt, qui de hac arte mirabiliter multa composuit? Cum sicut ex Ciceronis quoque rhetorico primo manifestum est, materiam rhetorices in theses & causas diuiserit. Quod reprehendit Cicero, ac thesim nihil ad oratorem pertinere contendit, totūque hoc genus quæstionis ad philosophos refert. Sed me liberauit reprehendendi verecundia, & quod ipse hos libros improbat, & quod in Oratore, atque iis quos de Oratore scripsit libris, & Topicis, præcipit, ut à propriis personis atque temporibus auocemus controuersiam, quia latius liceat dicere de genere quā de specie, & quod in vniuerso probatum est, id in parte probatum esse necesse sit. ¶ Status autem in hoc omne genus materia: iudem, qui in causam cadunt. ¶ Adhuc adiicitur alias esse quæstiones in rebus ipsis, alias quæ ad aliud referantur. Illud, an uxor ducenda: hoc, an seni ducenda. Illud an fortis, hoc an fortior, & similia. ¶ Causam finit Apollodorus, ut interpretatione Valgii discipuli eius utar, ita. Causa est negociū omnibus suis partibus spectans ad quæstionē: aut, causa est negociū, cuius finis est controuersia. ¶ Ipsum deinde negociū sic finit. Negocium est congregatio personarum, locorum, temporum, causarum, modorum, casuum, factorum, instrumentorum, sermonum, scriptorum, & non scriptorum. Causam nunc intelligimus ἐπὶ πόλει, negociū πρὸς πόλει. ¶ Sed ipsam causam quidam similiter finierunt, ut Apollodorus negocium. ¶ Ilocrates causam esse ait, quæstionem finitam ciuilem, aut rerum controuersiam in personarum finitarum complexu. ¶ Cicero his verbis, Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negociis cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum.

Hermagoras.
De inuent.

De Ora. 3.

Causa.
Negocium.

In Topicis.

QVID SIT STATUS.

CAP. VI.

Rgo cum omnis causa contineatur aliquo statu, priusquam dicere aggrediar quomodo genus quodque causæ sit tractandum, id quod commune est omnibus, quid sit status, & vnde ducatur, & quot, & qui sint, intuendum puto: quamquam id nōnulli ad iudiciales tantum pertinere materias putauerunt. Quorum inficitiam cū omnia tria genera fuerint executus, res ipsa deprehēdet. ¶ Quod nos statum, id quidam constitutionem vocāt, alii quæstionem, alii quod ex quæstione appareat, caput. Theodorus generale caput, id est, κηφάλιον γινώσκτον, ad quod referuntur omnia. Quorum diuersa appellatio, vis eadem est: nec interest discendum quibus quicque nominibus appelletur, dum res ipsa manifesta sit. ¶ Statum Græci *στάσις* vocāt, quod nomen non primum ab Hermagora traditū putāt, sed alii ab Naucratre Ilocratis discipulo: alii à Zopyro Clazomenio: quā videtur Aeschines quoque in oratione contra Ctesiphontem uti hoc verbo, cū à iudicibus petit, ne Demosthenē permittat euagari, sed cum dicere de ipso causæ statu cogant. Quæ appellatio dicitur ducta vel ex eo, quod ibi sit primus causæ congressus, vel quod in hoc causa consistat. Et nominis quidē hæc origo. Nunc quid sit. ¶ Statum quidam dixerunt primam causarum conflictionem. quos rectè sensisse, sed parum elocutos puto. Nō enim est status prima cōflictio, fecisti: non feci, sed quod ex prima cōflictione

Status uaria
appellatio,
& nominis
origo.

Status quid.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

nascitur, id est, genus quaestiois, fecisti, non feci, an fecerit: hoc fecisti, hoc non feci, quod fecerit, quia ex his apparet, illud coniectura, hoc finitioe quaerendum: atque in quo pars utraque insitit, erit quaestio coniecturalis uel finitiui status. Quid enim? si dicat quis, sonus est duorum inter se corporum conflictio, et recte, ut opinor: non enim sonus est conflictio, sed ex conflictione. Et hoc leuius. intelligitur enim utcumque dictum. ¶ Inde uero ingens male interpretantibus innatus est error, qui quia primam conflictione legerat, crediderunt statum semper ex prima quaestione ducendum, quod est vitiosissimum. Nam quaestio nulla non habet utique statum. constat enim ex intentione & depulsione, sed aliae sunt propriae causarum, de quibus ferenda sententia est, aliae adductae extrinsecus, aliquid tamen ad summam causae conferentes, uelut auxilia quadam. quo fit, ut in controuersia una, plures quaestiones esse dicantur. Porro harum plerumque leuissima quaeque primo loco fungitur. Namque & illud frequens est, ut ea quibus minus confidimus, cum tractata sint omittamus, interim sponte nostra uelut donantes, interim ad ea quae sunt potentiora gradum ex iis fecisse contenti. Simplex autem causa etiam si varie defenditur, non potest habere plus uno de quo pronuncietur, atque erit inde status causae, quod & orator praecipue sibi obtinendum, & iudex spectandum maxime intelligit. In hoc enim causa consistit, ceterum quaestionum possunt esse diuersi. Quod ut breuissimo pateat exemplo, cum dicit reus, etiam si feci, recte feci, qualitate utitur statu: cum dicit, non feci, coniecturam mouet. Semper autem firmitus est non fecisse. Ideoque statum esse in eo iudicabo, quod diceret, si mihi plus quam unum dicere non liceret. ¶ Recte igitur est appellata causarum prima conflictio, non quaestio. Nam pro Rabirio Posthumo Cicero prima parte orationis in hoc intendit, ut actione competere in equitate Romanum neget: secunda nullam ad eum pecuniam peruenisse confirmat. Statum tamen dicam in eo fuisse, quod est potentius. Nec in causa Milonis circa primas quaestiones, quae sunt ante in proceum positae, iudicabo conflictisse causam: sed ubi totis viribus insidiator Clodius, ideoque iure interfectus, ostenditur. ¶ Et hoc est quod ante omnia constituere in animo suo debeat orator, etiam si pro causa plura dicturus est, quod maxime liquere iudici velit. Quod tamen ut primum cogitandum, ita non utique primum dicendum erit.

VNDE DVCATVR STATVS, ET REVS AN

actor statum faciat.

CAP. VII.

* depulsio-
nem.

A

Status uarie
modo ab ac-
cusatore mo-
do a reo ori-
tur, quod re-
moti diuer-
sa opinione
exemplis co-
firmatur.

Status om-
nis ex inten-
tione & de-
pulsione ap-
paret, sed non

Lii statum crediderunt primam eius cum quo ageretur * deprecationem. Quam sententiam his verbis Cicero complectitur. In quo primum consistit quasi ad repugnandum congressa defensio. ¶ Unde rursus alia quaestio, an eum semper is faciat, qui respondet. Cui rei praecipue repugnat Cor. Celsus, dicens non a depulsione sumi, sed ab eo qui propositionem suam confirmet: ut si hominem occisum reus negat, status ab accusatore nascatur, quia is velit probare: si iure occisum reus dicit, translatam probationis necessitate idem a reo fiat, & sit eius intentio. ¶ Cui non accedo equidem. nam est uero propius quod contra dicitur, nullam esse litem, si is cum quo agitur nihil respondeat, ideoque fieri statum a respondente. ¶ Mea tamen sententia uariè id est, & accidit pro conditione causarum, quia uideri potest propositio aliquando statum facere, ut in coniecturalibus causis: utitur enim coniectura magis qui agit. ¶ Quo moti quidam, eundem a reo inficiale esse dixerunt, & in syllogismo tota ratiocinatio ab eo est qui intendit. ¶ Sed quia uidetur illis quoque necessitate hos status exequendi facere qui negat, (is enim si dicat non feci, coget aduersarium coniectura uti: & si dicat, non habet legem, syllogismo) concedamus ex depulsione nasci statum, nihilominus enim res eo reuertetur, ut modo is qui agit, modo is cum quo agitur, statum faciat. Sit enim accusatoris intentio, hominem occidisti: si negat reus, faciet statum qui negat. Quid si confitetur, sed iure a se adulterum dicit occisum? Nempe legem esse certum est, quae permittat, nisi aliquid accusator respondeat, nulla lis est. Non fuit (inquit) adulter. Ergo depulsio incipit esse actoris, ille statum faciet. Ita erit quidem status ex prima depulsione, sed ea fit ab accusatore, non a reo. ¶ Quid? quod eadem quaestio potest eundem vel accusatorem facere, vel reum? Qui artem ludicram exercuerit, in quatuordecim primis ordinibus ne sedeat: qui se Pratori in hortis ostenderat, neque erat productus, sed in quatuordecim ordinibus. Nempe intentio est, artem ludicram exercuisse: depulsio, non exercui artem ludicram: quaestio, quid sit artem ludicram exercere. Si accusabitur theatri lege, depulsio erit rei: si excitatus fuerit de spectaculis, & aget iniuriarum, depulsio erit accusatoris. Frequentius tamen illud accidet, quod est a pluribus traditum. ¶ Effugerunt has quaestiones, qui dixerunt statum esse id, quod appareat ex intentione & depulsione, ut fecisti, non feci, aut recte fecit. ¶ Viderimus tamen utrum id sit status, an in eo status. ¶ Hermagoras statum vocat, per quem subiecta res intelligatur, & ad quem probationes etiam partium referantur. ¶ Nostra opinio semper hac fuit, ut cum essent frequenter in causa diuersi quaestionum status, in eo crederem statum causae, quod esset in eo potentissimum, & in quo maxime res uerteretur. Id si quis generalem quaestionem, vel caput generale

rale dicere malit, cum hoc mihi non erit pugna: non magis quàm si aliud adhuc, quod idem intelligatur, eius rei nomen inuenerit: quanquàm tota volumina in hanc disputationem impendisse multos sciamus. *quoniam est causae statum.* Sed cum in aliis omnibus quoque diuersa tradendi fuisse: adeo nec qui sit nomen de numero statum, hoc videtur mihi praeipuum studium quoque diuersa tradendi fuisse: adeo nec qui sit nomen de numero statum, nec quae nomina, nec qui generales, quive speciales sint status, conuenit. Ac primum Aristoteles elementa decem constituit, circa quae versari videatur omnis quaestio, *varietas opinionum de numero statum.* quae Plautus essentiam vocat, nec sanè aliud est eius nomen latinum: sed ea quaeritur, an sit. Qualitate, cuius apertus intellectus est. Quantitatem, quae dupliciter à posterioribus diuisa est, quae magnum, & quam multum sit. Ad aliquid, unde ductae translatio & comparatio. Post haec ubi, & quando, deinde facere, *quae sequenti capite plenius persequitur, & postremo loco suam ponit.* pati, habere: quod est quasi armatum esse, & vestitum esse. Nouissimè * *συγκρασις*, quod est compositum esse quodammodo, ut calefacere, stare, irasci. * Sed ex his omnibus prima quatuor ad status pertinere, cetera ad quosdam locos argumentorum videntur. Alii nouem elementa posuerunt. Personam, quae de animo, corpore, & extra positis quaeratur, quod pertinere ad coniecturam & qualitatis instrumenta video. Tempus, quod *χρόνος* vocant, ex quo quaestio, an is, quem dum addicta est mater peperit, seruus sit natus. Locus, unde controuersia videtur, an fas fuerit tyrannum in templo occidere: an exulauerit qui domi latuit. Tempus iterum, quod *καιρὸν* appellant: hanc autem videri volunt specie illius temporis, ut aestatem, vel hyemem. Huic subiicitur ille in pestilentia comesator. Actum, id est *πράξις*, quod eo referunt, sciens commiserit an insciens, necessitate an casu, & talia. Numerum, qui cadit in speciem quantitatis, an Thrasibulo triginta praemia debeantur, qui tot tyrannos sustulerit. Causam, cui plurimae subiacent lites, quoties factum non negatur, sed quia iusta ratione fit, factum defenditur. *πρόσπον*, cum id quod alio modo fieri licet, alio dicitur factum: hinc est adulter loris casus, vel fame necatus. Occasionem factorum, quod est apertius, quod vel in interpretandum, vel exemplo sit demonstrandum: tamen *καιροὺς ἐργῶν* vocant. Hi quoque nullam quaestionem extra haec putant. Quidam detrahunt duas partes, numerum & occasionem, & pro illo quem dixi actu subiiciunt res, id est *πραγματικαί*. Quae ne praeterisse viderer, satis habui attingere. Ceterum his nec status satis ostendi, nec omnes contineri locos credo, quod apparebit diligentibus legentibus quae de vtraque redicam. Erunt enim plura multo, quam quae his elementis comprehenduntur. Apud plures auctores legi, placuisse quibusdam, vnum omnino statum esse coniecturalem. Sed quibus placuerit, neque illi tradiderunt, nec ego vique reperire potui. Rationem tamen hanc secuti dicuntur, quod res omnes signis colligantur quomodolibet: qualitatis quoque solum statum faciant, quia ubique qualis sit cuiusque rei natura, quaeri potest. sed vtrocunque modo sequatur summa confusio. Neque interest, vnum quis statum faciat, an nullum, si omnes causae sint conditionis eiusdem. Coniectura dicta est à coniectu, id est directione quadam rationis ad veritatem: unde etiam somniorum atque omnium interpretes coniectores vocamus. Appellatum tamen est hoc genus variè, sicut in sequentibus apparebit.

QUOT, ET QUI STATUS.

CAP. VIII.

Verunt qui duos status facerent. Archidemus coniecturalem & finitiuum exclusam qualitate, quia sic de ea quaeri existimabat, quid esset iniquum, quid iniustum, *Qui duos status fecerunt.* quid dicto audientem non esse, quod vocat de eodem & alio. Huic diuersa sententia eorum fuit, qui duos quidem status esse voluerunt, sed vnum inficiale, alterum iuridiciale. Inficiale, quem nos dicimus coniecturalem, cui ab inficiando nomen alii in totum dederunt, alii in partem, quia accusatorem coniectura, reum inficiatione vti putauerunt. Iuridiciale est qui *δικαιολογικὸς* graecè dicitur. Sed quemadmodum ab Archidemo qualitas exclusa est, sic ab his repudiata finitio. Nam subiiciunt eam iuridicali: quaerendumque arbitrantur, iustum ne sit sacrilegium appellari quod obiciatur, an furtum, vel amentia. Qua in opinione Pamphilus fuit: sed qualitate in plura partitus est. Plurimi deinceps, mutatis tantum nominibus, in re de qua non constet, & in re de qua constet, partiti sunt. Nam est verum, nec aliter fieri potest, quod ut aut certum sit factum esse quid, aut non sit: si non est certum, coniectura sit: si certum est, reliqui status. Nam idem dicit Apollodorus, cum quaestionem aut in rebus extra positis qui bus coniectura explicatur, aut in nostris opinionibus existimet positam: quorum illud *πραγματικὸν*, hoc *περὶ ἰννοίας* vocat. Idemque *ἄτορον* & *πρόληπτικὸν* dicunt, quo dubium & praesumptum significatur, de quo liquet. Item Theodorus, qui de eo an sit, & de accidentibus ei, quod esse constet, i. *περὶ οὐσίας* & *συμβεβηκότων*, existimat quaeri. Nam in his omnibus prius genus coniecturae habet, sequens reliqua. Sed haec reliqua Apollodorus duo vult esse, qualitate, & de nomine, i. finitiua: Theodorus, quid, quale, quantum, ad aliquid. Sunt qui & de eodem, & de alio, modo qualitatem esse, modo finitionem velint. In duo & Posidonius diuidit, in vocem, & res. In voce quaeri putat an

significet quicquam multa, quomodo in rebus coniecturam, quod *κατάλογος* vocat, & qualitatem, & finitionem, cui nomen dat *κατ' ἐννοιαν*, & ad aliquid. Vnde & alia diuisio est, alia esse scripta, & alia inscripta. ¶ Celsus Cornelius duos & ipse fecit status generales, an sit, quale sit. Priori subiecit finitionem, quia æquè quæritur, an sit sacrilegus qui nihil se sustulisse de templo dicit, & qui priuatam pecuniam confitetur se sustulisse. Qualitatem in rem & scriptum diuidit. Scripto quatuor partes legales, exclusa translatione, quantitatē, & mentis quaestionem coniecturæ subiecit. ¶ Est etiam alia in duo diuidendi status ratio, quæ docet, aut de substantia controverfiam esse, aut de qualitate: ipsam porro qualitatem, aut in summo genere consistere, aut in succedentibus. De substantia est coniectura. Quaestio enim tractatur rei, an facta sit, an fiat, an futura sit. Interdum etiam mentis, idque melius, quàm quod iis placuit, qui statum eundem facti nominauerunt, tantum de præterito tantum, & tantum de facto quæreretur. Pars qualitatis, quæ est de summo genere, raro in iudicium venit: quale est, id ne sit honestum, quod vulgo laudatur. Succedentium autem alia de communi appellatione, vt sit ne sacrilegus qui pecuniam priuatam ex templo furatus est, aut de re denominata, vbi & factum esse certum est, nec dubitatur quid sit, quod factum est. Cui subiacent omnes de honestis, iustis, vtilibus, quaestiones. His etiam ceteri status contineri dicuntur, quia & quantitas modo ad coniecturam referatur, vt maior ne sol q̃ terra: modo ad qualitatem, quanta poena quempiam quantòve premio sit affici iustū: & translatio versetur circa qualitatem, & definitio pars sit translationis. Quinetiam cōtrariæ leges & ratiocinatus status, id est, syllogismus, & plerūque scripti & voluntatis æquo nitantur, nisi quod hic tertius aliquando coniecturam accipit, quid sen'erit legis constitutor. Ambiguitatem vero semper coniectura explicari necesse sit, quia cū sit manifestū verborum duplicem esse intellectu, de sola quæritur voluntate.

Qui tres.

Lib. 2.

Qui quatuor.

Alio loco in partitionibus.
Qui quinq.

Qui sex.

Qui septē.

¶ A plurimis tres sunt facti generales status, quibus & Cicero in Oratore vtitur, & omnia quæ aut in controverfiam, aut in contentionem veniant, contineri putat, sit ne, quid sit, quale sit, quorum nomina apertiora sunt, q̃ ut docenda sint. Idē Patrocles sentit. ¶ Tres fecit & M. Antonius, his quidem verbis, Pauca res sunt, quibus ex rebus omnes orationes nascuntur, factum non factū, ius iniuria, bonum malum. ¶ Sed quoniam quod iure dicimur fecisse, non hunc solum intellectu dem status distinguere. Itaque dixerūt coniecturalem, legalem, iudiciale. Qui & Verginio placet. Horum deinde fecerunt species, ita ut legali subicerent finitionem, & alios qui ex scripto dicuntur legum contrariarum, quæ Antinomia dicitur: & scripti & sententiæ vel voluntatis, id est, *κατὰ τὸν ὁ λόγον*: & Metalepsim, quā nos variè translativam, transumptivam, transpositivam vocamus: *συλλογισμὸν*, quem accipimus ratiocinativū vel collectivū: ambiguitatis, quæ *ἀμφιβολία*, nominatur. Quos posui, quia & ipsi à plerisque status appellantur, quibuldam legales potius quaestiones eas dici placuit. ¶ Quatuor fecit Athenæus, *πρὸς περὶ τῆς δόξης* vel *παροκινετικῆς* exhortativum, qui suasoria est proprius: *συνηλική*, qua coniecturam significari magis ex iis quæ sequuntur, q̃ ex ipso nomine appareat, *ὑπαλλεκτική*, ea finitio est (mutatione enim nominis constat) Iudiciale: eadem appellatione græca, qua ceteri, vsus. Nam est (ut dixi) multa in nominibus differentia. Sunt qui *ὑπαλλεκτικὴν* translationem existimant, secuti hanc mutationis significationem. ¶ Fecerunt alii totidem status, sed alios, an sit, quid sit, quale sit, quantū sit, ut Cæcilius & Theon. ¶ Aristoteles in Rhetoricis etiam sic omne opus diuidit in veritatem, & petēda ac fugienda, quod est suasoria, & de eodem atque alio partiendo: tamen ad hoc peruenit, ut an sit, quid, quale, quantum, & q̃ multum sit, quærendum putet. Quodam tamen loco finitionis quoque vim intelligit, quando dicit quædam sic defendi, Sustuli, sed non furtum feci: percussi, sed non iniuriam feci. ¶ Posuerat & Cicero in libris Rhetoricis, facti, nominis, generis, actionis: vt in facto coniectura, in nomine finitio, in genere qualitas, in actione ius intelligeretur: iuri subiecerat translationem. Verum hic legales quoque quaestiones alio loco tractat ut species actionis. ¶ Fuerunt qui facerent quinque, coniecturam, finitionem, qualitatem, quantitatem, ad aliquid. ¶ Theodorus quoque vltimum maximè in comparatiuo genere versari putat: quoniā melius ac peius, maius & minus, nisi alio relata, non intelliguntur. Sed in illas quoque translativas (ut supra signavi) quaestiones incidunt, an huic ius agendi sit, vel facere aliquid conueniat, an contra huc, an hoc tempore, an sic. Omnia enim ista referri ad aliquid necesse est. ¶ Alii sex status putant, coniecturam, quā *γνώσιν* vocant: & qualitatem & proprietatem, id est, *ἰδιότητα*, quo verbo finitio ostenditur: & quantitatē, quā *μέγεθος* dicunt, & comparisonem: & translationem, cuius nouum nomen ad hoc inuentum est *μετάθεσις*, nouum tanquam in statu, alioqui Ab Hermagora inter species iudiciales vsitatum. ¶ Aliis septem esse placuit, à quibus nec translatio, nec quantitas, nec comparatio recepta est. Sed

in horum trium locum subditæ quatuor legales, adiectæque illis tribus rationalibus. ¶ Alii per uenerunt usque ad octo, translatione ad septem superiores adiecta. ¶ A quibusdam deinde diuisa ratio est, ut status rationales appellarentur quæstiones (quemadmodum supra dixi) legales: in illis de re, in his de scripto quæreretur. ¶ Quidam in diuersum, hos status esse, illas quæstiones, maluerunt. Sed alii rationales tres putauerunt, an sit, quid sit, quale sit. ¶ Hermagoras solum quatuor, coniecturam, proprietatem, translationem, qualitatem, quæ per accidentia, id est, κατὰ συμβεβηκός vocat, hac interpretatione, an illi accidat viro bono esse vel malo. Hæc ita diuidit, de appetendis & fugiendis, quæ est pars deliberatiua. De personæ, ea ostendit laudatiua. Negocialem, quàm πραγµατικὴν vocat, in qua de rebus ipsis quæritur remoto personarum complexu, ut sit ne liber qui est in assertionem, an diuitiæ superbiam pariant, an iustum quid, an bonum sit. Iuridicialē, in qua ferè eadem, sed certis destinatisque personis quæritur, an ille iustè hoc fecerit vel benè. ¶ Nec me fallit in primo Ciceronis rhetorico, aliam esse loci negocialis interpretationem: cum ita scriptum sit, Negocialis est, in qua quid iuris ex ciuili more & aequitate sit, consideratur: cui diligentia præfesse apud nos iurisperiti existimantur. Sed quod ipse de his libris iudicii fuerit, supra dixi. Sunt enim velut res regeat in hos cōmētarios, quas adolescēs deduxerat schola: & si qua est in his culpa, tradentis est: siue eum mouit, q̄ Hermagoras prima in hoc loco posuit exempla ex quæstionibus iuris, siue quod Græci πραγµατικὴν vocant iuris interpretes. Sed Cicero quidem his pulcherri mosillos de Oratore substituit, idēque culpam tanquam falsā præcipiat, non potest. Nos ad Hermagoram. ¶ Translationem hic primus omnium tradidit, quanquam semina eius quædam citra nomen ipsum apud Aristotelem reperiuntur. Legales autem quæstiones has fecit, scripti & volūtatis, quam ipse vocat κατὰ ἔνταλιν, ὡς ἐπὶ ἐκείνοις, id est, secundum dictum, & exceptionem, quorū prius ei cum omnibus commune est, exceptionis nomen minus vsitatum: ratiocinatum, ambiguitatis, legum contrariarum. ¶ Albutius eadem diuisione vsus detrahit translationem, subiiciens eam iuridiciali. In legalibus quoque quæstionibus nullum putat esse qui dicatur ratiocinatus. Scio plura inuenturos adhuc, qui legere antiquos studiosius volent. Sed ne hæc quoque exceßerint modum, vereor. ¶ Ipse me paulum in alia, q̄ prius habuerim, opinione nunc esse confiteor. Et fortasse tutissimum erat modo famæ studentem, nihil ex eo mutare, quod multis annis nō sensissem modo, verum etiā probassissem. Sed non sustineo esse conscius mihi dissimulanti, in eo prædesertim opere, quod ad bonorum iuuenum aliquam vtilitatem componimus, in vlla parte iudicii mei. Nam & Hipocrates clarus arte medicina, videtur honestissimè fecisse, quod quosdam errores suos, ne posterī errarent, confessus est. Et M. Tullius non dubitauit aliquos suos libros iam editos, aliis postea scriptis ipse damnare, sicut Catulum atque Lucullum, & hos ipsos de quibus modo sum locutus, artis rhetorices. Etenim superuacuos foret in studiis longior labor, si nihil liceret melius inuenire præteritis. ¶ Neque tamen iis quicquam quæ tum præcepi, superuacuum fuit: ad easdem enim particulas hæc quoque, quæ nunc præcipiam, reuertentur. Ita neminem didicisse pœniteat. Colligere tantum eadem, ac disponere paulo significantius conor. Omnibus autem patefactum volo, nō me hæc serius demonstrare aliis, q̄ mihi ipsi persuaserim. ¶ Secundum plurimos auctores seruabam tres rationales status, coniecturam, finitionem, qualitatem, vnum legalem. Hi mihi status generales erant. Legalem in quinque species partiebar, scripti & voluntatis, legum contrariarum, collectiuum, ambiguitatis, translationis. Nunc quartum ex generalibus intelligo posse remoueri. Sufficit enim prima diuisio, qua diximus alios legales, alios rationales esse: ita non erit status, sed quæstionū genus, alioqui & rationalis status esset. ¶ Ex iis etiā quos speciales vocabā, remoueri translationem: frequenter quidem (sicut omnes, qui me secuti sunt, meminisse possunt) te status, & in ipsis etiam illis sermonibus me nolente vulgatis tamen hoc complexus, vix in vlla cōtrouersia, translationis statū posse reperiri, ut non & alius in eadē rectè dici videretur: idēq; à quibusdam eum exclusum. ¶ Neque igno, quæ multa trāsferri, cū in omnibus ferè causis, in quibus cecidisse quis formula dicitur, hæc sint quæstiones, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere, & si qua sunt talia. Sed personæ, tempora, actiones, ceteræque propter aliquam causam transferuntur. Ita non est in translatione quæstio, sed in eo propter quod transferuntur. Non debes apud Prætorem petere fidei commissum, sed apud Consules, maior enim prætoriam cognitione summa est. Quæritur an maior summa sit: f. & cōtrouersia est. Non licet tibi agere mecum, cognitor enim fieri non potuisti. Iudicatio est, an potuerit. Non debui interdicere, sed petere, an rectè interdictum sit, ambigitur. Quæ omnia succedunt legitimis quæstionibus. ¶ An non præscriptiones, etiam in quibus maximè videtur manifesta translatio, eadem omnes species habet, quas cæ leges, quibus agitur vt aut de nomine, aut scripto, & sentētia, vel ratiocinatione, quæritur, deinde status ex quæstione oritur: translatio non habet quæstio-

Qui octo.

Negocialis
status apud
Cic.

Rhetor. 2.

Mutat & su
am opinionē
de statibus,
& excusat.Retractato
res.Legalis sta-
tus ex gene-
ralibus tol-
lendus.Translatio-
nem non esse
statum.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

nem de qua contendit orator, sed propter quā contendit: Hoc apertius. Occidisti hominem, non occidi. quæstio, an occiderit: status, coniectura. Nō est tale, Habeo ius actionis, nō habes: vt sit quæstio an habeat, & inde status. Accipiat enim actionē nec ne, ad euentū pertinet, nō ad causam: & ad id quod pronunciat iudex, non id propter quod pronunciat. Hoc illi simile est, puniendus es, nō sum: videbit iudex an puniendus sit. Sed non hic erit quæstio, nec hic status. Vbi ergo? puniendus es, hominē occidisti, non occidi, an occiderit. Honorandus sum, nō es, num statū habet? Nō id puto. Honorandus sum, quia tyrannū occidi, nō occidisti: quæstio, & status. Similiter, nō rectē agis, rectē ago, nō habet statū. Vbi est ergo? nō rectē agis ignominiosus, quaritur an ignominiosus sit, aut an agere ignominioso liceat, & quæstio est & status. ¶ Ergo trāslatiū genus causæ est vt comparatiū, & mutua accusationis. At enim simile est illi, ius habeo, ius nō habes: occidisti, rectē occidi, nō nego. Sed nec hæc res statū facit. Nō enim sunt hæc propositiones, alioqui causa non explicabitur, sed cū suis rationibus. Scelus cōmisit Horatius, sororē enim occidit: non commisit, debuit enim occidere eam, quæ hostis morte merebat. quæstio, an hæc iusta causa, ita qualitas. At similiter in translatione, nō habes ius abdicandi, quia ignominioso non est actio: habeo ius, quia abdicatio actio non est: quaritur quid sit actio, finiemus, non licet abdicare: syllogismus. Item cætera per omnes & rationales, & legales status. ¶ Nec ignoro fuisse quosdam, qui translationem in rationali quoque genere ponerent, hoc modo, hominē occidi iussus ab imperatore, dona templi cogēti tyranno dedi, deserui tēpestatibus, fluminibus, valetudine impeditus, id est, non per me stetit, sed per illa. A quibus etiā liberius dissentio. Non enim actio transfertur, sed causa facti: quod accidit penē in omni defensione. Deinde is, qui tali vitur patrociniō, non recedit à forma qualitatis, dicit enim se culpa vacare, vt magis qualitatis duplex ratio faciēda sit: altera qua & factum defenditur, altera qua tātū reus. ¶ Credēdū est igitur iis, quorū auctoritatē secutus est Cicero, Tria esse, quæ in omni disputatione quarantur, an sit, quid sit, quale sit. Quod etiā ipsa nobis natura præscribit. Nā primū oportet subesse aliquid, de quo ambigitur: quod quid & quale sit, certe nō potest existimari, nisi prius esse constiterit. Ideo ea prima quæstio, sed nō statim quod esse manifestū, etiam quid sit apparet. Hoc quoq; cōstituto, nouissima qualitas superest, nec his exploratis aliud est vltra. His in finitæ quæstiones, his finitæ continētur. Horū aliqua in demonstratiua, deliberatiua, iudiciali materia vtique tractantur. Hæc rursus iudiciales causas & rationali parte & legali cōtinet. Nec enim vlla iuris disceptatio, nisi finitione, qualitate, coniectura potest explicari. ¶ Sed instituentibus rudēs, non erit inutilis latius primo fusa ratio, et si non statim rectissima linea tensa, faciliior tamē & apertior via. Discant igitur ante omnia quadripartitam in omnibus causis esse rationē, quā primā intueri debeat, qui acturus est. ¶ Nam ut à defensore potissimū incipiam, longē fortissima tuendi se ratio est, si quod obicitur, negari potest. Proxima, si non id quod obicitur, factum esse dicitur. Tertia honestissima, qua rectē factū defenditur. Quibus si deficiamur, vltima quidem, sed iam sola superest salus, aliquo iuris adiutorio elabendi ex crimine, quod nec negari, nec defendi potest, ut non videatur iure actio intendi. Hinc illæ quæstiones siue actionis siue translationis. Sunt enim quædam non laudabilia natura, sed iure concessa, ut in xii. tabulis, debitoris corpus inter creditores diuidi licuit, quam legem mos publicus repudiavit. Est aliquid æquum, sed prohibitum iure, ut libertas testamentorum. ¶ Accusatori nihilo plura intuenta sunt, quam ut probet factum esse, & hoc esse factum, nō rectē factū, iure se intendere. Ita circa species easdem lis omnis versabitur, translatis tātum aliquando partibus, ut in causis, in quibus de præmio agitur, rectē factum petitor probat. ¶ Hæc quatuor velut propōita formæque actionis, quæ tū generales status vocabā, in duo (vt ostendi) genera descendunt, rationale & legale. ¶ Rationale simplicius est, quia ipsius tantum naturæ cōtēplatione constat. Itaq; in eo satis est ostendisse coniecturā, finitionem, qualitatem. ¶ Legalium plures sint species necesse est, propterea quod multa sunt leges, & varias habēt formas. Alia est cuius verbis nitimur, alia cuius voluntate: alias nobis, cum ipsi nullam habemus, adiungimus: alias inter se cōparamus: alias in diuersum interpretamur. ¶ Sic nascuntur hæc veluti simulacra ex illis tribus, interim simplicia, interim & mixta, propriā tamen faciem ostendentia: ut scripti & voluntatis, quæ sine dubio aut qualitate aut coniectura continentur: & syllogismus, qui est maximē qualitatis: & leges contrariæ, quæ iisdem quibus scriptū & voluntas, constant: & prædiximus, quæ semper coniectura explicatur. Finitio quoque vtriusque generi, quodque rerum, quodque scripti cōtemplatione constat, communis est. ¶ Hæc omnia etiam si in illos tres status veniunt, tamen quia (ut dixi) habent aliquid velut proprium, videntur demonstranda dicentibus, & permittendum ea dicere, vel status legales, vel quæstiones, vel capita quædā minora: dum sciant nihil ne in his quidem præter tria, quæ prædiximus, quæri. ¶ At quantū, & quā multum, & ad aliquid, & (ut nōnulli putauerūt) comparatino, non eandem rationem habet. Sunt

Tria quæ in omni disputatione quarantur, ac proinde totidem status.

Quadripartita ratio agendi in omni causâ, quæ tamē nō nisi triplici statu continetur.

Rationales species tres, Legales quatuor, quæ tamen non nisi ad tres status referuntur.

enim hæc non ad varietatem iuris, sed ad solâ rationem referenda. Ideoque semper in parte, aut cõiecturæ, aut qualitatis ponenda sunt, ut qua mente, & quo tempore, & quo loco. Sed de singulis dicemus quæstionibus, cum tractare præcepta diuisionis coeperimus. ¶ Hoc inter omnes conuenit, in causis simplicibus singulos status esse causarum: quæstionū autē, quæ velut subiacētes ad illud, quo iudiciū continetur, referuntur, sæpe in vnam cadere plures posse. ¶ Etiam credo aliquando dubitari, quo statu sit utendū cū aduersus vnā intentionem plura opponuntur: & sicut in colore dicitur narrationis, eum esse optimū, quē actor optimē tueatur, ita hic quoque posse dici, eū statū esse faciendū, in quo tuendo plurimū adhibere viriū posset orator. Ideoque pro Milone, aliud Ciceroni agenti placuit, aliud Bruto, cū exercitationis gratia cõponeret orationē. cū ille iure tāq̃ infidiatorem occisum, & tamen nō Milonis cõsilio dixerit: hic etiā gloriatus sit, occiso malo cive. ¶ In cõiunctis vero posse duos vel tres inueniri, vel diuersos, ut si quis aliud se nō fecisse, aliud rectē fecisse defendat: vel generis eiūdem, ut si quis duo crimina vel omnia neget. Quod accidit etiam si de vna re quærat̃ur aliqua, sed eam plures petant: vel eodē iure, ut proximitatis: vel diuerso, ut cū hic testamentum, ille proximitate nitatur. Quoties autē aliud alii petitori opponitur, dissimiles esse status necesse est, ut in illa controuersia. Testamenta legibus facta, rata sint. Intestatorū parentum liberi hæredes sint. Abdicatus, ne quid de bonis patris capiat. Nothus ante legitimum natus, legitimus filius sit, post legitimum natus tantū ciuis. In adoptionem dare liceat. In adoptionē dato redire in familiam liceat, si pater naturalis sine liberis decessit. Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicauerat, iustulit nothū, instituto hærede abdicato decessit. Omnes de bonis contendunt. Nothum, qui nō sit legitimus, Græci vocant, latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadā testatus est, non habemus, ideoque vt̃mur peregrino. Sed ad propositum. Hæredi scripto opponitur lex, Abdicatus, ne quid de bonis patris capiat: sit status scripti & voluntatis, an vllō modo capere possint, an ex voluntate patris, an hæres scriptus. Notho duplex sit quæstio, q̃ post legitimus natus sit, & q̃ non sit ante legitimus natus. Prior syllogismū habet, an pro non natis sint habēdi, qui à familia sunt alienati. Altera scripti & voluntatis. Nō enim esse hunc natum ante legitimum conuenit, sed voluntate legis se tuebitur, quia dicet talem fuisse, ut legitimus esset nothus, cum natus, cum alius legitimus in domo non esset. Scriptum quoque legis excludet dicens, non vt̃que si postea legitimus natus non sit, notho nocere, vt̃urque hoc argumento, finge solum natum nothū, cuius conditionis erit: tantū ciuis: atqui non erit post legitimum natus. filius? atqui non erit ante legitimus natus. quare si verbis legis stare non potest, voluntate standum est. Nec quenquam turbet, quōd ex vna lege duo status fiant: duplex est, ita vim duarum habet. Redire in familiam volenti dicitur ab altero. Primum, ut tibi redire liceat, hæres sum: idem status qui in petitione abdicati, quæritur enim an possit esse hæres abdicatus. Adicitur communiter à duobus, redire tibi in familiam non licet non enim pater sine liberis decessit. Sed in hoc propria quisq̃ eorum quæstione nitetur. Alter enim dicit, abdicatum quoq̃ inter liberos esse, & argumētū ducet ex ipsa qua repellitur lege. Superuacuum enim fuisse proliberi patris bonis abdicatū, si esset numero alienorū: nūc quia filii iure futurus fuerit intestati hæres, oppositā esse legē, quæ tamē id non efficiat, ne filius sit, sed ne hæres. Status finitiuus, quid sit filius. Rursum nothus eisdē colligit argumētis, nō sine liberis patrem decessisse, quibus in petitione vsus est, ut probaret se esse filiū: nisi fortē & hic finitionē mouet, an liberi sint etiā nō legitimi. Cadēt ergo in unā controuersia, vel specialiter duo legitimi status, scripti & voluntatis, & syllogismus, & præterea finitio: vel tres illi, q̃ natura soli sunt, cõiectura in scripto & volūtatē, qualitas in syllogismo, & quæ per se est aperta finitio. ¶ Causa quoque, & iudicatio, & cōtinēs est in omni genere causarū. Nihil enim dicitur, cui non insit, ratio, quo iudiciū referatur, & quod rē maximē cōtineat. Sed quia magis hæc variatur in litibus, & ferē tradita sunt ab iis, qui de iudicialibus causis aliqua cõposuerunt, in illam partē differantur. Nunc quia in tria genera causas diuisi, ordinē sequar.

DE DEMONSTRATIVO, QVOD CONSTAT LAUDE

& vituperatione.

CAP. IX.

Cpotissimum incipiam ab ea, quæ constat laude & vituperatione. Quod genus videtur Aristoteles, atque cum secutus Theophrastus, à parte negociali, hoc est

A

πραγματικῆς remouisse, totāque ad solos auditores relegasse: & id eius nominis, quod ab ostentatione ducitur, proprium est. Sed mos Romanus etiam negociis hoc munus inseruit. Nam & funebres laudationes pendentes frequenter ex pu-

blico aliquo officio, atque ex Senatufconsulto magistratibus sæpe mandantur, & laudare testem, vel contra pertinet ad momentum iudiciorum, & ipsis etiam reis dare laudatores licet, & editi in competitores, in L. Pisonem, & Clodium, & Curionem libri, vituperationem continent, & ta-

d iii

Causæ uni-
us ac simpli-
cis unus tantū
status, quæ-
stionum plu-
res esse pos-
sunt.

Quo statu
utendū cum
plures fieri
possint.
In cōiunctis
causis duo
vel tres in-
terdum statu-
tus, q̃ uel di-
uersi uel ei-
iusdē gene-
ris.

Nothus.

Causa, iudi-
catio, conti-
nens in omni
causa.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

men in Senatu loco sunt habiti sententia. Nec inficias eo, esse quasdam ex hoc genere materias ad solam copositam ostentationem, ut laudes Deorum virorumque, quos priora tempora tulerunt. ¶ Quo soluitur questio supra tractata, manifestumque est errare eos, qui nunquam oratore dicturum, nisi de re dubia putauerunt. An laudes Capitolini Iouis, perpetua sacri certaminis materia, vel dubia sunt, vel non oratorio genere tractantur? ¶ Ut desiderat autem laus quae negotiis adhibetur, probationem, sic etiam illa quae ostentationi coponitur, habet interim aliquam speciem probationis. Ut qui Romulum Martis filium, educatumque a lupa dicat, in argumentum caelestis ortus utatur his, quae abiectus in profluentem non potuerit extingui, quod omnia sic egerit ut genitum praeside bellorum deo incredibile non sit, & ipsum quoque caelo receptum temporis eius homines non dubitauerint. ¶ Quadam vero etiam in defensionis speciem cadet, ut si in laude Herculis, permutatum cum regina Lydia habitum, & imperata (ut traditur) pensa orator excuset. ¶ Sed proprium laudis est res amplificare & ornare.

Laus deorum. Quae materia praecipue quidem in deos & homines cadit: est tamen & aliorum animalium, & carentium anima. Verum in deis, generaliter primum maiestate ipsius eorum naturae venerabimur, deinde propriam vim cuiusque & inuenta, quae utile aliquid hominibus attulerunt. Vis ostenditur, ut in Ioue, regundorum hominum: in Marte, belli: in Neptuno, maris. Inuenta, ut artium, in Minerva: Mercurio, literarum: medicinae, Apolline: Cerere, frugum: Libero, vini. Tum si qua ab his acta vetustas tradidit, commemoranda. Addunt etiam diis honorem parentes, ut si quis sit filius Iouis. Addit antiquitas, ut iis qui sunt ex Chao. Progenies quoque, ut Apollo ac Diana Latona. Laudandum in quibusdam, quod geniti immortales, in quibusdam quod immortalitate virtute sunt consecuti, quod pietas Principis nostri, praesentium quoque temporum decus, fecit. ¶ Magis est varia laus hominum. Nam primum diuiditur in tempora, quodque ante eos fuit, quodque ipsi vixerunt. In iis autem qui fato sunt functi, etiam quod est insecutum. ¶ Antehominem patria, ac parentes, maioresque erunt, quorum duplex tractatus est. aut enim respondisse nobilitati pulchrum erit, aut humiliter genus illustrasse factis. Illa quoque, interim ex eo, quod ante ipsum fuit, tempore trahentur, quae responsis vel auguriis futuram claritatem promiserunt. Sicut enim qui ex Thetide natus esset, maiorem patre suo futurum cecinisse dicuntur oracula. ¶ Ipsius vero laus hominis ex animo & corpore, & extra positae debet. Et corporis quidem fortuitorumque cum leuior, tum non uno modo tractanda est. Nam & pulchritudinem interim roboremque prosequimur honore verborum, ut Homerus in Agamemnone atque Achille. Interim confert admirationi multum etiam infirmitas, ut cum idem Tydea paruum, sed bellatorem dicit fuisse. Fortuna vero tum dignitatem affert, ut in regibus principibusque, namque est haec materia ostendenda virtutis vberior: tum quo minores opes fuerunt, eo maiorem beneficentiae gloriam parit. Sed omnia quae extra nos bona sunt, quaeque hominibus forte obtigerunt, non ideo laudantur, quod habuerit quis ea, sed quod iis honeste sit usus. Nam diuitiae & potentia & gratia, cum plurimum virum dent in utraque partem, certissimum faciunt morum experimentum: aut enim meliores propter haec, aut peiores sumus. Animi semper vera laus. Sed non una per hoc opus via ducitur. Namque aliam aetatis gradus, gestarumque rerum ordinem sequi speciosius fuit, ut in primis annis laudaretur indoles, tum disciplinae, post hoc operum, id est, factorum dictorumque contextus. Aliam in species virtutum diuide re laudem, fortitudinis, iustitiae, continentiae, ceterarumque, ac singulis assignare quae secundum quaeque earum gesta erunt. Vtra sit autem harum via utilior, cum materia deliberabimus, dum sciamus gratiora esse audientibus, quae solus quis aut primus, aut certe cum paucis fecisse dicetur. si quid praeterea supra spem aut expectationem, praecipue quod aliena potius causa, quam sua. ¶ Tempus quod finem hominis insequitur, non semper tractare contingit: non solum quod viuentes aliquando laudamus, sed quod praeter haec occasio est, ut referri possint diuini honores & decreta, ut publice statuae constitutae. Inter quae enumerauerim ingeniorum monumenta, quae seculis probarentur. Nam quidam sicut Menader, iustiora posterorum, quam suae aetatis iudicia sunt consecuti. Afferunt laudem liberi parentibus, urbes conditoribus, leges latoribus, artes inuentoribus, nec non instituta quoque auctoribus, ut a Numa traditum deos colere, a Publicola fasces populo submittere. ¶ Qui omnis etiam in vituperatione ordo constabit, tamen in diuersum. Nam & turpitudine generis opprobrio multis fuit, & quosdam claritas ipsa notiores circa vitia, & inuisos magis fecit. Et in quibusdam, ut in Paride traditum est, praedicta perniciēs corporis, & formae, quibusdam mala, contemptum, ut Thersita. At vero quibusdam bona vitii corrupta, odium attulerunt. Ut Nireia imbellem, Plistinē eynadū, a poetis accepimus. Et animi totidem vitia quot virtutes sunt, nec minus quam in laudibus, duplici ratione tractantur. Et post mortem adiecta quibusdam ignominia est, ut Melio, cuius domus solo aequata. M. quod Manlio, cuius praenomen est familia in posterum exemptum est. Et parentes malorum odimus, & est conditoribus urbiū infamia, contraxisse aliquam perniciosam ceteris gentem, qualis est primus Iudaicae superstitionis auctor, & Gracchorum leges inuisa. Et si quod est exemplum deformis posteris traditum, quale

Vituperatio
hominum.
Iliad. 2.

Iliad. 1.
Iliad. 3.
Ani morum
uitia.

libidinis vir Perſes in muliere Samia inſtituere auſus dicitur primus. Sed in viuentibus quoque iudicia hominum velut argumenta ſunt morum, & honos aut ignominia veram eſſe laudem vel vituperationem probat. ¶ Interſeſſe tamen Ariſtoteles putat, vbi quiſq; laudetur aut vituperetur. Nam plurimum refert, qui ſint audientium mores, quæ publicè recepta perſuaſio, ut illa maximè quæ probant, eſſe in eo qui laudabitur, credant: aut in eo contra quem dicemus, ea quæ oderunt, ita non dubium erit iudicium, quod orationem præceſſerit. ¶ Ipſorum etiam iudicium pernicioſa laus ſemper: nam id beneuolos facit. Quoties autem fieri poterit, cum materia vtilitate iungen- da. Minus Lacedæmone ſtudia literarum, quàm Athenis honoris merebuntur, plus patientia, for- titudo. Rapto viuere quibuſdam honeſtum, aliis cura legum. Frugalitas apud Sybaritas forſitan odio foret: veteribus Romanis ſummum luxuriæ crimen. Eadem in ſingulis differentia. Maximè fauet iudex, qui ſibi dicentem aſſentari putat. ¶ Idem præcipit illud quoque quod mox Corne- lius Cæſus propè ſupra modum inuaſit, quia ſit quædam virtutibus ac vitiis vicinitas, vtendū pro- xima deriuatione verborum, ut pro temerario fortem, pro prodigo liberalem, pro auaro parcum vocemus: quæ eadem etiam contrà valent. quod quidem orator, id eſt, vir bonus nunquam faciet, niſi fortè communi vtilitate ducatur. ¶ Laudantur autè vrbes ſimiliter atque homines. Nā pro parente eſt conditor, & multum auctoritatis aſſert veruſtas, ut iis qui terra dicuntur orti, & uir- tutes ac vitia circa res geſtas, eadèmq; in ſingulis. Illa propria, quæ ex loci poſitione aut munitio- ne ſunt. Ciues illis, ut hominibus liberi, decori. ¶ Eſt laus & operum, in quibus honor, vtilitas, pul- chritudo, auctor ſpectari ſolet: honor, vt in templis: vtilitas, ut in muris: pulchritudo vel auctor, vtròbique. ¶ Eſt & locorū, qualis Siciliæ apud Ciceronem, in quibus ſimiliter ſpecie & vtilitatē intuemur: ſpeciem, maritimis, planis, amœnis: vtilitatem, ſalubribus, fertilibus. ¶ Erit etiam di- ctorum honeſtorum factorūmq; laus generalis, erit & rerum omnis modi. Nam & ſomni & mortis ſcriptæ laudes, & quorundam à medicis ciborum. ¶ Itaque vt non conſenſi hoc laudati- uum genus circa ſolam verſari honeſti quæſtionem, ſic qualitate maximè contineri puto, quan- quam omnes tres ſtatus cadere in hoc opus poſſint. his quoque uſum C. Cæſarem in vituperando Catone, notaui Cicero. Totum autem habet aliquid ſimile ſuaſoriis, quia plerunque eadem illic ſuaderi, hic laudari ſolent.

Vrbium Lau- des.

In Verre a- ctione 4.

DE SVASORIA SEV DELIBERATIVA ET

profopopceia.

CAP. X.

Eliberatiuas quoque miror à quibuſdam ſola vtilitate finitas. Ac ſi quid in his vnum ſequi oporteret, potior fuiſſet apud me Ciceronis ſententiā, qui hoc mate- ria genus dignitate maximè contineri putat. Nec dubito quin ii, qui ſunt in illa priore ſententia, ſecundum opinionem pulcherrimam, ne vtile quidē, niſi quod honeſtum eſſet, exiſtimarint. Et eſt hæc ratio veriſſima ſi conſiliū contingat ſem- per bonorum ac ſapientum. Verum apud imperitos apud quos frequenter dicenda ſententiā eſt, po- pulūmq; præcipuè, qui ex pluribus conſtat indoctis, diſcernenda ſunt hæc, & ſecundum com- munes magis intellectus loquendum. Sunt enim multi, qui etiam quæ credunt honeſta, non tamè ſatis eadem vtilia quoque exiſtiment, quæ turpia eſſe dubitare non poſſunt, vtilitatis ſpecie ducti probent, ut foedus Numantinum, iugūmq; Caudinum. ¶ Ne qualitatē quidem ſtatu, in quo & honeſtorum & vtiliū quæſtio eſt, complecti eas ſatis eſt. Nam frequenter in iis etiam coniectu- ræ locus eſt. Nonnunquam etiam tractatur aliqua finitio. Aliquando etiam incidere poſſunt lega- le tractatus in priuata maximè cōſilia, ſi quādo ambigitur an liceat. De cōiectura paulo poſt plu- ribus. Interim eſt finitio apud Demothe- nē, det Halonneſum Philippus, an reddat. Apud Cicero- nē in Philippicis, quid ſit tumultus. Quid? non illa ſimilis iudicialiū quæſtio, de ſtatua Seruii Sul- pitii? an iis demū ponenda ſit qui in legatione ferro ſunt interēpti? ¶ Ergo pars deliberatiua (quæ eadē ſuaſoria, de tēpore futuro conſultat, quærit etiam de præterito) officiis cōſtat duobus, ſuadē- di & diſſuadendi. ¶ Procemio, quale eſt in iudicialibus, non ubique eget, quia conciliatus eſt ei quiſq; quē cōſulit. Initiū tamè quodcūq; debet habere aliquā procemii ſpecie. nec enim abruptè, nec vnde libuit, incipiendū: quia eſt aliquid in omni materia naturaliter primū. In Senatu vtiq; & in concionibus, eadē ratio quæ apud iudices, acquirendæ ſibi plerūque eorū apud quos dicendum ſit, beneuolentiæ. Nec mirum cū etiā in panegyricis petatur audientium fauor, vbi emolumentū non vtilitate aliqua, ſed in ſola laude conſiſtit. Ariſtoteles quidē, nec ſine cauſa, putat & à noſtra, & ab eius quæ diſſentiet, perſona duci frequenter in conſiliis exordium, quaſi mutuantibus hæc nobis à iudiciali genere, nonnunq; etiam, ut minores maiōve videatur. In demonſtratiuis vero procemia eſſe maximè libera exiſtimat. Nam & longe à materia duci hoc, ut in Helenes laude Iſo- crates fecerit, & ex aliqua rei vicinia, ut idem in panegyrico cōqueritur, plus honoris corporum q̄

Finis in ſua- ſoriis.

Status.

In oliueth, Philip. 8. 9.

Procemium ſuaſorie. Rhet. 3.

d iiii

Narratio.

Confirmatio.

Tria in sua-
foriis specta-
da.
RES de qua
deliberatur.

Partes sua-
dendi, quæ ad
deliberatio-
nis finem per-
tinet, & qua-
stionum ar-
gumētōrūq;
materiam cō-
plectuntur.

animorum virtutibus dari. Et Gorgias in Olympico laudans eos, qui primi tales instituerunt con-
uentus. Quos secutus videlicet Crispus Salustius in bello Iugurthino & Catilinario, nihil ad hi-
storiam pertinentibus principiis orsus est. Sed nunc ad suasiōi, in qua etiā cū procemio vtemur,
breuiore tamen & velut quodam capite tantū, & initio debemus esse contenti. ¶ Narrationem
vero nunq̃ exigit priuata deliberatio eius duntaxat rei, de qua dicēda sentētia est: quia nemo igno-
rat id de quo consulit. Extrinsecus possunt pertinentia ad deliberationē multa narrari. In concio-
nibus sæpe est etiam illa, quæ ordinē rei docet, necessaria ad affectus, vt quæq; maximē postulabit.
Nam & concitanda & lenienda frequenter est ira, & ad metū, cupiditatē, odiū, cōciliationē impel-
lendi animi. Nonnunq̃ etiā mouenda misēratio, siue ut auxilium obsessis feratur suadere oportebit,
siue sociā ciuitatis euerسیونē deslebitur. ¶ Valet autem in consiliis auctoritas plurimum.
Nam & prudētissimus esse haberiq; & optimus debet, qui sentētiæ suæ de vtilibus atq; honestis cre-
dere omnes velit. In iudiciis enim vulgo fas habetur indulgere aliquid studio suo: consilia, nemo
est qui neget secundum mores dari. Græcorum quidem plurimi omne hoc officium concionale
esse iudicauerunt, & in sola reipublicæ administratione posuerunt. Quin & Cicero in hac maxi-
mē parte versatur. Ideoque suasiōis de pace, bello, copiis, operibus, vectigalibus, hæc duo præci-
puē nota esse voluit, vires ciuitatis & mores: ut ex natura tum ipsarum rerum, tum audiētium ra-
tio suadendi duceretur. ¶ Nobis maior in re videtur varietas, nam & consultantium & consilio-
rum plurima sunt genera. Quare in suadendo & dissuadendo tria primum spectanda erunt. Quid
sit de quo deliberetur, qui sint qui deliberent, qui sit qui suadeat. Rem de qua deliberatur, aut cer-
tū est posse fieri, aut incertū. Si incertū, hæc erit quæstio sola, aut potentissima: sæpe enim accidet,
ut prius dicamus, ne si possit quidē fieri, esse faciendū, deinde fieri non posse. Cum autē de hoc qua-
rētur, coniectura est, an Isthmos intercidi, an siccari palus Pontina, an portus fieri Hostiæ possit,
an Alexander terras vltra oceanum sit inuenturus. Sed in iis quoq; quæ constabit posse fieri, con-
iectura erit aliquando: ut si quærat, an vtiq; futurum sit, ut Carthaginem superent Romani.
Vt redeat Hannibal, si Scipio exercitum in Africam transfulerit. Vt seruent fidem Samnites, si
Romani arma deposerint. Quædam & fieri posse, & futura esse credibile est: sed aut alio tēpore,
aut alio loco, aut alio modo. ¶ Vbi cōiecturæ nō erit locus, alia sunt intuentia. Et primū, aut pro-
pter ipsam rem, de qua sententiæ rogātur, cōsultabitur: aut propter alias interueniētes extrinsecus
causas. Propter ipsam deliberant P. C. an stipendium militi cōstituant. Hæc materia simplex erit.
Accedunt causæ aut faciendi, ut deliberant P. C. an Fabios dedant Gallis bellum minitantibus:
aut non faciendi, ut deliberat C. Cæsar, an perseueret in Germaniam ire, cum milites passim testa-
menta facerent. Hæc suasiōiæ duplices sunt. Nam & illic causa deliberandi est, cum aut bellum Galli
minitentur, esse tamen quæstio potest, dedendi ne fuerint etiam citra hanc denunciationem, quia
contra fas cum Legati missi essent, prælium inierint: regēque ad quem mandata acceperant, tru-
cidarint. Et hic nihil Cæsar sine dubio deliberet, nisi propter hanc militū perturbationem: est ta-
men locus quærendi, an citra hunc quoque casum penetrādum in Germaniam fuerit. Semper au-
tem de eo prius loquimur, de quo deliberari etiam detractis sequentibus posset. ¶ Partes suadendi
quidam putauerunt honestum, vtile, necessarium: ego non inuenio huic triæ locum. Quantali-
bet enim vis ingruat, aliquid fortasse pati necesse sit, nihil facere: de faciendo autem deliberatur.
Quod si hanc vocant necessitatem, in qua homines grauiorum metu cogūtur, vtilitatis erit quæ-
stio. Vt enim si obsessi, & impares, & aqua cibōque defecti de facienda ad hostem deditione delibe-
rēt, & dicatur necesse est, nempe sequitur ut hoc subiiciatur, aliqui pereundum est, ita propter id
ipsum non est necesse, quæ perire potius licet. Denique non fecerunt Saguntini, nec in rate Opiter-
gina circumuenti. Igitur in his quoque causis, aut de sola vtilitate ambigetur, aut quæstio inter
vtile atque honestum consistet. At enim si quis liberos procreare volet, necesse habeat vxorem du-
cere, quis dubitat? si ei qui pater vult fieri, liqueat necesse esse vxorem esse ducendam. Itaque mihi
ne consilium quidem videtur, vbi necessitas est: non magis quàm vbi constat quid fieri omnino
non posse. Omnis enim deliberatio de dubiis est. Melius igitur, qui tertiam partem dixerunt, vna-
rōv, quod nostri possibile nominant: quæ ut dura videatur appellatio, tamen sola est. ¶ Quas par-
tes nō omnes in omnem cadere suasiōiam, manifestius est quàm ut docēdum sit. Tamē apud ple-
rōsque earum numerus augetur, à quibus ponuntur vt partes, quæ species sunt partium. Nam fas,
iustum, piū, æquū, maluetum quoque, sic enim sunt interpretati τὸ ἡμέρον, & si qua adhuc adii-
cere quis eiusdem generis velit, subiici possunt honestati. ¶ An sit autem facile, magnum, iucun-
dum, sine periculo, ad quæstionem pertinet vtilitatis, qui loci oriuntur ex contradictione. Est qui-
dem vtile, sed difficile, parū, iniucundum, periculosum. ¶ Tamē quibuscūq; videtur esse nōnūquā
de iucunditate sola consultatio, ut si de ædificando theatro, instituendis ludis deliberetur. Sed

neminem adeo solum luxu puto, ut nihil in causa suadendi sequatur præter voluptatem. Præcedit enim semper aliquid necesse est, ut in ludis honor deorum, in theatro non inutilis laborum remissio, deformis & incommoda turba: si ibi non sit conflictatio, & nihilominus eadem illa religio, cum theatrum veluti quoddam illius sacri templum vocabimus. ¶ Sæpe vero & utilitatem despiciendam esse dicimus, ut honesta faciamus: ut cum illis Opiterginis damus consilium, ne se hostibus dedant, quæ perituri sint, nisi fecerint. ¶ Et utilia honestis præferimus, ut cum suademus ut bello Punico serui armentur. Sed tamen nec hic planè concedendum est, esse id inhonestum. Liberos enim natura omnes, & iisdem constare elementis, & fortasse antiquis etiam nobilibus ortos, dici potest. Et illic ubi manifestum periculum est, opponenda alia sunt pericula: ut crudelius etiam perituros affirmemus, si se dediderint, siue hostis non seruauerit fidem, siue Cæsar vicerit, quod est vero similis. ¶ Hæc autem, quæ tatum inter se pugnant, plerumque nominibus defleci solent. Nam & utilitas ipsa expugnatur ab iis, qui dicunt non solum poriora esse honesta quam utilia, sed ne utilia quidem esse, quæ non sunt honesta: & contra, quod nos honestum, illi vanum, ambitiosum, stolidum, verbis quam re probabilis vocant. ¶ Nec tantum inutilibus comparantur utilia, sed inter se quoque ipsa, ut si e duobus eligamus, in altero quid sit magis, in altero quid sit minus. ¶ Crescit hoc adhuc. Nam interim triplices etiam suaviorum incidunt, ut cum Pompeius deliberavit, Parthos, an Aphricam, an Aegyptum peteret. Ita non tantum utrum sit melius, sed quid sit optimum quaeritur. Item contra. Nec unquam incidet in hoc genere materia dubitatio rei, quæ undique secundum nos sit. Nam ubi contradictioni locus non est, quæ potest esse causa dubitandi? Item ferè omnis suaviorum nihil est aliud quam comparatio. Videndumque, quid consecuturi simus, & per quid, ut aestimari possit, plus in eo, quod petimus, sit comodi: an vero in eo per quod petimus, incommodi. ¶ Est utilitatis & in tempore quaestio, Expediit, sed non nunc. Et in loco, Non hic. Et in persona, Non nobis, non contra hos. Et in genere agendi, Non sic. Et in modo, Non in tantum. ¶ Sed personam sæpius decoris causa intuemur, quæ & in nobis, & iis qui deliberant, spectanda est. Itaque quauis exempla plurimum in consiliis possint, quia facillime ad consentiendum homines ducuntur experimentis, refert tamen, quorum auctoritas, & quibus adhibeatur. Diuersi sunt enim deliberantium animi, duplex conditio. ¶ Nam consultant aut plures, aut singuli, sed in utrisque differentia: quia & in pluribus multum interest, senatus sit, an populus: Romani, an Fidenates: Græci, an Barbari. Et in singulis, Catoni petendos honores suadeamus, an C. Mario: de ratione belli Scipio prior, an Fabius deliberet. Proinde intuenenda, sexus, dignitas, ætas. Sed mores præcipue discernere dabunt. ¶ Et honesta quidem honestis suadere facillimum est: si vero apud turpes recta obtinere conabimur, ne videamur exprobrare diuersam vitam sectam, cauendum est. Et animus deliberantis, non ipsa honesti natura, quam ille non respicit, permouendus, sed laude, vulgi opinione (et si parum proficiet hæc vanitas) securitatem ex his utilitatem, aliquanto vero magis obiciendo aliquos, si diuersa fecerit, metus. Nam præter id quod his leuissimi cuiusque animus facillime terretur, nescio an etiam naturaliter apud plurimos plus valeat malorum timor, quam spes bonorum: sicut facilius eisdem turpium, quam honestorum intellectus est. ¶ Aliquando bonis quoque suadetur parum decora, dantur parum bonis consilia: in quibus ipsorum, qui consulunt, spectatur utilitas. ¶ Nec me fallit, quæ statim cogitatio subire possit legentem. Hoc ergo præcipis? & hoc fas putas? Poterat me liberare M. Cicero, qui ita scribit ad Brutum, Propositis plurimis quæ honestè suaderi Cæsari possent, Sim ne bonus vir, si hæc suadeamus: minime. Suaviorum enim est finis non utilitas eius cui quisque suadet. At recta non sunt: quis negat? sed non est semper rectis in suadendo locus. Sed quia est altior quaestio, nec tantum ad suaviorum pertinet, destinatus est mihi hic locus duodecimo, qui summus futurus est, libro. Nec ego quicquam fieri turpiter velim, uerum interim hæc, uel ad scholarum exercitationes pertinere credantur: nam & iniquorum ratio noscenda est, ut melius æqua tueamur. Interim si quis bono inhonesta suadebit, meminerit non suadere tanquam inhonesta, ut quidam declamatores Sext. Pompeium ad piraticam, propter hoc ipsum quod turpis ac crudelis sit, impellunt. Sed dandus illis deformibus color, idque etiam apud malos. Nec enim est quisquam tam malus, ut malus uideri uelit. Sic Catilina apud Sallustium loquitur, ut rem sceleratissimam non malitia, sed indignatione uideatur audere. Sic Atreus apud Varium. Iam fero (inquit) infandissima, iam facere cogor. Quanto magis eis, quibus fuit curam conferuandam est hic uel ambitus? Quare & cum Ciceroni dabimus consilium, ut Antonium roget, uel etiam ut Philippicis (ita uitam pollicente eo) exurat, non cupiditate lucis allegabimus: (Hæc enim si ualet in animo eius, tacetibus quoque nobis ualet) sed ut se republicæ seruet, hortabimur. Hæc illi opus est occasione, ne eum talium precum pudeat. Et C. Cæsari suadentes regnum, affirmabimus stare iam rempublicam, nisi uno regente, non posse. Nam qui de re nefaria delibe-

PERSO-
na delibera-
tis.

Remouet
obiectione.

PERSO- rat, id solū querit, quomodo q̄ minimū peccare videatur. ¶ Multū refert etiam quā sit persona
na suaden- suadentis, quia antea cta vita, si illustris fuit, aut clarius genus, aut aetas, aut fortuna, affert expecta-
tit. tionem. Prouidendū est, ne quā dicuntur, ab eo qui dicit, dissentiat. At his cōtraria summissiorē
quendā modū postulant. Nā quā in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur. Et quibuscūq; sufficit
auctoritas, quosdam ratio ipsa agrē tuetur. ¶ Ideoq; longe mihi videntur difficillima: Protopo-
Protopo- poeiae in quibus ad reliquū suaforiae laborē, accedit etiā personae difficultas. Namq; vnū & idē alie-
prie in de- ter Caelar, aliter Cicero, aliter Cato suadere debebit. Vtilissima vero haec exercitatio, vel q̄ dupli-
clamatori- cis est opera, vel q̄ poetis quoq; aut historiarū futuris scriptoribus plurimū confert. Verū & ora-
bus suaso- toribus necessaria. Nam sunt multae à Græcis Latinisq; cōpositae orationes, quibus alii vteretur,
riis. ad quorū conditionē vitāq; aptanda quā dicebantur fuerūt. An eodē modo cogitauit, aut eandē
personā induit Cicero cū scriberet Cn. Pōpeio, & cū C. * Appio caterisque, ac non vniuscuiusq;
eorum fortunā, dignitatem, res gestas intuitus, omniū etiam, quibus vocem dabat, imaginem ex-
pressit: vt melius quidē, sed tamen ipsi dicere viderentur. Nec minus vitiosa est oratio si ab homi-
ne, q̄ si à re, cui accommodari debuit, dissidet. Ideoq; Lysias optimē videtur in iis quā scribebat in-
doctis, seruasse veritatis fidem. Enimvero præcipuē declamatoribus considerandū est, quid cuiq;
personae conueniat, qui paucissimas controuersias ita dicunt vt aduocati, plerunq; filii, patres, di-
uites, senes, asperi, lenes, auari, deniq; superstitiosi, timidi, derisores sunt: vt vix comœdiarū acto-
ribus plures habitus in pronunciando concipiēdi sint, q̄ iis in dicendo, quā omnia videri possunt
Protopopoeiae, quas ego suaforiis subieci, quia nullo alio ab iis q̄ persona distant. ¶ Quāq; hoc
aliquando etiam in controuersias ducitur, quā ex historiis cōpositae, certis agentium nomini-
bus continentur. Neq; enim ignoro plerūque exercitationis gratia poni & poeticas & historicas,
vt Priami verba apud Achillem, aut Syllae Dictaturam deponentis in concione. Sed haec in par-
tem cedent trium generū, in quā causas diuisimus. Nam & rogare, indicare, rationem reddere, &
alia de quibus supra dictum est, variē atque vt res vult, in materia iudiciali, deliberatiua, demon-
stratiua, subiicere solemus. ¶ Frequentissimē tamen in his vtimur ficta personarū, quas ipsi sub-
stituimus, oratione, vt apud Ciceronem pro Caelio in Clodium, & Cæcus Appius, & Clodius fra-
ter: ille in castigationem, hic in rationem amorum cōpositus, alloquitur. ¶ Solent in scholis
fingi materiae ad deliberandum similiores controuersis, & ex vtroque genere commixtae: vt cum
apud C. Cæsarem consultatio de poena Theodoti ponitur. Consistat enim accusatione & defen-
sione causae, quod est iudicialiū proprium. Permista autem est & vtilitatis ratio, an pro Cæsare
fuerit occidi Pompeium, an timendū à regebellū, si Theodotus sit occisus: an id minimē oppor-
tunum hoc tempore & periculosum, & certe longum sit futurū. Quaritur & de honesto, deceat
ne Cæsarem vltio Pompeii an sit verendum ne peiorem faciat suarum partium causam, si Pom-
peium indignum morte fateatur. Quod genus accidere etiam veritati potest. ¶ Non simplex au-
tem circa suaforias error in plerisque declamatoribus fuit, qui dicendi genus in his diuersum, atq;
in totum illi iudiciali contrarium esse existimauerunt. Nam & principia abrupta, & concitata
semper orationem, & in verbis effusiores (vt ipsi vocant) cultum affectauerunt, & earum breuior
res utique commentarios quā iudicialis materiae facere elaborauerunt. Ego porrō vt procemio
video non utique opus esse suaforiis, propter quas dixi supra causas, ita cur initio furiosē sit excla-
mandum, non intelligo: cum proposita consultatione rogatus sententiam, si modo est sanus, non
quireret, sed quā maximē potest ciuili & humano ingressu mereri assensum deliberantis velie. Cur
igitur torrens, & utique aequaliter concitata sit in ea dicentis oratio, cum vel præcipuē modera-
tionem rationemque consilia desiderent? Neque ego negauerim sapius subidere in controuer-
siis impetum dicendi procemio, narratione, argumentis: quem si detrahas, id ferē supererit, quo
suaforiae constant. Verum id quoque aequalius erit, non tumultuosius atque turbidius. ¶ Verbo-
rum autem magnificentia non validius est affectanda suaforias declamantibus, sed contingit ma-
gis. Nam & personae ferē magnae fingentibus placent, Regum, principū, populi, Senatus & res am-
pliores: ita cum verba rebus aptentur, ipso materiae nitore clarescunt. Alia veris consiliis ratio est.
Ideoque Theophrastus q̄ maximē remotum ab omni affectatione in deliberatiuo genere voluit
esse sermonem, secutus in hoc auctoritatem præceptoris sui, q̄q; dissentire ab eo non timidē solet.
Namque Aristoteles idoneā maximē ad scribendū demonstratiuā, proximāque ab ea iudicialē
putauit, videlicet quoniā prior illa tota esset ostentationis, haec secunda egeret artis vel ad fallen-
dum, si ita poposcisset vtilitas, consilia fide prudentiaque constarent. Quibus in demonstratiua
consentio. Nam & omnes alii scriptores idem tradiderunt. In iudiciis autem consiliisq; secun-
dum conditionē ipsius quā tractabitur rei, accommodandā dicendi credo rationē. Nā & Philip-
picas Demosthenis iisdē quibus habitas in iudiciis orationes, video eminere virtutibus. Et Cice-
ronis

*Elocutio
quae suaso-
riis conuenit*

De verbis.

ronis sententiæ & conciones, non minus clarum quàm est in accusationibus ac defensionibus eloquentiæ lumen ostendunt. Dicit tamen de suaseria idem hoc modo, Tota autem oratio simplex & gravis, & sententiis debet ornari esse quàm verbis. ¶ Vsum exemplorum nulli materiam magis conuenire merito ferè omnes consentiunt, cum plerumque videantur respondere futura præteritis, habeanturque experimentum, velut quoddam rationis testimonium. ¶ Brevitas quoque aut copia non genere materiæ, sed modo constat. Nam ut in consiliis plerumque simplicior quæstio est, ita sæpè in causis minor. Quæ omnia vera esse sciet, si quis non orationes modo, sed historias etiam (namque in his conciones atque sententiæ plerumque suadendi ac dissuadendi funguntur officio) legere maluerit, quàm in cõmentariis rhetorum consensescere. Inueniet enim nec in consiliis abrupta initia, & concitatus sæpè in iudiciis dictum, & verba aptata rebus in utroque genere, & breuiiores aliquando causarum orationes quàm sententiarum. Ne illa quidem in iis vitia deprehendet, quibus quidam declamatores laborat, quod & contra sentientibus inhumanè conuiciantur, & ita plerumque dicunt, tanquam ab iis qui deliberant, utique dissentiant. Itaque obiurgantibus similiores sunt quam suadentibus. ¶ Hæc adolescentes sibi scripta sciunt, ne aliter quam dicturi sint, exerceri velint, & in desuendis morentur. Cæterum cum aduocari cœperint in consilia amicorum, dicere sententiam in Senatu, suadere, si quid consulet princeps, quod præceptis fortasse non credunt, vsu docebuntur.

DE PARTIBVS CAUSARVM IUDICIALIVM. CAP. XI.

Nunc de iudiciali genere, quod est præcipuè multiplex, sed officiis constat duobus, intentionis ac depulsionis. Cuius partes, ut plurimis auctoribus placuit, quinque sunt, *Quinque partes causarum iudicialium.* proœmium, narratio, probatio, refutatio, peroratio. ¶ His adiecerit quidam partitionem, propositionem, excessum: quarum priores duæ probationi succedunt. Nam proponere quidem quæ sis probaturus, necesse est, sed & concludere. Cur igitur, si illa pars causæ est, non & hæc sit? ¶ Partitio vero dispositionis est species, ipsa dispositio pars rhetorices, & per omnes materias totumque earum corpus æqualiter fusa, sicut inuentio, elocutio. Ideoque eam non orationis tantum partem unam esse credendum est, sed quæstionum etiam singularum. Quæ namque est quæstio, in qua non promittere possit orator, quid primo, quid secundo, quid tertio sit loco dicturus? quod est proprium partitionis. Quam ergo ridiculum est, quæstionem quidam speciem esse probationis: partitionem autem, quæ sit species quæstionis, partem totius orationis vocari? ¶ Egressio vero, vel (quod visitatus esse cœpit) excessus, siue est extra causam, non potest esse pars causæ: siue est in causâ, adiutorium vel ornamentum partium earum est, ex quibus egreditur. Nam si quicquid in causâ est, pars causæ vocabitur, cur non argumentum, similitudo, locus communis, affectus, exempla, partes vocentur? ¶ Tamen nec iis assentior, qui detrahunt refutationem, tanquam probationi subiectam, ut Aristoteles. Hæc enim est quæ constituat, illa quæ destruat. ¶ Hoc quoque idem aliquatenus nouat, quod proœmio non narrationem subiungit, sed propositionem. Verum id facit, quia propositio genus, narratio species videtur: & hæc non semper, illa semper & ubique creditur opus esse. ¶ Verum ex his quas constitui partibus, non ut quicque primum dicendum, ita primum cogitandum est. Sed ante omnia intueri oportet quod sit genus causæ, quid in ea quæretur, quid proficit, quid noceat, deinde quid confirmandum atque refellendum sit, tum quomodo narrandum. Expositio enim probationum est præparatio, nec esse utilis potest, nisi prius constiterit, quid debeat de probatione promittere. Postremo intuendum quemadmodum iudex sit conciliandus. Nec enim nisi totis causæ partibus diligenter inspectis, scire possumus qualem nobis facere animum cognoscentis expediat, seu erum an mitem, concitatum an remissum, aduersum gratiæ an obnoxium. ¶ Nec ideo tamen eos probauerim, qui scribendum quoque proœmium nouissimè putant. Nam ut conferri materiâ omnem oportet, & quid quoque loco sit opus, constare, antequam dicere aut scribere ordiamur, ita incipiendum ab iis, quæ prima sunt. Nam nec pingere quisquam aut fingere cœpit a pedibus. Nec denique ars vlla consummatur ibi unde ordiendum est. Quid fiet alioqui si spatium componendi orationem stilo non fuerit? nonne nos hæc inuersa consuetudo deceperit? Inspicienda igitur materia est, quo præcipimus ordine scribenda, quo dicimus.

DE GENERIBVS IUDICIALIVM CONTROVER-

siarum.

CAP. XII.

A Eterum causa omnis, in qua pars altera agētis est, altera recusantis: aut vnus rei controuersia constat, aut plurium. Illa simplex dicitur, hæc coniuncta. C Vna controuersia est, per se furti, per se adulterii. ¶ Plures aut eiusdem generis, ut in pecuniis repetundis: aut diuersi, ut si quis sacrilegii & homicidii simul accusetur. Quod nunc in publicis iudiciis non accidit, quoniam Prætor certa lege sortitur. Principum autem & Senatus cognitionibus frequens est, & populi fuit.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

Privata quoque iudicia sæpe vnum iudicem habere multis & diuersis formulis solent: nec aliæ species erunt, etiam si vnus à duobus duntaxat eandem rem, atque ex eadem causa petet: aut duo ab vno, aut plures à pluribus, quod accidere in hæreditariis litibus interim scimus: quia quanuis in multis personis, causa tamen vna est, nisi conditio personarum quæstiones variauerit. ¶ Diuersum his tertium genus, quod dicitur comparatiuum, cuius rei tractatus in parte causæ frequens est: vt cum apud Centumuiros post alia quæritur & hoc, vter dignior hæreditate sit. Rarum est autem ut in foro iudicia propter id solum constituantur, sicut diuinationes, quæ fiunt de accusatore constituendo, & nonnunquam inter delatores, vter præmiū meruerit. ¶ Adiecerunt quidam numero mutuum accusationem, quæ ἀντιδικηγορία vocatur, aliis uidelicet succedere hanc quoque comparatiuo generi existimantibus. Cui similis erit petitionum inuicem diuersarum, quod accidit uel frequentissimè. Id si & ipsum uocari debet ἀντιδικηγορία, nam proprio caret nomine, duo erunt genera eius: alterum, quo litigatores idem crimen inuicem intentant: alterum, quo aliud atque aliud. Cui & petitionum conditio par est. ¶ Cum apparuerit genus causæ, tum intuebimur, negeturne factum quod intenditur, an defendatur, an alio nomine appelletur, an à genere actionis repellatur, unde sunt status.

Anticategoris.

QVID QVAESTIO ET QVAE SIT RATIO, IVDICATIO.

tio, continens, & quatenus necessaria.

CAP. XIII.

Ratio.

H

Is inuentis intuendum deinceps Hermagoræ videtur, quid sit quæstio, ratio, iudicatio, continens, id est, συνίχορ, vel vt alii vocant, firmamentum. ¶ Quæstio latius intelligitur omnis de qua in vtranque partē, vel in plures dici credibiliter potest. In iudiciali autem materia dupliciter accipienda est: altero modo, quo dicimus multas quæstiones habere controuersiam, quo etiam minores omnes complectimur:

Quæstio.

Iudicatio.

altero, quo significamus summam illam, in qua causa vertitur, de hac nunc loquor, ex qua nascitur status, an factum sit, quid factum sit, an rectè factū sit. ¶ Has Hermagoras & Apollodorus, & alii plurimi scriptores propriè quæstiones vocant: Theodorus (vt dixi) capita generalia, sicut illas minores, aut ex illis pendentes, specialia. Nam & quæstionem ex quæstione nasci, & speciem in species diuidi, conuenit. Hanc igitur quæstionem veluti principalem vocant ζήτησις. ¶ Ratio autem est, qua id quod factum esse constat, defenditur. Et cur nō vtamur eodem, quo sunt vfi ferè omnes exemplo? Orestes matrem occidit. Hoc constat, dicit se iustè fecisse: status erit qualitat. quæstio, an iustè fecerit, ratio quòd Clytemnestra maritum suum patrem Orestis occidit. Hoc iudicatio dicitur, κρισιμύμων autem iudicatio, An oportuerit vel nocentem matrē à filio occidi. ¶ Quidam diuiserunt ἀντιδικηγορίαν & ἀντιδικηγορίαν, vt esset altera, propter quam iudicium constitutum est, vt occisa Clytemnestra: altera, qua factū defenditur, vt occisus Agamemnon. Sed tanta est circa verba dissensio, vt alii ἀντιδικηγορίαν causam iudicii, ἀντιδικηγορίαν autem facti vocent, alii eadem in contrarium vertant.

Continens.

In Rhetoricis, lib. 1.

Causa facti

¶ Latinorum quidam hæc initium & rationem vocauerunt: quidam vtranque eodem nomine appellant. ¶ Causa quoque ex causa, id est, ἀντιδικηγορία si ἀντιδικηγορία nasci videtur: quale est, occidit Agamemnonem Clytemnestra, quia ille filiam communem immolauerat, & captiuam pellicem adducebat. ¶ Idem putant & sub vna quæstione plures esse rationes, vt si Orestes & alteram afferat causam matris necatæ, quòd responsis sit impulsus. Quot autem causas faciendi, totidem iudicationes. Nam & hæc erit iudicatio, an responsis parere debuerit. ¶ Sed & vna causa plures habere quæstiones, & iudicationes (vt ego arbitror) potest, vt in eo, qui cum adulterā deprehensam occidisset, adulterū, qui tum effugerat, postea in foro occidit. Causa enim est vna, adulter fuit. quæstiones & iudicationes, an illo tempore, an illo loco licuerit occidere. ¶ Sed sicut, cum sint plures quæstiones, omnesque suos status habeant, causæ tamen status vnus sit, ad quem referentur omnia: ita iudicatio maximè propria, de qua pronuntiatur. ¶ Συνίχορ autem, quod vt dixi, continens alii, firmamentum alii putant, Cicero firmissimam argumentationem defensoris, & appositissimam ad iudicationē, quibusdā id videtur esse, post quod nihil quæritur, quibusdā id quod ad iudicationem firmissimum affertur. Causa facti non in omnes controuersias cadit. Nam quæ fuerit causa faciendi vbi factum negatur? At vbi causa tractatur, negant eodem loco esse iudicationem, quo quæstionem. Idque & in Rhetoricis Cicero, & in Partitionibus dicit. Nam & in coniectura est quæstio ex illo, factum, non factum, an factum sit. Ibi ergo iudicatio, vbi quæstio: quia in eadem re prima quæstio, & extrema disceptatio. At in qualitate, matrem Orestes occidit, rectè, non rectè, an rectè occiderit, quæstio, nec statim iudicatio. quando ergo illa patrem meum occiderat. sed non ideo tu matrem debuisti occidere: an debuerit, hic iudicatio. Firmamentum autem verbis ipsius ponam. Si velit Orestes dicere eiusmodi animum matris suæ in patrem suū, in seipsum ac foro.

ac sorores, in regnum, in famam generis ac familiæ, vt meritò ab ea pœnas liberi sui potissimum petere debuerint. Vtuntur alii & talibus exemplis. Qui bona paterna consumpserit, ne concione-
tur, in opera publica cōsumpsit, quæstio an quisquis consumpserit, prohibendus sit: iudicatio an
qui sic. Velut in causâ militis Arunci, qui Lusiū Tribunū vim sibi inferentē interfecit. quæstio,
an iure fecerit. ratio, quòd is vim afferebat. iudicatio, an indemnatum, an Tribunum à milite oc-
cidi oportuerit. ¶ Alterius etiam status quæstionem, alterius iudicationem putant. Quæstio
qualitatis, an rectè Clodium Milo occiderit. iudicatio coniecturalis, an Clodius insidias fecerit.
¶ Ponunt & illud, sæpè causam in aliquam rem dimitti, quæ non sit propria quæstionis, & de ea
iudicari. A quibus multum dissentio. nam & illa quæstio, an omnes qui paterna bona consum-
pserint, concione sint prohibendi, habeat oportet suam iudicationem: ergo non alia quæstio, alia
iudicatio erit, sed plures quæstiones, & plures iudicationes. Quid? non in causâ Milonis ipsa con-
iectura refertur ad qualitatem? Nam si est insidiatus Clodius, sequitur vt rectè sit occisus. Cum
uero in aliquam rem missa causa est recessum à quæstione, quæ erat constituta, hic quæstio, ubi
iudicatio est. ¶ Paulum in his secum etiam Cicero dissentit. Nam in Rhetoricis (quemadmodū
supra dixi) Hermagorā est secutus: in Topicis ex statu effectū cōtentionem τὸ πρὶν ὁμῶν existimat.
idque Trebatio, qui iuris erat consultus, alludens, de qua re agit appellat, quibus id contineat-
ur, continentia, quasi firmamenta defensionis, quibus sublati defensio nulla sit. At in partitio-
nibus oratoris firmamentum, quod opponitur defensionis, quia continens quod primum sit, ab
accusatore dicatur, ratio à reo, ex rationis & firmamenti quæstione disceptatio sit iudicationum.
Verius igitur & breuius qui statum & continens & iudicationem idem esse voluerunt. Continens
autem id esse, quo sublato, lis esse non possit. Hoc mihi videtur vtrunque causam complecti, &
quòd Orestes matrem, & quòd Clytemnestra Agamemnonem occiderit. Idem iudicationem &
statum consentire semper existimant. Nec enim aliud eorum rationi conueniens fuisset. Verum
hæc affectata subtilitas, cum circa nomina rerum ambitiosè laboret, à nobis in hoc assumpta so-
lum, ne parum diligenter inquisisse de opere, quod aggressi sumus, videremur. Simplicius autem
instituenti non est necesse per tam minutas rerum particulas rationem dicendi concidere. Quo
vitio multi quidem laborauerunt, præcipuè tamen Hermagoras, vir alioqui subtilis, & in pluri-
mis admirandus, tantum diligentia nimium sollicitæ, vt ipsa eius reprehensio laude aliqua non
indigna sit. ¶ Hæc autè breuior & vel ideo lucidior multo via, nec discentem per ambages fatiga-
bit, nec corpus orationis in parua momenta diducendo cōsumet. Nam qui viderit quid sit quod
in controuersiam veniat, quid in eo, & per quæ velit efficere pars diuersa, quid nostra (quod in pri-
mis intuendum) nihil eorum ignorare, de quibus supra diximus, poterit. Nec est ferè quisquam,
modo nisi stultus, atque ab omni prorsus vñ dicendi remotus, quin sciat & quid litem faciat,
quod ab illis causa, vel continens dicitur, & quæ sit inter litigantes quæstio, & de quo iudicari o-
pporteat, quæ omnia idè sunt. Nam & de eo quæstio est quod in controuersia venit: & de eo iudi-
catur, de quo quæstio est. Sed non perpetuò intendimus in hæc animum, & cupiditate laudis vt-
cunque acquirendæ, vel dicendi voluptate euagamur, quando vberior semper extra causam ma-
teria est, quia in controuersia pauca sunt, extra omnia: & hic dicitur de iis, quæ accepimus, illic de
quibus volumus. Nec tam hoc præcipiendum est, vt quæstionem, continens, iudicationem inue-
niamus, (nam id quidem facile est) quàm vt intueamur semper, aut certè si digressi fuerimus, sal-
tem respiciamus ne plausum affectantibus arma, excidant. ¶ Theodori scholæ (vt dixi) omnia re-
fert ad capita. His plura intelliguntur. Vno modo summa quæstio, item vt status: altero, ceteræ
quæ ad summam referuntur: tertio, propositio cum affirmatione: vt dicimus, caput rei est apud
Menandrum, καὶ φέρεται ἵσιν. In vniuersum autem quicquid probandum est, erit caput, sed id maius
aut minus. Et quoniam quæ de his erant à scriptoribus artium tradita, verbosius etiam quàm
necesse erat exposuimus: præterea quæ partes essent iudicialium causarum, dictum est: proximus
liber principia, id est, exordia incipiet.

Continens.

Generalis
præceptio.

M. Fabii Quintiliani in de institu-

TIONE ORATORIA LIB. QVARTVM, QVI DE EX-

ordio, narratione, egressione, propositione, partitione est.

PROLOGVS.

ERFECTO Marcelle Victori operis tibi dedicati tertio libro, & iā quarta ferè laboris parte transacta, noua insuper mihi diligentia causa, & altior sollicitudo, quale iudicium hominum emereret, accessit. Adhuc enim velut studia inter nos conferebamus, & si parum nostra institutio probaretur à ceteris, contenti fore domestico vsu videbamur, vt tui meique filii disciplinam formare, satis putaremus. Cum vero mihi Domitianus Augustus fororis suae nepotum delegauerit curam, non satis honorem iudiciorum cæ-

P

Blanditur
Domitiano.

lestium intelligam, nisi ex hoc oneris quoque magnitudinem metiar. Quis enim mihi aut mores excolendi sit modus, vt eos immerito probauerit sanctissimus censor? aut studia, ne sefellisse in his videar Principem, vt in omnibus, ita in eloquentia quoque eminentissimum? Quod si nemo miratur poetas maximos sæpè fecisse, vt non solum initiis operum suorum Musas inuocarent, sed prouecti quoque longius, cū ad aliquem grauiorem venissent locū, repeteret vota, & velut noua precatione vterentur: mihi quoque profecto poterit ignosci, si quod initio, quum primū hanc materiam inchoauī, non feceram, nunc omnes in auxilium deos, ipsumque in primis, quo neque praesentius aliud, neque studiis magis propitiū numen est, inuocem: vt quātum nobis expectationis adiecit, tantum ingenii aspires, dexteraque ac volens adsit, & me qualem esse credidit, faciat. Cuius mihi religionis non hæc sola ratio, quæ maxima est, sed alioqui sic procedit ipsum opus, vt maiora præteritis, ac magis ardua sint quæ ingredior. Sequitur enim vt iudicialium causarū, quæ sunt maximè variæ ac multiplices, ordo explicetur: quod procemii officium: quæ ratio narrandi: quæ probationum sit fides, seu proposita confirmamus, seu contradicta dissoluimus: quāta vis in perorando, seu reficienda breui repetitione rerum, memoria est iudicis, siue affectus (quod est longè potentissimum) commouendi. De quibus partibus singulis quidā separatim scribere maluerunt, quas ego omnes ausus contexere, propè infinitum mihi laborem propicio, & ipsa cogitatione suscepti muneris fatigor. Sed durandum est, quia cœpimus: & si viribus deficiemus, animo tamen perseuerandum.

Proponit
quæ dein-
ceps tractā-
da sint.

DE EXORDIO.

CAP. I.

Procemium
unde dictū.

Vod principium latinè vel exordium dicitur, maiore quadam ratione Græci videntur *πρὸς μίαν* nominasse, quia à nostris modo initium significatur, illi satis clare partem hanc esse ante ingressum rei de qua dicendum sit, ostendunt. Nam siue propterea quod *ἑκ μίαν* cantus est, & citharcedi pauca illa, quæ antequam legitimum carmen inchoent, emerendi fauoris gratia canunt, procemium vocauerunt: oratores quoque ea quæ priusquam causam exordiantur, ad conciliandos sibi iudicum animos præloquuntur, eadem appellatione signarunt: siue quod *ἑκ μίαν* iidem Græci viam appellant, id quod ante ingressum rei ponitur, sic vocare est institutum. Certe procemii est, quod apud iudicem dici priusquam causam cognouerit, profit. ¶ Vitioseque in scholis facimus, quod exordio sic vtimur, quasi causam iudex iam nouerit. Cuius rei licentia ex hoc est, quod ante declamationē, illa velut imago litis exponitur. Sed in foro quoque contingere istud principiorum genus secundis actionibus potest, primis quidē rarò, nunquā nisi forte apud eum cui res aliundè iam nota sit, dicimus. ¶ Causa principii nulla alia est, quā vt auditorem, quo sit nobis in ceteris partibus accommodatior, præparemus. Id fieri tribus maximè rebus inter auctores plurimos constat, si beneuolum, attentum, docilem fecerimus: non quia ista non per totam actionem sint custodienda, sed quia in initiis maximè necessaria, per quæ in animum iudicis, vt procedere vltra possumus, admittimur. ¶ Beneuolentiam, aut à personis ducimus, aut à causis accipimus. Sed personarum non est (vt plerique crediderunt) triplex ratio, ex litigatore, & aduersario, & iudice. Nam exordium duci nonnunquā etiā ab actore causæ solet. Quamquā enim pauciora de seipso dicit & parcius, plurimum tamen ad omnia momenti est in hoc positū, si vir bonus creditur. Sic enim cōtinget, vt non studiū aduocati videatur afferre, sed penè testis fidē. Quare in primis existimetur venisse ad agendū ductus officio vel cognatiōis, vel amicitia, maximèque si fieri potest, reip. aut alicuius certe nō mediocris exēpli. Quod sine dubio multo magis ipsis litigatoribus faciendū est, vt ad agendū magna, atque honesta ratio, aut

Contra de-
clamatores.

Procemii
suis, & quot
eius partes.

BENEVO-
lentia unde
ducatur.

A persona
actoris.

etiam

etiam necessitate accessisse uideantur. Sed ut præcipua in hoc dicentis auctoritas, si omnis in subeundo negotio suspitio sordium, aut odiorum, aut ambitionis abfuerit: ita quædam in iis quoque; commendatio tacita, si nos infirmos & impares agentium contra ingeniis dixerimus: qualia sunt plerique Messala: procemia. Est enim naturalis fauor pro laborantibus, & iudex religiosus libentissimè patronum audit, quem iustitiæ suæ minimè timet. Inde illa veterum circa occultandam eloquentiam simulatio, multum ab hac nostrorum temporum iactatione diuersa. Vitandum etiam ne contumeliosi, maligni, superbi, maledici in quenquam hominem ordinemue videamur: præcipuè eorum, qui lædi, nisi aduersa iudicum voluntate, non possunt. Nam in iudicem ne quid dicatur, non modo palam, sed quod omnino intelligi possit, stultum erat monere, nisi fieret.

¶ Etiam partis aduersæ patronus dabit exordio materiam: interim cum honore, si eloquentiæ eius ac gratiam nos timere fingendo, ut ea suspecta sint iudici, fecerimus: interim per contumeliam, sed hoc perquam rarò, ut Asinius pro Vrbiniæ hæredibus Labienum aduersarii patronum inter argumenta causæ malè posuit. Negat hæc esse procemia Cornelius Celsus, quia sint extra litem. Sed ego cum auctoritate summorum auctorum magis ducor, tum pertinere ad causam puto, quicquid ad dicentem pertinet: cum sit naturale: ut iudices iis quos libentius audiunt, etiam facilius credant. ¶ Ipsius autem litigatoris persona tractanda variè est. Nam tum dignitas eius allegatur, tum commendatur infirmitas: nonnunquam contingit relatio meritorum: de quibus verecundius dicendum erit suam, quàm aliena laudanti. Multum agit sexus, ætas, conditio, ut in sceminis, senibus, pupillis, liberos, parentes, coniuges allegantibus. Nam sola rectum quoque iudicem inclinat miseratio. Degustanda tamen hæc procemio, non consumenda. ¶ Aduersarii vero persona præcipuè omnibus, sed e contrario ductis, impugnari solet. Nam & potentes sequitur inuidia, & humiles abiectiósque contemptus, & turpes ac nocentes odium. Quæ tria sunt ad alienandos iudicum animos potentissima. Neque hæc dicere satis est, quod datur etiam imperitis: pleraque augenda aut minuenda, ut expediet. Hoc enim oratoris est, illud causæ. ¶ Iudicem conciliabimus nobis non tantum laudando eum, quod & fieri cum modo debet, & est tamen parti utrique commune: sed si laudem eius ad utilitatem nostræ causæ coniunxerimus, ut allegemus pro honestis dignitatem * illi suam, pro humilibus iustitiam, pro infelicibus misericordiam, pro læsis faueritatem, & similiter cætera. Mores quoque (si fieri potest) iudicis velim nosse. Nam prout asperi, leues, iucundi, graues, duri, remissi erunt, aut assumere in causam naturas eorum qua competent, aut mitigare qua repugnabunt, oportebit. Accidit autem interim hoc quoque, ut aut nobis inimicus aut aduersario sit amicus, qui iudicat, quæ res utriusque parti tractanda est, ac nescio an ei magis, in quam videtur propensior. Est enim nonnunquam prauis hic ambitus, aduersus amicos, aut pro iis quibuscum similitates gerant, pronunciandi, faciendique, iniuste ne fecisse videantur. Fuerunt etiã quidam rerum suarum iudices. Nam & in libris Observationum à Septimio editis, affuisse Ciceronem tali causæ inuenio. Et ego pro Regina Berenice apud ipsam causam dixi. Similis hic quoque superioribus ratio est, aduersarius enim fidutiam partis suæ iactat, patronus timet cognoscantis verecundiam. Præterea detrahenda vel confirmanda opinio, si quam præcipuè domo videbitur iudex attulisse. Metus etiã nonnunquam est amouendus, ut Cicero pro Milone, ne arma Pompeii disposita contra se putarent, laborauit. Nonnunquam adhibendus, ut idem in Verrem facit: sed adhibendi modus: alter ille frequens & fauorabilis, ne malè sentiat populus Romanus, ne iudicia transferantur: alter autè asper & rarus, quo minatur corruptis accusatione, & id quidè in concilio ampliore: alter autè asper & rarus, quo mali inhihentur, & boni gaudent. Apud singulos vero nunquam suaserim, nisi defecerint omnia. Quod si necessitas exigit, non erit iam ex arte oratoria, non magis quàm appellare, etiam si id quoque sæpè utile est, aut antequam pronunciet reum facere. Nam & minari & deferre, etiam non orator potest. ¶ Si causa conciliandi nobis iudicis materiam dabit, ex hac potissimum aliqua in usum principii, quæ maximè fauorabilia videbuntur, decerpi oportebit. ¶ Quo in loco Virginius fallitur, qui Theodoro placere tradit, ut ex singulis quæstionibus singuli sensus in procemium conferantur. Nam ille non hoc dicit, sed ad potentissimas quæstiones iudicem præparandum. In quo vitii nihil erat, nisi in vniuersum id præciperet: quod nec omnis actio patitur, nec omnis causa desiderat. Nam protinus à petitore primo loco, dum ignota iudici lis est, quo modo ex quæstionibus ducemus sententias? nimirum res erunt indicandæ prius. Demus aliquas, nam id exigit ratio nonnunquam, etiam ne potentissimas omnes, id est, totam causam? sic erit in procemio peracta narratio. Quid vero, si (ut frequenter accidit) paulo est durior causa, non beneuolentia iudicis petenda ex aliis partibus erit? sed non nisi ante conciliato eius animo, nuda quæstionum committetur asperitas. quæ si rectè semper initio dicendi tractarentur, nihil procemio opus esset. Aliqua ergo nonnunquam, quæ erunt ad con-

A persona
aduersæ par
tis.

A persona
litigatoris.

A persona
aduersarii.

A persona
iudicis.

* illæsam

Asti. 2. in
Ver.

A causa ex
ordium.

ciliandū nobis iudicem potentissima, non inutiliter interim ex quaestionibus in exordio locabun-
tur. Quæ sint porro in causis fauorabilia, enumerare non est necesse, quoniam & manifesta erunt
cognita cuiusque controuersia: cōditione, & omnia colligi in tanta litū varietate non possunt.
¶ Vt autē hoc inuenire & augere, ita quod lædit, aut omnino repellere, aut certē minuire, ex cau-
sa est. ¶ Miseratio quoq; aliquando ex eodem venit, siue quid passi sumus graue, siue passuri. Nec
enim sum in hac opinione, quā quidā, vt eo distare procemium ab epilogo credā, q̄ in hoc præte-
rita, in illo futura dicantur. Sed q̄ in ingressu parcius & modestius prætentanda est iudicis mise-
ricordia: in epilogo vero liceat totos effundere affectus, & fictam orationem induere personis, &
defunctos excitare, & pignora eorum producere: quæ minus exordiis sunt vsitata. ¶ Sed hæc quæ
supra dixi, non tentare tantū, verū ex diuerso amoliri quoq; procemio opus est. Vt autem nostrū
miserabilem, si vincamur; exitum, ita aduersariorū superbum, si vicerint, vtile est credi. ¶ Sed ex
iis quoque, quæ nō sunt personarū nec causarū, verum adiuncta personis & causis, duci procemia
solent. ¶ Personis applicantur non pignora modo, de quibus supra dixi, sed propinquitates, ami-
citia interim, regiones etiā, ciuitatesq;: & si quid aliud eius, quem defendimus, causa dici potest.

Ab adiun-
ctis causis
& personis,
quæ exor-
diū extra
causam sunt
& varia.

¶ Ad causam extra pertinet tempus, vnde principiū pro Cælio: Locus, vnde pro Deiotaro: Habi-
tus, vnde pro Milone: Opinio, unde in Verrem. Deinceps ne omnia enumerem, fama iudiciorū,
expectatio vulgi: nihil enim horū in causa est, ad causam tamen pertinent. ¶ Adiciit Theophras-
tus ab actione principiū, quale videtur esse Demosthenis pro Ctesiphonte: vt sibi dicere suo po-
tius arbitrio liceat rogantis, q̄ eo modo, quem accusator actione præscripserat. ¶ Fiducia ipsa so-
let opinione arrogantia laborare. ¶ Faciunt fauorem & illa penē cōmunia, nō tamen omitten-
da, vel ideo ne occupentur, optare, abominari, rogare, sollicitū agere. ¶ Quæ plerūq; attentū quo-
que iudicem faciunt, si res agi videtur noua, magna, atrox, pertinet ad exemplum: præcipue ta-
men si iudex aut sua vice, aut reip. cōmouetur: cuius animus spe, metu, admonitione, precibus, va-
nitate, deniq; si id profuturū credimus, agitandus est. ¶ Sunt & illa excitandis ad audiendum non

ATTEN-
tio.

DOCILI-
tas.

inutilia, si nos nec diu moraturos, nec extra causam dicturos existimant. ¶ Docilem sine dubio
& hæc ipsa præstat attentio, sed & illud, si breuiter & dilucidē summā rei, de qua cognoscere de-
beat, indicauerimus: quod Homerus atq; Virgilius operū suorum principiis faciunt. Nam istius
rei modus est, vt propositioni similior sit q̄ expositioni: nec quomodo quicq; sit actū, sed de qui-
bus sit dicturus orator ostendat. Nec video quod huius rei apud oratores possit reperiri melius
exemplū, q̄ Ciceronis pro Cluētio, Animaduerti iudices omnem accusatoris orationem in duas
diuisam esse partes, quarū altera mihi niti, & magnoperē confidere videbatur, inuidia iam inuete-
rata iudicii Iuniani: altera tantūmodo consuetudinis causā timidē & diffidenter attingere ratio-
nem beneficii criminū, quæ de re lege hæc est quaestio constituta. Id tamen totum respondentī fa-

Attentio &
docilitas iu-
dicis semper
necessaria.

cilius est q̄ proponenti, quia hic admonendus iudex, illic docendus est. ¶ Nec me q̄q; magni au-
ctores in hoc duxerint, ut non semper facere attentū ac docilem iudicem velim: non quia nesciā
id quod ab illis dicitur, esse pro mala causa: qualis ea sit, non intelligi: verum quia istud non negli-
gentia iudicis cōtingit, sed errore. Dixit enim aduersariū, & fortasse persuasit: nobis opus est eius
diuersa opinione, quæ mutari non potest, nisi illum fecerimus ad ea quæ dicemus, docilem & at-
tentum. Quid ergo? imminuenda quædam & eleuanda, & quasi contemnenda esse consensio ad
remittendam intensionem iudicis, quam aduersario præstat, vt fecit pro Ligario Cicero. Quid
enim agebat aliud Ironia illa, q̄ vt Cæsar minus se in rem tanq̄ non nouam intenderet? Quid pro

Causarū ge-
nera, ac pro-
inde exor-
diū ratio-
nes per prin-
cipiū vel in-
sinuationē.

INSI-
nuatio, &
quando ea
utendum.

Cælio, q̄ vt res expectatione minor videretur? ¶ Verum ex iis quæ proposui, aliud in alio genere
causæ desiderari palam est. Genera porro causarū plurimi quinq; fecerunt, honestū, humile, du-
biū vel anceps, admirabile, obsecrū, id est, *ἐνδοξον, ἀδοξον, ἀμφιδόξον, παραδόξον, δυσπραγελεύοντων*.
Sunt quibus rectē videatur adiici turpe, quod alii humili, alii admirabili subiiciunt. Admirabile
autem vocant, quod est præter opinionem hominū constitutū. In ancipiti maximē beneuolum
iudicem, in obscuro docilem, in humili attentum parare debemus. Nam honestū quidem ad con-
ciliationem satis per se valet. In admirabili & turpi, remediis opus est. ¶ Et eo quidā exordium in
duas diuidunt partes, in principiū & insinuationem: vt sit in principiis recta beneuolentia & at-
tentionis postulatio. Quæ quia esse in turpi genere causæ non possit, insinuatio surrepat animis,
maximē vbi frons causæ non satis honesta est: vel quia res sit improba, vel quia ab hominibus pa-
rum probetur: aut si facie ipsa quoq; premitur, vel inuidia cōsistentis ex diuerso patroni, aut pa-
tris, vel miserabilis senis, cæci, infantis. ¶ Et quidam, quibus aduersus hæc modis sit medendum,
verbosius tradunt, materiāq; sibi ipsi fingunt, & ad morem actionum prosequuntur: sed cū hæc
orientur ex causis, quarum species consequi omnes non possumus, nisi generaliter comprehendā-
tur, in infinitum sunt extrahenda. Quare singulis consilium ex propria ratione nascetur. ¶ Illud
in vni-

in vniuersum præceptū sit, ut ab iis quæ lædūt, ad ea quæ profunt, refugiam⁹. Si enim causa labora-
 bimus, persona subueniat: si persona, causa: si nihil quod nos adiuuet, erit, quæramus quid aduersa-
 rium lædat. Nam ut optabile est plus fauoris mereri, sic proximum, odii minus. In iis quæ negari
 non poterunt, elaborandum, ut aut minora q̄ dictum est, aut alia mente facta, aut nihil ad prælen-
 tem quæstionem pertinere, aut emendari posse poenitentia, aut satis iam punita videantur. Ideoq;
 agere aduocato q̄ litigatori facilius: quia & laudat sine arrogatiæ crimine, & aliquādo utiliter etiā
 reprehendere potest. Nam se quoque moueri interim fingit, ut pro Rabirio Posthumo Cicero, dū
 aditum sibi ad aures facit, & auctoritatem induit vera sentientis, quo magis credatur vel defenden-
 ti eadem vel neganti. ¶ Ideoque primum hoc intueamur, litigatoris an aduocati persona sit vten-
 dum, quoties vtrūque fieri potest. Nam illud in schola liberum est, in foro rarum, ut sit idoneus
 suæ rei quisque defensor. Declamaturus autem maximè positas in affectibus causas propriis per-
 sonis debet induere. Hi sunt enim qui mandari nō possunt, nec eadem vi perferūtur alieni animi,
 qua sui, motus. ¶ His etiam de causis insinuatione videtur opus esse, si aduersarii actio iudicū ani-
 mos occupauerit, vel si dicendum apud fatigatos est: quorum alterum promittendo nostras pro-
 bationes, & aduersas eluendo vitabimus: alterum & spe breuitatis, & iis quibus attentum fieri iudi-
 cem docuimus. Et vrbane opportuna reficit animos, & vndecunque petita iudicis voluptas le-
 uat tedium. ¶ Non inutilis etiam est ratio occupandi quæ videntur obflare: ut Cicero dicit
 scire se, mirari quosdam, q̄ is qui per tot annos defenderit multos, laferit neminem, ad accusandū
 Verrem descenderit. deinde ostendit hanc ipsam sociorum defensionem. Quod schema Proleptis
 dicitur. Id cum sit vtile aliquādo, nunc à declamatoribus quibusdam penè semper assumitur, qui
 fas non putant nisi à contrario incipere. ¶ Negant Apollodorum secuti, tres esse (de quibus dixi-
 mus) præparandi iudicis partes, sed multas species enumerant, ut ex moribus iudicis, ex opinio-
 nibus ad causam extra pertinentibus, ex opinione de ipsa causa, quæ sunt propè infinitæ: tum
 iis, ex quibus omnes constant controuersia, personis, factis, dictis, causis, temporibus, locis, occa-
 sionibus ceteris. Quas veras esse fateor, sed in hæc tria genera recidere. Nam si iudicem beneuolū,
 attentum, docilem habeo, quid amplius debeam optare non reperio: cum metus ipse, qui maximè
 videtur esse extra hæc & attētum iudicem faciat, & ab aduerso favore deterreat. ¶ Verū quoniā
 non est satis demonstrare dicentibus, quæ sint in ratione procemii, sed dicendum etiam quomo-
 do perfici facillimè possint: hoc adiicio, ut dicturus intueatur, qd, apud quē, pro quo, cōtra quē,
 quo tēpore, quo loco, quo rerū sitū, qua vulgi fama dicēdū sit, quid iudicē sentire credibile sit an
 teq̄ incipiamus: tū quid aut desideremus aut deprecemur, ipsa illum natura eo ducet, ut sciat quid
 primum dicēdum sit. At nunc omne quod cœperint, procemium putant: & ut quicque succurre-
 rit, vtiq; si aliqua sentētia blandiatur, exordium. Multa autē sine dubio ex aliis partibus sunt, aut
 aliis partibus causæ cōmunia: nihil tamē in quoq̄ melius dicitur, q̄ quod æque benè dici alibi non
 possit. ¶ Multum gratiæ exordio est quod ab actione aduersæ partis materiā trahit: hoc ipso q̄
 nō compositū domi, sed ibi atq; ex re natū, & facilitate famā ingenii auget, & facie simplicis sum-
 ptique ex proximo sermonis fidem quoque acquirit: adeo ut etiam si reliqua scripta atque elabo-
 rata sint, tamen plerūque videatur tota extemporalis oratio, cuius initium nihil præparatū habuisse
 manifestū est. ¶ Frequētissime vero procemii decebit, & sentētiarū, & cōpositionis, & vocis, & vul-
 tus modestia: adeo ut in genere causæ etiam indubitabili, fiducia se ipsa nimium exercere nō debeat.
 Odit enim iudex ferè litigantis securitatē: cumque ius suum intēlligat, tacitus reuertētiā postulat.
 Nec minus diligenter ne suspecti simus in vlla parte, vitandum, propter quod minime ostentari de-
 bet in principiis cura, quia videtur ars omnino dicentis contra iudicem adhiberi. Sed ipsum istud
 euitare summæ artis est. Nā id sine dubio ab omnibus, & quidem optimè præceptum est, verū ali-
 quatenus tēporū conditione mutatur, quia iam quibusdam in iudiciis, maximèq; capitalibus, ut
 apud Centūuiros, ipsi iudices exigunt sollicitas & accuratas actiones: cōtēniq; se, nisi dicendo etiā
 diligentia appareat, credunt: nec doceri tantū, sed etiā delectari volūt. Et est difficilis huius rei mo-
 deratio, quæ tamen ita temperari potest, ut videamur accuratē, nō callide dicere. ¶ Illud ex præ-
 ceptis veteribus manet, ne quod insolens verbum, ne audacius translatū, ne aut obsoleta vetustate,
 aut poetica licentia sumptū in principio deprehendatur. Nondū enim recepti sumus, & custodit
 nos recens aduentū intentio: magis conciliatis animis, & iā calentibus, hæc libertas feretur, maxi-
 mēq; cū in locos fuerimus ingressi, quorū naturalis vbertas licentiā verbi notari circumfuso nitore
 non patitur. ¶ Nec argumētis autē, nec locis, nec narrationi similis esse in procemio debet oratio.
 Nec tamē deducta semper, atq; circūlata, sed sæpe simplici ac inelaboratæ similis, nec verbis vultū
 que nimia promittens. Dissimulata enim, & ut Græci dicunt, ἀνιγάρτος actio melius sæpe surrep-
 tit. Sed hæc prout formari animū iudicū expediet. ¶ Turbari memoria, vel continuādī verba fa-

*Præcepta in
insinuationis.*

*Insinuationis
causæ ex per-
sona iudicis.*

*Occupatio
in exordiis.*

*Soluit diuer-
sam opinio-
nem de exor-
diis.*

*Generalis
præceptio.*

*Exordium ex
aduersarii
actione opti-
mum.*

*Quis habi-
tus elocutio-
nis, & quæ
actio conue-
niat exordio*

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

cilitate destitui, nusquā turpius: cum vitiosum procemium possit videri: ut cicatricosa facies, & pessimus certe gubernator, qui nauē dum portū egreditur, impegit. ¶ Modus autē principii pro causa. Nam breuius simplices, longius perplexæ, suspectæq; & infames desiderant. Ridendi vero, qui velut leges procemiis omnibus dederunt, ut intra quatuor sensus terminarentur. Nec minus euitanda est immodica eius lōgitudō, ne in caput excreuisse videatur, & quo pręparare debet, fatiget.

Modus exordii. ¶ Sermōnem à persona iudicis auersum, qui *ἀπὸ τοῦ δικαστοῦ* dicitur, quidā in totū à procemio submovent, nōnulli quidē in hanc persuasione ratione ducti. Nam prorsus esse hoc magis secundū naturā confitendum est, ut eos alloquamur potissimū, quos conciliare nobis studemus. Interim tamē est & hoc procemio necessariū, sensus aliquis, & is acrior sit atque vehemētor, ad personā directus alterius. Quod si accidat, quo iure, aut qua tanta superstitione prohibemur dare per hāc figuram sententiæ vires? Nec enim istud scriptores artium, quia nō liceat, sed quia non putēt vtile, vetāt. Ita si vincet utilitas, propter eandē causam facere deberemus, propter quā vetamur. Et Demosthenes autē ad Aeschinē orationē in procemio cōuertit. Et Marcus Tullius cū pro aliis quibuscūq; ad quos ei visum est, tum pro Ligario, ad Tiberonē. Nā erat multo futura languidior, si esset aliter figurata, quod facilius cognoscet, si quis illam totam partē vehemētissimā, cuius hęc forma est, habes igitur Tubero, quod est accusatori maximē optandum, & cat. cōuertat ad iudicē. Tū enim verē auersā videatur oratio, & langueat vis omnis dicētib; nobis, Habet igitur Tubero, quod est accusatori maximē optandū. Illo enim modo pressit atq; institit, hoc tantū indicasset. Quod idē in Demosthene, si flexū illū mutaueris, accidet. Quid? non Salustius directo ad Ciceronē, in quem ipsum dicebat, usus est principio, & quidē protinus? Grauior & iniquo animo maledicta tua paterer Marce Tulli. Sicut & Cicero fecerat in Catilinā. Quousque tādē abutere patiētia nostra? ¶ Ac ne quis apostrophē miretur, ipse Cicero pro Scauro ambitus reo, quæ causa est in cōmentariis (nam bis eundem defendit) Protopopceia loquentis pro reo vitur: pro Rabirio vero Posthumo, eodēque Scauro reo repetundarū, etiā exemplis: pro Cluentio (ut modo ostendi) partitione. ¶ Non tamen hęc, quia possunt benē aliquando fieri, passim faciēda sunt, sed quoties pręceptum vicerit ratio: quo modo & similitudine, dum breui, & translatione, atque aliis tropis, quæ omnia cauti illi ac diligētes prohibent, utemur interim: nisi cui illa diuina pro Ligario ironia, de qua paulo ante dixeram, displicet. ¶ Alii exordiorum vitia verius tradiderunt. Quod in plures causas accommodari potest, vulgare dicitur. Id minus fauorabile, aliquando tamen nō inutiliter assumimus, à magnis sape oratoribus non euitatū. Quo & aduersarius vti potest, cōmune appellatur. Quod aduersarius in suam utilitatē deslētēre potest, commutabile. Quod causa nō coheret, separatū. Quod aliūde trahitur, translatum. Præterea quod longum, quod contra pręcepta est. Quorū plerūq; nō principii modo sunt vitia, sed totius orationis. ¶ Hęc de procemio, quoties erit eius vñs, nō semper autem est. Nam & superuacuum aliquādo est, ut si sit pręparatus satis etiam sine hoc iudex, aut si res pręparatione non egeat. Aristoteles quidem in totum id necessarium apud bonos iudices negat, aliquando tamē vti nec si velimus, eo licet, cum iudex occupatus, cum angusta sunt tempora, cū maior potestas ab ipsa re cogit incipere. ¶ Contrāque est interim procemii vis etiā nō in exordio. Nam iudices & in narratione nōnunq; & in argumētis, ut attendant, & ut faueant, rogamus. Quo Prodicus velut dormitantes eos excitari putabat: quale est Ciceronis pro Vareno qui à familia Anchariana occisus est, hoc quæso iudices diligēter attēdite. ¶ Vtiq; si multiplex causa est, sua quibusque partibus danda præfatio est. vt, Audite nunc reliqua. & trāseō nunc illuc. ¶ Sed in ipsis etiam probationibus multa finguntur procemii vice, ut facit Cicero pro Cluentio, dicturus contra Censores: pro Murena, cum Seruio se excusat. Verum id frequentius est, quā ut exemplo confirmandum sit. ¶ Quoties autem procemio fuerimus vsi, tum siue ad expositionē transibimus, siue protinus ad probationem, id debet in principio postremū esse, cui commodissimē iungi in itū sequentium poterit. ¶ Illa vero frigida & puerilis est in scholis affectatio: ut ipse transitus efficiat aliquam vtiq; sententiam, & huius velut præstigiæ plausum petat, ut Ovidius lasciuire in Metamorphosis solet: quem tamen excusare necessitas potest, res diuersissimas in speciem vñius corporis colligentem. Oratori vero, quid est necesse surripere hanc transgressionem, & iudicē fallere? qui ut ordini rerū animum intendat, etiā cōmonendus est. Peribit enim prima pars expositionis, si iudex nondū narrari sciet. Quapropter, ut nō abruptē cadere in narrationē, ita non obscure transcendere, est optimū. Si vero longior sequetur ac perplexa magis expositio, ad eā ipsam pręparandus iudex erit: ut Cicero sapius, sed hoc præcipue loco fecit. Paulo longius exordii rei demonstrandæ gratia repetam, quod quæso iudices, ne molestē patiamini. Principis enim cognitis, multo facilius extrema intelligetis. Hęc mihi ferē sunt de exordio comperta.

Modus exordii.

Apostrophe & aliæ figuræ in exordiis.

Exordiorū vitia.

Procemio nō semper locus.

Procemii vis etiam in aliis partibus orationis.

Procemii finis cum sequenti parte orationis confitendus.

DE NARRATIONE.

CAP. II.

Aximè naturale est, & fieri frequentissimè debet, ut preparato per hæc quæ supra dicta sunt, iudice, res de qua pronuntiaturus est, indicetur. Ea est narratio. In qua sciens transcurram subtiles nimium diuisiones quorundā, plura eius genera facientium. Non enim solam volunt esse illam negotii, de quo apud iudices quæritur, expositionem: sed personæ, ut, Marcus Acilius Palicanas humili loco, Picens, magis loquax, quàm facundus. Locī, ut, Oppidum est in Hellesponto Lampacum iudices. Temporis, ut, Vere nouo gelidus canis cum montibus humor liquitur. Causarum, quibus histori ci frequentissimè vtuntur, cum exponunt, unde bellū, seditio, pestilentia. Præter hæc, alias perfectas, alias imperfectas vocant: quod quis ignorat? Adiciunt expositionem & præteritorū esse temporum, quæ est frequentissima: & præsentium, qualis est Ciceronis de discursu amicorum, Chrysogonus postquam est nominatus: & futurorū, quæ solis dari vaticinātibus potest. Nā *ἡ κρησις* non est habēda narratio. Sed nos potioribus vacemus. ¶ Plerique semper narrandum putauerūt, quod falsum esse pluribus coarguitur. Sunt enim ante omnia quædam tam breues causæ, ut propositio nem potius habeat quàm narrationem. Id accidit aliquando vtrique parti, cum vel nulla expositio est, vel de re constat, de iure quæritur: ut apud Centumuiros, filius an frater debeat esse intestato hæres. Pubertas annis, an habitu corporis aestimetur. Aut cum est quidem in re narrationi locus, sed aut antè iudici nota sunt omnia, aut priore loco recte exposita. Accidit aliquando alteri, & sapius actori causæ, vel quia satis est proponere, vel quia sic magis expedit, satis est dixisse, Certam creditam pecuniam peto ex stipulatione, legatum peto ex testamento. Diuersæ partis expositio est, cur ea non debeantur. Et satis est actori, & magis expedit sic indicare, Dico ab Horatio sororem suam interfectam. Nāque & cum propositione iudex crimē omne cognoscit, & ordo, & causa facti pro aduersario magis est. Reus contra tunc narrationem subtrahit, cū id quod obicitur, nec negari, nec excusari potest, sed in sola iuris quæstione consistit: ut in eo qui cum pecuniā priuatā ex aede sacra surripuit, sacrilegii reus est, confessio verecundior quàm expositio. Nō negamus pecuniam de templo esse sublatam, calumniatur tamen accusator actione sacrilegii, cū priuata fuerit, non sacra. Vos autē de hoc cognoscetis, an sacrilegium sit admissum. Sed ut has aliquando non narrandi causas puto, sic ab illis dissentio, qui non esse narrandum existimēt, cum reus, quod obicitur, tantū negat. In qua est opinione Cornelius Celsus, qui conditionis huius esse arbitratrur plerūq; cædis causas, & omnes ambitus ac repetundarum. Nō enim putat esse narrationem, nisi quæ summā criminis, de quo iudiciū est, continet. Deinde fatetur ipse pro Rabirio Posthumo narraſſe Ciceronem: atq; ille, & negauit peruenisse ad Rabiriū pecuniā, qua de re erat quæſtio cōstituta, & in hac narratione nihil de crimine exposuit. Ego autē magnos alioqui secutus auctores, duas esse in iudiciis narrationū species existimo, alterā ipsius causæ, alteram rerū ad causam pertinentiū expositionem. Non occidi hominem, nulla narratio est, cōuenit. Sed erit aliqua, & interim etiam longa circa argumenta eius criminis, de antea acta vita, de causis propter quas innocens in periculum deducatur, aliis, quibus incredibile id quod obicitur, fiat. Nec enim accusator hoc tantum dicit, occidisti, sed quibus id probet, narrat: ut in tragediis, cum Teucer Vlyſſem reum facit Aiæis occisi, dicens inuentum eum in solitudine iuxta exanime corpus inimici cum gladio cruento: non id modo Vlyſſes respondet, non esse à se id facinus admissum, sed sibi nullas cum Aiæe inimicitias fuisse, de laude inter ipsos certatum. Deinde subiungit, quomodo in eā solitudinē venerit, iacentē exanimē sit cōspicatus, gladiū è vulnere extraxerit: his subtexitur argumentatio. Sed ne illud quidē sine narratione est, dicēte accusatore, fuisti in eo loco, in quo tuus inimicus occisus est: non fui: dicendum enim ubi fuerit. Quare ambitus quoque causæ & repetundarum hoc etiam plures eiusmodi narrationes habere poterunt, quo plura crimina. In quibus ipsa quidē neganda sunt, sed argumentis, expositione contraria resistēdum, & interdum singulis, interdū vni uersis. An reus ambitus malè narrabit quos parentes habuerit, quemadmodum ipse uixerit, quibus meritis fretus ad petitionem descendit? Aut qui repetundarū insimulabitur, nōne antea actā vitam, & quibus de causis vel provinciam vniuersam, vel accusatorem, aut testem offenderit, nō inutiliter exponet? Quæ si narratio non est, ne illa quidem Ciceronis pro Cluentio prima, cuius est initium, A. Cluentius Habitus. Nihil enim hic de beneficio, sed de causis, quibus ei mater inimica sit, dicit. Illæ quoque sunt pertinentes ad causam, sed non ipsius causæ narrationes, vel exempli gratia, ut in Verrē de L. Domitio, qui pastorem, q̄ is aprum quem ipsi muneri obtulerat, exceptum esse à se venabulo confessus esset, in crucem sustulit. Vel excutiendi alicuius extrinsecus criminis, ut pro Rabirio Posthumo. Nam ut ventum Alexandriam est iudices, hæc vna ratio à rege proposita Posthumō est seruandæ pecuniæ, si curationem, & quasi dispensationem regiam susce-

Narratio
quid & uaria
eius diu
isio.

In Verr.
act. 7.
Geor. 3.

Pro Roscio.

Quando nar
randum.

Narrationū
duæ species.

Sophocles.

Act. 7.

Aft. 3.

piffet. Vel agendi, ut describitur iter Verris. Ficta interim narratio introduci solet, vel ad concitandos iudices, ut pro Roscio contra Chrylogonum, cuius paulo ante habui mentionem: vel ad solvendos aliqua vrbantate, ut pro Cluentio, contra fratres Cepafios: interdum per digressionem decoris gratia, qualis rursus in Verrem de Proserpina, In his quondam locis mater filiam quæfisse dicitur. Quæ omnia eo pertinet, ut appareat non vtique non narrare eum qui negat, sed illud ipsum narrare quod negat. ¶ Ne hoc quidem simpliciter accipiendum, quod est à me positum, si peruacuum esse narrationem rei quam iudex nouerit. Quod sic intelligi volo, si nō modo factum quid sit, sciet, sed ita factum etiam, ut nobis expedit, opinabitur. Neque enim narratio in hoc reperiata est tantum, ut cognoscat iudex, sed aliquanto magis, ut consentiat. Quare etiam si non erit docendus, sed aliquo modo afficiendus, narrabimus cum præparatione quadam. Scire quidē eum in summa quid actum sit, tamen rationem quoq; facti cuiusque cognoscere ne grauetur. Interim propter aliquem in consilium adhibitum nos repetere illa simulemus: interim ut rei quæ ex aduerso proponatur, iniquitatem omnes etiam circumstantes intelligant. In quo genere plurimis si guris erit varianda expositio ad effugiendum tadium audientis. Sicut meministi, & fortasse superuacuum fuerit hic commorari. Sed quid ego diutius, cum tu optimè noris illud quale sit, tu scias, & his similia. Alioqui si apud iudicem, cui nota causa est, narratio semper videtur superuacua, potest videri non semper esse etiam ipsa actio necessaria. ¶ Alterum est de quo frequentius quaeritur, an sit vtique narratio procemio subiicienda. Quod qui opinantur, non possunt videri nullaratione ducti. Nam cum procemium ideo comparatum sit, ut iudex ad rem accipiendam fiat conciliator, docilior, & intetior: & probatio, nisi causa prius cognita, nō possit adhiberi, protinus iudex notitia rerum instruendus uidetur. ¶ Sed hoc quoque interdum mutat conditio causarum: nisi fortē M. Tullius in oratione pulcherrima, quam pro Milone scriptam reliquit, malē distulisse narrationem videtur tribus præpositis quæstionibus: aut profuisset exponere quomodo insidias Miloni fecisset Clodius, si reum qui à se hominem occisum fatetur, defendi omnino fas non fuisset: aut si iam præiudicatione Senatus damnatus esset Milo: aut si Cn. Pompeius qui propter aliquam gratiam iudicium militibus armatis elauferat tanquam aduersus ei timeretur. Ergo hæc quoque quæstiones vim procemii obtinebunt, cum omnes iudicem præparauerint. ¶ Sed aliter pro L. Murena quoque postea narrauit, cum obiecta diluit. Quod fiet utiliter quoties crimen non repellendum tantum, sed etiam transferendum erit, ut prius iis defensis velut initium sit alium culpandi narratio, ut in armorum ratione antiquior cauendi q̄ ictum inferendi cura est. ¶ Erunt quædam causæ (nec id raro) crimini quidem, de quo cognitum est, faciles ad diluendum, sed multis antea actæ vitæ flagitiis, & grauib; criminibus onerata: quæ prius amouenda sunt, ut propitius iudex defensionem ipsius negotii, cuius propria quæstio est, audiat. Vt si defendēdus est M. Cælius, nōne optimè patronus occurrat prius conuiciis luxuriæ, petulantia, impudicitia, q̄ veneficiis: in quibus solis omnis Ciceronis uestatur oratio. Deinde tū narret de bonis paulatim, totamque deinde explicet causam, quæ est ipsius actione defensa: Sed nos ducit scholarum cōsuetudo, in quibus certa quædam ponuntur, quæ Themata dicimus, præter quæ nihil est diluendum. Ideoque narratio procemio semper subiungitur. Inde libertas declamatoribus, ut etiam secundo partis suæ loco narrate videantur. Nam quum pro petitore dicunt, & expositione, tanquam prior sagant, vt solent: & contradictione, tanquam respondeant, idque fit rectē. Nam cum sit declamatio forensium actionum meditatio, cur non vtrunque protinus locum exerceant? Cuius rationis ignari, ex more cui assueuerunt, nihil in foro putant esse mutandum. Sed in scholasticis quoque nonnunquam euenit, ut pro narratione sit propositio. Nam quid exponet, quæ zelytypum malæ tractationis accusat: aut qui Cynicum apud Censores reum de moribus facit, cum totum crimen uno verbo, in qualibet actionis parte proposito, satis indicetur? Sed hæc hæc haftenus.

 Quo loco
narrandi.

 N A R -
randi ratio,
cuius tres
partes, clari-
tas, breui-
tas, & ueris-
similitudo

¶ Nunc quæ sit ratio narrandi subiungam. Narratio est rei factæ, aut non factæ vtilis ad persuadendum expositio. Vel (ut Apollodorus finit) oratio docens auditorem, quid in controuersia sit. Eam plerique scriptores, maximè qui sunt ab Isocrate, volunt esse lucidam, breuem, verisimilem. Nec enim refert, an pro lucida perspicuam, pro verisimili probabilem, credibilemve dicamus. Eadem nobis placet diuisio: quamquam & Aristoteles ab Isocrate parte in vna dissenferit præceptum breuitatis irridens, tanquam necesse sit longam aut breuem esse expositionem, nec liceat ire per medium. Theodori quoque solam relinquunt vltimam partem, quia nec breuiter vtique nec dilucidè semper sit vtile exponere. Quo diligentius distinguenda sunt singula, ut quid quo loco profit ostendā. ¶ Narratio est aut tota pro nobis, aut tota pro aduersariis, aut mixta ex vtriusq;. Si erit tota pro nobis, contenti simus tribus partibus, per quas efficitur, quo iudex facilius intelligat, meminerit, credat. ¶ Nec quisquam reprehensione dignum putet, quod proposuerim eā quæ

fit tota pro nobis, debere esse uerisimilem, cum vera sit. Sunt enim plurima vera quidem, sed parū credibilia, sicut falsa quoque frequenter uerisimilia. Quare non minus laborandum est, ut iudex, quæ vera dicimus, quàm quæ fingimus, credat. ¶ Sunt quidem hæc, quas supra retuli, virtutes aliarum quoque partium. Nam & per totam actionem vitanda est obscuritas, & modus ubique custodiendus, & credibilia esse oportet omnia, quæ dicuntur. Maximè tamen hæc in ea parte custodienda sunt, quæ prima iudicem docet, in qua si acciderit, ut aut non intelligat, aut non meminerit, aut non credat, frustra in reliquis elaborabimus. ¶ Erit autem narratio aperta atque dilucida, si fuerit primum exposita uerbis propriis & significantibus, & non sordidis quidem, non tamè exquisitis, & ab usu remotis. tum distincta rebus, personis, temporibus, locis, causis: ipsa etiā pronuntiatione in hoc accommodata, ut iudex, quæ dicuntur, quàm facillimè accipiat. Quæ quidem virtus negligitur à plurimis, qui ad clamorem dispositæ, vel etiam fortè circumfusæ multitudinis compositi, non ferunt illud intentionis silentium: nec sibi diserti videntur, nisi omnia tumultu ac vociferatione concusserint: rem indicare, sermonis quotidiani, & in quemcunque etiam indoctorum cadentis, esse existimant, cum interim, quod tanquam facillè contemnunt, nescias præstare velint minus, an possint. Neque enim aliud in eloquentia cuncta experti difficilius reperient, quàm id quod se dicturos fuisse omnes putant, postquam audierunt, quia non bona iudicant esse illa, sed vera. Tum autem optimè dicit orator, cum videtur vera dicere. At nunc velut campū nacti expositionis, hic potissimum & vocem flectunt, & ceruicem reponunt, & bracium in latus iactant, totoque & rerum & verborum, & compositionis genere lasciuiunt: deinde quod sit môstro simile) placet actio, causa non intelligitur. Verum hoc omittamus, ne minus gratiæ præcipiendo recta, quàm offensiæ reprehendendo praua mereamur. ¶ Brevis erit narratio antè omnia, si inde coeperimus rem exponere, unde ad iudicem pertinet. Deinde si nihil extra causam dixerimus, tum etiā si reciderimus omnia: quibus sublati, nec cognitioni quicquam, nec utilitati detrahatur. Solet enim esse quædam partium breuitas, quæ longam tamen efficit summam. In portum ueni, nauim prospexi, quanti ueheret interrogauim, de precio conueni, conscendi, sublata sunt anchoræ, soluiimus oram, prouecti sumus. Nihil horum dici celerius potest, sed sufficit dicere, è portu nauigauim. ¶ Et quoties exitus rei satis ostendit priora, debemus hoc esse contenti, quo reliqua intelliguntur. Quare cum dicere liceat, est mihi filius iuuenis, omnia illa superuacua, cupidus ego liberorum uxorem duxi, natum sustuli, filium educaui, in adolescentiam perduxim. Ideoque Græcorum aliqui aliud circuncisam expositionem, id est, σύντομον, aliud breuem putauerunt, quod illa superuacuis careret, hæc posset aliquid ex necessariis desiderare. Nos autem breuitatē in hoc ponimus, non ut minus, sed ne plus dicatur quod oporteat. Nam iterationes quidem, & ταυτολογίας & περιστολογίας, quas in narratione vitandas quidam scriptores artium tradiderunt, transeo. Sunt enim hæc vitia, non tantum breuitatis gratia fugienda. Non minus autem cauenda erit, quæ nimium corripientes omnia sequitur, obscuritas. Satiùsque aliquid narrationi superesse, quàm deesse. Nam superuacua cum tædio dicuntur, necessaria cum periculo subtrahuntur. ¶ Quare vitanda etiam illa Sallustiana (quæqu岸 in ipso uirtutis obtinet locum) breuitas & abruptum sermonis genus, quod ocio sum fortasse lectorem minus fallat, audientem transuolat, nec dum repetatur expectat: cum præfertim lector non ferè sit nisi eruditus, iudicem rura plerunque in decuria mittant, de eo pronuntiatum, quod intellexerit. Ut fortasse ubique, in narratione tamen præcipuè media hæc tenenda sit via dicendi, quantum opus est, quantum satis est. Quantum opus est autem, non ita solum accipi uolo, quantum ad indicandum sufficit, quia non inornata debet esse breuitas, aliqui sit indocta: nam & fallit voluptas, & minus longa quæ delectant, videntur: ut amœnum ac molle iter, etiā minus est spatii amplioris, minus fatigat, quàm durum arduumque compendium. Nec enim mihi vnquam tanta fuerit cura breuitatis, ut non ea quæ credibilem faciunt expositionem, inferi velim. Simplex enim & vndique præcisa, non tam narratio potest vocari, quàm confusio. ¶ Sunt porro multæ conditione ipsa rei longæ narrationes, quibus extrema (ut præcepi) procemii parte ad intentionem præparandus est iudex: deinde curandum, ut omni arte vel ex spatio eius detrahamus aliquid, vel ex tædio, ut minus longa sit efficiamus, quæ poterimus differendo, non tamen sine mentione eorum, quæ differimus. Quas causas occidendi habuerit, quos assumpserit cōscios, quemadmodum disposuerit insidias, probationis loco dicam. ¶ Quædam vero ex ordine præmittenda, quale est apud Ciceronem, Moritur Fulcinius. Multa enim quæ sunt in re, quia remota sunt à causa, prætermittam. ¶ At partitio tædium leuat. Dicam quæ acta sunt ante ipsum rei cōtractum, dicam quæ in re ipsa, dicam quæ postea. Ita tres potius modicæ videbuntur narrationes quàm vna longa. ¶ Interim expedit expositiones breui interfatione distinguere. Audistis quæ ante acta sunt, accipite nunc quæ insequuntur. Reficietur enim iudex priorum sine, & se velut ad no

Narratio aperta.

Brevis narratio.

Longioribus narrationibus quomodo medendū.

Pro Cæcinnæ Interfatio.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

Narratio
credibilis.

uum rursus initium præparabit. Si tamen adhibitis quoque his artibus in longum exierit ordo rerum, erit non inutilis in extrema parte commonitio, quod Cicero etiam in breui narratione facit. Adhuc Cæsar Q. Ligarius omni culpa caret, domo est egressus, non modo nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem belli suspensionem, & cætera. ¶ Credibilis autem erit narratio ante omnia, si prius consulerimus nostrum animum, ne quid naturæ dicamus aduersum. Deinde si causas ac rationes factis præposuerimus, non omnibus, sed de quibus quæritur. Si personas convenientes iis quæ facta credi uolumus, cõstituerimus, ut furti reum, cupidum: adulterii, libidinosum: homicidii, temerarium. Vel cõtrà, si defendemus. Præterea loca, & tempora, & similia. ¶ Est autem quidam etiam ductus rei credibilis, qualis in comædiis etiam, & in Mimis. Aliqua enim naturaliter sequuntur & coherent, ut si bene priora narraueris, iudex ipse, quod postea sis narraturus, expectet. ¶ Ne illud quidem fuerit inutile, semina quædam probationum spargere: verum sic, ut narrationem esse meminerimus, non probationem. ¶ Nonnunquam etiam tamen argumento aliquo confirmabimus, quod proposuerimus, sed simplici & breui, ut in veneficiis, Sanus bibit, statim concidit, liuor ac tumor confestim est infecutus. ¶ Hoc faciunt & illæ præparationes, cum reus dicitur robustus, armatus, sollicitus, contra infirmos, inermes, securos. ¶ Omnia denique, quæ probatione tractaturi sumus, personam, causam, locum, tempus, instrumentum, occasionem, narratione delibabimus. ¶ Aliquando si destituti fuerimus his, fatebimur vix esse credibile, sed verum: & hoc maius habendum scelus, nescire nos quomodo factum sit, aut quare, mirari, sed probaturos. ¶ Optimæ vero præparationes erunt, quæ latuerint, ut à Cicerone sunt quidem utilissimè omnia prædicta, per quæ Miloni Clodius, non Clodio Milo infidatus esse videatur: plurimum tamen facit illa callidissima simplicitatis imitatio, Milo autem, cum in Senatu fuisset eo die, quoad Senatus est dimissus, domum venit, calceos & vestimenta mutauit, paulisper dum se vxor, ut sit, comparat, commoratus est. Quam nihil præparato, nihil festinato fecisse videtur Milo? Quod non solum rebus ipsis vir eloquentissimus, quibus moras, & lentum profectiois ordinem ducit: sed verbis etiam vulgaribus & quotidianis, & arte occulta consecutus est. quæ si aliter dicta essent, strepitu ipsum iudicem, deinde patronum excitassent. Frigida videntur ista plerisque: sed hoc ipsum manifestum, quomodo iudicem fefellerint, quod vix à lectore deprehenditur. ¶ Hæc sunt, quæ credibilem faciant expositionem. nam ne contraria aut sibi repugnantia in narratione dicamus, sicui præcipiendum est, is reliqua frustra docetur: etiam si quidam scriptores artium, hoc quoque tanquam occultum, & à se prudenter erutum, tradunt. ¶ His tribus narrandi virtutibus adiiciunt quidam magnificentiam, quam *μεγαλοπρεπείαν* vocant, quæ neque in omnes causas cadit. (Nam quid in plerisque iudiciis priuatis de re certa, credita, locato & conducto, interdicitis, habere loci potest supra modum se tollens oratio?) nec semper est utilis, ut vel proximo Miloniano exemplo patet. Et meminerimus multas esse causas, in quibus confitendum, excusandum, submittendum sit quod exponimus, quibus omnibus aliena est illa magnificentia virtus. Quare non magis proprium narrationis est magnificè dicere, quam miserabiliter, inuidiosè, grauiter, dulciter, vrbane: quæ cum suo loco sint laudabilia, non sunt huic parti propriè assignata, & velut dedita. ¶ Illa quoque ut narrationi apta, ita cum cæteris partibus communis est virtus, quam Theodoctes huic vni propriè dedit: non enim magnificam modo vult esse, verum etiam iucundam expositionem. ¶ Sunt qui adiiciant his euidentiam, quæ in Topicis, *ἰσχυρά* græcè vocatur. ¶ Nec ego quenquam deceperim, ut dissimulem Ciceroni quoque plures partes placere. Nam præterquam planam, & breuem, & credibilem, vult esse euidentem, moratam cum dignitate. Sed in oratione morata debent esse omnia cum dignitate quæ poterunt. Euidentia in narratione, quantum ego intelligo, est quidem magna virtus, cum quid veri non dicendum, sed quodammodo etiā ostendendum est: sed subiici perspicuitati potest. Quæ quidam etiam cõtrariam interim putauerunt, quia in quibusdam causis obscuranda veritas est: quod est ridiculum. Nam qui obscurare vult, narrat falsa pro veris: & is qui narrat, debet laborare, ut videantur quæ euidentissima. ¶ Sed quatinus etiam fortè quadam peruenimus ad difficilium narrationum genus, iam de his loquamur, in quibus res contra nos erit, quo loco nonnulli prætereundam narrationem putauerunt. Et sanè nihil est facilius, nisi prorsus totam causam omnino non agere. Sed si aliqua iusta ratione susceperis litem, cuius artis est malam esse causam silentio confiteri? nisi fortè tam hebes futurus est iudex, ut secundum id pronunciet, quod sciet narrare te noluisse. ¶ Neque inficias eo, in narratione, ut aliqua neganda, aliqua adiicienda, aliqua mutanda, sic aliqua etiam tacenda. Sed tacendaque tacere oportebit, & liberum erit. Quod sit nonnunquam breuitatis quoque gratia: quale illud, Respondit quæ ei visum est. ¶ Distinguiamus igitur genera causarum. Nanque in quibus non de culpa quæritur, sed de actione, etiam si erunt contra nos themata, confiteri nobis licebit.

Additur et
aliæ narrandi
diuitiæ.

In Topicis.

Narratio
quæ contra
nos est, quo-
modo tractanda.

Pecuniam de templo fustulit, sed priuatam, non ideo sacrilegus est. Virginem rapuit, non tamen oprio patri dabitur. Ingenuum stuprauit, & stupratus se suspendit, non tamen ideo stuprator capite, ut mortis causa puniatur: sed decem millia, quæ poena stupratori constituta est, dabit. Verum in his quoque confessionibus est aliquid, quod ex inuidia, quam expositio aduersarii fecit, detrahi possit, cum etiam serui nostri de peccatis suis mollius loquantur. Quædam enim quasi non narrantes mitigabimus. Non quidem (ut aduersarius dicit) consilium furti in templum attulit, nec diu captauit eius rei tempus, sed occasione & absentia custodum corruptus, & pecunia, quæ nimium in animis hominum potest, victus est. Sed quid refert? peccauit, & fur est. Nihil attinet id defendere, cuius poenam non recusamus. Interdum quasi damnemus ipsi. Vis te dicam vino impulsus? errore lapsus? nocte deceptus? vera sunt ista fortasse, tu tamen ingenuum stupraasti, solves decem millia. Nonnunquam propositione præmuniri potest causa, & deinde exponi. Contraria sunt omnia tribus filiis, qui in mortem patris cõiurarant, sortiti noctem singuli per ordinem, cum ferro cubiculum intrauerunt patre dormiente, cum occidere eum nemo potuisset, excitato omnia indicauerunt. Si tamẽ pater, qui diuisit patrimoniu, & reos parricidii defendit, sic agat, Quod contra legem sufficit, parricidium obiicitur iuuenibus, quorum pater uiuit, atque etiã liberis suis adest. Ordinem rei narrare quid mihi necesse est, cum ad legem nihil pertineat? Sed si confessionẽ culpæ meæ exigitis, ego fui pater durus, & patrimonii, quod iam melius ab his administrari poterat, tenax custos. Deinde subiicitur, stimulos ab iis quorum indulgentiores parentes erant, semper tamen eum habuisse animum, qui sit euentu deprehensus, ut occidere patrem non posset. Neque enim iureiuratio opus fuisse, si aliqui hoc mētis habuissent: nec forte, nisi quod se quisque eximi voluerit. Omnia hæc qualiãcunq; placidioribus animis accipientur, illa breui primæ propositionis defensione mollita. ¶ At cum quæritur an factum sit, vel quale factum sit, licet omnia contra nos sint, quomodo tamen euitare expositionem salua causæ ratione possumus? Narrauit accusator, nec ita, ut quæ essent acta, tantum indicaret: sed adiecit inuidiam, rem verbis exasperauit, accesserunt probationes, peroratio incēdit, & plenos iræ reliquit. Expectat naturaliter iudex quid narretur à nobis. si nihil exponimus, illa esse, quæ aduersarius dixit, & talia qualia dixit, credat necesse est. Quid ergo eadem opponemus? Si de qualitate agetur, cuius tum demum quæstio est, cum de re constat, eadem, sed non eodem modo: alias causas, aliam atque aliam rationem dabo. Verbis eleuare quædam licebit, luxuria hilaritatis, auaritia parsimonie, negligentia simplicitatis nomine lenietur. Vultu denique, voce, habitu, vel fauoris aliquid, vel miserationis merebor. Solet nonnunquam mouere lachrymas ipsa confessio. ¶ Atque ego libenter interrogem, sint illa defensori quæ non narrauerint, necne? Nam si nec defenderint, nec narrauerint, tota causa prodeur. At si defensori sunt, proponere certè plerūque id quod confirmaturi sumus, oportet. Cur ergo non exponamus quod & dilui potest? Vt hoc contingat, vtique indicandum est. Aut quid inter probationem & narrationem interest, nisi quod narratio est probationis continua propositio, rursus probatio narrationi congruens confirmatio? ¶ Videamus ergo, num expositio hæc lōgiore demum esse debeat, & paulo verbosior præparatione, & quibusdam argumentis: argumentis dico, nõ argumentatione, cui tamẽ plurimum confert frequens affirmatio. Effecturos nos quidem dicemus, non posse vim rerum ostendi prima expositione, expectent, & opiniones suas differant, & benè sperent. ¶ Denique vtique narrandum est, quicquid aliter quàm aduersarius exposuit, narrari potest, aut eo etiam procemia sunt in his causis superuacua. quæ quid magis agunt, quàm ut cognitioni accommodationi iudicem faciant? Atqui constat nulquam eorum maiorem vsum, quàm ubi animus iudicis ab aliqua contra nos insita opinione flectendus est. Cōiecturales autem causæ in quibus de facto quæritur, non tam sæpè rei de qua iudicium est, quàm eorum per quæ res colligenda est, expositionem habet. Quæ cum accusator suspitiosè narret, reus leuare suspicionem debeat, aliter ab hoc atque ab illo ad iudicem perferri oportet. At enim quædã argumenta turba valēt, diducta leuiora sunt. Id quidẽ nõ eo pertinet, ut quærat an narradũ, sed quomodo narrandũ sit. Nam & cõgere plura expositione, quis prohibet, si id vtile est causæ? promittere, sed & diuidere narrationem, & probationes subiungere partibus, atque ita transire ad sequentia? ¶ Nã ne iis quidẽ accedo, qui semper eo putant ordine, quo quid actum sit, esse narradũ: sed eo modo quo expedit. Quod fieri pluribus figuris licet. Nã & aliquando excidisse simulamus, cū quid vtiliore loco reducimur, & interim nos reduciuros reliquũ ordinem testamur, quia sic futura sit causa lucidior: interim re exposita, subiungimus causas, quæ antecesserunt. Nec enim est vna lex defensionis, certūque est præscriptũ, pro re, pro tẽpore, intuenda quæ profint atque ut erit vulnus, ita vel curadũ protinus: vel si curatio differri potest, interim deligadũ. ¶ Nec dixerim sæpius narrare nefas, quod Cicero pro Cluẽtio fecit: estque nõ cõcessum modo, sed aliquando etiam necessarium, ut in causis repetendũ, omnibusque quæ

Exemplũ cõtrariæ narrationis.

Docet quid agendum sit.

Narrandi ordo.

Narrandum interdum sãpius.

simplices non sunt. Amentis est enim superstitione præceptorū contra rationē causæ trahi. Narrationē ideo ante probatiōes ponere est institutū, ne iudex, quæ de re quaratur, ignoret. Curigitur si singula probanda aut refellēda erūt, non singula etiam narrentur? Me certē, quantacūq; nostris experimētis habēda est fides, fecisse hoc in foro, quoties ipsa desiderabat vtilitas, probātibz & eruditis & iis qui iudicabāt, scio, & (quod nō arrogāter dixerim, quia sunt plurimi, quibuscū egi, q me refellere possint, si mētiar) ferē ponēda à me causæ officiū exigebatur. Neq; ideo tamē nō sapius facere oportebit, ut rerū ordinē sequamur. Quædā vero etiā turpiter cōuertūtur, ut si peperisse narres, deinde cōcepisse: apertū testamētū, deinde resignatū. In qbus, si id quod posterius est, dixeris, de priore tacere optimū est. ¶ Sunt quædā & falsæ expositiones, quarū in foro duplex genus est. Alterum quod instrumentis adiuuatur, ut Publius Clodius fidutiā testiū, quæ nocte incestū Romæ cōmiserat, Interamnā se fuisse dicebat. Alterū quod est tuendū dicētis ingenio. Id interim ad solā verēcundiā pertinet, vnde etiam mihi uidetur dici color: interim ad quæstionē. ¶ Sed vtrūcūque erit, prima sit curarū, ut id quod fingimus, fieri possit: deinde, vt & personæ, & loco, & tēpori congruat, & credibilē rationē, & ordinē habeat. si contingat etiā ut veræ aliquid rei cohæreat, aut argumēto, quod sit in causā, cōfirmetur. Nā quæ tota extra rē petita sunt, mētiēdi licetiā prodūt. ¶ Curandū præcipuē (quod fingētibus frequēter accidit) ne qua inter se pugnēt. Quædā enim partibus blandiūtur, sed in summā nō cōsentiūt. Præterea ne iis quæ veræ esse cōstabit, aduersa sint. In schola etiā ne color extra themata quaratur. ¶ Vtrobique autē orator meminisse debet actionē tota qd finxerit, quoniā solēt excidere quæ falsa sunt: verūq; est illud, quod vulgō dicitur. Mendacē mōrē esse oportere. ¶ Sciamus autē, si de nostro factō quaratur, vnū nobis aliquid esse dicendum: si de alieno, mittere in plures suspitiones licere. Est tamē quibuscū scholasticis cōtrouersis, in quibus ponitur aliquem non respondere ad quæ interrogatur, libertas omnia enumerandi, quæ respōderi potuissent. ¶ Fingenda vero meminerimus ea, quæ non cadant in testem. Sunt autē quæ nostro dicuntur animo, cuius ipsi tantū cōscii sumus. Itē quod à defunctis, nec enim hoc est qui negat. Itēm; ab eo cui idem expediet, is enim nō negabit. Ab aduersario quoq; quia non est habiturus in negando fidē. Somniorū & superstitionū colores ipsa iam facilitate auctoritatē perdiderūt. ¶ Non est autē satis in narratione vti coloribus, nisi per totā actionē cōsentiūt, cū præsertim quorūdam probatio sola sit in asseueratione & perseuerantia: ut ille parasitus, qui ter abdicatū à diuite iuuenē & absolutū, tanq̃ suū filiū asserit, habebit quidem colorē, quo dicat, & paupertatem sibi causam exponēdi fuisse, & ideo à se parasiti personā esse susceptā, quia in illa domo filiū haberet: & ideo illū innocentē ter abdicatū, quia filius abdicantis non esset: nisi tamē omnibus verbis, & amorē patriū, atq; hūc quidē ardētissimū ostenderit, & odiū diuitis, & metū pro iuuenē, quē periculose māsūrū in illa domo in qua tā inuisus sit, sciat, suspitione subiecti petitoris nō carebit. Euenit aliquādo in scholasticis cōtrouersis, quod in foro an possit accidere, dubito, ut eodē colore pars vtraq; vtatur, deinde eū pro se quisq; defēdat. Vt in illa cōtrouersia, Vxor marito dixit, appellatā se de stupro à priuigno, & sibi constitutū tēpus & locū, eadē cōtrā filius detulit de Nouerca, edito tātū alio tēpore ac loco, quæ pater in eo quē vxor prædixerat, filiū inuenit, in eo quē filius, vxorē, illā repudiāuit, quæ tacētē filiū abdicat. Nihil dici potest pro iuuenē, quod nō idē sit pro nouerca. Ponētur tamē oīa cōmunia, deinde ex personarū cōparatione, & indicii ordine, & silētio repudiātæ argumēta ducētur. ¶ Ne illud qdē ignorare oportet, quædā esse quæ colorē nō recipiāt, sed tantū defendēda sint: qualis est ille diues q̃ statuā pauperis inimici flagellis cecidit, reus est iniuriarū. Nā factū eius modestū esse nemo dixerit: fortasse, ut sit tutū, obtinebit. ¶ Quod si pars expositionis pro nobis, pars cōtrā nos erit, miscēda sit, an separāda narratio, cū ipsa causæ cōditione deliberādū est. Nā si plura sunt quæ nocēt, quæ profunt obruentur. Itaq; tūc diuidere optimū erit, & iis quæ partem nostram adiuuabunt, expositis & confirmatis, aduersus reliqua vti remediis, de quibus supra dictū est. Si plura proderunt, etiam coniungere licebit, ut quæ obstant in medio velut auxiliis nostris posita minus habeant virium. Quæ tamen non erunt nuda ponenda, sed ut & nostra, aliqua argumentatione firmemus: & diuersā, cur credibilia non sint, adiciamus: quia nisi distinxerimus, verendum est ne bona nostra permixtis malis inquinentur. ¶ Illa quoque de narratione præcipi solēt, ne qua ex ea fiat excursio, ne auertatur à iudice sermo, ne alienæ personæ vocē demus, ne argumētumur: adiciūt quidam etiā, ne vtamur affectibus, quorum plerāque frequentissimē custodienda, immo nunquā, nisi ratio coegerit, mutanda, ut sit expositio perspicua & breuius. ¶ Nihil quidem tam rarō poterit habere rationem, q̃ excursio, ne vnq; debet esse nisi breuius, & talis, ut vi quadam videamur, velut recto itinere depulsi. Qualis est Ciceronis circa nuptias Saffiæ. O mulieris scelus incredibile, & præter hanc unam, in omni vita inauditum. O libidinē infrenatā & indomitā. O audaciā singularem, non timuisse, si minus vim deorum hominūque famā at

Defectus narrationibus, quomodo in his color veritatis tuendus.

Quod tractanda narratio, quæ partim pro nobis est, partim contra nos.

Narratio quas figuras, & quatenus excursus, & argumentationes & affectus admittat.

illam ipsam noctem, faciesq; illas nuptiales? non limen cubiculi, non cubile filiarum, non parietes denique ipsos superiorum testes nuptiarum? ¶ Sermo auersus à iudice, & breuius indicat interim, & coarguit magis interim. Quae de re idem, quod de procemio dixeram, sentio. ¶ Sicut de Protopopoeia quoque, quae tamen non Seruius modo Sulpitius vitatur pro Aufidia, Somno ne te languidum, an graui lethargo putem pressum? Sed M. quoque; Tullius circa nauarchos. Nam ea quoque; rei expositio est; Vt adeas, tantum dabis, & reliqua. Quid pro Cluentio, Staleni, Bulbiq; colloquium, nonne ad credulitatem plurimum & fidem confert? Quae ne fecisse sine obseruatione quadam videatur (quanquam hoc in illo credibile non est) in Partitionibus praecipit, ut habeat narratio suauitate, admirationes, expectationes, exitus inopinatos, colloquia personarum, omnes affectus. ¶ Argumentabimur in narratione (ut dixi) nunquam, argumentum ponemus aliquando. Quod facit pro Ligario Cicero, cum dicit, Sic eum provinciae praefuisse, ut illi pacem esse expediret. Inseremus expositioni & breuiem, cum res poscet, defensionem, & rationem factorum. Nec enim narrandum est tanquam testi, sed tanquam patrono. Rei ordo per se talis est, Q. Ligarius legatus in Africam cum C. Confidio profectus est. Quid ergo Marcus Tullius? Quenim, inquit, Ligarius, cum esset adhuc nulla belli suspitio, legatus in Africam cum C. Confidio profectus est. Alibi, Non modo vllum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli. Et cum esset indicanti satis, Q. Ligarius nullo se implicari negotio passus est, adiecit, Domum spectans, ad suos redire cupiens. Ita quod exponebat, & ratione fecit credibile, & affectus quoque; impleuit. ¶ I Quos magis miror eos, qui non putant utendum in narratione affectibus: qui si hoc dicunt, non diu, nec ut in epilogo, mecum sentiunt. Sunt enim effugienda mora. Ceterum cur ego iudicem nolum, cum eum doceo, etiam moueri? Cur quod in summa parte sum actionis petiturus, non in primo statim rerum ingressu (si fieri potest) consequar? cum praefertim etiam in probationibus faciliore sum animo eius abusus occupato, vel ira vel miseratione. An non Marcus Tullius circa verbera ciuis Romani omnes breuissimè mouet affectus? non solum conditione ipsius, loco iniuriae, genere verberum, sed animi quoque; commendatione. Summum enim virum offendit, qui cum virgis caderetur, non ingemuerit, non rogauerit, sed tantum ciuem se Romanum esse cui inuidia cadentis, & fiducia iuris clamauerit. Quid Philodami casum? nonne cum per totam expositionem incendit inuidiam, tum in supplicio ipso lachrymis impleuit, cum flentes non tam narraret quam ostenderet, patrem demorte filii, filium de patris? Quid vlli epilogi possunt magis habere miserabile? Seruum est enim aduocare his rebus affectum in peroratione, quas securus narrauerit. Assuevit illis iudex, iamque; eas sine motu mentis accipit, quibus commotus nouus non est, & difficile est nobis mutare habitum animi semel constitutum. ¶ Ego vero (neque enim dissimulabo iudicium meum, quantum id quod sum dicturus, exemplis magis quam praecipis vllis continetur) narrationem, ut si vllam partem orationis, omni qua potest gratia & venere exornanda puto. Sed plurimum refert, quae sit natura huius rei, quam exponimus. ¶ In paruis ergo (quales sunt ferè priuatae) sit ille pressus, & velut applicitus rei cultus: in verbis summa diligentia, quae in locis impetu feruntur, & circuectae orationis copia latent: hic expressa, & (ut vult Zeno) sensu tinctae esse debent, compositio dissimulata quidem, sed tamen quauicundissima, figurae non illae poeticae, & contra rationem loquendi auctoritate veterum receptae. Nam debet esse quapurissimus sermo, & qui uariatione tedium effugiat, & mutationibus animi leuet: ne in eundem casum, similem positionem, pares elocutionum tractus incidamus. Caret enim ceteris lenociniis expositio, & nisi commendetur hac venustate, iaceat necesse est. Nec in vlla parte intetior est iudex, eoque; nihil rectè dictum perit. Præterea nescio quomodo etiam facilius credit, quae audienti iucunda sunt, & voluptate ad fidem ducitur. ¶ Vbi vero maior res erit, & atrocia inuidiosè, & tristia miserabiliter dicere decebit. Non ut consumatur affectus, sed tamen ut velut primis lineis designetur, ut planè qualis futura sit imago rei, statim appareat. Ne sententia quidem, velut fatigatum intentione stomachum iudicis reficere dissuasim, maxime quidem breuiter iniecta: qualis est illa, Fecerunt serui Milonis, quod suos quisque; seruos in re tali facere voluisset. Interim paulo liberiore: qualis est illa, Nubit genero focus, nullis auspiciis, nullis auctoribus, funestis ominibus omnium. Quod cum sit factum iis quoque; temporibus, quibus omnis ad utilitatem potius quam ad ostentationem componebatur oratio, & erat adhuc seueriora iudicia, quanto nunc faciendum magis, cum in ipsa capitis aut fortunarum pericula irrupit voluptas? Cui hominum desiderio quantum dari debeat, alio loco dicam. Interim aliquid indulgendum esse confiteor. Multum confert adiecta veris, credibilis rerum imago, quae velut in rem praesentem perducere audientes videtur: qualis est illa M. Caellii in Antonium descriptio. Namque; ipsum offendunt temulento sopore profligatum, totis praecordiis stertentem, ructuosos spiritus geminare, praeclearasque; cotubernas ab omnibus spondis transuersas incubare, & reliquas circumiacere passim, quae tamen exanimatae terrore, hostium aduentu percepto, excitare Antonium conabantur, nomen inclamabant, frustra ceruicibus tollebant, blandius alia ad aurem inuocabat, ve-

Protopopoeia.
an pæia.
In Ver.
Act. 7.

Argumentatio in narratione.

Affectus in narrando.

In Ver.
Act. 7.

Act. 3.

Elocutio narrationis exculta sit, & ad rem accommodata.

Pro Milone
Pro Cluent.

Hypotyposis.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

hementius etiam nonnulla feriebat. Quarum cum omnium vocem tactumque noscitur, proximè cuiusque collum amplexu petebat, nec dormire excitatus, nec vigilare ebrius poterat, sed semisomno sopore inter manus centurionum concubinarumque iactabatur. Nihil his nec credibilis fingi, nec vehementius exprobrari, nec manifestius ostendi potest. ¶ Ne id quidem præteribo, quantam asserat fidem expositioni narrantis auctoritas, quam mereri debemus ante omnia quidem vita, sed & ipso genere orationis. Quod quo fuerit grauius, sanctius, hoc plus habeat necesse est in affirmando quoque ponderis. Effugienda ergo in hac præcipuè parte omnis calliditatis suspitio. Neque enim se viq̃ custodit magis iudex. Nihil videatur fictum, nihil sollicitum. omnia potius à causa, q̃ ab oratore profecta credantur. Sed hoc pati non possumus, & perire artem putamus nisi appareat, cum definat ars esse, si appareat. Pendemus ex laude, atq; hanc laboris nostri ducimus summam. Ita quæ circumstantibus ostentare volumus, iudicibus prodimus. ¶ Est quedam & repetita narratio, quæ ἰστορικὴ dicitur, sanè res declamatoria magis, q̃ forensis. Ideo autè repetita, vt quia narratio brevis debet esse, fufius & ornati⁹ res possit exponi. Quod fit, vel inuidiæ gratia, vel miserationis. Id raro faciendū iudico: neq; sic vnq̃, vt totus ordo repetatur. Licet enim per partes idem consequi. Caterum qui vt ἱστορικὴ vult, narrationis rem loco stringat, & cōtentus indicare quid factum sit, quo fit modo factum: plenius se loco suo expositurum esse promittat. ¶ Initium narrationis quidam vtique faciendū à persona putat: eamque, si nostra sit, ornandam: si aliena, infamandam statim. Hoc sanè frequentissimū est, quia personæ sunt inter quas litigatur. Sed hæc quoq; interim cū suis accidentibus ponēda, cum id profuturū est: vt, A. Cluentius Habitus fuit pater huiusce iudices, homo non solum municipii Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius, & vicinitatis, virtute, æstimatione, nobilitate facillè princeps. Interim sine his: vt, Q. Ligarius cum esset. Frequenter vero & à res: sicut pro Tullio, Cicero, Fundū habet in agro Turino M. Tullius paternum. Demosthenes pro Ctesiphonte, τὸ γὰρ φακκινὸν ἐνθάδε πολίμνον. ¶ De fine narrationis cū iis contentio est, qui perducere expositionem volunt eo, vnde quæstio oritur. His rebus ita gestis, P. Dolabella Prætor interdixit, vt est consuetudo, de vi hominibus armatis sine vlla exceptione, tantū vt vnde deiecisset, restitueret: deinde restituisse dixit, spōsio facta est: hac de sponsione vobis iudicandū est. Id à petitore semper fieri potest, à defensore non semper.

DE EGRESSIONE.

CAP. III.

Rdine ipso narrationem sequitur confirmatio. Probāda sunt enim quæ propter hoc exposuimus. Sed priusq̃ ingrediari hanc partem, pauca mihi de quorundam opinione dicenda sunt. Plerisq̃ moris est, prolato rerum ordine protinus vtique in aliquem latum atq; plausibilem locum q̃ maximè possint fauorabiliter excurrere. Quod quidem natū ab ostentatione declamatoria, iam in forum venit,

O

Contra declamatores.

postq̃ agere causas non ad vtilitatem litigatorū, sed ad patronorum iactationem repertum est: ne si pressè illi (qualis sæpius desideratur) narrationis gracilitati coniuncta argumentorum pugna citas fuerit, dilatis diutius dicendi voluptatibus, oratio refrigescat. In quo vitium illud est, q̃ sine discrimine causarum atque vtilitatis, hoc (tanquam semper expediat, aut etiam necesse sit) faciūt: eo q̃ desumptas ex iis partibus, quarum alius erat locus, sententias in hanc congerunt, vt plurima aut iterum dicenda sint, aut quia alieno loco dicta sunt, dici suo non possint. ¶ Ego autem confiteor hoc exspatiandi genus non modo narrationi quidem, sed etiam quæstionibus vel vniuersis, vel interim singulis opportunè posse subiungi cum res postulat, aut certè permittit: atque eo vel maximè illustrari, ornarique orationem, sed si cohæret, & sequitur, non si per vim cuneatur, & quæ natura iuncta erant, distrahit. Nihil enim tam consequens quàm narrationi probatio: nisi excursus ille, vel quasi finis narrationis, vel quasi initium probationis est. ¶ Erit ergo illi nonnunq̃ locus, vt si expositio circa finem atrox fuerit, prosequamur eam velut spiritu erumpente protinus indignatione. Quod tamen ita fieri oportebit, si res dubitationē non habebit: alioqui prius est, quod obicias, verū efficere, q̃ magnū, quia criminū inuidia pro reo est priusq̃ probatur. Difficillima est enim grauissimi cuiusq; sceleris fides. ¶ Idem fieri non inutiliter potest, vt si merita in aduersarium aliqua exposueris, in ingrātū inueharis: aut si varietatem criminū narratione demonstraueris, quantū ab ea periculū intentetur, ostēdas. Verū hæc breuiter omnia. Iudex enim ordine audito festinat ad probationē, & q̃ primū certus esse sententiæ cupit. Præterea cauendū est, ne ipsa expositio vanescat, auersis in aliud animis, & inani mora fatigatis. ¶ Sed ut non semper est necessaria post narrationē illa procursio, ita frequenter vtilis ante quæstionē præparatio. Vtique si prima specie minus erit fauorabilis, si legem asperam tuebimur, aut poenarias actiones inferemus. Est hic locus velut sequens exordium, ad conciliandū probationibus nostris iudicem, mitigandū, concitandū. Quod liberius hic, & vehementius fieri potest, quia iudici causa iā nota est. His igitur velut

Vbi & quando egrediedum.

velut fomentis, siquid erit asperū, præmolliemus, quo facilius aures iudicū, quæ post dicturi erimus, admittant, ne ius nostrū oderint. Nihil enim facile persuadetur inuitis. Quo loco tamen iudicis quoque natura noscenda est, iuri magis an æquo sit appositus. Proinde enim magis aut minus hoc erit necessariū. ¶ Ceterū res eadem, & post quæstionē perorationis vice fungitur. ¶ Hæc partem *παρεκβασι* vocat Græci, Latini egressum, vel egressionē. Sed hæ sunt plures, ut dixi, quæ per totā causam varios habent excursus, ut laus hominū, locorūque, descriptio regionū, expositio quarundam rerū gestarum, sed etiā fabulorū. Quo ex genere est in orationibus contra Verrem compositis, Siciliæ laus, Proserpinæ raptus, pro L. Cornelio popularis illa virtutū Cn. Pompeii commemoratio. In quā ille diuinus orator, velut nomine ipso ducis cursus dicēdi teneretur, abrupto quē inchoauerat, sermone diuertit. ¶ Ac tamen *παρεκβασι* est (ut mea quidem fert opinio) alienæ rei, sed ad vtilitatē causæ pertinentis extra ordinem excursus tractatio. ¶ Quapropter non video, cur hunc ei potissimū locū assignent, qui rerū ordinem sequitur, non magis quā illud, cur hoc nomen ita demū propriū putent, si aliquid in digressu sit exponendū, cū tot modis à recto itinere declinet oratio. Nam quicquid dicitur præter illas quinque (quas fecimus) partes, egressio est, indignatio, miseratio, inuidia, conuiciū, excusatio, conciliatio, maledictorū refutatio: similia iis, quæ non sunt in quæstione, amplificatio, minutio, omne affectus genus, atque ea maximè iucundam & ornata faciunt orationem, de luxuria, de auaritia, de religione, de officiis: quæ cum sint argumentis subiecta similium rerum, quia coherent, egredi non videtur. ¶ Sed plurima sunt, quæ rebus nihil secum coherentibus inseruntur, quibus iudex reficitur, admonetur, placatur, rogatur, laudatur. ¶ Innumerabilia sunt hæc, quorum alia sicut præparata asserimus, quædam ex occasione, vel ex necessitate dicimus, si quid nobis agentibus noui accidit, interpellatio, interuētus alicuius, tumultus. Vnde Ciceroni quoque in procemio cum diceret pro Milone, digredi fuit necesse, ut ipsa oratiuncula, qua vsus est, patet. ¶ Poterit autem paulo longius exire, qui præparat aliquid ante quæstionem, & qui finitæ probationi velut commendationem adiicit: at qui ex media erumpit, cito ad id redire debet, vnde diuertit.

Egressio quibus de rebus.

Egressio quid, et quā late pateat.

DE PROPOSITIONE.

CAP. IIII.

Vnt qui narrationi propositionē subiungant, tanquā partē iudicialis materiæ, cui opinioni respondimus. Mihi autē propositio videtur omnis confirmationis initium, quod non modo in ostendenda quæstione principali, sed nonnunquā etiā in singulis argumentis proponi solet, maximèque in iis quæ *παραχρηματ* vocantur. Sed nunc de priore loquimur. ¶ Ea non semper uti necesse est. Aliquando enim sine propositione vlla satis manifestū est, quid in quæstione versetur, utique si narratio ibi finem habet, ubi initium quæstionis: adeo ut aliquando subiungatur expositioni, quæ solet in argumentis esse summa collectio. Hæc sicut exposui, ita gesta sunt iudices, infidiator superatus est, vi victa vis, vel potius oppressa virtute audacia est. ¶ Sed nonnunquam valde vtilis est, præcipuè ubi res defendi non potest, & de fine quaritur, ut pro eo qui pecuniā priuatā de templo sustulit, sacrilegii agitur. De sacrilegio cognoscitis: ut iudex intelligat id vnū esse officii sui, querere an id quod obicitur, sacrilegiū sit. ¶ Itē in causis obscuris, ac multiplicibus. Nec semper propter hoc solū, ut sit causa lucidior, sed aliquādo etiā ut magis moueat. Mouet autē, si protinus subtexatur aliqua quæ profinet. Lex apertè scripta est, Ut peregrinus qui murū ascenderit, morte mulctetur. Peregrinum te esse certū est, quin ascenderis murum non quaritur: quid superest, nisi ut te puniri oporteat? Hæc enim propositio confessionē aduersarii premit, & quodāmodo iudicandi moram tollit, nec indicat quæstionem, sed adiuvat. ¶ Sunt autem propositiones & simplices, & duplices, vel multiplices. Quod accidit non vno modo, nam & plura crimina iunguntur, ut cum Socrates accusatus est, quod corrumperet iuuentutem, & nouas superstitiones introduceret. Et singula ex pluribus colliguntur, ut cum legatio malè gesta obiicitur Aeschini, quod mentitus sit, quod nihil ex mandatis fecerit, quod moratus sit, quod munera acceperit. Recusatio quoque plures interim propositiones habet, ut contra petitionem pecuniæ, Malè petis, procuratori enim tibi esse non licuit: sed nec illi, cuius nomine litigas, habere procuratorem: sed neque es hæres eius à quo accepisse mutuum dicor, nec ipsi debui. Multiplicari hæc in quantumlibet possunt, sed rem ostendisse satis est. Hæ si ponantur singulæ subiectis probationibus, plures erunt propositiones: si coniungantur, in partitionē cadūt. ¶ Est & nuda propositio, qualis ferè in cōiecturalibus, cædis ago, furtū obicio. Est ratione subiecta, ut, maiestātē minuit Caius Cornelius, nā codicē Tribuni plebis ipse pro cōcio- ne legit. ¶ Præter hoc vtiū propositione, aut nostra, ut, adulterium obicio: aut aduersarii, ut, adulterii mecum agitur: aut cōmuni, ut inter me & aduersariū quæstio est, vter sit intestato propior.

Propositio non separatur a confirmatione, sed eius initium est.

Propositio ne quando utendum.

Propositio multiplex.

INSTITVTIONVM ORATORIA RV M

Nonnunq̃ diuerſas quoque coniungimus. Ego hoc dico, aduerſarius hoc. Habet interim vim propoſitionis, etiam ſi per ſe non eſt propoſitio, cum expoſito rerum ordine, ſubiicimus. De his cognofcitis, vt ſit hæc commonitio iudicis, quo ſe ad quæſtionem acrius intendat, & velut quodam tactu excitatus finem eſſe narrationis, & initium probationis intelligat, & nobis cõfirmationem ingredientibus ipſe quodammodo nouum audiendi ſumat exordium.

DE PARTITIONE.

CAP. V.

P

Artitio eſt noſtrarum, aut aduerſarii propoſitionum, aut vtrarumque ordine collata enumeratio. ¶ Hac quidã vtendum ſemper putant, quòd & ea fiat cauſa lucidior, & iudex intentior ac docilior, ſi ſcierit & de quo dicimus, & de quo dicturi poſtea ſumus. Rurſus quidam periculofum id oratori arbitrantur duabus ex cauſis, quòd nonnunquam excidere ſoleant quæ promiſimus, & ſi qua in par-

Partitio
nō ſemper
utẽ
dum, & qui
bus de cau-
ſis.

tiendo præterierimus, occurrere. Quod quidem nemini accidit, niſi qui planè vel nullo fuerit ingenio, vel ad agendum nihil cogitati præmeditatique detulerit. Alioqui quæ tam manifeſta & lucida eſt ratio, quàm rectè partitionis? Sequitur enim naturam ducem, adeo vt memoriæ id maximum ſit auxilium, via dicendi non decedere. Quapropter ne illos quidem probauerim, qui partitionem vetant ultra tres propoſitiones extendere. Quæ ſine dubio, ſi nimium ſit multiplex, fugiet memoriæ iudicis, & turbabit intentionem. Hoc tamen numero velut lege non eſt alliganda, cum poſſit cauſas plures deſiderare. ¶ Alia ſunt magis, propter quæ partitione non eſt ſemper vtendum. Primum, quia pleraque gratiora ſunt, ſi inuenta ſubitò, nec domo allata, ſed inter dicendum è re ipſa nata videantur. Vnde illa non iniucunda ſchemata, Penè excidit mihi: & fugerat me: & rectè admones. Propoſitis enim probationibus, omnis in reliquum gratia nouitatis præcepitur. ¶ Interim vero etiam fallendus eſt iudex, & variis artibus ſubeundus, vt aliud agi, quàm quod nos petimus, putet. Nam eſt nonnunquam dura propoſitio, quam iudex, ſi prouidet, non aliter præformidat, quàm qui ferrum medici, antequam curetur, alpexit. At ſi re non antè propoſita ſecurum ac nulla denunciatione in ſe conuerſum intrarit oratio, efficiet quod promittenti non crederetur. ¶ Interim refugienda non modo diſtinctio quæſtionũ eſt, ſed omnino tractatio: affectibus perturbatoribus eſt ab intentione auferendus auditor. Non enim non ſolum oratoris eſt docere, ſed plus eloquentia circa mouendum valet. Cui rei contraria eſt maxime tenuis illa, & ſcrupuloſe in partes ſectæ diuiſionis diligentia, eo tempore, quo cognofcenti iudicium conamur auferre. ¶ Quid? quòd interim, quæ per ſe leuia ſunt & infirma, turba valent? Ideoque congerenda ſunt potius, & velut eruptione pugnandum: quod tamen rarum eſſe debet, & ex neceſſitate demum, cum ipſum hoc, quod diſſimile rationi eſt, coegerit ratio. ¶ Præter hæc in omni partitione eſt utique aliquid potentiſſimum, quod cum audiuit iudex, cætera tanquam ſuperuacua grauari ſolet. Itaque ſi plura, vel obicienda ſunt, vel diluenda, & vtilis & iucunda partitio eſt, vt quid quaque de re dicturi ſumus, ordine appareat. At ſi vnum crimen varie defendimus, ſuperuacua: vt ſi ita partiamur, Dicam non talem eſſe hunc, quem tueor, vt in eo credibile videri poſſit homicidium: dicam occidendi cauſam huic non fuiſſe: dicam hunc eo tempore quo homo occiſus eſt, trans mare fuiſſe. Omnia quæ antequam id quod vltimum eſt, exequeris, inania videri neceſſe eſt. Feſtinat enim iudex ad id quod potentiſſimum eſt, & velut obligatũ promiſſo patronum, ſi eſt patientior, tacitus appellat: ſi vel occupatus, vel in aliqua poteſtate, vel etiã ſi moribus incompoſitus, cum conuitio eſt flagitat. ¶ Itaque non deſuerunt qui Ciceronis illã pro Cluentio partitionem improbarent, qua ſe dicturum eſſe promiſit: Primũ, neminem maioribus criminibus, grauioribus teſtibus, in iudicium vocatũ, quàm Oppianicũ: deinde præiudicia eſſe facta ab iſiſpſis iudicibus, à quibus damnatus ſit. Poſtremo iudiciũ pecunia tentatum nō à Cluentio, ſed contra Cluentium. Quia ſi probari poteſt, quod eſt terciũ, nihil neceſſe fuerit dicere priora. Rurſus nemo erit tam aut iniuſtus, aut ſtultus, quin cum fateatur optimè pro Murena eſſe partitum, Intelligo iudices tres totius accuſationis partes fuiſſe, & earum vnam in reprehentione vitæ, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus eſſe verſatam. Nam ſic & offendit lucidiſſimè cauſam, & nihil fecit altero ſuperuacuum. De illo quoque genere deſenſionis plerique dubitant. Si occidi, rectè feci, ſed non occidi, quo enim prius pertinere, ſi ſequens firmum ſit? hæc inuicem obſtare, & vtroque vtentibus in neutro haberi fidem. Quod ſanè in parte verum eſt, & illo ſequenti (ſi modo indubitabile ſit) ſolo vtendum. At ſi quid in eo quod eſt fortius, timebimus, vtraque probatione nitimur. Alius enim alio moueri ſolet, & qui factũ putauit, iuſtum credere poteſt: qui tanquã iuſto non mouebitur, factum fortasſe non credet. Vt certa manus vno telo poſſet eſſe contenta, incertæ plura ſpargenda ſunt, vt ſit & fortunæ locus. Egrege vero Cicero pro Milone, inſidiatorem primo Clodium offendit, tum addit ex abũdanti, etiam ſi id

non

Exempla
partitionis bene
aut ſecus fa-
cta.

non fuisset, talem tamen ciuem cum summa virtute interfectoris & gloria, necari potuisse. Nec illum tamen ordinem, de quo prius dixi, damnauerim, quia quædā, et si ipsa sunt dura, in id tamen valent, ut ea molliant, quæ sequuntur. Nec omnino sine ratione est id quod vulgo dicitur, Iniquum petendum ut æquum feras, Quod tamen nemo sic accipiat, ut omnia credat audēda: rectē enim Græci percipiunt, non tentanda quæ effici omnino non possunt. Sed quoties hac, de qua loquor, duplici defensione utemur, id laborandum est, ut in illam partem sequentem fides ex priore ducatur. Potest enim videri, qui tuto etiam confessus fuit, mentiendi causam in negando non habere, & illud utique faciendum est, & quoties suspicabimur à iudice aliam probationem desiderari, quā de quo loquimur, promittamus nos plene, & statim de eo satis esse facturos, præcipueque si de pudore agitur. ¶ Frequenter autē accidit, ut causa parum verecunda, iure tuta sit, de duriar partitio. Quo ne inuiti iudices audiant & aduersi, frequentius sunt admonendi, secuturā defensionem probitatis ac dignitatis, expectēt paulum, & agi ordine sinant. Quædam interim nos, & inuitis litigatoribus simulandum est dicere. Quod Cicero pro Cluentio facit circa iudiciariam legem. Nunquam quasi interpellamur ab his subsistere. Sæpē aduertenda ad ipsos oratio. Hortandi ut sinant nos uti nostro consilio. Ita surrepetur animo iudicis, & dum sperat probationem pudoris, asperioribus illis minus repugnabit. Quæ cum receperit, etiam verecundiæ defensionem faciliorem erit. Sic utraque res inuicem iuuabit, eritque iudex circa ius nostrum spe modestiæ attentior, circa modestiam iuris probatione procliuor. ¶ Sed ut non semper necessaria, ac etiam superuacua partitio est, ita opportunè adhibita plurimum orationi lucis & gratiæ confert. Neque enim id solum efficit, ut clariora fiant quæ dicuntur, rebus velut ex turba extractis, & in conspectu iudicis positis: sed reficit quoque audientem certo singularum partium fine, non aliter quā facientibus iter multum detrahunt fatigationis notata in scriptis lapidibus spatia. Nā & exhausti laboris nosse mensuram voluptati est, & hortatur ad reliqua fortius exequenda, scire quantum superfit. Nihil enim longum videri necesse est, in quo quid vltimū sit, certum est. ¶ Nec immerito multū ex diligentia partiendi tulit laudis Q. Hortensius, cuius tamen diuisionem in digitos deductam, nonnunquam Cicero leuiter eludit. Nam est certus eius modus, & euitanda utique maximè, concisa nimium, & velut articulosa partitio. Nam & auctoritati plurimum detrahunt minuta illa, nec iam membra, sed frustra, & huius gloriæ cupidi, quo subtilius & copiosius diuississe videantur, & superuacua assument, & quæ natura singularia sunt secant, nec tam plura faciunt quā minora: deinde cum fecerunt mille particulas, in eandem incidunt obscuritatem, cōtra quam partitio inuenta est. ¶ Diuisa & simplex propositio quoties utiliter adhiberi potest, primum debet esse aperta atque lucida. Nam quid sit turpius, quā id esse obscurum ipsum, quod in eum solum adhibetur vltimū, ne sint cætera obscura? Tū brevis, nec vllō superuacuo onerata verbo. Non enim quid dicamus, sed de quo dicturi simus, ostendimus. Obtinendum etiam nequid in ea desit, nequid superfit. Superest autem sic ferē, cum aut in species partimur, quod in genera partiri sit satis, aut genere posito subiicitur species: ut, Dicam de virtute, iustitia, continentia: cum iustitia atque continentia virtutis sint species. ¶ Partitio proponit, quid sit de quo conueniat, quid de quo ambigatur. In eo quod conuenit, quid aduersarius fateatur, quid nos. In eo de quo ambigitur, quæ dicturi sumus, quæ nostræ propositiones, quæ partis diuersæ. ¶ Turpissimū vero est non eodem ordine exequi, quo quicque proposueris.

Quomodo tractanda durior partitio.

Sit partitio di modus.

Lex bonæ partitionis.

Partitionis officia.

M. Fabii Quintiliani de institutio-

TIONE ORATORIA LIBRI QVINTI PROLOGVS.

VERVNT & clari quidā auctores, quibus solū videretur oratoris officiū, docere. Nanq; & affectus duplici ratione excludendos putabant: primum, quia vitii esset omnis animi perturbatio: deinde, quia iudicē à veritate depelli misericordia vel ira, similibusque, nō oporteret: & voluptatē audientium petere, cū vincendi gratia tantū diceretur, non modo agenti superuacuum, sed vix etiā viro dignū arbitrabantur. Plures uero, qui nec ab illis sine dubio partibus rationē orandi submouerunt, hoc tamen propriū atq; præcipuum crediderunt opus, suā cōfirmare, & quæ ex aduerso proponerētur refutare. Vtrūcunque est (nec enim hoc loco meā interpono sententiā) hic erit liber illorū opinione maximè necessari⁹, quo toto hac sola tractatur, quibus sanè & ea quæ de iudicialibus causis iam dicta sunt, seruiūt.

Præfatio in hunc librū.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

Nam neque procemii, nec narrationis est alius vsus, q̃ vt iudicem præparent. Et status nosse, atque ea, de quibus supra scripsimus, intueri, superuacuum foret, nisi ad hanc perueniremus. Denique ex quinque, quas iudicialis materia fecimus, partibus, quæcūque alia potest aliquādo necessaria causæ non esse: lis nulla est, cui probatione opus non sit. ¶ Eius præcepta sic optimè diuisuri vide-
mur, vt prius quæ in commune ad omnes quæstiones pertinent, ostendamus: deinde quæ in quo-
que causæ genere propria sint, exequamur.

Partitio
quæ per sin-
gula capita
ducitur.

DE PROBATIONVM DIVISIONE. CAP. I.

Rhet. 1.

Prima quidè illa partitio ab Aristotele tradita, cōsensum ferè omniū meruit, alias esse probationes quas extra dicendi rationem acciperet orator: alias, quas ex causa traheret ipse, & quodam modo gigneret. Ideoque illas *ἐξ ἑωυτοῦ*, id est, inartificiales, has *ἐκ τῆς αἰτίας*, id est, artificiales vocauerūt. Ex illo priore genere sunt præiudicia, rumores, tormenta, tabulæ, iusiurandum, testes. In quibus pars maxima contentionū forensium consistit. Sed vt ipsa carent arte per se, ita summis eloquentiæ viribus & alleuanda sunt plerumq; & refellenda. Quare mihi videntur magnopere damnandi, qui totum hoc genus à præceptis remouerunt. Nec tamen in animo est omnia, quæ aut pro his dici, aut contra dici solent complecti. Non enim communes locos tradere destinamus, quod esset operis infiniti, sed viam quandam atque rationem. Quibus demonstratis non modo in exequendo suas quisque vires debet adhibere, sed etiam inueniendo similia, vt quæque conditio litium poscet. Nec enim de omnibus causis dicere quisquam potest saltem præteritis, vt taceam de futuris.

DE PRAEIVDICIIS. CAP. II.

Am præiudiciorum vis omnis tribus in generibus versatur: rebus, quæ aliquādo ex paribus causis sunt iudicatae, quæ exempla rectius dicuntur, vt de rescissis patrum testamentis, vel contra in filios confirmatis: Iudiciis, ad ipsam causam pertinentibus, vnde etiam nomen ductum est, qualia in Oppianicum facta dicuntur, & à Senatu aduersus Milonem: Aut cum de eadem causa pronūciatum est, vt in reis deportatis, & assertionem secunda, & de partibus Centumviralium, quæ in duas hastas diuisæ sunt. ¶ Confirmantur præcipuè duobus, auctoritate eorum qui pronūciauerunt, & similitudine rerum de quibus quæritur. ¶ Refelluntur autem raro per contumeliam iudicum, nisi fortè manifesta in iis culpa erit. Vult enim cognoscentium quisque firmam esse alterius sententiam, & ipse pronūciaturus, exemplum non libenter, quod in se fortasse recidat, facit. Confugiendum ergo est in duobus superioribus, si res feret, ad aliquā dissimilitudinem causæ. Vix autè vlla est per omnia alteri similis. Si id non continget, ac eadem causa erit, aut actorum inculanda negligentia, aut de infirmitate personarum querendum, contra quas erit iudicatum, aut de gratia quæ testes corruerit, aut de inuidia, aut de ignorantia, aut inueniendum quid causæ postea accesserit. Quorum si nihil erit, licet tamen dicere multas iudiciorum causas ad iniquè pronūciandū valere: ideoque damnatum Rutilium, absolutos Clodium atque Catilinam. Rogādi etiam iudices, ut rem potius intueantur ipsam, quàm iuriurando alieno suum donent. Aduersus consulta autè Senatus, & decreta Principum & Magistratum, remediū nullum est, nisi aut inuenta quantalacunque causæ differentia: aut aliqua vel eorundem vel eiusdem potestatis hominū posterior constituto, quæ sit priori contraria: quæ si deerunt, lis non erit.

DE RUMORE ET FAMA. CAP. III.

Cic. 1. Topi.

Amam atque rumorem pars altera consensum ciuitatis, & velut publicum testimoniū vocat: altera sermonem sine villo certo auctore dispersum, cui malignitas initium dedit, incrementum credulitas, quod nulli non etiam innocentissimo possit accidere, fraude inimicorum falsa vulgantium. Exempla vtrinque non deerunt.

DE TORMENTIS. CAP. IIII.

Icut in tormentis quoque, qui est locus frequentissimus, cū pars altera quæstionem, vera fatendi necessitatem vocet: altera sapet etiā causam falsā dicēdi, & aliis patientia facile mendacium faciat, aliis infirmitas necessarium. quid attinet plura de his? Plenæ sunt orationes veterum ac nouorum. ¶ Quædam tamen in hac parte erunt propria cuiusque litis. Nam siue de habenda quæstione agetur, plurimum intererit, quis, & quem postulet aut offerat, & in quem, & ex qua causa: siue iam erit habita, quis ei præfuerit, quis, & quomodo sit tortus, an credibilia dixerit, an inter se cōstantia, perseuerauerit in eo quod cœperat, an aliquid dolore mutauerit prima parte quæstionis, an procedente cruciatu: quæ vtrinque tam infinita sunt, quàm ipsa rerum varietas.

DE TABVLIS, ET IIS QVAE CONTRA TABVLAS. CAP. V.

Contra tabulas quoque saepe dictū saepe dicendū est, cum eas nō solum refelli, sed etiam accusari, sciamus esse vtitatum. Cum sit autem in his aut scelus signatorū, aut ignorantia, tutius ac facilius id quod secundo loco diximus, tractatur, q̄ scilicet pauciores rei fiunt. Sed hoc ipsum argumenta ex causa trahit, si forte aut incredibile est, id actum esse, quod tabulae cōtinēt, aut (ut frequētius euenit) aliis probationibus aequē inartificialibus soluitur, si aut is in quem signatum est, aut aliquis signator dicitur abfuisse, vel prius esse defunctus, si tempora non congruunt, si vel antecedentia, vel insequentia tabulis repugnant. Inspectio ipsa etiam saepe falsum deprehendit.

DE IURE IVRANDO.

CAP. VI.

Vsiurandum litigatores, aut offerunt suum, aut non recipiunt oblatum: aut ab aduersario exigunt, aut recusant cum ab ipsis exigatur. ¶ Offerre suum sine illa cōditione, vt vel aduersarius iuret, ferē improbū est. Qui tamen id faciet, aut vita se tuebitur, vt eum non sit credibile peierare, aut ipsa vi religionis. In qua & plus fidei consequetur, si id egerit, vt non cupide ad hoc descendere, sed ne hoc quidem recusare videatur: aut si causa modo patietur litis, propter quā deuoturus se ipse nō fuerit: aut si prāter alia causae instrumenta, adiicit ex abundanti hanc quoque conscientiae fiduciam. ¶ Qui non recipiet, iniquā conditionē, & à multis contemni iurisiurandi metū dicit. Cū & philosophi quidā sint reperti, qui deos habere rerum humanarū curam negarēt. Eum vero qui nullo offerente iurare sit paratus, & se ipsum velle de causa sua pronūciare, & quā id quod offert leue ac facile credat, ostendere. At is qui desert, alioqui agere modestē videtur, cum litis aduersariū iudicem faciat, & cum cuius cognitio est, onere liberet, qui profectō alieno iureiurando stare, quā suo mauult: quo difficilior recusatio est, nisi fortē res est ea, quā credibile sit notam ipsi non esse. Quae excusatio si deierit, hoc vnū relinquitur, vt inuidiā sibi quari ab aduersario dicat, atq; id agi, vt in ea causa, in qua vincere non possit, queri possit. Itaq; hominē quidem malū occupaturū hāc conditionē fuisse, se autē probare malle quae affirmet, q̄ dubiū cuiquam relinquere, an peierarit. ¶ Sed nobis adolescentibus seniores in agendo facti praecipere solebant, ne vnq̄ iurisiurandū deferremus: sicut nec optio iudicis aduersario est permittēda, nec ex aduocatis partis aduersae iudex eligēdus. Nā si dicere cōtraria turpe aduocato videatur, certē turpius habendū, facere quod noceat.

DE TESTIBVS.

CAP. VII.

Aximus tamen patronis circa testimonia sudor est. Ea dicūtur aut per tabulas, aut à praesentibus. ¶ Simplicior contra tabulas pugna. Nā & minus videtur obstitisse pudor inter paucos signatores, & pro diffidētia premittitur absentia. Si reprehensionem non capit ipsa persona, infamare signatores licet. Tacita praeterea quadā significatione refragatur his omnib⁹, q̄ nemo per tabulas dat testimoniū, nisi sua volūate: quo ipso nō se esse amicū ei, cōtra quē dicit, fatetur. ¶ Nec tamen protinus celsērit orator, quo minus & amicus pro amico, & inimicus cōtra inimicū possit verū (si integra sit ei fides) dicere. Sed latē locus vterq; tractatur. ¶ Cū praesentibus vero ingens dimicatio est: ideoq; velut duplici cōtra eos, proq; his acie configitur, actionū, & interrogationū. ¶ In actionibus primū generaliter pro testibus, atq; in testes dici solet. Est hic cōmunis locus, cū pars altera nullā firmiorē probationē esse contendit, q̄ quae sit hominū scientia nixa: altera ad detrahendā illis fidem, omnia per quae fieri soleant falsa testimonia, enumerat. Sequens ratio est, cū specialiter quidē, sed tamen multos pariter inuadere patroni solent. Nā & gentiū simul vniuersarū eleuata testimonia ab oratoribus scimus: & tota genera testimoniorū, vt de auditionibus: nō enim ipsos esse testes, sed iniuratorū asserre voces: vtq; in causis repetundarū, qui se reo numerasse pecunias iurāt, litigatorum non testiū habendos loco. Interim aduersus singulos dirigitur actio. Quod insectationis genus & permixtū defensionī legimus in orationibus plurimis, & separatim editū, sicut in Vatiniū testem. ¶ Totū igitur executamus locū, quando vniuersam institutionē aggressi sumus. Sufficiebant alioqui libri duo à Domitio Afro in hanc rem cōpositi, quē adolescētulus senē colui: vt nō lecta mihi tantū ea, sed pleraq; ex ipso sint cognita. Is verissimē praecipit, primum esse in hac parte officiū oratoris, vt totā causam familiariter norit, quod sine dubio ad omnia pertinet. Id quomodo contingat explicabimus, quum ad destinatū huic parti locū venerimus. Ea res suggeret materiam interrogationi, & veluti tela ad manū subministrabit. Eadē docebit, ad quae iudicis animus actione sit praeparādus. Debet enim vel fieri, vel detrahi testibus fides oratione perpetua: q̄ sic dictis q̄q; mouetur, vt est ad credendū, vel nō credendū antē format⁹. ¶ Et quoniā duo genera sunt testium, aut voluntariorū, aut eorum quibus iudex publicis iudiciis lege denunciare solet: quo-

Cōtra testi-
monia scri-
pta, & pro
eisdem.

Pro & con-
tra praesen-
tes testes,
idque vel a-
ctione per-
petua, vel in
interrogatio-
ne, & ab u-
traque par-
te.

Ad rem ope-
rosius accin-
gitur.

Testiū duo
genera &

*quomodo in
terrogandi.
Voluntarius
testis quomo-
do tractan-
dus.*

rum altero vtraque pars vitur, alterū accusatoribus tantum concessum est, separemus officium dantis testes, & resellentis. ¶ Qui voluntariū producit, scire quid is dicturus est, potest: ideoq; faciliorem videtur in rogando habere rationem. Sed hæc quoque pars acumen & vigilantiam poscit: prouidendūque ne timidus, ne inconstans, ne imprudens sit testis. Turbantur enim, & à patronis diuersæ partis inducuntur in laqueū. Sed & plus deprehensi nocent, q̃ firmi & interriti profuissent. Multū igitur domi antè versandi, ac variis percontationibus, quales haberi ab aduersario possunt, explorandi sunt. Sic fit, vt aut constent sibi, aut si quid titubauerint, opportuna rursus eius, à quo producti sunt, interrogatione velut in gradū reponantur. In iis quoq; adhuc qui constiterint sibi, vitandæ sunt insidiæ: nam frequenter subiti ab aduersario solent, & omnia profutura polliciti diuersa respondent, & auctoritatē habent non arguentiū illa, sed contentiū. Explorandum igitur quas causas lædendi aduersariū afferant: nec id satis est, inimicos fuisse, sed an desierint, an per hoc ipsum reconciliari velint, ne corrupti sint, ne poenitentia propositū mutauerint. Quod cū in iis quoq; qui ea quæ dicturi videntur, re vera sciunt, necessarium est præcauere, tum multo magis in iis, qui se dicturos quæ falsa sunt, pollicentur. Nam & frequentior eorum poenitentia est, & promissum suspectius, & si perseverauerint, reprehensio faciliior. ¶ Eorū vero, quibus denūciatur, pars testiū est quæ reum lædere velit, pars quæ nolit. Idq; interim scit accusator, interim nescit. Fingamus in præsentia scire, in vtroque enim genere summis artibus interrogantis opus est. Nam si habet testem cupidū lædēdi, cauere debet hoc ipsum, ne cupiditas eius appareat: nec statim de eo quod in iudiciū venit rogare, sed aliquo circuitu ad id peruenire, vt illi quod maxime dicere voluit, videatur expressum: nec nimiū instare interrogationi, ne ad omnia respondendo testis fidem suā minuat, sed in tantum euocare eum, quantum sumere ex vno satis est. At in eo, qui verum inuitus dicturus est, prima felicitas interrogatis est extorquere quod is noluerit. Hoc non alio modo fieri potest, q̃ longius interrogatione repetita. Respondet enim quæ nocere causæ non arbitrabitur. Ex pluribus deinde quæ confessus erit, eo perducitur, vt quod dicere nō vult, negare non possit, nam vt in oratione sparsa plerumque colligimus argumēta, quæ per se nihil reū aggrauare videantur, congregatione deinde eorū factum conuincimus: ita huiusmodi testis multa de antea actis, multa de insecutis, loco, tempore, persona, cæterisque est interrogandus: vt in aliquod responsum incidat, post quod illi vel fateri quæ volumus, necesse sit, vel iis quæ iam dixerat, repugnare. Id si non contingit, reliquū erit, vt eum nolle dicere manifestū sit, protrahendūq; vt in aliquo, quod vel extra causam sit, deprehendatur. Tenendus etiam diutius, q̃ si vera in reum dixisset. ¶ At si (quod secundo loco diximus) nesciet actor quid propositi testis attulerit, paulatim, & vt dicitur, pedetentim interrogādo experietur animū eius, & ad id responsum quod eliciendū erit, per gradus ducet. Sed quia nonnunq̃ sunt hæc quoq; testiū artes, vt primo ad voluntatē respondēt, quo maiore fide diuersa postea dicant, est accusatoris suspectū testem dum prodest, dimittere. ¶ Patronorū in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio est. Difficilior hoc, quod raro vnq̃ possunt ante iudiciū scire, quid testis dicturus sit. Expeditior, q̃ cum interrogandus est, sciūt quid dixerit. Itaq; in eo quod incertū est, cura & inquisitione opus est, quis reum premat, quas & quibus ex causis inimicitias habeat, eaq; in oratione prædicenda atque amolienda sunt, siue odio cōflatos testes, siue inuidia, siue gratia, siue pecunia videri volumus. Et si deficietur numero pars diuersa, paucitatem: si abundabit, conspiracyonem: si humiles producet, vilitatem: si potentes, gratiam oportebit inceslere. Plus tamen proderit causas, propter quas reū lædant, exponere: quæ sunt variæ, & pro conditione cuiusq; litis, aut litigatoris. Nam contra illa quæ supra diximus, simili ratione responderi locis cōmunibus solet, quia & in paucis atque humilibus accusator simplicitate gloriari potest, q̃ neminem præter eos quos putarit scire, quæsierit, & multos atque honestos cōmendare aliquando est facilius. Verū interim & singulos vt exornare, ita destruere contingit, aut recitatis in actione, aut nominatis testibus. Quod iis temporibus quibus testis nō nisi post finitas actiones rogabatur, & facilius & frequentius fuit. ¶ Quid autē in quenque testiū dicendū sit, sumi nisi ab ipsorū personis non potest. ¶ Reliquæ interrogandi sunt partes, quia in re primum est nosse testem: nā timidus terreri, stultus decipi, iracundus concitari, ambitiosus inflari, longus protrahi potest. Prudens vero & constans, vel tanq̃ inimicus & perucax dimittendus statim, vel non interrogatione, sed breui interlocutione patroni refutandus est: aut aliquo, si continget, vrbane dicto refrigerandus: aut si quid in eius vitam dici poterit, infamia criminum destruendus. Probos quosdā & verecundos non asperere inceslere profuit: nam sæpè qui aduersus insectantē pugnassent, modestia mitigantur. ¶ Omnis autem interrogatio est aut in causa, aut extra causam. In causa, sicut accusatori præcepimus, patronus quoq; altius, & vnde nihil suspecti sit, repetita percontatione

*Quomodo
interrogan-
dus testis,
cui denūcia-
tum est.*

*Si ignoretur
quid testis
dicturus sit
quid agen-
dum.
DEFEN-
soris.
partes circa
testes.
Agendi ra-
tio.*

*Ratio inter-
rogandi.*

tione priora sequentibus applicando, sæpè eo perducit homines, ut ab inuitis quod profit, extorqueat. Eius rei sine dubio nec disciplina vlla in scholis, nec exercitatio traditur: & naturali magis acumine, aut vfu cōtingit hæc virtus. Si quod tamè exemplū ad imitationē monstrandum sit, solū est, quod ex dialogis Socraticorū, maximèq; Platonis duci potest: in quibus adeo scitæ sunt interrogationes, ut cū in plerisq; benè respōdeatur, res tamè ad illud, quod volunt efficere, perueniat. Illud fortuna interim præstat, ut aliquid, quod inter se parū cōsentiat, à teste dicatur: interim (quod sæpius euenit) ut testis testi diuersa dicat. Acuta autè interrogatio ad hoc quod casu fieri solet, etiā ratione perducet. ¶ Extra causam quoque multa quæ profint interrogari solēt, de vita testiu aliorum, de sua quisque, si turpitudine, si humilitas, si amicitia accusatoris, si inimicitia cū reo: in quibus aut dicat aliquid quod profuit, aut in mendacio, vel cupiditate lædendi, deprehendatur. ¶ Sed in primis interrogatio debet esse circumscripta, quia multa contra patronos veniūt testis sæpè respōdet, eiq; præcipuè vulgo fauetur, tū verbis q̄ maximè ex medio sumptis, ut qui rogatur (is autè est & sæpius iperitus) intelligat, aut ne intelligere se neget, quod interrogantis nō leue frigus est. ¶ Illæ vero pessimæ artes, testē subornatū in subellia aduersariū mittere, ut inde excitatus plus noceat, vel dicendo contra reū, cū quo sederit: vel cū adiuisse testimonio videbitur, faciēdo ex industria multa immodestè, atque intemperanter: per quæ nō à se tantū dictis detrahatur fides, sed cæteris quoq; qui profuerant, auferat auctoritatē. quorū mentionē habui, non ut fierent, sed ut vitaretur. ¶ Sæpe inter se collidi solent, inde testatio, hinc testes: locus vtrinque. Hæc enim pars se iureiurando, illa consensu signantiū tuetur. Sæpè inter testes & argumenta quæsitū est, inde sciētiam in testibus & religionem, ingenia esse in argumentis dicitur: hinc testē gratia, metu, pecunia, ira, odio, amicitia, ambitu fieri: argumenta ex natura duci, in his iudicē sibi, in illis alii credere. Cōmunia hæc pluribus causis, multūq; iactata sunt, semperq; tamen iactabuntur. Aliquādo vtrinq; sunt testes, sed quæstio sequitur ex his, vtri meliores uiri. Ex causis, vtri magis credibilia dixerint. Ex litigatoribz, vtri gratia magis valuerint. ¶ His adiciere si quis volet ea, quæ diuina testimonia vocantur, ex re sponis, oraculis, ominibus, duplicem sciat eorū esse tractatū: Generale alterū, in quo inter Stoicos & Epicuri sectam secutos pugna perpetua est, regatur ne providentia mundus: Specialem alterū, contra partē diuinationis, ut quæq; in quæstionē cadit. Aliter enim oraculorū, aliter aruspicum, augurum, coniectorū & mathematicorū fides confirmari, aut refelli potest, cum sit rerum earum ratio diuersa. ¶ Circa huiusmodi quoque inuenta firmanda, vel destruenda, multum habet operis oratio, si quæ sint voces per vinū, somnium, dementiā emisit, vel excepta paruulorum indicia: quos pars altera nihil fingere, altera nihil iudicare dictura est. ¶ Nec tantum præstari hoc genus potest, sed etiam vbi non est, desiderari solet. Pecuniā dedisti, quis numerauit? vbi? vnde? Venenum arguis, vbi emi? à quo? quanti? per quem dedi? quo consciō? Quæ ferè omnia pro Cluentio Cicero in crimine veneficii excutit. Hæc de inartificialibus quā breuissimè potui.

Diuina testimonia.

Valent testimonio desiderata.

DE PROBATIONE ARTIFICIALI.

CAP. VIII.

Pars altera probationum, quæ est tota in arte, constatq; rebus ad faciendā fidē ap-
positis, plerunque aut omnino negligitur, aut leuissimè attingitur ab iis, qui argumēta velut horrida & confragola vitantes, amœnioribus locis desident: neque aliter q̄ ii qui tradūtur à poetis gustu cuiusdā apud Lotophagos graminis, & Sirenū cantu deliniti voluptatē salutis prætulisse, dum laudis falsam imaginem persequūtur ipsa propter quā dicitur, victoriā cedūt. Atqui cætera quæ cōtinuo magis orationis tractu decurrunt, in auxiliū atque ornamentum argumentorū cōparantur, neruisq; illis, quibus causa continetur, adiciūt superinducti corporis speciē: ut si fortè quid factum ira, vel metu, vel cupiditate dicatur, latius quæ cuiusq; affectus natura sit, prosequemur. Iisdē laudamus, incusamus, augemus, minuius, describimus, deterremus, querimus, cōsolamur, hortamur. ¶ Sed horū esse opera in rebus aut certis, aut de quibus tanq̄ certis loquimur, potest. Nec abnuerim esse aliquid in delectatione, multū vero in cōmouendis affectibus. Sed hæc ipsa plus valēt, cū se didicisse iudex putat, quod consequi nisi argumētatione, aliāq; omni fide rerū nō possumus. ¶ Quorū prius q̄ partiar species, indicandū reor, quædā in omni genere probationū cōmunia. Nā nec vlla quæstio est, quæ nō sit aut in re, aut in persona. Nec esse argumētōrū loci possunt, nisi quæ rebus aut personis accidūt. ¶ Eaq; aut per se inspicī solēt, aut ad aliud referri. Nec vlla confirmatio nisi aut ex anteceditibus, aut ex cōsequentibus, aut ex pugnātibz: & hæc necesse est, aut ex præterito tēpore, aut ex coniuncto, aut ex sequenti petere. ¶ Nec vlla res probari nisi ex alia potest. Eaq; sit oportet aut maior, aut par, aut minor, ¶ Argumēta vero reperiūtur aut in quæstionibz, quæ etiā separate à cōplexu rerū personarūq; spectari per se possint: aut in ipsa causa, cū inuenitur aliqd in ea nō ex cōmuni ratione ductū, sed eius iudiciū de quo cognoscitur, propriū. ¶ Probationū præterea omniū alia

Odyss. 9.
Odyss. 12.

Generalis probationū diuisio.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

sunt necessaria, aliæ credibiles, aliæ nõ repugnâtes. ¶ Adhuc omniũ probationũ quadruplex ratio est, ut uel quia aliqd est, aliud nõ fit, ut quia dies est, nox nõ est: uel quia est aliqd, & aliud fit, ut qd sol est super terrã, dies est: uel quia aliquid nõ est, aliud fit, ut quia nox non est, dies est: uel qd aliqd non est, nec aliud fit, ut qd nõ est rationale, nec homo est. His in uniuersũ prædictis partes subiiciã.

DE SIGNIS.

CAP. IX.

Mnis igitur probatio artificialis cõstat aut signis, aut argumentis, aut exemplis. Nec ignoro pleriq; uideri signa partẽ argumetorũ: quæ mihi separadĩ ratio hæc fuit prima, qd sunt penẽ ex illis inartificialibus. Cruenta enim uestis, & clamor, & liuor, & talia, sunt instrumenta, qualia tabulæ, rumores, testes: nec inueniuntur ab oratore, sed ad eum cũ ipsa causa deferuntur. ¶ Altera, qd signa siue indubita-

ta sint, non sunt argumenta: quia ubi illa sunt, quæstio non est: argumento autẽ nisi in re cõtrouer-
sa, locus esse non potest: siue dubia, non sunt argumenta, sed ipsa argumentis egent. ¶ Diuidũtur autem in has primas duas species, qd eorũ alia sunt (ut dixi) quæ necessaria sunt, quæ Græci uocant

*Signa neces-
saria,
τακτικὰ,
est propria
rei nota,
σημαῖον, si-
gnum, quod
hic in spe-
ciei locum ce-
dit.*

*Signa non
necessaria,*

*ἀνὰ τὰ ἰσο-
ριστικά,
quæ ὅτι ἐν-
αῖον.*

τακτικὰ: alia nõ necessaria, quæ σημαῖον. ¶ Priora illa sunt, quæ aliter habere se nõ possunt, quæ mihi vix pertinere ad præcepta artis videtur. Nam ubi est signũ insolubile, ibi ne lis quidẽ est. Id autẽ accidit, cũ quid aut necesse est fieri factũ esse, aut certẽ omnino nõ potest fieri, uel esse factũ: quo in causis posito, lis nõ est, nisi facti. ¶ Hoc genus per omnia tempora perpendi solet. Nam & conisse eam cũ viro quæ peperit, quod est præteriti: & fluctus esse, cum magna vis uenti in mare incubuit, quod coniuncti: & eum mori, cuius cor est vulneratũ, quod futuri necesse est. Nec fieri potest, ut ibi messis sit, ubi satũ nõ est: ut quis Romæ sit, cũ est Athenis: ut sit ferro vulneratus, qui sine cicatrice est. Sed quædã & retrorsus idẽ valẽt, ut viuere hominẽ qui spirat, & spirare qd uiuit. Quædã in cõtrariũ nõ recurrũt. Nec enĩ qd mouetur qd ingreditur, iccirco ingreditur, qd mouetur. Quare po-
test & conisse cũ viro, quæ nõ peperit, & nõ esse uentus in mari cũ esset fluctus, nec utique cor eius vulneratũ esse qui perit. Ac similiter satum fuisse potest ubi nõ fuisset messis, nec fuisse Romæ qui non fuit Athenis, nec fuisse ferro vulneratũ qui habet cicatricẽ. ¶ Alia sunt signa non necessaria, quæ ἀνὰ τὰ ἰσοριστικά Græci uocant, quæ etiã si ad tollendã dubitationem sola nõ sufficiũt, tamẽ adiuncta cæ-
teris plurimum valent. ¶ Signũ uocat (ut dixi) σημαῖον, qd id quidam indicium, quidam uestigium nominauerunt, per quod res intelligitur, ut per sanguinem cædes. At quia sanguis uel ex hostia re-
spersisse uestem potest, uel è naribus profluxisse, non utique qui uestem cruentam habuerit, homi-
cidium fecerit. Sed ut per se non sufficiat, ita cæteris adiunctum testimonii loco dicitur, si inimicus, si ante minatus, si eodem loco fuit. Quibus signũ cũ accessit, efficit ut quæ suspecta erant, certa vi-
deantur. Alioqui sunt quædam signa utriusque parti cõmunia, ut liuores, tumores. Nam uideri pos-
sunt & ueneficii & crudelitatis. Et vulnus in pectore, sua manu, & aliena perisse dicentibus in quo est. Hæc perinde firma habentur atque extrinsecus adiuuantur. ¶ Eorum autem, quæ signa sunt quidẽ, sed nõ necessaria, genus Hermagoras putat: Non esse virginem Atalantam, quia cum iuue-
nibus per syluas uagetur. Quod si receperimus, vereor ne omnia quæ ex facto ducuntur, signa facia-
mus. Eadem tamen ratione, qua signa, tractantur. Nec mihi uidentur Areopagita, cum damnaue-
runt puerum coturnicum oculos eruentem, aliud indicasse, qd id signum esse perniciosissimæ men-
tis, multũq; malo futuræ, si adoleuisset. Vnde Spurii Melii, M. qd Manlii popularitas signum asse-
ctati regni fuit existimatũ. Sed vereor ne longẽ nimium nos ducat hæc uia. Nam si est signum adul-
teræ, lauari cum uiris, erit & conuiuere cum adolescentibus, deinde etiã familiariter alicuius ami-
cicia uti. ut fortasse corpus uulsum, fractum incessum, uestem muliebrem dixerit mollis & parũ vi-
ri signa, si cui, cum signum id propriẽ sit, quod ex eo, de quo quæritur, natum sub oculos uenit,
ut sanguis ex cæde, ita illa ex impudicitia fluere uideantur. ¶ Ea quoq; quæ quia plerũque obser-
uata sunt, uulgò signa creduntur, ut prognostica, Vento rubet aurea phœbe, Et cornix plena plu-
uiam uocat improba uoce: si causas ex qualitate cæli trahunt: sanẽ ita appellantur. Nã si uetõ ru-
bet luna, signum uenti est rubor. Et si ut idem poeta colligit, densatus & laxatus aer facit ut sit in
de ille auium concentus, idem sentiemus. ¶ Sunt autem etiã signa parua magnorum, ut hæc ipsa
cornix. Nam maiora minorum esse nemo miratur.

DE ARGUMENTIS

CAP. X.

Vnc de argumentis. Hoc enim nomine cõplectimur omnia quæ Græci ἀποδείξεις
τακτικὰ καὶ ἀποδείξεις uocant: quanquã apud illos aliqua horum nominũ
differentia, etiam si uis eodem ferẽ tendit. ¶ Nam enthymema (quod nos com-
mẽtum sanẽ, aut commentationem interpretemur, quia aliter non possumus,
Græco melius usuri) unũ intellectũ habet, quo omnia mente cõcepta significat:
Sed nunc de eo nõ loquimur: Alterũ, quo sententiam cũ ratione: Tertium, quo certam quãdam

*Enthyme-
ma.*

N

argumēti conclusionē, vel ex consequētibus, vel ex repugnantibus: q̄q̄ de hoc parū conuenit. Sunt enim qui id prius epicherema dicāt, plurēq; inuenias in illa opinione, ut id demū quo pugna cōstat, enthymema accipi velint. Et ideo illud Cornificius cōtrariū appellat. Hunc alii rhetoricū syllogismū, alii imperfectū syllogismū vocauerūt, quā nec distinctis, nec totidē partibus cōcluderetur. Quod sanē nō vtiq; ab oratore desideratur. ¶ Epicherema Valgius aggressionē vocat. Celsus autē iudicat non nostrā administrationē, sed ipsam rē quā aggredimur, id est, argumentū, quo aliquid probaturi sumus, etiā si nondū verbis explanatū, iā tamē mente cōceptū, Epicherema dici. Alii videtur nō destinata, uel inchoata, sed perfectā orationē hoc nomē accipere, & vltimā speciē. Ideoq; propria eius appellatio, & maximē in vſu posita est: quā significatur certa quadā sententiā cōprehēſio, quā ex tribus partibus constat. Quidā Epicherema rationē appellauerūt, Cicero melius ratiocinationē: q̄q̄ & ille nomē hoc duxisse magis à syllogismo videtur. Nam & statū syllogisticum ratiocinationū appellat, exēplisq; vtitur philosophorū. Et quoniā est quadā inter syllogismū & epicherema vicinitas, potest videri hoc nomine rectē abusus. ¶ *Ἀποδixis* est euidentis probatio, ideoq; apud geometras *ὑποκρίσεις ἀποδixεις* dicuntur. Hanc & ab epicheremate Cæcilius putat differre solo genere conclusionis, & esse Apodixin imperfectū epicherema, eadēq; causā quā dixim⁹ & enthymema syllogismo distare. Nā & epicherema syllogismi pars est. Quidā inesse epicheremati apodixin putant, & esse partē eius cōfirmantē. Vt cunq; autē, q̄q̄ diuersi auctores eodē modo finiūt, ut sit ratio per ea quā certa sunt fidem dubiis asserens, quā natura est omnīū argumentorum: neque enim certa incertis declarantur. ¶ Hæc omnia generaliter *πίσας* appellant, quod etsi propria interpretatione dicere fidē possumus, apertius tamen probationem interpretabimur. ¶ Sed argumentū quoq; plura significat. Nā & fabulā ad actus scenarū cōpositā argumēta dicuntur, & orationū Ciceronis velut thema ipse exponēs Padianus, Argumentū, inquit, tale est. Et ipse Cicero ad Brutū ita scribit, Veritus fortasse ne nos in Catonē nostrū transferamus illinc mali quid, etsi argumentum simile nō erat. Quo apparet omnē ad scribendū destinata materiā ita appellari. Nec mirū, cū id inter opifices quoq; vulgatū sit. Vnde Virgilius, Argumentū ingens. Vulgōq; paulo numerosius opus dicitur argumentosum. Sed nunc de eo dicendū argumento est, quod probationē, indicīū, fidem, aggressionem, eiusdem rei nomina facit, parū distinctē, ut arbitror. Nam probatio, & si des efficitur non tantum per hæc quā sunt rationis, sed etiam per inartificialia. Signū autē, quod ille indicium vocat, ab argumentis iam separauit. ¶ Ergo cū sit argumentū ratio probationē præstans, quā colligitur aliud per aliud: & quā quod est dubiū, per id quod dubiū non est, confirmat, necesse est esse aliquid in causā, quod probatione non egeat. Alioquin nihil erit quo probemus, nisi fuerit quod aut sit verū, aut videatur, ex quo dubiis fides fiat. Pro certis autē habemus primum quā sensibus percipiuntur, ut quā vidimus, audiuius, & qualia sunt signa. Deinde ea, in quā cōmuni opinione cōsensum est, deos esse, præstandā pietatē parentibus. Præterea quā legibus cautata sunt, quā persuasione etiā si non omnīū hominum, eius tamē ciuitatis, aut gentis, in quā res agitur, in mores recepta sunt: ut plerāq; in iure non legibus, sed moribus constant. Si quid inter vtrāque partem conuenit, si quid probatū est, deniq; quicūque aduersarij non contradicunt. Sic enim fiet argumentū, cū prouidētia mundus regatur, administrāda est respublica: ut administrāda resp. erit, si liquebit mundū prouidentia regi. ¶ Debet etiā nota esse rectē argumenta tractaturo, & vis & natura omnīū rerū, & quid quaq; earum plerūq; efficiat. Hinc enim sunt quā *ἀνόρα* dicūtur. Credibiliū autē genera sunt tria. Vnū firmissimū, quod ferē accidit, ut liberos à parētibus amari. Alterum velut propensius. Eum qui rectē valeat, in craftinū peruenturū. Tertiū tantū non repugnans. In domo furtum factum ab eo qui domi fuit. Ideoque Aristoteles in secundo de arte rhetorica libro diligētissimē est executus, quid cuiq; rei, & quid cuiq; homini soleat accidere, & quas quorū tria res, quosque homines, quibus rebus aut hominibus vel cōciliaſset vel alienaſset ipsa natura, ut diuitias quid sequatur, aut ambitū, aut superstitionē, quid boni probent, quid mali petāt, quid milites, quid rustici, quo quaq; modo res vitari vel appeti soleat. Verū hoc exequi mitto. Non enim longū tātum, sed etiam impossibile, aut potius infinitū est, præterea positū in cōmuni omnīū intellectu. Si quis tamē desiderauerit, à quo peteret, ostendi. Omnia autē credibilia in quibus pars maxima cōsistit argumētationis, ex huiusmodi fontibus fluūt, an credibile sit à filio patrem occisum, incestum cū filia cōmissum, & contra veneficiū in Nouerca, adulterium in luxurioso. Illa quoq; an scelus palā factū, an fallum dixerit propter exiguā summā, quia suos quisq; horū velut mores habet: plerūque tamen, nō semper, alioqui indubitata essent, nō argumenta. ¶ Excutiamus nunc argumentorū locos, q̄q̄ quibusdam ii quoq; de quibus supra dixi, videntur. Locos appello, non ut I. Q. C. V. S. vulgo nūc intelligūtur, ut in luxuriam & adulterium, & similia: sed sedes argumētorū, in quibus quid, & eo latent, ex quibus sunt petenda. Nam vt in terra non omni generantur omnia, nec aem aut feram

INSTITUTIONVM ORATORIARVM

reperias, ubi quæq; nasci, aut morari soleat ignarus: & piliu quoq; genera alia planis gaudent, alia saxosis, regionibus etiã littoribusq; discreta sunt, nec helopem nostro mari, aut icarum ducas: ita non omne argumētum vndique venit, ideòq; non passim quarendu est. Multus alioqui error est, & ex hausto labore, quod nō ratione scrutabimur, nō poterimus inuenire nisi casu. At si sciemus vbi quicque nascatur, cū ad locum ventum erit, facili quod in eo erit, peruidebimus. ¶ In primis igitur argumenta sapē à persona ducenda sunt, cum sit, ut dixi, diuisio, ut omnia in hæc duo partiamur, res atque personas: ut causa, tempus, locus, occasio, instrumentu, modus, & cætera, rerum sint accidentia. ¶ Personis autē nō quicquid accidit, exequendum mihi est, ut pleriq; fecerūt, sed vnde argumēta sumi possunt. ¶ Ea porrō sunt, Genus. Nā similes parentibus ac maioribus suis filii plerūq; creduntur, & nonnūq; ad honestē turpitēq; viuendū inde causæ fluunt. ¶ Natio, nam & gentibus proprii mores sunt, nec idē in Barbaro, Romano, Græco, probabile est. ¶ Patria, quia similiter etiam ciuitatū leges, instituta, opiniones habent differētiā. ¶ Sexus, ut latrocinii facilius in viro, veneficiū in scemina credas. ¶ Aetas, quia aliud aliis annis magis cōuenit. ¶ Educatio & disciplina, quoniam refert à quibus, & quo quisq; modo sit institutus. ¶ Habitus corporis. Ducitur enim frequenter in argumētū species libidinis, robur petulantia. His contraria in diuersum. ¶ Fortuna: nec enim tā idem credibile est in diuite ac paupere, propinquis, amicis, clientibus abundante & his omnibus destituto. ¶ Conditionis etiã distātia est, nā clarus an obscurus, magistratus an priuatus, pater an filius, ciuis an peregrinus, liber an seruus, maritus an coelebs, parēs liberorum an orbis sit, plurimum distat. ¶ Animi natura: etiã auaritia, ira, iracūdia, misericordia, crudelitas, seueritas, aliq; iis similia, afferūt frequenter fidē, aut detrahunt: sicut victus, luxuriosus, an frugi, an sordidus, queritur. ¶ Studia quoq; nanque rusticus, forēsis, negociator, miles, navigator, medicus, aliud atque aliud efficiunt. Intuendū etiã quid affectet quisq;, locuples videri an disertus, iustus an potens. ¶ Spectantur autē acta dictaq;. Ex præteritis enim æstimari solēt præsentia. ¶ His adiciūt quidā cōmotionē, hanc accipi volūt tēporariū animi motū, sicut iram, pauorem. ¶ Consilia autem, & præsentis & præteriti & futuri tēporis, quæ mihi etiã si personis accidit, referēda tamen ad illā partē argumētōrū videntur, quā ex causis ducimus: sicut habitus quidā animi, quo tractatur amicus an inimicus. ¶ Ponunt in persona & nomē, quod quidem ei accidere necesse est, sed in argumētum rarō cadit, nisi cum aut ex causa datum est, ut sapiens, magnus, planus: aut ipsum alicuius cogitationis attulit causam, ut Lentulo coniurationis, q̄ libris Sibyllinis aruspiciq; responsis dominatio dari tribus Cornelii dicebatur, seq; cū tertiū esse credebatur post Syllam, Cinnaque, quia & ipse Cornelius erat. Nā & illud extat apud Euripidē, frigidū sanē, q̄ nomen Polynicis ut argumētū frater morū incescit. Iocorū enim ex eo frequēs materia, qua Cicero in Verrē nō semel vsus est. Hæc ferē circa personas sunt, aut his similia. Nec enim cōplecti omnia, vel in hac parte, vel in cæteris possumus, contenti rationē plura quasituris ostendere. ¶ Nunc ad res transeo, in quibus maximē sunt personis iuncta quæ agimus, ideòq; prima tractāda. In omnib; porrō quæ fiūt, queritur aut quare, aut vbi, aut quādo, aut quomodo, aut per quā facta sunt. ¶ Ducūt igitur argumēta ex causis factorū, vel futurorū, quorū materiā, quā vbi alii, quādo alii nominauerūt, in duo genera, sed quaternas vtriusq; diuidūt species. Nā fere versatur ratio faciēdi circa bonorū adeptionē, incremētū, cōseruationē, vsum: aut malorū euitationē, liberationē, iminutionē, cōuersionē: nanque hæc in deliberādo plurimū valent. Sed has causas habēt recta: praua cōtra ex falsis opinionibus veniunt. Nam est ex his initiū iis, quæ creduntur bona aut mala: inde errores existunt, & pessimi affectus, in quibus sunt ira, odium, inuidia, cupiditates, spes, ambitus, audacia, metus, cætera eiusdem generis. Accedūt aliquādo fortuita, ebrietas, ignorātia. Quæ interim ad veniā valent, interim ad probationem criminum. Vt si quis dū alii insidiatur, alium dicitur interemisse. Causæ porrō nō ad conuincēdū modo quod obiicitur, sed ad defendēdū quoque excuti solent, cū quis se rectē fecisse honesta causa cōtēdit, qua de re latius in tertio libro dictū est. Finitiones interim ex causis pendunt. An tyrannicida, qui tyrannū, à quo deprehēsus in adulterio fuerat, occidit, an sacrilegus, qui ut hostes vrbe expelleret, arma tēplo affixa detraxit. ¶ Ducūt argumenta & ex loco. Spectatur enim ad fidē probationis, montanus an planus, maritimus an mediterraneus, confit; an incultus, frequēs an desertus, propinquus an remotus, opportunus cōsiliis an aduersus. Quā partem videmus vehementissimē pro Milone tractasse Ciceronā. Et hæc quidē & similia ad coniecturam frequentius pertinent: sed interim ad ius quoque, priuatus an publicus, sacer an prophanus, noster an alienus. Vt in persona, magistratus, pater, peregrinus. Hinc enim quæstiones oriuntur. Priuatam pecuniam sustulisti, verum quia de templo, non furtum, sed sacrilegium est. Occidisti adulterum, quod lex permittit: sed quia in lupanari, cades est. Iniuriam fecisti, sed quia magistratus, maiestatis actio est, vel contra, licuit, quia pater eram, quia magistratus. Sed circa facti contro-

LOCI
personarū,
ut Genus.
Natio.
Patria.
Sexus.
Aetas.
Educatio.
Disciplina.
Habitus corporis.
Fortuna.
Conditio.

Natura animi.
Vitus.
Studia.
Affectus.
Ante acta dictaque.

Nomen.

In phœnifis.

LOCI
factorum.
Causæ.

Locus.

uersa argumenta præstât, circa iuris lites, materiâ quæstionû. Ad qualitatem quoque, frequenter pertinet locus. Neque enim idem ubique, aut licet, aut decorum est. Quinetiam in qua ciuitate quicque queratur interest. Moribus enim & legibus differt. Ad comedationem quoque & inuidiam valet. Nã & Ajax apud Ouidium inquit, Ante rates agimus causam, & mecum confertur Vlysses. Et Miloni inter cætera obiectum est, quod Clodius in monumentis ab eo maiorum suorum esset occisus. Ad suadendi momenta idem valet, sicut tempus, cuius tractatum subiungam. Eius autem (ut alio loco iam dixi) duplex significatio est. Generaliter enim & specialiter accipitur. Prius illud est, nunc, olim, tunc, sub Alexandro cum apud Ilium pugnatum est, denique præteritum, instans, futurum. Hoc sequens habet & constituta discrimina, ætate, hyeme, noctu, interdiu: & fortuita, in pestilentia, in bello, in conuiuio. Latinorum quidam satis significari putauerunt, si illud generale, hoc speciale tempus vocarent. Quorum utrorumque ratio, & in consiliis quædam, & in illo demonstratiuo genere versatur, sed in iudiciis frequentissima est. Nã & iuris quæstiones facit, & qualitatem distinguit, & ad coniecturam plurimum confert. Ut cum interim probationes inexpugnabiles afferat, quales sunt, si dicatur (ut supra posui) signator quæ ante diem tabularum deceffit, aut commisisse aliquid, uel cum infans esset, uel cum adhuc omnino natus non esset. Præter id, omnia facile argumenta, aut ex iis quæ ante res facta sunt, aut ex coniunctis rei, aut consequentibus ducuntur. Ex antecedentibus, Mortem minatus es, noctu existi, proficiscentem antecessisti. Causæ quoque, factorum præteriti sunt temporis. Sed tempus subtilius quidam quæ necesse erat diuiserunt, ut esset iuncti, sonus auditus est: adheretis, clamor sublati est. Insequētis sunt illa, latuisti, profugisti, liuores & tu mores apparuerunt. Iisdem temporum gradibus defensor utetur ad detrahendam ei, quod obicitur, fidem. In his omnis factorum dictorumque ratio versatur, sed dupliciter. Nã sunt quædam, quia aliud postea futurum est: quædam quia aliud ante factum est, ut cum obiicitur reo lenocinii speciosa marito, quod speciosam adulterii damnatam quandam emerit: aut parricidii reo luxurioso, quod dixerit patri, Non me amplius obiurgabis. Nã & ille, non quia emit, leno est: sed quia leno erat, emit. Nec hic quia sic erat locutus, occidit: sed quia erat occisurus, sic locutus est. Casus autem qui & ipse præstat argumentum, sine dubio est ex insequentibus: sed quadam proprietate distinguitur: ut si dicam, Melior dux Scipio quam Annibal: vicit enim Annibal. Bonus gubernator nunquam fecit naufragium. Bonus Agricola magnos sustulit fructus. Et contra, Sumptuosus fuit: patrimonium exhausit: turpiter vixit: vel omnibus inuisus est. Intuenda sunt, præcipueque in coniecturis, & facultates. Credibilis est enim occisos à pluribus pauciores, à firmioribus imbecilliores, à vigilantibus dormientes, à paratis inopinantes. Quorum contraria in diuersum valent. Hæc & in deliberando intuemur, & in iudiciis ad duas res solemus referre, an voluerit quis, an potuerit. Nã & volutate spes facit. Hinc illa apud Ciceronem coniectura. Infidatus est Clodius Miloni, non Milo Clodio: Ille cum seruis robustis, hic cum mulierum comitatu: Ille equis, hic in rheda: Ille expeditus, hic penula irretitus. Facultati autem licet instrumentum coniungere. Sunt enim in parte facultatis, & copiarum. Sed ex instrumentum aliquando etiam signa nascuntur, ut spiculum in corpore inuentum. His adiicitur modus, quem τὸς ὅς ἢ dicunt, quo queritur, quemadmodum quid sit factum: idque tum ad qualitatem scripturæ pertinet, ut si negemus adulterum ueneno occidisse, cum ferro licuisset occidere, sed vel oportuisset. tum ad coniecturam quoque, ut si dicas bona mære factum, ideoque palam: mala, ideoque ex insidiis, noctu, in solitudine. In rebus autem omnibus de quarum ueritate natura queritur, qualisque etiam citra complexum personarum, cæterorumque ex quibus sit causa, per se intueri possumus, tria sine dubio rursus spectanda sunt, an sit, quod sit, quale sit. Sed quia sunt quidam loci argumentorum iis omnibus communes, diuidi hæc in tria genera non possunt. Ideoque, locis potius, ut quosque incurrant, subiicienda sunt. Ducuntur ergo argumenta ex finitione, seu fine: nã utroque modo traditur. Eius duplex ratio est. Aut enim simpliciter queritur, sit ne hoc virtus: aut antecedente finitione, quid sit virtus. Id autem vniuersum verbis complectimur, ut rhetorice est bene dicendi scientia: aut per partes, ut rhetorice est recte inueniendi, & disponendi, & eloquendi cum firma memoria & cum dignitate actionis, scientia. Præterea finimus aut uerbum, sicut superiora: aut ἐννολογίαν, ut assiduam ab assidue dando, & locupletem à locorum, pecuniosum à pecorum copia. Finitioni subiecta maximè videntur genus, species, differens, proprium. Ex his omnibus argumenta ducuntur. Genus ad probandam speciem minimè valet, plurimè ad refellendam. Itaque non quia est arbor, platanus est: at quod non est arbor, utique platanus non est. Nec quod non est virtus, utique potest esse iustitia. Itaque à genere perueniendum est ad ultimam speciem. ut homo est animal, non est satis, id enim genus est: Mortale etiam si species est: cum aliis tamen communis finitio: Rationale, nihil supererit ad demonstrandum id quod velis. Contra species firmam probationem habet generis, infirmam refutationem. Nã quod iustitia est, utique virtus est: quod non est iustitia, potest esse virtus, ut si est fortitudo, continentia, constantia. Nunquam itaque tollitur à specie genus, nisi omnes species, quæ sunt generi subiectæ, remoueantur, hoc modo, quod neque immortale est neque mortale, animal non est.

Meta. 13.

Tempus.

Cap. de tabulis.

Casus.

Facultas.

Instrumentum.

Modus.

LOCI RE rum.

Finitio, cui quatuor loci subiiciuntur.

Genus.

Species.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

Proprium. His adiciunt propria, & differētia. Propriis cōfirmatur finitio, differētibus soluitur. Propriū autem est, aut quod soli accedit, ut homini sermo, risus: aut quod utique accedit, sed non soli, ut igni calefacere. Et sunt eiusdē rei plura propria, ut ipsi ignis lucere, calere. Quodcūq; propriū deerit, soluet finitionē, nō utiq; quodcūq; erit, cōfirmabit. Sēpissimē autē quid sit propriū cuiusq; queritur. ut si per ἰτυμολογίαν dicatur, Tyrannicidā propriū est, tyrānū occidere, negem⁹. Nō enī si traditū sibi eū carnifex occiderit, tyrānicida vocatur, nec si imprudēs, uel inuitus. Quod autē propriū

Differens nō erit, differēs erit, ut aliud est seruū esse, aliud seruire: qualis esse in addictis quæstio solet. Qui seruus est, si manumittatur, fit libertinus, nō itidē addictus, & plura, de quibus alio loco. Illud quoque differēs uocat, cū genere in specie diducto species ipsa discernitur. Animal genus, mortale species: terrenum uel bipes, differēs. Nondū enim propriū est, sed iam differt à marino uel quadrupede. Quod nō tā ad argumentū pertinet, q̄ ad diligētē finitionis cōprehensionē. Cicero genus & specie quā eādē formā vocat, à finitione diducit, & iis quæ ad aliquid sunt, subiicit: ut si is, cui omne argentiū legatū est, petat signatū quoq; utatur genere. At si quis cum legatū sit ei, quæ uiro materfamilias esset, neget deberi ei, quæ in manū non cōuenerit, specie: quoniam duæ formæ sint matroniorū. Diuisione autē adiuuari finitionē docet, eamque differre à partitione: q̄ hæc sit totius in partes, illa generis in formas. Partes incertas esse, ut quibus constet resp. Formas certas, ut quot sint species rerum publicarū. Quas trēs accipimus, quæ populi, quæ paucorum, quæ unius potestate regerentur. Et ille quidē nō his exemplis utitur, quia scribens ad Trebatium, ex iure ea ducere maluit: ego apertiora posui. Propria uero ad cōiecturæ quoq; pertinet partē, ut propriū est boni, rectē facere: iracundi, uerbis exandescere. Ac contra quædā in quibūdā utique non sunt, & ratio quam

Ciceronis sententia de his locis, quibus diuisione & partitionem adiicit.

Diuisio, ex qua argumenta ex remotione.

uis ex diuerso, eadē est. Diuisio, & ad probādū similia uia ualet, & ad refellendū. Probanti interim satis est vnū habere: hoc modo, Ut sit ciuis quis, aut natus sit oportet, aut factus. Neganti, utrū que tollendū est, nec natus nec factus est. Fit hoc & multiplex, idq; est argumētōrū genus ex remotione, quo modo efficitur totū falsum, modo id quod relinquitur, uerū. Totū falsum est, hoc modo, Pecuniam te credidisse dicis: aut habuisti ipse, aut ab aliquo accepisti, aut inuenisti, aut surripuisti. Si neq; domi habuisti, neque ab alio accepisti, nec cætera, non credidisti. Reliquū sit uerum sic, Hic seruus, quē tibi uendicas, aut uerna tuus est, aut emptus, aut donatus, aut testamento relictus, aut ex hoste captus, aut alienus: deinde remotis prioribus, supererit alienus. Periculosum, & cū cura intueūdū genus: quia si in proponēdo vnū quodlibet omiserimus, cū risu quoque tota res soluitur. Tutius quod Cicero pro Cecinna facit, cū interrogat, si hæc actio nō sit, quæ sit? Simul enim remouentur omnia. Vel cū duo ponētur inter se cōtraria, quorū tenuisse utrūlibet sufficiat: quale Ciceronis est, Vnū quidē certē nemo erit tā iniquus Cluentio, qui mihi non concedat, si cōstet corruptū illud esse iudiciū, aut ab Habito, aut ab Oppianico esse corruptum: si doceo non ab Habito, uinco ab Oppianico: si ostēdo ab Oppianico, purgo Habitu. Fit etiā ex duobus, quorum necessaria est alterutrū eligendi aduersario potestas: efficiturq; ut utrū elegerit, noceat. Facit hoc Cicero pro Oppio, Utrū cū Cottā appetisset, aut cū ipse sese conaretur occidere, telū ei ē manibus ereptū est? & pro Vareno, Optio uobis datur, utrū uelitis casu illo itinere Varenū usum esse, an huius persuasū & inductū. Deinde utraq; facit accusatori cōtraria. Interim duo ita proponūtur, ut utrūlibet electū, idē efficiat: quale est, Philosophandū est, etiā si nō est philosophandū. Et illud uulgatū, Quo schema, si intelligitur? quo, si non intelligitur? & Mentietur in tormentis, qui dolorem

Ab initio ad summam.

pati potest, mentietur, qui nō potest. Ut sunt autē tria tēpora, ita ordo rerum tribus momentis confectus est. Habent enim omnia initium, incrementum, summā: ut iurgium, deinde cades, & strages. Est ergo hic quoq; argumētōrū locus inuicē probantiū. Nam ex initiiis summa colligitur: quale est, Non possum togam prætextā sperare cum exordiū pullum uideam: & contra, Non dominationis causa Syllam arma sumpsisse, argumentū est Dictatura deposita. Similiter ex incremento

Ab incremento in utraque partem.

in utraq; partē ducitur rei ratio, cū in cōiectura, tū etiā in tractatu æquitatis, an ad initium summa, referenda sit, id est, an ei cades imputanda sit, à quo iurgium cœpit. Est argumētōrū locus ex similibus, Si cōtinentia uirtus, utiq; & abstinentia: Si fidē debet tutor, & procurator. Hoc est ex eo genere, quod & ἰσχυρισμὸν Græci uocant, Cicero inductionē. Ex dissimilibus, Nō si lætitia bonum & uoluptas: Nō quod mulieri, idem pupillo. Ex contrariis, Frugalitas bonum, luxuria enim malum. Si malorum causa bellum est, erit emendatio pax. Si veniam meretur qui imprudens nocuit, non meretur premiū qui imprudens profuit. Ex repugnantibus, Qui est stultus, sapiens non est. Ex consequentibus, siue adiunctis, Si iustitia est bonum, rectē ē iudicādum. Si malum perfidia, nō est fallendum. Idem retro. Nec sunt illa his dissimilia, ideoque hinc loco subicienda, cū & ipsa naturaliter congruunt, Quod quis non habuit, non perdidit. Quē quis amat, sciens non lædit. Quem quis hæredē suum esse uoluit, charū habuit, habet, habebit. Sed cū sint indubitata, uim habēt penē

A similibus. A dissimilibus. A cōtrariis. A repugnantibus. A consequentibus siue adiunctis. Quotum uariæ species.

signorum immutabilium. sed consequentia dico ἀκρίβεια, est enim consequens sapientiæ bonitas: illa sequentia ἐπαγόμενα, quæ postea sunt, aut futura. Nec sum de nominibus anxius, vocet enim ut voluerit quisq; dū vis rerū ipsa manifesta sit: appareatque hoc temporis, illud esse naturæ. Itaq; nō dubito hæc quoque cōsequentia, q̄uis ex prioribus dent argumentū ad ea quæ sequuntur. Quorū quidā duas species esse voluerunt. Actionis, ut pro Oppio, Quos educere inuitos in provinciam non potuit, eos inuitos retinere qui potuit: Tēporis, in Verrē, Si finē Pratoris edictō afferunt Calendæ Ianuarii, cur nō initiū quoque edicti nascatur à Calendis Ianuarii? Quod vtrinq; exemplū tale est, ut idem in diuersum, si retro agas, valeat. Cōsequens est enim, eos, qui inuiti duci nō potuerunt, inuitos nō potuisse retineri. Illa quoq; quæ ex rebus mutuā cōfirmationē præstātibus ducuntur, quæ proprii generis quidā videri volunt, & vocāt ἡ τῶν πρὸς ἀλλήλας, Cicero ex rebus sub eadem rationem venientibus, fortē consequētibus iunxerim, Si portoriū Rhodiū locare honestū est, & Hermacreonti cōducere: & quod discere honestū, & docere. Vnde illa nō hac ratione dicta, sed efficiens idem Domitii Afri sententia est pulchra. Ego accusaui, vos damnaistis. Est inuicem consequens, & quod ex diuersis idē ostendit, ut qui mundū nasci dicit, per hoc ipsum & deficere significat, quia deficit omne quod nascitur. ¶ Simillima est his argumentatio, qua colligi solent ex iis quæ faciūt, ea quæ efficiuntur, aut cōtra: quod genus à causis vocāt. Hæc interim necessario sūt, interim plerūq; sed nō necessario. Nam corpus in lumine vtiq; vmbra facit, & vmbra vbiq; est, ibi corpus esse ostendit. Alia sunt, ut dixi, non necessaria, vel vtrinque, vel ex altera parte. Sol colorat, nō vtiq; qui est coloratus, à sole est. Iter puluerulentum facit, sed nec omne iter puluerē mouet: nec quisquis est puluerulentus, ex itinere est. Quæ vtrinque sunt talia sunt: Si sapientia bonū virū facit, bonus vir est vtiq; sapiens. Ideōq; boni est honestē facere: mali, turpiter: & qui honestē faciunt, boni: qui turpiter, mali rectē iudicantur. At exercitatio plerunque robustū corpus facit, sed nō quisquis est robustus, exercitatus: nec quisquis exercitatus, robustus est. Nec quia fortitudo præstat ne mortem timeamus, quisquis mortē nō timuerit, vir fortis erit existimandus. Nec si capitis dolorem facit, inutilis hominibus sol est. Et hæc ad hortatiuū genus maximē pertinent: Virtus facit laudem, sequenda igitur: voluptas infamiā, fugienda igitur. Rectē autē monemur, causas non vtiq; ab vltimo esse repetundas: ut Medea, Vtinam ne in nemore Pelio. Quasi vero id eā fecerit miseram, aut nocentem, q̄ illic ceciderit abiegnā ad terrā trabes. & Phylacteta Paridi, Si impetrasses tibi, ego nunc non essem miser. Quo modo peruenire quo libet, retro causas legētibus licet. ¶ His illud adicere ridiculū putarem, nisi eo Cicero vteretur, quod coniugatū vocāt, ut, Eos qui rem iustam faciant, iuste facere: quod certē non eget probatione. Quod cōpascuum est, compalcare licere. Quidam hæc, quæ vel ex causis, vel ex efficiētibus diximus, alio nomine vocant ἡ ἀποσπαστοὶς, id est, exitus. Nam nec hic aliud tractatur, q̄ quid ex quoque eueniat. ¶ Apposita vel comparatiua dicūtur, quæ maiora ex minoribus, minora ex maioribus, paria ex paribus probant. Confirmatur coniectura ex maiore, Si quis sacrilegiū facit, faciet & furtum. Ex minore, Qui faciliē ac palam mentitur, peierabit. Ex pari, Qui ob rem iudicandam pecuniam accipit, & ob dicendū falsum testi moniū accipiet. Iuris confirmatio est huiusmodi: Ex maiore, Si adulterū occidere licet, & loris cadere. Ex minore, si furem nocturnū occidere licet, quid latronem? Ex pari, Quæ poena aduersus in terfectore patris iusta est, eadē aduersus matris. Quorū omniū tractat⁹ versatur in syllogismis. Illa magis finitionibus, aut qualitatibus profunt. Si robur corporibus bonum non est, minus sanitas. Si furtū scelus, magis sacrilegiū. Si abstinentia virtus, & cōtinentia. Si mundus prouidētia regitur, administranda est respublica. Si domus ædificari sine ratione non potest, quid agēdū in naualiū cura & armorū? Ac mihi quidem sufficeret hoc genus, sed in species secatur. Nam ex plurib⁹ ad vnū, & ex vno ad plura, Vnde est, quod semel, & sæpius: ex parte ad totum: & ex genere ad speciem: ex eo quod continet ad id quod continetur: & ex difficilioribus ad faciliora: & ex longē positis ad propiora: & ad omnia quæ contra hæc sunt, eadem ratione argumenta ducuntur. Sunt enim hæc maiora & minora, aut certē vim similem obtinent: quæ si prolequamur, nullus erit ea concidendi modus. Infinita est enim rerum comparatio: iucundiora, grauiora, magis necessaria, honestiora, vtiliora. Sed omittemus plura, ne in eam ipsam quam vito, loquacitatem incidam. Exemplorum quoque ad hæc infinitus est numerus: sed paucissima attingam. Ex maiore, pro Cecinna, Quod exercitus armatos mouet, aduocationem togatorum non videbitur mouisse: Ex faciliore, in Clodiū & Curionem, Ac vide, an faciliē fieri tu potueris, cum is factus non sit, cui tu concessisti: Ex difficiliore, Vide quæso Tubero, vt qui de neo factus non dubitem, de Ligarii audeam cōfiteri. Et ibi, An sperandi Ligario causa non sit, cum mihi apud te locus sit etiam pro altero deprecandi? Ex minore, pro Cecinna, Ita ne vero scire esse armatos sat est, ut vim factam probes, in manus eorum incidere non est satis? ¶ Ergo, ut breuiter contraham summam, ducuntur argumēta à personis, cau-

Argumenta
a fictione.

Epilogus,
cui subiecit
argumenta
propria cau-
sarum, quæ
uocantur ex
circumstantiis.

Non solū ar-
gumenta in-
ueniēda, sed
etiam quod
probare pos-
sis prudēter
proponendū.

sis, locis, tempore (cuius tres partes diximus, præcedens, coniunctum, insequens) facultatibus, (qui-
bus instrumentum subiecinus) modo, id est, ut quicq; sit factū, finitione, genere, specie, differenti-
bus, propriis, remotione, diuisione, initio, incrementis, summa, similibus, dissimilibus, pugnantibus,
consequentibus, efficientibus, effectis, euentis, iugatis, comparatione, quæ in plures deducitur
species. ¶ Illud adiiciendum videtur, duci argumenta nō a confessis tantū, sed etiā a fictione, quā
Græci κατὰ τὴν ὑπόθεσιν vocant. Et quidē ex omnibus iisdem locis, quibus superiora, quia totidem spe-
cies esse possunt fictæ, quot veræ. Nam fingere hoc loco, est proponere aliquid: quod si verum sit,
aut soluat quæstionē, aut adiuvet. Deinde id de quo quaritur, facere illi simile. Id quo facilius ac-
cipiant iuvenes, nondum scholam egressi, primo familiaribus magisq; vſitatis exemplis ostendam.
Lex est, Qui parentes non aluerit vinciat. Nō alit quis, & vincula nihilominus recusat. Vtitur
fictione, si miles, si infans sit, si reip. causa absit. Et illa contra optionem fortū, si tyrānidē petat, si
templorū euersionē. Plurimūq; viriū ea res habet contra scriptum. Vtitur his Cicero pro Cecin-
na, Vnde tu, aut familia, aut procurator tuus, si me uillicus tuus solus deiecit? non familia deie-
cisset, sed aliquis de familia. Si vero ne habeas quidem seruum præter eum, qui me deiecit, & alia
in eodem libro plurima. Verum eadem fictio valet & ad qualitates, Si Catilina cum suo consilio
nefariū hominū, quos secum eduxit, hac de re posset iudicare, condemnaret Luciū Murenā. Et
ad amplificationē, Si inter cenā in tuis immanib9 illis poculis hoc tibi accidisset. Sic, & si resp. vo-
cem haberet. ¶ Has ferē sedes accepim9 probationū in vniuersum, quas nec generatim tradere, sat
est, cum ex qualibet earū innumerabilis argumētorum copia oriatur, nec per singulas exequi pati-
tur natura rerū: quod qui sunt facere conati, duo pariter subierunt incōmoda, ut & nimīū dicerēt,
nec tamē totum. Vnde plurimi cum in hos inexplicabiles laqueos inciderunt, omnē etiam quem
ex ingenio suo potuerant habere conatum, uelut astricci certis legum vinculis perdidērunt, & ma-
gistrum respicientes, naturam ducem sequi desierunt. Nam ut per se nō sufficiet scire, omnes pro-
bationes, aut a personis, aut a reb9 peti, quia utrūq; in plura diuiditur: ita ex antecēditibus, & iun-
ctis & insequentibus trahenda esse argumēta q̄ acceperit, protinus in hoc sit instructus, vt quid in
quaque causa dicendum sit, ex his sciat: præsertim cum plurimæ probationes in ipso causarū cō-
plexu reperiantur, ita ut sint cum alia lite nulla cōmunes: eōq; sunt & potētissimæ & minime ob-
uia, quia communibus ex præceptis propria inuenienda sunt. Hoc genus argumentorum sanē di-
camus ex circumstantiis, quia κατὰ τὴν ὑπόθεσιν dicere aliter non possumus, uel ex iis, quæ cuiusq; causæ pro-
pria sunt, ut in illo adultero sacerdotē, qui lege quia unius seruandi potestātē habebat, se ipse serua-
re voluit, propriū est cōtrouerſiæ dicere. Non unū nocentē seruabis, quia te adultero dimisso, adul-
terā occidere nō licebit. Hoc enim argumētū lex facit, quæ prohibet adulterā sine adultero occi-
di. Et illa in qua lata est lex, ut argentarii dimidiū ex eo quod debebant, soluerēt, creditū suū to-
tū exigerent. Argentarius ab argentario solidū petit. Propriū ex materia est argumētū creditoris.
Idcirco adiectū esse in lege, ut argentarius totū exigeret. Aduersus enim alios non opus fuisse lege,
cū omnes præterquam ab argentariis totū exigendi ius habeāt. I Cū multa autē nouātur in omni
genere materiæ, tū præcipue in his quæstionibus, quæ scripto constant, quia uocū est in singulis
ambiguitas frequens, adhuc in coniunctis magis. Et hæc ipsa pluriū legum aliorūve scriptorū,
vel cōgruentiū, vel repugnantiū cōplexu variantur, necesse est: cū res rei, aut ius iuris quasi signū est.
Non debui tibi pecuniam, nunquam me appellasti, vſuram nō accepisti, vltro à me mutuatus es.
Lex est, Qui patri proditiōnis damnatus, cum aduocato exulet. Cicero pro Cluētio, P. Popiliū, & Ti-
berium Guttā dicit non iudicii corrupti, sed ambitus esse damnatos. quid signi? q̄ accusatores eo-
rū, qui erant & ipsi ambitus dānati, è lege sint post hāc victoriam restituti. ¶ Nec minus in hoc
curæ debet adhiberi, quid proponendū, q̄ quomodo sit quod proposueris, probādum. Hic omnino
vis inuentionis, si non maior, certē prior. Nam ut tela superuacua sunt nescienti quid petat, sic ar-
gumēta, nisi præuideris cui rei adhibēda sint. Hoc est, quod cōprehēdi arte non possit. Ideoq; cum
plures eadē didicerint, generibus quidē argumētōrū similibus vtētur, alius tamen alio plura, qui-
bus vtatur, inueniet. Sit exempli gratia proposita cōtrouerſia, quæ minime cōmunes cū aliis quæ-
stiones habet. Cū Thebas euertisset Alexander, inuenit tabulas, quibus centū talenta mutuo Theſ-
ſalis dedisse Thebanos cōtinebatur. Has quia erat vſus cōmilicio Theſſalorū, donauit iis vltro: po-
ſtea restituti à Cassandro, repossunt Thebani Theſſalos. Apud Amphictyonas agitur. Centum ta-
lenta & credidisse eos constat, & non recepisse. Lis omnis ex eo q̄ Alexander ea Theſſalis donasse
dicitur, pendet: constat quoque illud, non esse iis ab Alexandro pecuniam datam. Quaritur ergo
an perinde sit quod datū est, ac si pecuniā dederit. Quid proderunt argumentorum loci, nisi hæc
prius videro, nihil eum egisse donando, non potuisse donare, non donasse? & prima quidem actio

facilis ac fauorabilis, repetentiū iure quod vi sit ablatū. sed hinc aspera & vehemens quaestio exoritur de iure belli, dicentibus Theffalis, hoc regna, populos, fines gentium atq; urbium contineri. Inueniendum contra est, quo distet hæc caula à cæteris, quæ in potestatem victoris venient: nec circa probationem res hæret, sed circa propositionem. Dicamus primum in eo, quod in iudicium deduci potest, nihil valere ius belli, nec armis erepta, nisi armis posse retineri. Itaq; vbi illa valeant, non esse iudicem: vbi iudex sit, illa nihil valere. Hoc inueniendū est, vt adhiberi possit argumentum. Ideo captiuos si in patriā suam redierint, liberos esse, quia bello parta non nisi eadem vi possideantur. Proprium est & illud causæ, q̃ Amphictyones iudicant, vt alia apud centumuiros, alia apud iudicem priuatū in iisdem quaestionibus ratio sit. Tum secundo gradu non potuisse donari à victore ius, quia id demū sit eius quod ipse teneat. Ius, quod sit incorporale, apprehēdi manu nō posse. Hoc reperire difficilius, q̃ cum inueneris, argumentis adiuuare: vt alia sit conditio hæredis, alia victoris: quia ad illū ius, ad hunc res transeat. Propriū deinde materiæ, ius publici crediti transire ad victorem non potuisse, quia quod populus crediderit, omnibus debeatur: & quandiu quilibet vnus superuerit, esse cum totius summæ creditorem. Thebanos autem non omnes in Alexā dri manu fuisse. Hoc non extrinsecus probatur, quæ vis est argumenti, sed ipsum per se valet. Tertiū loci pars prior magis vulgaris. Non in tabulis esse ius, idque multis argumentis defendi potest. Mens quoq; Alexā dri duci debet in dubiū, exonerari eos an deceperit. Illud iam rursus materiæ propriū, & velut nouæ controuersia, q̃ restitutione recepit ius, etiā si quid amiserint, Thebani videntur. Hic & quid Cassander velit, quaeritur. Sed vel potentissima apud Amphictyones æqui tractatio est. Hæc non ideo dico, q̃ inutilem horū locorū, ex quibus argumenta ducuntur, cognitionē putem, alioqui nec tradidissem, sed ne si qui cognouerint ista, si cætera negligāt, perfectos se protinus atq; cōsummatos putent: & nisi in cæteris, quæ mox præcipiēda sunt, elaborauerint, mutā quandā scientiā consecutos intelligāt. Nec enim artibus editis factū est, vt argumenta inueniremus: sed dicta sunt omnia, anteq̃ præciperentur, mox ea scriptores obseruata, & collecta ediderunt. Cuius rei probatio est, q̃ exēplis eorū veteribus vtuntur, & ab oratoribus illa repetunt: ipsi nullū nouum, & quod dictū non sit, inueniunt. Artifices ergo illi, qui dixerunt. Sed habenda iis quoq; gratia est, per quos labor nobis detractus est. Nam quæ priores beneficio ingenii singula inuenerunt, nobis & non sunt requirenda, & nota omnia. Sed nō magis hoc sat est, q̃ palæstrā didicisse, nisi corpus exercitatione, cōtinētia, cibis, ante omnia natura iunctur. Sicut cōtra, ne illa quidem satis sine arte profuerint. Illud quoq; studiosi eloquentiæ cogitent, neq; in omnibus causis ea quæ demonstrauimus, cuncta posse reperiri: neq; cum proposita fuerit materia dicendi, scrutanda singula, & velut ostiatim pulsanda, vt sciant, an ad probandum id quod intendimus, forte respondeant, nisi cum discunt, & adhuc vsu carent. Infinitam enim faciet ipsa res dicendi tarditatem, si semper sit necesse, vt tentantes vnumquodq; eorum, quod sit aptum atq; conueniens, experiendo noscamus. Nescio an etiam impedimento futura sint, nisi & animi quædā ingenita natura, & studio exercitata velocitas, recta nos ad ea, quæ conueniunt causæ, ferant. Nam vt cantus vocis plurimum iuuat sociata neruorū concordia, si tamen tardior manus, nisi inspectis dimensisq; singulis, quibus quæq; vox fidibus iungenda sit, dubitet, potius fuerit esse contentū eo quod simplex canēdi natura tulerit: ita huiusmodi præceptis debet quidē apta esse, & citharæ modo intēta ratio doctrinæ, sed hoc exercitatione multa consequendū, vt quæadmodū illorū artificū, etiam si alio spectent, manus tamen ipsa consuetudine ad graues, acutos, mediōsq; horū sonos fertur, sic oratoris cogitationē nihil moretur hæc varietas argumentorū, & copia quasi offerat se & occurrat: & ut literæ syllabæq; scribentiū cogitationē non exigunt, sic rationes spontē quadam sequantur.

DE EXEMPLIS.

CAP. XI.

Ertium est genus ex iis, quæ extrinsecus adducuntur in causam, Græci vocant παραδειγμα. quo nomine & generaliter vsi sunt in omni similitudinum appositione, & specialiter in iis, quæ rerum gestarum auctoritate nituntur. Nostri fere similitudinem vocare maluerunt, quod ab illis παραβλην dicitur, hoc alterū exemplū: quanquam & hoc, simile est: & illud, exemplum. Nos quo facilius propositū explicemus, vtrunq; παραδειγμα esse credamus, & ipsi appellemus exemplum. Nec vereor, ne videar repugnare Ciceroni, qui collationem separet ab exemplo. Nam idem argumentationem diuidit in duas partes, inductionē, & ratiocinationē, vt pleriq; Græcorū in παραδείγματι, & ἐπιχαραγματι, dixeruntq; παραδειγμα ἐκτορικὴν ἢ παγωγὴν. Nam illa qua plurimū est Socrates vsus, hanc habuit viā, cū plura interrogasset, quæ cōteri aduersario necesse esset, nouissime id, de quo quarebatur, infererebat, cui simile concessisset. Id est, inductionē. Hoc in ratiocinatione fieri non potest. Sed quod illic interrogatur, hic ferē sumitur. Sit igitur illa interrogatio talis, Quod est pomum generosissim-

Monet artis præcepta factis non esse, sed prudentiam quoque pro causarū varietate adhibendam.

Sub exemplis cōtinentur & similia.

De inuēt. i.

num? nōne quod optimū? concederetur. Quis equus generosissimus? nōne qui optimus? & plura in eundē modū. Deinde cuius rei gratia rogatū est, quid homo? nōne is generosissimus, q optimus? fatendū erit. Hoc in testium interrogatione valet plurimum, in oratione perpetua dissimile est. etenim sibi ipse respondet orator. Quod pomū generosissimum? puto quod optimum: & qui equus? q velocissimus, ita hominū, nō qui claritate nascēdi, sed q virtute maximē excelleat. Omnia igitur ex hoc genere sumpta necesse est aut similia esse, aut dissimilia, aut contraria. Similitudo assumitur interim & ad orationis ornatū. Sed illa cū res exigit: nūc ea, quæ ad probationē pertinet, exequar. ¶ Potētissimū autē est inter ea quæ sunt huius generis, quod propriē vocam⁹ exēplū, id

EXEM-
plū proprie
dictū, et quo
modo tractā-
dum.

Act. 3.
Simile.
Dissimile.
Contrariū.

Maius.
Minus.
Impar.

est, rei gesta, aut ut gesta, vtilis ad persuadendū id quod intenderis: cōmemoratio. Intuēdū igitur, totū simile sit, an ex parte: ut aut omnia ex eo sumamus, aut quæ vtilia erūt. ¶ Simile est, Iure est oc-
ciscus Saturnin⁹, sicut Gracchi. Dissimile, Brutus occidit liberos proditiōē moliētes, Manlius vir-
tutē filii morte multauit. ¶ Cōtrariū, Marcellus ornāmēta Syracusanis hostib⁹ restituit, Verres
eadē fociis abstulit. Et probādorū & culpādorū ex his cōfirmatio eisdē gradus habet. Etia in iis,
quæ futura dicemus, vtilis similiū admonitio est, ut si quis dicens Dionysiū iccirco petere custod-
des salutis suæ, ut eorū adiutus armis tyrannidē occupet, hoc referat exēplū, eadē ratione Pisistratū
ad dominationē peruenisse. ¶ Sed ut sunt exempla interim tota similia, vt hoc proximum, sic
interim ex maioribus ad minora, ex minoribus ad maiora ducūt. Si propter matrimonia viola-
ta vrbes euerse sunt, quid fieri adultero par est? Tibicines cū ab vrbe discessissent, publicē reuocati
sunt: quāto magis principes ciuitatis viri, & benē de rep. meriti, cū iuidiæ cesserint, ab exilio redu-
cendi? Ad exhortationē vero præcipuē valent imparia. Admirabilior in foemina q in viro virtus.
Quare si ad fortiter faciendū accēdatur aliquis, nō tantū afferet momēti Horatius & Torquatus,
quantū illa mulier, cuius manu Phyrthus est interfectus: & ad moriendū non tā Cato & Scipio, q
Lucretia. quod ipsum est ex minoribus ad maiora. Singula igitur horū generū ex Cicerone (nā un-
de potius?) exempla ponamus. Simile est hoc pro Murena, Etenim mihi ipsi accidit, ut cū duobus
patriciis, altero improbissimo atq; audacissimo, altero modestissimo atq; optimo viro peterē: su-
perauit tamē dignitate Catilinā, gratia Galbam. Maius minoris pro Milone, Negant intueri lucem
esse fas ei, qui ā se hominē occisum esse fateatur. In qua tandē vrbe hoc hominē stultissimi dispu-
tant? nempe in ea, quæ primū iudiciū de capite vidit M. Horatii fortissimi viri, qui nodū libera ci-
uitate, tamē populi ro. comitiis liberatus est, cum sua manu sororē esse interfectā fateretur. Minus
maioris, Occidi, occidi nō Spuriū Meliū, qui annona leuanda, iacturāq; rei familiaris, quia nimis
amplecti plebē videbatur, in suspitionē incidit regni appetēdi, &c. deinde: Sed eum (auderet enim
dicere cū patriā periculo liberasset) cuius nefandū adulteriū in puluinaribus, & totus in Clodiū lo-

Dissimile et
contrariū.
Aeneid. 2.

Exempla quæ
dam latius,
quæ dā stri-
ctius addu-
cenda.

Fabulosa ex
empla.

Aesopica, et
prouerbia-
lia.

Epist. 1.

cus. ¶ Dissimile ex se plures causas habet: fit enim genere, modo, tēpore, loco, ceterisq; per quæ fe-
rē omnia Cicero præiudicia, quæ de Cluentio videbantur facta, subuertit. Contratio vero exēplo
censoriam notam laudando Censorē Africanū, qui eum quæ peierasse cōceptis verbis palam dixisset,
testimoniū etiā pollicitus, si quis cōtradiceret, nullo accusante traducere equum passus esset.
Quæ quia erant lōgiora, non suis verbis exposui. Breue autē apud Virgiliū contrariū exemplū est,
At non ille satum quo te mentiris Achilles, Talis in hoste fuit Priamo. ¶ Quædā autē ex iis quæ
gesta sunt, tota narrabimus: ut Cicero pro Milone, Pudicitia cum eriperet Militi Tribunus mili-
tatis in exercitu Caii Marii, propinquus eius Imperatoris, ab eo interfectus est, cui vim afferebat.
Facere enim probus adolescēs periculose, q perpeti turpiter maluit: atq; hūc ille summus vir scele-
re solutum periculo liberauit. ¶ Quædam significare satis erit, ut idē, ac pro eodem. Neque enim
posset ille Hala ferulius, aut P. Nafica, aut L. Opimius, aut me Cōsule Senat⁹ nō nefarius haberi,
si sceleratos interfici nefas esset. Hæc ita dicuntur, prout nota erūt, vel utilitas causa, aut decor po-
stulabit. ¶ Eadē ratio est eorū, quæ ex poeticis fabulis ducuntur, nisi q iis minus affirmationis ad-
hibetur: cuius usus qualis esse deberet, idem optimus auctor, ac magister eloquentiæ, ostendit. Nā
huius quoq; generis eadē in oratione reperietur exemplū. Itaque hoc iudices non sine causa etiam
fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderunt, eum qui patris vlciscēdi causa matrē ne-
casset, variatis hominū sententiis, nō solū diuina, sed etiā sapiētissimæ deæ sententia liberatū. ¶ Illæ
quoq; fabulæ, quæ etiam si ab Aesopo originem non acceperunt (Nam videtur earum primus au-
ctor Hesiodus) nomine tamen Aesopi maximē celebrantur, ducere animos solent, præcipuē rusti-
corū & imperitorū: qui & simplicius quæ ficta sunt audiunt, & capti voluptate, facile iis quibus
delectantur, consentiunt. Siquidē & Menenius Agrippa plebem cum patribus in gratiam traditur
reduxisse, nota illa de membris humanis aduersus ventrem discordantibus fabula. & Horatius, ne
in poemate quidem humilem vsum huius generis putauit. Olim quod vulpes agroto cauta leo-
ni, αἰὼν Græci vocant, & αἰσῶπο πόλιτον, &, vt dixi, λέγεις μυθικός: nostrorum quidam non sanē

recepto in vsum nomine apologationē: cui confine est *παροιμία* genus illud, quod est velut fabella breuior, & per allegoriam accipitur: Nos nostrum, inquit, onus, bos clitellas. ¶ Proximas exemplo vires habet similitudo, præcipueq; illa quæ ducitur citra vllam translationem mixturam ex rebus penè paribus. Vt qui accipere in campo consueuerunt, iis candidatis quorum nummos sup-
species.
 pressos esse putant, inimicissimi solent esse: sic huiusmodi iudices infecti tum reo venerant. Nam *παροιμία*, quæ Cicero collationem vocat, longius res, quæ comparantur, repetere solet. Nec homi-
A parabola.
 num modo inter se opera similia spectantur, ut Cicero pro Murena facit, Quod si è portu soluē-
 tionem, & prædonum, & locorum (quæ natura fert, ut iis faueamus, qui eadem pericula, quibus nos
 perfuncti sumus, ingrediantur) quo me tandem animo esse oportet, propè iam ex magna iactatio-
 ne terram videntem, in hunc, cui video maximas tempestates esse subeundas? Sed *παροιμία* à mu-
 tis atque etiam inanimis interim huiusmodi ducitur. ¶ Et quoniam similitum alia facies in tali ra-
 tione admonendū est, rarius esse in oratione illud genus, quod *ἰκάνω* Græci vocat (in quo exprimi-
 tur rerū aut personarū imago: ut Cassius, Quis istā faciē planipedis senis torquens) q̄ id, quo pro-
 babilius fit quod intendimus. vt si animum dicas excolēdum, similitudine vtaris terræ, quæ negle-
 cta sentes atq; dumos, ex culta fructus creat: aut si ad curam reipublicæ hortēris, ostendas apes etiā
 fornicatq; non modo muta, sed etiam parua animalia, in commune tamen laborare. Ex hoc gene-
 re dictū est illud Ciceronis, Vt corpora nostra sine mente, ita ciuitas sine lege, suis partibus, ut ner-
 uis ac sanguine, & mēbris vtī nō potest. Sed ut hoc corporis humani pro Cluentio, ita pro Corne-
 lio equorū, pro Archia saxorū quoq; est vsum similitudine. Illa (ut dixi) propiora. Vt remiges sine
 gubernatore, ita milites sine imperatore nihil valere. ¶ Solēt tamē fallere similitudinū species, ideo-
 q; adhibēdum est his iudiciū. Neq; enim ut naui vtilior noua q̄ vetus, sic amicitia: vel ut laudāda
Similitudo interdū fallax.
 quæ pecuniā suā pluribus largitur, ita quæ formā. Verba sunt in his similia, largitionis, & vetusta-
 tis, uis quidē longē diuersa, pecuniæ & amicitia. Itaq; in hoc genere maximē quæritur, an simile
 fit quod infertur. Etiā in illis interrogationibus Socratis, quarū paulo antē feci mētionē, cauendū
 ne incaute respondeas: ut apud Aeschinē Socraticū malē respondit Aspasia Xenophōtis vxor,
 quod Cicero his verbis transfert, Dic mihi quæso Xenophontis vxor, si vicina tua melius habeat
 aurū q̄ tu habes, vtrum illius ne, an tuū malis? illius inquit. Quid? si vēstē & cæterū ornatum mu-
 liebrē precii maioris habeat q̄ tu habes, tuum ne an illius malis? respondit, illius vero. Agefis, in-
 quit, si illa virum meliorē habeat q̄ tu habes, utrū ne tuū virū malis, an illius? hic mulier erubuit:
 meritō. malē enim responderat, se malle alienū aurū q̄ suū. nā est id improbū. At si respōdisset, se
 malle aurū suū tale esse, quale illud esset, potuisset pudicē respondere: malle se virū suum talem ef-
 se, qualis melior esset. Scio quosdam inani diligentia per minutissimas partes ista secuisse, & ali-
 quid esse simile minus, ut simia homini, & marmora deformata prima manu. Aliquid plus: ut il-
 lud, Non ouum tam simile ouo. Et dissimilibus inesse simile, ut formica: & elephāto genus, quia
 sunt animalia. Et similibus dissimile, ut canibus catulos & matribus hædos. Differunt enim æta-
 te. Contrariorum quoque aliter accipi opposita, ut noctem luci: aliter noxia, vt aquam frigidam
 febri: aliter repugnantia, ut verum falsū: aliter disparata, ut dura non duris. Sed quid hæc ad præ-
 sens propositum magnopere pertineant, non reperio. ¶ Illud est annotandum magis, argumen-
 ta duci ex iure simili, ut Cicero in Topicis, Ei cui domus vsum fructus relictus sit non restitutu-
 rum hæredem, si corruerit, quia non restituat seruū, si is decesserit. Ex contrario, nihil obstat
 quo minus iustum matrimonium sit mente coeuntium, etiam si tabulæ signatæ non fuerint.
 Nihil enim proderit signasse tabulas, si mentem matrimonii non fuisse constabit. Ex dissimili,
 quale est Ciceronis pro Cecinna, ut, Si quis me exire domo coegisset armis, haberem actionem: si
 quis introire prohibuisset, non haberem. Dissimilia sic deprehenduntur. Non si is qui argentum
 omne legauit, videri potest signatam quoq; pecuniā reliquisse, ideo etiam quod est in nominibus
 dari voluisse creditur. ¶ *Αναλογία* quidam à simili separauerunt, nos eam subiectam huic generi
 putamus. Nam ut vnum ad decem, sic decem ad centum, simile certē est, & ut hostis, sic malus ci-
 uis: q̄ hæc vltērius quoq; procedere solent. Si turpis dominæ consuetudo cum seruo, turpis do-
 mini cum ancilla, si mutis animalibus finis voluptas, idē homini. Cui rei facillimē occurrit ex dis-
 similibus argumentatio. Non idem est dominū cum ancilla coisse, quod dominā cū seruo. Nec si
 mutis finis voluptas, rationabilibus quoq;. Immo ex cōtrario, qui mutis, ideo nō rationabilibus.
 ¶ Adhibetur extrinsecus in causam & auctoritas. Hæc secuti Græcos à quibus *ἁγίους* dicuntur, AVTO-
 iudicia aut iudicationes vocant, non de quibus ex causa dicta sententia est (nam ea quidem in ex-
 emplorum locum cedunt) sed si quid ita visum gentibus, populis, sapiētibus viris, claris ciuibus, tur-
 illustribus poetis, referri potest. Nē hæc quidem vulgo dicta, & recepta persuasione populari sine

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

Iudicia ge- vsu fuerint testimonia. Sunt enim quodammodo vel potentiora, etiam q̄ nō causis accommoda-
tium, ciuita- ta, sed liberis odio & gratia mentibus: ideo tantum dicta factaq̄, quia aut honestissima aut verissi-
tum, sapien- ma videbantur. An vero me de incōmodis vitæ disserētem non adiuuabit earum persuasio natio-
tū & illu- num, quæ stetibus natos, lætitiā defunctos prosequuntur? Aut si misericordiā cōmendabo iudici,
strum uiro- nihil proderit q̄ prudentissima ciuitas Atheniensium, non eam pro affectu, sed pro numine acce-
rum, pit? Nam illa septem præcepta sapientum, nōne quasdam vitæ leges existimamus? Si causam ve-
neficii dicat adultera, non Marci Catonis iudicio damnata videatur, qui nullam adulteram non

Poetarū sen- eandem esse veneficam dixit? ¶ Iam sententiis quidē poetarum nō orationes modo sunt refertæ,
tentia, sed libri etiam philosophorū. Qui q̄q̄ inferiora omnia præceptis suis ac literis credunt, repetere
tamen auctoritatem à plurimis versibus non fastidierūt. Neq̄ est ignobile exemplū, Megareos ab
Atheniensibus cū de Salamine contenderent, victos Homeri versu, qui tamen ipsē non in omni
editione reperitur, significans Aiacem naues suas Atheniensibus iunxisse. ¶ Ea quoq̄ quæ vulgo
Vulgo re- recepta sunt, hoc ipso q̄ incertū auctore habent, velut omnīū sunt: quale est, Vbi amici, ibi opes:
cepta, & Conscientia mille testes. Et apud Ciceronem, Pares autē (vt est in vetere prouerbio) cū paribus
facillimē congregantur. Neq̄ enim durassent hæc in æternū, nisi vera omnibus viderentur. ¶ Po-
nitur à quibusdam & quidem in parte prima, deorū auctoritas, quæ est ex responsis, vt Socratem
Diuina au- esse sapientissimū. Id rarum est: tamen vititur eo Cicero in libro de aruspiciū responsis. Et in con-
thoritas, cione contra Catilinā, cum signū Iouis columnæ impositū populo ostendit. Et pro Ligario, cum
causam Caii Cæsaris meliorem, quia dii hoc iudicauerint, cōfiteretur. Quæ cū propria causæ sunt,
diuina testimonia vocantur: cum aliunde accersuntur argumenta. ¶ Nonnunq̄ contingit iudi-
cis quoq̄ aut aduersarii, aut eius qui ex diuerso agit, dictum aliquod aut factū assumere ad eorū,
Aduersarii uel iudicis dictum fa- cūmne, quæ intendimus, fidem. Propter quod fuerunt qui exempla & has auctoritates, probationū inar-
tificialium esse arbitrantur, q̄ ea non inueniret orator, sed acciperet. Plurimū autem refert. Nā
testis, & quæstio, & his similia, de ipsa re, quæ in iudicio est, pronunciant. Extra petita, nisi ad ali-
quam præsentis disceptationis vtilitatem ingenio applicantur, nihil per se valent.

DE VSV ARGVMENTORVM.

CAP. XII.

A Ec ferē de probatione vel ab aliis tradita, vel vsu percepta in hoc tēpus sciebā.
Nec mihi fiducia est, vt ea sola esse cōtendam: quinimmo hortor ad querendū,
H & inueniri posse fateor, quæ tamen adiecta fuerint, non multū ab his abhorre-
bunt. Nunc breuiter quemadmodū sit vtendum his, subiungā. ¶ Traditum ferē
est, argumentū oportere esse cōfessum. Dubiis enim probari dubia qui possunt?

- 1 ¶ Quædam tamen, quæ in alterius rei probationem ducimus, ipsa probanda sunt. Occidisti virū,
eras enim adultera. Prius de adulterio conuincendū est, vt cū id cōperit esse pro certo, fiat incerti
argumentū. Spiculum tuū in corpore occisi inuentum est. Negat suū. Vt probationi profit, pro-
bandum est. ¶ Illud hoc loco monere inter necessaria est, nulla esse firmiora, q̄ quæ ex dubiis fa-
cta sunt certa. Cædes à te facta est, cruentam enim vestem habuisti. Non est tam graue argumen-
tum si fatetur, q̄ si conuincitur. Nam si fatetur, multis ex causis potuit cruenta esse vestis. Si negat,
hic causæ cardinē ponit: in quo si victus fuerit, etiā in sequentibus ruit. Non enim videtur in ne-
gando mentiturus fuisse nisi desperasset id posse defendi, si confiteretur. ¶ Firmissimis argumen-
torū, singulis instandū, infirmiora congreganda sunt, quia illa per se fortia nō oportet circūstan-
tibus obscurare, vt qualia sunt appareāt: hæc imbecilla natura, mutuo auxilio sustinentur. Itaque
si non possunt valere quia magna non sunt, valebunt quia multa sunt, quæ ad eiusdē rei probatio-
nem omnia spectāt. Vt si quis hereditatis gratia hominē occidisse dicatur. Hereditatem sperabas,
& magnā hereditatē, & pauper eras, & tū maximē à creditoribus appellabaris, & offenderas eum,
cuius hæres eras, & mutaturū tabulas sciebas. Singula leuia sunt & communia, vniuersa vero no-
cent: etiā si non vt fulmine, tamen vt grandine. ¶ Quædā argumenta ponere satis non est, adiu-
uanda sunt, vt si cupiditas causā sceleris fuit, quæ sit vis eius: ira, quantū efficiat in animis hominū
talis affectio. Ita & firmiora erunt ipsa, & plus habebunt decoris, si non nudos, & velut carne spo-
liatos artus ostenderint. ¶ Multū etiā refert si argumēto nitemur odii, vtrū hoc ex inuidia sit, an
ex iniuria, an ex ambitu, vetus an nouum, aduersus inferiorē, parem, an superiorem, alienū an pro-
pinquū. Suos habent omnia ista tractatus, & ad vtilitatē partis eius quam tuemur, referenda sunt.
¶ Nec tamen omnibus semper quæ inuenerimus, argumētis onerādas est iudex, quia & tadiū affe-
runt, & fidē detrahūt. Neq̄ enim potest iudex credere satis esse ea potentia, quæ non putamus ipsi
sufficere, qui dicimus. ¶ In rebus vero apertis argumētari tā sit stultū q̄ in clarissimū solē mortale
lumen inferre. ¶ His quidā probationes adiciūt, quas *periphrasē* vocāt, ductas ex affectibus. Atq̄
Aristoteles quidē potētissimū putat ex eo qui dicit, si sit vir optimus, quod vt optimū est, ita lōge
quidem

Probationes
p4 hrtice.

quidem, sed sequitur tamen, videri. Inde enim illa nobilis Scāuri defensio, Quintus Varius Suconensis ait, Aemilium Scaurum rem publicam populi Romani prodidisse. Aemilius Scaurus negat. Cui si nile quiddam fecisse Iphicrates dicitur, qui cum Aristophontem, quo accusante similis criminis reus erat, interrogasset, an is accepta pecunia naues proditurus esset, isque id negasset. Quod igitur (inquit) tu non fecisses, ego feci? Intrudum autē, & qui sit apud quem dicimus, & id quod illi maximē probabile videatur, requirendum. Quae de re locuti sumus, & in procemii, & in suaforiae praeceptis. Altera ex asseueratione probatio est, Ego hoc feci, tu mihi hoc dixisti. Et, o facinus indignū, & similia. Quae non debēt deesse quidem orationi, & si desunt multum nocent, non tamen habenda sunt inter magna praesidia, cum hoc in eadem causa fieri ex utraque parte similiter possit. Illae firmiores ex sua cuiusque persona probationes, quae credibilem rationē subiectionem habent, ut vulneratus, aut filio orbatu non fuerit alium acculaturus quā nocentē, quādo si negotium innocenti facit, liberet eum noxa qui admiserit. Hinc & patres aduersus liberos, & aduersus suos quisque necessarios auctoritatem petunt. Quae sit etiam, potētissima argumenta primo ne ponenda sint loco, ut occupent animos: an summo, ut inde dimittant: an partita primo summoque, ut Homericā dispositione Nestoris, in medio sint infirma: an à minimis crescant. Quae prout ratio causae cuiusque postulat, ordinantur: vno (ut ego cenſeo) excepto, ne à potētissimis ad leuissima decreſcat oratio. Ego haec breuiter demonstrasse cōtentus, ita posui, ut locos ipsos, & genera quā possem apertissimē ostenderem. Quidam executi sunt verbosius, quibus placuit proposita locorum communium materia, quo quaeque res modo dici posset, ostendere. Sed mihi superuacuum videbatur. Nam ferē & apparet quid in inuidiam, quid in auaritiā, quid in testem inimicum, quid pro teste amico dicendum sit. Et de omnibus his omnia dicere infinitum est, tam Hercule, q̄ si contra controuersiarum, quae sunt, quaeque futurae sunt, quaestiones argumenta, sententias tradere uelim. Ipsas autem argumentorū velut sedes, nō me quidem omnes ostendisse confido, plurimas tamen. Quod ideo diligentius faciendū fuit, quia declamationes quibus ad pugnam forensem velut praeparatis exerceri solebamus, olim iam ab illa vera imagine oradi recesserunt, atque ad solā cōpositā voluptatē neruis carent: non alio mediūfidiū vitio dicentium, quā quo mancipiorum negociatores formae puerorum virilitate excisa lenocinantur. Nā ut illi robur ac lacertos, barbāque ante omnia, & alia quae natura propria maribus dedit, parū existimāt decora, quaeque fortia, si liceret, forent, ut dura molliunt, ita nos habitū orationis ipsū virilem, & illam vim stricte robustēque dicendi, tenera quadam elocutionis cute operimus: & dū leuia sint ac nitida, quantum valeant nihil interesse arbitramur. Sed mihi naturam intuenti nemo non vir spadone formosior erit. Nec tam auersa vnquam videbitur ab opere suo prouidentia, ut debilitas inter optima inuenta sit. Nec id ferro speciosum fieri putabo, quod si nasceretur, monstrum erat. Licet iuuet ipsum effeminati sexus mendacium, nunquam tamen hoc continget malis moribus regnum, ut si qua preciosa fecit, fecerit & bona. Quapropter eloquentiam licet hanc (ut sentio enim dicam) libidinofam resupina voluptate auditoria probet, nullam esse existimabo, quae ne minimum quidem in se iudicium masculini & incorrupti, ne dicam grauis & sancti viri, ostēdet. An vero statuarum artifices pictorēque clarissimi, cum corpora q̄ speciosissima fingendo pingendove effingere cuperent, nunquam tamen in hunc inciderunt errorem, ut Bagoum, aut Megabyzū aliquem in exemplū operis assumerent sibi, sed Doryphoron illū, aptum vel militiae, vel palaestrae, aliorū quoque iuuenum bellicosorum, & athletarum corpora decorare existimauerunt: nos qui oratorem studemus effingere, non arma, sed tympana eloquentiae demus? Igitur & ille quem instituimus, adolescens, q̄ maximē potest componat se ad imitationem veritatis, initorūque frequenter forensium certaminum pugnam, iam in schola victoriam spectet, & ferire vitia ac tueri sciat, & praceptor id maximē exigit, & inuentū praecipue probet. Nam ut ad peiora iuuenes laude ducuntur, ita laudari in bonis gaudent. Nunc illud mali est, q̄ necessaria plerūque silentio transeunt, nec in dicēdo videtur inter bona utilitas. Sed haec & in alio nobis tractata sunt opere, & in hoc saepe repetenda. Nunc ad ordinem inceptum reuertamur.

DE REFUTATIONE. CAP. XIII.

Refutatio dupliciter accipi potest. Nā & pars defensoris tota est posita in refutatione, & quae dicta sunt ex diuerso debēt vtrinq; dissolui, & haec est proprie cui in causis quartus assignatur locus. Sed vtriusque similis cōditio est. Neque vero ex aliis locis ratio argumentorum in hac parte peti potest, q̄ in confirmatione: nec locorum aut sententiarum, aut verborum, & figurarum alia cōditio est. Affe-

ctus plerūque haec pars mitiores habet. Non sine causa tamen, difficilior semper est creditum (quod Cicero saepe testatur) defendere quā accusare. Primum quod est res illa simplicior. pro-

Dispositio
argumento-
rum.

Reddit ra-
tionem bre-
uitatis suae,
& locorum
utilitatem
commēdat.

Reprehēdit
declamato-
res, qui vo-
luptati stu-
detes robur
argumento-
rum negli-
gant.

Refutare
difficilius

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

quàm obii-
cere. ponitur enim vno modo, variè dissoluitur, cum accusatori satis sit plerumque verum esse id, quod obiecerit. Patronus neget, defendat, transferat, excuset, deprecetur, molliat, minuat, auertat, despi-
ciat, derideat. Quare indirecta ferè, atque (vt sic dixerim) clamorosa est actio. Hinc mille flexus &
artes desiderantur. Tum accusator premeditata pleraque domo affert: patronus etiam inopina-
tis frequenter occurrit. Accusator dat testem: patronus ex re ipsa refellit. Accusator criminum
inuidia, & si falsa sit, materiam dicendi trahit, de parricidio, sacrilegio, maiestate: quæ patrono tan-
tum neganda sunt. Ideoque accusationibus etiam mediocres in dicendo suffecerunt: bonus defen-
sor nemo nisi qui eloquentissimus fuit. Nam vt quod sentio semel finiã, tanto est accusare quàm

IN RE-
futando duo
intuenda,
quid & quo
modo obii-
ctum.
Vbi & quo
modo depre-
candum.
defendere, quanto facere quàm sanare vulnera facilius. ¶ Plurimum autem refert, & quid protu-
lerit aduersarius, & quomodo. Primum igitur intuendum est id, cui responsuri sumus, proprium
sit eius iudicii, an ad causam extra accersitum. Nam si est proprium, aut negandum, aut defenden-
dum, aut transferendum: extra hæc in iudiciis ferè nihil est. ¶ Deprecatio quidè, quæ est sine vlla
specie defensionis, rata admodum, & apud eos solos iudices, qui nulla certa forma pronunciandi
tenentur: quanquam illæ quoque apud Caium Cæsarem, & Triumuiros, pro diuersarum parti-
um hominibus actiones, etiam si precibus vtuntur, adhibent tamen patrocinia. nisi hoc nõ for-
tissimè defendentis est, dicere, Quid aliud egimus Tubero, nisi vt quod hic potest nos possemus?
Quod si quando apud Principem, aliumve, cui vtrum velit liceat, dicemus. Dignum quidem
morte cum pro quo loquimur, clementia tamen seruandum esse vel talem. Primum omnium
non erit res nobis cum aduersario, sed cū iudice: deinde forma deliberatiuæ magis materia: quàm
iudicialis vtemur. Suadebimus enim vt laudem humanitatis potius quàm voluptatem vltionis
concupiscat. Apud iudices quidem secundum leges dicturos sententiam, de confessis præcipere
ridiculum est. ¶ Ergo quæ neque negari, neque transferri possunt, vtique defendenda sunt, qua-
liacumque sint, aut causa cedendum. Negandi duplicem ostendimus formam, aut non esse factum:
aut non hoc esse, quod factum sit. ¶ Quæ neque defendi, neque transferri possunt, vtique negan-
da: nec solum si finitio potest esse pro nobis, sed etiã si nuda inficiatio superest. Testes erūt, multa
in eos dicere licet. Chirographum: de similitudine literarum disserendum. Vtique nihil erit peius

Quæ defen-
denda.
Quæ negi-
da.
quàm confessio. ¶ Vltima est actionis controuersia, cum defendendi negandive non est locus,
translatio. ¶ Atqui quædam sunt, quæ nec negari, nec defendi, nec transferri possunt. Adulterii
rea est quæ cum anno vidua fuisset, enixa est. lis nõ erit. Quare illud stultissimè præcipitur, quod
defendi non possit, silentio dissimulandū, si quidem est id de quo iudex pronunciaturus est. At si
extra causam sit adductum, & tamen cōiunctum, malum quidem dicere, nihil id ad quæstionem,
nec esse in his morandum, & minus esse q̃ aduersarius dicit. Tamen velut huic simulationi obli-
uionis ignoscam. Debet enim bonus aduocatus pro rei salute breuem negligentia reprehensionē
non pertimescere. ¶ Videndum etiam, an simul nobis plura aggredienda, an amolienda singula.

Quædam li-
tem non ha-
bent.
¶ Plura simul inuadimus, si aut tam infirma sunt, vt pariter impelli possint, aut tā molesta, vt pe-
dem conferre cū singulis non expediat. Tum enim toto corpore intendū, & vt sic dixerim, dete-
cta fronte pugnandū est. ¶ Interim si resolueret ex parte diuersa dicta difficili⁹ erit, nostra argumē-
ta cum aduersariorū argumentis conferemus, si modo hoc, vt valentiora videantur, effici poterit.

plura simul
an singula
depellenda.
¶ Quæ vero turba valebunt, diducenda erunt, quod paulo ante dixi. Eras hæres, & pauper, & ma-
gna pecunia appellabaris à creditoribus, & offenderas, & mutaturum tabulas testamenti sciebas.
Vrgent vniuersa. At si singula quæque dissolueris, iam illa flamma, quæ magna congerie conua-
luerat, diductis quibus alebatur, concideret. Vt si vel maxima flumina in riuos diducantur, quali-
bet transitū præbent. ¶ Itaq; propositio quoq; secundum hanc vtilitatem accommodabitur, vt ea
nunc singula ostendamus, nunc cōplectamur vniuersa. Nam interim quod pluribus collegit ad-
uersarius, satis est semel proponere, vt si multas causas faciendi quod arguit, reo dicet accusator
fuisse, nos non enumeratis singulis, semel hoc intuendū negemus, quia nõ quisquis causam facien-
di sceleris habuit, & fecerit. Sæpius autem accusatori congerere argumenta, reo dissolvere, expe-
diat. ¶ Id autè quod erit ab aduersario dictū, quomodo refutari debeat, intuendum est. ¶ Nam si
erit palam falsum, negare satis est, vt pro Cluentio Cicero: cum quem dixerat accusator epoto po-
culo concidisse, negat eodem die mortuū. ¶ Palam etiam contraria, & superuacua, & stulta repre-
hendere nullius artis est. Ideoque nec rationes eorū, nec exēpla tradere necesse est. ¶ Id quoq; (obscu-
rum vocant) quod secreto, & sine teste aut argumento dicitur factum, satis natura sua infirmum
est. Sufficit enim q̃ aduersarius non probat. ¶ Item si ad causam non pertinet. ¶ Est tamen in-
terim oratoris efficere, vt quid aut contrariū esse, aut à causa diuersum, aut incredibile, aut super-
uacuum, aut nostræ potius causæ videatur esse coniunctū. Obiicitur Oppio, q̃ de militū cibariis
detraheret: asperū crimen, sed contrariū ostendit Cicero, quia iidē accusatores obiecerunt Oppio,

q̄ is voluerit largiendo corrumpere exercitū. Testes in Corneliū accusator lecti à Tribuno codicis pollicetur. facit hoc Cicero superuacuū, quia ipse fateatur. Petit accusationē in Verrem Quintus Cæcilius, q̄ fuerat Quæstor eius, ipsum Cicero vt pro se videretur, effecit. ¶ Cætera quæ proponuntur, cōmunes locos habēt. Aut enim cōiectura excutiūtur, an vera sint: aut finitione, an propria: aut qualitate, an inhonestā, iniquā, improba, inhumana, crudelia, & cætera quæ ei generi accidunt. Eaq̄ non modo in propositionibus aut rationibus, sed in toto genere actionis intueāda. An sit crudelis, vt Labieni in Rabiū lege perduellionis. Inhumana, vt Tiberonis Ligariū exulem accusantis, atq̄ id agentis, ne ei Cæsar ignoscat. Superba, vt in Oppiū ex epistola Cottæ reum factū. Proinde præcipites, insidiosæ, impotentes deprehendūtur. Ex quibus tamen fortissimè inuaseris, quod est aut omnibus periculosum, vt dicit Cicero pro Tullio. Quis hoc statuit vnq̄, aut cui cōcedi sine summo omnī periculo potest, vt eum iure potuerit occidere, à quo metuisset se dicat ne ipse posterior occideretur? Aut ipsis iudiciis, vt pro Oppio monet pluribus, ne illud actionis genus in equestrem ordinē admittant. ¶ Nonnunq̄ tamen quædā bene contemnūtur, vel tanq̄ leuia, vel tanquā ad causam nihil pertinentia. Multis hoc locis facit Cicero. Sed hæc simulatio interim hucusq̄ procedit, vt quæ dicēdo refutare non possumus, quasi fastidiēdo calcemus. ¶ Quoniam, vero maxima pars eorū similibus constat, rimandū erit diligentissimè, quid sit in quoq̄: quod assumitur dissimile. id in iure facile deprehēditur. Est enim scriptū de rebus vtq̄ diuersis, tantoque magis ipsa rerū differentia potest esse manifesta. Illas verò similitudines, quæ ducuntur ex mutis animalibus aut inanimis, facilè est eludere. ¶ Exempla rerū variè tractanda sunt si nocebunt. quæ si dubia erunt, fabulosa dicere licebit: fin vera, maximè quidē dissimilia. Neq̄ enim fieri potest vt paria sint omnia, vt si Nasica post occisum Gracchū defendatur exemplo Halæ, à quo Melius est interfecit. Melius regni affectatorē fuisse à Graccho leges modo latas esse populares. Halam, magistrum equitū fuisse, Nasicam priuatū esse dicatur: si defecerint omnia, tum videndū erit an obtineri possit, ne illud quidē rectè factū. ¶ Quod de exemplis, idem etiā de iudicatis obseruandum. ¶ Quod autem posui, referre quo quicque accusator modo dixerit, huc pertinet, vt si est minus efficaciter locutus, ipsa eius verba ponantur: si acri & vehementi vsus fuerit oratione, eandem rem nostris verbis mitioribus proferamus: vt Cicero de Cornelio, Codicem attigit. & protinus cum quadam defensione, vt si pro luxurioso dicendum sit, Obiecta est paulo liberalior vita. Sic & pro sordido parcum, & pro maledico liberum dicere licebit. Vtique nunq̄ committendū est, vt aduersariorum dictū cum sua cōfirmatione referamus, aut etiam loci alicuius executione adiuuemus, nisi cū eludēda. Apud exercitum mihi fueris, inquit, tot annis forū non attigeris, absueris tandiu, & cum tam longo interuallo veneris, cū iis qui in foro habitant, de dignitate cōtendas. Præterea in contradictionibus, interim totum crimen exponitur, vt Cicero pro Scauro contra Boetarem facit, velut orationem diuersæ partis imitatus. Aut pluribus propositionibus iunctis, vt pro Vareno, Cum iter per agros, & loca sola faceret cum Populeno, in familiam Anchuranam incidisse dixerūt: deinde Populenum occisum esse: illico Varenum vinctum, adseruatum, dum hic ostenderet, quid de eo fieri vellet. Quod est vtique faciēdum, si erit incredibilis rei ordo, & ipsa expositione fidē perditurus. ¶ Interim per partes dissoluitur, & quod cōtextu nocet, & plerunque id est tutius. ¶ Quædam contradictiones natura sunt singulæ. Id exemplis non eget. ¶ Communia bene apprehenduntur, non tantum quia vtriūque sunt partis, sed quia plus pro sunt respondentī. Neque enim pigebit, quod sæpè monui, referre, commune, qui prior dicit, contrarium facit. Est enim contrarium quo aduersarius bene vti potest. At enim non verisimile est tantum scelus M. Cottam esse commentum. Quid? hoc verisimile est, tātum scelus Oppium esse conatum? ¶ Artificis autem est inuenire in actione aduersarii, quæ inter semetipsa pugnent aut pugnare videantur, quæ aliquando ex rebus ipsis manifesta sunt, vt in causa Cæliana, Clodia aurum se Cælio commodasse dicit, quod signum magnæ familiaritatis est: venenum sibi paratum, quod summi odii argumentum est. Tuberō Ligarium accusat, quod is in Aphrica fuisse: & quæritur quod ab eo ipse in Aphricam non sit admissus. Aliquando vero præbet eius rei occasionem minus considerata ex aduerso dicentis oratio, quod accidit præcipuè cupidis sententiari, vt ducti occasione dicendi non respiciant quid dixerint, dum locū præsentem, nō totā causam intuentur. Quid tam videri potest contra Cluentium q̄ censoria nota? Quid tam cōtra eundem, q̄ filium ab Egnatio corrupti iudicii, quo Cluentius Oppianicum circūuenisset, crimine exheredatum? At hæc Cicero pugnare inuicem ostendit. Sed tu Acci consideres censēo diligenter, vtrum Censorium iudiciū graue velis esse, an Egnatio: leue est quod Censores de cæteris subscrisperunt. Ipsum enim Egnatium, quem tu grauem esse vis, de Senatu eiecerunt. Sin autem Censorium hunc Egnatium, quem pater Censoria subscriptione exheredauit, Censores in Senatu, cum patrem

Verū an sit.

Quid sit.

Quale sit.

Simile.

Exemplum.

Iudicatum.

Quædā contemnenda.

CON-
tradictiones
quomodo tractanda, in
quibus spectanda
aduersarii
uerba.Communia
optime re-
futantur.Contraria
ubi non sunt
in actione
inuenienda.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

Vitia in respondendo. eiecissent retinuerunt. ¶ Illa magis vitiose dicuntur, q̄ acutè reprehenduntur, argumentum dubium pro necessario, controuersum pro confesso, cōmune pluribus pro proprio, vulgare, superuacuum, serius constitutum, contra fidem. ¶ Nam & illa accidunt parum cautis, vt crimen au-geant, quod probandum est, de facto disputent, cum de auctore quærat, impossibilia aggrediantur, pro effectis relinquunt vixdum inchoata, de homine dicere q̄ de causa malint, hominum vitâ rebus assignent: vt si quis Decemuiratû accuset, non Appium, manifestis repugnent, dicant quod aliter accipi possit, summâ quæstionis non intueantur, non ad proposita respondeant. Quod vnū aliquando recipi potest, cum mala causa adhibitis extrinsecus remediis tuenda est, vt cum pecula tus Verres reus fortiter & industriè tutatus contra piratas Siciliam dicitur. ¶ Eadē aduersus contradictiones nobis oppositas præcepta sunt. Hoc tamen amplius, q̄ circa eas multi duobus vitiis diuersis laborant. ¶ Nam quidā etiā in foro tanq̄ molestam rem & odiosam prætereunt, & iis plerunq̄, quæ cōposita domo attulerunt, contenti sine aduersario dicunt: & si licet multo magis in scholis, in quibus non solum contradictiones omittuntur, verum etiā ipsæ materiæ sic plerunq̄ finguntur, vt nihil dici pro altera parte possit. ¶ Alii diligētia lapsi, verbis etiā vel sententiis omnibus respondendū putant, quod est & infinitum & superuacuum. Non enim causa reprehenditur, sed actor: quem ego semper videri mallet sic disertum, vt si dixerit quod rei profuerit, ingenii credatur laus esse, non causæ. si quando forte non lædat, causæ non ingenii culpa. Itaque illæ reprehensiones, aut obscuritatis, qualis in Rullum fuit: aut infantia in dicendo, qualis in Pisonē: aut inscitia rerum, verborūque & insulsatatis etiam, qualis in Antonium est, accommodantur iustis odiis, suntque vtilis ad conciliandū iis, quos inuifos facere volueris, odium. ¶ Alii respondendi patronis ratio & aliquando non eorum ratio modo, sed vita etiā, vultus denique, incessus, habitus rectè inculcari solet. Vt aduersus Quintium Cicero, non hæc solum, sed ipsam etiam prætextam demissam ad talos infectatus est. Presserat enim turbulentis concionibus Cluentium Quintius. Nonnunq̄ eleuandæ inuidiæ gratia, quæ asperius dicta sunt, eluduntur, vt à Cicerone Triarius. Nam cum Scauri columnas per urbem plaustis vectas esse dixit. Ego porro, inquit, qui Albanas habeo colūnas, elitellis eas apportavi. Et magis hoc in accusatores cōcessum est, quibus cōiucari aliquando patrocinii fides cogit. ¶ Illa vero aduersus omnes & recepta, & non inhumana cōque stio, si callidè quid tacuisse, breuiasse, obscurasse, distulisse dicuntur. ¶ Defensionis quoq̄ permutatio reprehenditur sapè, sicut Accius aduersus Cluentiū, Aeschines aduersus Ctesiphontem: cū ille Ciceronem lege vsurum modo, hic minimè de lege dicturum Demosthenē queritur. ¶ Declamatores vero in primis sunt admonendi, neu contradictiones eas ponant, quibus facillimè responderi possit: neu sibi stultum aduersarium fingant. Facimus autem, quod maximè vberis loci, popularisq̄ sententiæ nascuntur, materiam dicendi nobis quò volumus ducentibus: vt non sit ille inutilis versus, Non malè respondit, malè enim prior ille rogarat. Fallet hæc nos in foro consuetudo, vbi aduersario, non ipsi nobis respondebimus. A iunt Accium interrogatum, cur causas nō ageret, cum apud eum in tragœdiis tanta vis esset optimè respondendi, hanc reddidisse rationem, quod illic ea dicerentur, quæ ipse vellet, in foro essent dicturi aduersarii, quæ minimè vellet. Ridiculum est ergo in exercitationibus, quæ foro præparantur, prius cogitare quid responderi, quàm quid ex diuerso dici possit. Et bonus præceptor non minus discipulum laudare debet, si quid pro diuersa, quàm si quid pro sua parte acriter excogitauit. Rursus aliquid in scholis permittendum semper, in foro rarò. Nam loco à petitore primo contradictione vti qui possumus, vbi vera res agitur, cum aduersarius adhuc nihil dixerit: Incidunt tamen plerique in hoc vitium, vel consuetudine declamatoria, vel etiam cupiditate dicendi: dantque de se respondentibus venustissimos lusos, cum modo se vero nihil dixisse, nec tam stultè dicturos: modo bene admonitos ab aduersario, & agere gratias, quod adiuti sint, iocantur. Frequentissimè vero id quod firmissimum est, nunquam iis responsurum aduersarium fuisse quæ proposita non essent, nisi sciret illa vera esse, & ad fatendum conscientia esset impulsus: vt pro Cluentio Cicero, Nam hoc persæpe dixisti, tibi sic renunciari, me habere in animo causam hanc præsidio legis defendere: ita ne est? ab amicis imprudentes videlicet prodimus, & est nescio quis de iis, quos amicos esse arbitramur nobis, qui nostra consilia ad aduersarium deferat. Quisnam tibi hoc renunciavit? quis tam improbus fuit? cui autem ego narraui? nemo (vt opinor) in culpa est, nimirum tibi istud lex ipsa renunciavit. ¶ At quidā contradictione non contenti, totos etiam locos explicant. Scire se hoc dicturos aduersarios, & ita persecuturos. Quod factum venustè temporibus nostris elusit Vibius Crispus, vir ingenii iucundi & elegantis. Ego vero, inquit, ista non dico. Quid enim attinet illa bis dici? Nonnunquam tamen aliquid simile contradictioni poni potest, si quid ab aduersario testationibus comprehensum, in aduocationibus iactatum. Respondebimus enim rei ab illis dictæ, non à nobis excogitatæ, aut si id

genus

genus erit causæ, vt proponere possimus certa, extra quæ nihil dici possit: vt cum res furtiua in domo deprehensa sit, dicat necesse est reus, aut se ignorante illatam, aut depositam apud se, aut donatam sibi. quibus omnis etiam si proposita non sint, responderi potest. At in scholis recte & probationibus & contradictionibus occuremus, & vt in vtrunque locum, id est primum & secundum, simul exerceamur. quod nisi fecerimus, nunquam vtemur contradictione. Non enim erit cui respondeamus. ¶ Est & illud vitium nimium solliciti, & circa omnia momenta luctantis. Suspectam enim facit iudici causam, & frequenter, quæ statim dicta omnem dubitationem sustulissent, dilata ipsis præparationibus fidem perdunt, quia patronus & aliis crediderit opus fuisse. Fiduciam igitur orator præ se ferat, semperque ita dicat, tanquam de causâ optime sentiat. Quod (sicut omnia) in Cicerone præcipuum est. Nam illa summa cura securitatis est similis, tantaque in oratione auctoritas, vt probationis locum obtineat, dubitare nobis non audentibus. Porro qui scierit, quid pars aduersa, quid nostra habeat valentissimum, facile iudicabit, quibus maxime rebus, vel occurrendum sit, vel instandum. ¶ Ordo quidem in parte nulla minus affert laboris. Nam si agimus, nostra confirmanda sunt primum, tum quæ nostris opponuntur refutanda. Si respondemus, prius incipiendum est à refutatione. ¶ Nascuntur autem ex iis, quæ contradictioni opposuimus, aliæ contradictiones: euntque interim longius, vt gladiatorum manus, quæ secundæ vocantur: fiunt & tertiæ, si prima ad euocandum aduersarii ictum prolata erit: & quartæ, si geminata captatio est, vt bis etiam cauere, bis repetere oportuerit. Quæ ratio & ultra ducit. ¶ Sed illam etiam, quam supra ostendi, simplicem ex affectibus atque ex affirmatione sola probationem recipit refutatio, qualis est illa Scauri, de qua dixi supra. Quin nescio, an etiam frequentior vbi quid negatur. ¶ Videndum præcipue vtrique parti, vbi sit rei summa. Nam ferè accidit, vt in causis multa dicantur, de paucis iudicetur. In his probandi refutandique ratio est, sed adiuuanda viribus dicentis, & adornanda. Quamlibet enim sint ad docendum quod volumus accommodata, tamen erunt infirma, nisi maiore quodam oratoris spiritu implentur. ¶ Quare & illi cōmunes loci de testibus, de tabulis, de argumentis, aliisque similibus magnam vim animis iudicum afferunt: & ii proprii, quibus factum quodque laudamus, aut contra, iustum vel iniustum docemus, maius aut minus, asperius aut mitius. Ex his autem alii ad probationem singulorum argumentorum faciunt, alii ad plurimum, alii ad totius causæ inclinationem. Ex quibus, sunt qui præparent animum iudicis, sunt qui confirmant. Sed præparatio quoque aut confirmatio aliquando totius causæ est, aliquando partium, & proinde vt cuique conueniunt, subiicienda. Ideoque miror inter duos diuersarum sectarum velut duces non mediocri cōtentione quæsitum, singulis ne quæstionibus subiiciendi essent loci, vt Theodoro placet, an prius docendus iudex quàm mouendus, vt præcipit Apollodorus, tanquam perierit hæc ratio media, & nihil cum ipsius causæ utilitate sit deliberandum. Hæc præcipiunt, qui ipsi non dicunt in foro, vt acies à securis ociosisque compositæ, ipsa pugnae necessitate turbentur. Nanque omnes ferè qui legem dicendi quasi quædam mysteria tradiderunt, certis non inueniendorum modo argumentorum locis, sed concludendorum quoque nos præceptis alligauerunt, de quibus breuissime prælocutus, quid ipse sentiam, id est quid præclarissimos oratores fecisse videam, non tacebo.

Ordo probationis & refutationis.

Commune præceptum.

Locis cōmunes ubi adhibendi.

QVIBVS CONSTET EPICHEREMA, ET
quomodo refellatur. CAP. XIII.

Gitur Enthymema, & argumentum ipsum, id est, rem quæ probationi alterius adhibetur, appellant, & argumenti elocutionem. Eam vero (vt dixi) duplicem. ¶ Ex consequentibus, quod habet propositionem, coniunctamque ei protinus probationem: quale pro Ligario, Causa tum dubia, quod erat aliquid in vtraque parte, quod probari posset: nunc melior certe etiam ea iudicanda est, quam diu adiuuerunt. Habet enim rationem & propositionem, non habet conclusionem. Ita est ille imperfectus syllogismus. ¶ Ex pugnantibus vero, quod etiam solum enthymema quidam vocant, fortior multo probatio est. Tale est Ciceronis pro Milone, Eius mortis sedetis vltiores, cuius vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis. Quod quidem etiam aliquando multiplicari solet, vt est ab eodem, & pro eodem reo factum: Quem igitur cum

ENTHYMEMA, & eius species.

In Topic.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

Contra
Aesch.

EPICHE-
rematis par-
tes, & tra-
ctandi ratio.
De inuent.
lib. 1.

Cicero
Rhetor. 1.

Forma con-
cludendi epi-
cherematis
non eadem.

De propo-
sitione.

De assump-
tione.

Epicherema
& syllogis-
mus quo dis-
ferant.

omnium gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela? quem iure, quem loco, quem tempore, quem impune non est ausus, hunc iniuria, iniquo loco, alieno tempore, cum periculo capitis non dubitauit occidere? ¶ Optimum autem videtur enthymematis genus, cum proposito dissimili vel contrario ratio subiungitur, quale est Demosthenis, Non enim si quid vnquam contra leges factum est, idque tu es imitatus, iccirco te conuenit poena liberari, quin e contrario damnari multo magis. Nam vt si quis eorum damnatus esset, tu hæc nõ scripsisses, ita damnatus si tu fueris, non scribet alius. ¶ Epicherematos, & quatuor, & quinque, & sex etiam factæ sunt partes à quibusdam. Cicero maxime quinque defendit, vt sit propositio, deinde ratio eius, tum assumptio, & eius probatio, quinta complexio. Quia vero interim & propositio non egeat rationis, & assumptio probationis, nonnunquam etiam complexione opus non sit, quadripartitam & bipartitam quoque fieri posse ratiocinationem, mihi & plurimis nihilominus authoribus tres ad summum videntur. Nam ita se habent ista natura, vt sit de quo queratur, & per quod probetur, tertium adiici potest velut ex consensu duorum antecedentium. Ita erit prima intentio, secunda assumptio, tertia connexio. Nam confirmatio primæ ac secundæ partis & exornatio, eisdem cedere possunt, quibus subiiciuntur. Sumamus ex Cicerone quinque partium exemplum. Melius gubernantur ea, quæ consilio reguntur, quæ quæ sine consilio administrantur. Hanc primam partem numerat, eam deinceps rationibus variis, & quæ copiosissimis verbis approbari putant oportere. Hoc ego totum cum sua ratione vnum puto: alioqui si ratio pars est, est autem varia ratio, plures partes esse dicantur. Assumptionem deinde ponit. Nihil autem omnium rerum melius quæ omnis mundus administratur. Huius assumptionis quarto in loco aliam porro inducunt approbationem, de quo idem quod supra, dico. Quinto inducunt loco complexionem, quæ aut infert solum quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo: Consilio igitur mundus administratur: Aut vnum in locum cum conduxerit breuiter expositionem & assumptionem, adiungit quid ex his conficiatur, ad hunc modum: Quod si melius geruntur quæ consilio, quæ quæ sine consilio administrantur, nihil autem omnium rerum melius quæ omnis mundus administratur, consilio igitur mundus administratur. Cui parti consentio. ¶ In tribus autem, quas fecimus, partibus non est forma semper eadem, sed vna in qua idem concluditur quod intenditur. Anima immortalis est. Nã quicquid ex seipso mouetur, immortale est. Anima autem ex seipsa mouetur: immortalis igitur est anima. Hoc fit non solum in singulis argumentis, sed in totis causis, quæ sunt simplices, & in quæstionibus. Nam & hæ primam habent expositionem. Sacrilegium commisisti, hominem occidisti. Non quisquis hominem occidit, cædis reus tenetur. Deinde rationem. Sed hæc est in causis & quæstione longior quam in singulis argumentis. Et plerunque summa complexione, vel per enumerationem, vel per breuem conclusionem testatur quid effecerint. In hoc genere propositio dubia est. De hac enim queritur. ¶ Altera est complexio non par intentioni, sed vim habens parem. Mors nihil ad nos. Nam quod est dissolutum, sensu caret: quod autem sensu caret, nihil ad nos. ¶ In alio genere, non eadem propositio est, quæ connexio. Omnia animalia meliora sunt quam inanima, nihil autem melius est mundo, mundus igitur animal. Hic potest videri de re contentio. Potuit enim sic constitui ratiocinatio. Animal est mundus, omnia enim animalia meliora sunt quam inanima. ¶ Cæterum hæc propositio aut confessa est, vt proxima: aut probanda, vt qui beatam vitam viuere volet, philosophetur oportet. Non enim conceditur. Cætera sequi, nisi confirmata prima parte, non possunt. ¶ Est & assumptio interim confessa, vt, Omnes autem volunt vitam beatam viuere. Interim probanda, vt illa, Quod est dissolutum sensu caret, cum soluta corpore anima, an sit immortalis, vel ad tempus certum maneat, sit in dubio. Quam assumptionem, alii rationem vocent, alii epicherema. Epicherema autem nullo differt à syllogismo, nisi quod illi & plures habent species, & vera colligunt veris. Epicherematis frequentior circa credibilia est usus. Nam si contingeret semper controuersa confessis probare, vix esset in hoc genere usus oratoris. Nam quid ingenio est opus, vt dicas, bona ad me pertinent? Solus enim sum filius defuncti, vel solus hæres, cum iure bonorum possessio testati secundum tabulas testamenti detur. Ad me igitur pertinent. Sed cum ipsa ratio in quæstione venit, efficiendum est certum id quod probaturi sumus, quod incertum est: vt si ipsa fortè intentione dicatur, aut filius non es, aut non es legitimus, aut non es solus. Itemque, aut hæres non es, aut non iustum testamentum est, aut capere non potes, aut habes cohæredes. Efficiendum est iustum, propter quod bona adiudica-

ri nobis debeant. ¶ Sed tum est necessaria illa summa connexio, cum interuenit oratio longior. Aliquando sufficiunt intentio ac ratio. Silent leges inter arma, nec se expectari iubent, cū ei, qui expectare velit, ante iniusta poena luenda sit, quā iusta repetenda, Ideoq; id enthymema quod est ex consequentibus, rationi simile dixerunt. ¶ Sed & singula quoq; interim recte ponūtur, vt ipsum illud, Silent leges inter arma. Et à ratione fas est incipere, deinde concludere: ut ibidem, Quod si xii. tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderit, interficere impunè voluerunt, quis est, quiquoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet? Variat autem hic adhuc, & rursus rationem tertio loco ponit. Cum videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigi legibus. Prioris autem partis duxit ordinem. Insidiatori autem & latroni, quæ potest inferri iniusta nex? Hæc intentio. Quid comitatus nostri? quid gladii volunt? Hæc ratio. Quos habere certe non liceret, si vti illis nullo pacto liceret, Hæc ex intentione & ratione connexio. ¶ Huic generi probationis tribus occurritur modis, id est per omnes partes. Aut enim expugnatur intentio, aut assumptio, aut conclusio, nonnunquam omnia. Sed omnia hæc tria sunt. Intentio expugnatur, iure occidi eum, qui insidiatus sit. Nam prima statim pro Milone quaestio est. An ei sit fas lucem intueri, qui à se hominem necatum esse fateatur. Expugnatur assumptio omnibus iis, quæ de refutatione diximus. Et ratio quidem nonnunquam est vera, cum eius propositio vera non sit. Interim veræ propositionis falsa ratio est. Virtus bonum est, verum est, si quis rationem subiiciat, quod ea locupletes faciat, veræ intentionis falsa sit ratio. Connexio aut vera negatur, cum aliud colligit quā id quod ex prioribus conficitur, aut nihil ad quaestionem dicitur pertinere. Non est vera sic, Insidiator iure occiditur. Nam qui curauit vt vim afferat vt hostis, debet etiam vt hostis repelli. Recte igitur Clodius, vt hostis occisus est. Non vtique. Nondum enim Clodium insidiatorem ostendimus, sed sit vera connexio. Recte igitur insidiator vt hostis occiditur. Nihil ad nos. Nondum enim Clodius insidiator apparet. Sed vt potest esse vera connexio, & tamen falsa intentio & ratio, ita si illa vera sunt, nonnunquam est falsa connexio. ¶ Enthymema ab aliis oratorius syllogismus, ab aliis pars dicitur syllogismi, propterea quod syllogismus vtique conclusionem & propositionem habet & per omnes partes efficit, quod proposuit. Enthymema tantum intentum intelligi contentum sit. Syllogismus talis. Solum bonum virtus: Nam id demum bonum est, quo nemo male vti potest. Virtute nemo male vti potest: Bonum est ergo virtus. Enthymema ex consequentibus, Bonum est virtus, qua nemo male vti potest. Et contra, Non est bonum pecunia: Non enim bonum, quo quisquā male vti potest: Pecunia potest quis male vti, non igitur bonum est pecunia. Enthymema expugnantis. An bonum est pecunia, qua quisque potest male vti? Si pecunia quæ est in argento signato, argētum est: qui argentum omne legauit, & pecuniam quæ est in argento signato legauit. Argentum autem omne legauit: igitur & pecuniam, quæ est in argento, legauit. Habebit formā syllogismi. Oratori satis est dicere. Cum argentum legauerit omne, pecuniam quoque legauit quæ est in argento. ¶ Perigisse mihi videor sacra traditum artes, sed consilio locus superest. Nanque ego, vt in oratione syllogismo quidem aliquando vti nefas non ducō, ita constare totam aut certe confertam esse aggressionem & enthymematum stipatione minime velim. Dialogis enim & dialecticis disputationibus erit similior, quā nostri operis actionibus, quæ quidem inter se plurimum differunt. Nanque illi homines docti, & inter doctos verum quærentes, minutius & scrupulosius scrutantur omnia, & ad liquidum confessumque perducunt, vt qui sibi, & inueniendi & iudicandi videntur partes, quarum alteram *το πικρόν*, alteram *χαλκόν* vocant. Nobis ad aliorum iudicia componenda est oratio, & sapius apud omnino imperitos, atque aliarum certe ignaros literarum loquendū est, quos nisi & delectatione allicimus, & viribus trahimus, & nonnunquam turbamus affectibus, ipsa quæ iusta ac vera sunt, tenere non possumus. Locuples & speciosa vult esse eloquentia, quorum nihil consequetur, si conclusionibus certis & crebris, & in vnam prope formam cadentibus concisa, & contemptum ex humilitate, & odium ex quadam seruitute, & ex copia satietatem, & ex amplitudine fastidium tulerit. Feratur igitur non semitis, sed campis: non vti fontes angustis fistulis colliguntur, sed vt latissimi amnes totis vallibus fluat ac sibi viam, siquando non acceperit, faciat. Nam quid miserius illam legem velut præformatas infantibus literas persequentibus, & vt Græci dicere solent, quem mater amictum dedit, sollicitè custodientibus? Propositio ac conclusio, ex consequentibus & repugnantibus, non inspiret, non augeat, non mille figuris variet ac verset: vt ea nasci, & ipsi provenire natura non manu facta & arte suscepta, magistrum fateri ubique videantur. Quis vnquam sic dixit orator? nonne apud ipsum Demosthenem paucissima huiusmodi reperiuntur? Quæ apprehensa Græ-

De contextione.

EPICHE-REMA. quo modo refellatur.

De Enthymemate, & syllogismo.

EPICHE-remate seu syllogismo quomodo utendum.

Eloquentia amplior est quā ad argumentandi legē adstrimenda.

Ornatu uer-
borum in ar-
gumentando
adhibendus.

ci magis (nam hoc solū nobis peius faciunt) in catenas ligant, & inexplicabili serie connectunt, & indubitata colligunt, & probant confessa, & se antiquis per hoc similes vocant. Deinde interroga-
ti, nunquam respondebunt, quem imitentur. Sed de figuris alio loco. ¶ Nunc illud adiciendum.
Ne iis quidem consentire me, qui semper argumenta sermone puro, & dilucido, & distincto, cæ-
terum minime lato ornatōque putant esse dicenda. Nanque ea distincta quidam, ac perspicua de-
bere esse confiteor: in rebus uero minoribus etiam sermone ac verbis quāmaxime propriis, &
ex usu. At si maior erit materia, nullum ornatum iis (qui modo non obscuret) subtrahendum pu-
to. Nam & sæpe plurimum lucis affert ipsa translatio, cum etiam ipsi iurisconsulti, quorum sum-
mus circa verborum proprietatem labor est, littus esse audeāt dicere, quā fluctus eludit. Quoque
quid natura magis asperum, hoc pluribus condiendum est voluptatibus, & nimis suspecta argu-
mentatio dissimulatione, & multum ad fidem adiuuat audientis voluptas. Nisi forte existi-
mamus Ciceronem hæc male in ipsa argumentatione dixisse, Silere leges inter arma, & gla-
dium nobis interim ab ipsis porrigi legibus. His tamen habendus modus, ut sint ornamento non
impedimento.

M. Fabii Quintiliani de institu-

TIONE ORATORIA LIBER VI.

Proemium, in quo de fortuna sua queritur.

H

Aec Marcelle Victori ex tua voluntate maxime ingressus, tum si qua ex no-
bis ad iuuenes bonos peruenire posset utilitas, nouissime penē & necessitate
quadam officii delegati mihi, sedulo laborabam, respiciens tamen illam cu-
ram meā voluptatis, qui filio, cuius eminens ingenium, sollicitam quoque
parentis diligentiam merebatur, hanc optimam partem relicturus heredita-
tis videbar: ut si me (quod æquum & optabile fuit) fata intercepissent, præ-
ceptore tamen patre uteretur. At me fortuna id agentem diebus ac noctibus,
festinantēque metu meā mortalitatis, ita subito prostrauit, ut laboris mei fructus ad neminem
minus quā ad me pertineret. Illum enim de quo summa conceperam, & in quo spem vnicam
senectutis reponebam, repetito vulnere orbitatis amisi. Quid nunc agam, aut quē ultra esse usum
mei diis reprobantibus credam? nam ita forte accidit, ut eum quoque librum, quem de causis cor-
ruptæ eloquentiæ emisi, iam scribere aggressus, simili ictu ferirer. Tunc igitur optimum fuit in-
faustum opus, & quicquid hoc est in me infeliciū literarum, super immaturum funus consum-
pturis viscera mea flammis iniicere, neque hanc impiam viuacitatem nouis insuper curis fatiga-
re. Quis enim bonus parens mihi ignoscat, si studere amplius possum? ac non oderit hanc animi
mei firmitatem, si quis in me est alius usus vocis, quā ut incussem deos, superstes omnium meo-
rum: nullam terras despiciere Prouidentiam tester? si non meo casu, cui tamen nihil obici nisi
quod viam potest, at illorum certē, quos utique immeritos mors acerba damnauit: erepta mihi
prius eorundem matre, quæ nondū expleto ætatis vndeicesimo anno, duos enixa filios, quamuis
acerbissimis rapta fatiis, felix decessit. Ego vel hoc vno malo sic eram afflictus, ut me iam nulla
fortuna posset efficere felicem. Nam cum omni virtute, quæ in scēminas cadit, functa insana-
bilem attulit marito dolorem, tum ætate ea puellari, præsertim meā comparata, potest & ipsa
numerari inter vulnera orbitatis. Liberis tamen superstibus, & quod nefas erat, sæua, sed opta-
bat ipsa, me saluo maximos cruciatus præcipiti via effugit. Mihi filius minor quintum egres-
sus annum, ut in malis agerem, prior alterum ex duobus eruit lumen. Non sum ambitiosus in
malis, nec augere lachrymarum causas volo, utinamque esset ratio minuendi. Sed dissimulare
qui possum, quid illi gratiæ in vultu, quid iucunditatis in sermone, quos ingenii igniculos, quā
præstantiam placidæ, & (quod scio vix posse credi) tantum altæ mentis ostenderit? qualis amo-
rem quicumque alienus infans mereretur. Illud vero insidiantis, quo me validius cruciaret, for-
tunæ fuit, ut ille mihi blandissimus, me suis nutricibus, me auix educanti, me omnibus,
qui sollicitare solent illas ætates, anteferebat. Quapropter illi dolori, quem ex matre optima, atque

laudem omnem supergressa paucos ante menses ceperam, gratulor. Minus enim est quod flendū meo nomine, quā quod illius gaudendum est. Vna post hæc Quintiliani mei spe ac voluptate nitebar, & poterat sufficere solatio. Non enim flosculos sicut prior, sed iam decimum ætatis ingressus annum, certos atque deformatos fructus ostenderat. Iuro per mala mea, per infelicem conscientiam, per illos manes numina doloris mei, has me in illo vidisse virtutes ingenii, non modo ad percipiendas disciplinas, quo nihil præstantius cognoui, plurima expertus, studii que iam tum non coacti (sciunt præceptores) sed probitatis, pietatis, humanitatis, liberalitatis: ut prorsus possit hinc esse tanti fulminis metus: quod obseruatum ferè est, celerius occidere festinatam maturitatem, & esse nescio quā, quæ spes tantas decerpat, inuidiam, ne videlicet ultra quā homini datum est, nostra prouehantur. Etiam illa fortuita aderant omnia, vocis iucunditas claritasque, oris suauitas, & in vtracunque lingua tanquā ad eam demum natus esset, expressa proprietas omnium literarum. Sed hæc spes adhuc. Illa maiora, constantia, grauitas, contra dolores etiam ac metus robur. Nam quo ille animo, qua medicorum admiratione, mensium octo valetudinem tulit? ut me in supremis consolatus est? quā etiam deficiens, quamque non tunc ipsum illum alienatæ mentis errorem circa solas literas habuit? Tuos ne ego, o meæ spes inanes, labentes oculos, tuum fugientem spiritum vidi? tuum corpus frigidum exangue complexus, animam recipere, auramque communem haurire amplius potui? dignus his cruciatibus quos fero, dignus his cogitationibus? Tene consulari nuper adoptione, ad omnium spes honorum patris admotū, te auunculo Prætori generum destinatum, te omnium spe atticæ eloquentiæ candidatum, superstes parens habiturus est tantum ad pœnas? Et si non cupido lucis, certe patientia vindicet te reliqua mea ætate. Nam frustra mala omnia ad crimen fortunæ relegamus. Nemo nisi sua culpa diu dolet. ¶ Sed viuimus, & aliqua viuendi ratio quærenda est: credendumque doctissimis hominibus, qui vnicum aduerforum solatium literas putauerunt. Si quando tamen ita resederit præsens impetus, ut aliqua tot luctibus alia cogitatio inferi possit, non iniuste petierim moræ veniam. Quis enim dilata studia miretur, quæ potius non abrupta esse mirandum est? Tum si qua minus fuerint effecta iis, quæ leuius adhuc afflictis ceperamus, imperitiæ aut fortunæ remittantur: quæ si quid mediocrium alioqui in nostro ingenio virium fuit, ut non extinxerit, debilitauit tamen. Sed vel propter hoc nos contumacius erigamus, quod illam ut perferre nobis difficile est, ita facile contemnere. Nihil enim sibi aduersus me reliquit, & infelicem quidem, sed certissimam tamen attulit mihi ex his malis securitatem. Bonis autem consulere nostrum laborem vel propter hoc certum est, quod in nullum iam proprium vsum persequeramus, sed omnis hæc cura ad alienos, ut alienis utilis (si modo quid vtile scribimus) spectat. Nos miseri, sicut facultates patrimonii nostri, ita hoc opus aliis præparamus, aliis relinquemus.

DE CONCLVSIONE SEV PERORATIONE. CAPI.

P

Eratio sequebatur, quā cumulum quidam, conclusionem alii vocant. Eius duplex ratio est, posita aut in rebus, aut in affectibus. ¶ Rerum repetitio & congregatio, quæ Græce dicitur *ἐννεμεσις*, a quibusdam Latinorum enume- ENUME-
ratio.

& etiam si per singula minus mouerat, turba valet. In hac quæ repetemus, quā breuissime dicenda sunt, & quod Græco verbo patet, decurrendum per capita. Nam si morabimur, non iam enumeratio, sed altera quasi fiet oratio. Quæ autem enumeranda videntur, cum pondere aliquo dicenda sunt, & aptis excitanda sententiis, & figuris vtique varianda, alioqui nihil est odiosius recta illa repetitione, velut memoriæ iudicum diffidentis. Sunt autem innumerabiles: optimeque in Verrem Cicero, Si pater ipse iudicaret, quæ diceret cum hæc probarentur? & deinde subiecit enumerationem. aut cum idem, & in eundem, per inuocationem deorum spoliata a Prætoris templis dinumerat. Licet & dubitare nunquid nos fugerit, & quid responsuri sint aduersarii his & his, aut quam spem accusator habeat omnibus ita defensis. Illa vero iucundissima, si contingat aliquod ex aduersario ducere argumentum: ut si dicas, Reliquit hanc partem causæ, aut inuidia premere maluit, aut ad preces confugit, & merito cum sciret hæc & hæc. Sed non sunt singulæ species prosequende, ne sola videantur, quæ forte nunc dixero, cum occasiones & ex causis & ex dictis aduersariorum, & ex quibusdam fortuitis quoque oriantur. Nec referenda modo nostra, sed postulandum est etiam ab aduersariis, ut ad quædam respondeant. Id autem, si & actionis super-

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

erit locus, & ea proposuerimus quæ refelli non possunt. Nam prouocare quæ inde sint fortia, nõ argumentis est, sed monentis. ¶ Id vnum epilogi genus visum est plerisque Atticorum, & philosophis ferè omnibus, qui de arte oratoria scriptum aliquid reliquerunt. Id sensisse Atticos credo, quia Athenis affectus mouere etiam per præconem prohibebatur orator. Philosophos minus miror, apud quos vitii est loco, affici: nec boni mores videntur, sic à vero iudicem auerti, nec conuenire bono viro vitii vti. Necessarios tamen affectus fatebuntur, si aliter obtineri uera & iusta & in commune profutura non possint. Caterum illud constitit inter omnes, etiam in aliis partibus actionis, si multiplex causa sit & pluribus argumentis defensa viriliter, ^{deuenerit ad alios} fieri solere. Sicut nemo dubitauerit multas esse causas, in quibus nullo loco sit necessaria, si breues, & simplices fuerint. Hæc pars perorationis accusatori, patronoq; æque communis est. ¶ Affectibus quo

AFFE-
ctus.

que eisdem ferè vtuntur, sed rarius hic, ille sapius ac magis. Nam huic cõcitare iudices, illi flectere conuenit. Verum & accusator habet interim lachrymas ex miseratione eius rei, quam vlciscitur, & reus de indignitate calumniæ cõspirationis vehemētius interim quæritur. Diuidere igitur hæc officia commodissimum, quæ plerunque sunt, ut dixi, proemio similia, sed liberiora, plenioraque. Inclinatione enim iudicum ad nos petitur initio parcius, tum admitti satis est, & oratio tota superest. In epologo vero est, qualem animum iudex in consilium ferat, & iam nihil amplius dicturi sumus, nec restat quo seruemur. Est igitur vtriusque commune, conciliare sibi, auertere ab aduersario iudicem, concitare affectus, & componere. Et breuissimum quidem hoc præceptum dari utrique parti potest, ut totas causas suæ vires orator ante oculos ponat: & cum viderit quid inuidiosum, fauorabile, inuisum, miserabile, aut sit in rebus, aut uideri possit, ea dicat, quibus, si iudex esset, ipse maximè moueretur. ¶ Sed certius est ire per singula. Et quæ conciliant quidem accusato

Affectus
ex parte ac-
cusatoris.

rem, in præceptis exordii iam diximus. Quædam tamen, quæ illic offendere satis est, in peroratione implenda sunt magis: si contra impotentem, inuisum, perniciosum suscepta causa est: si iudicibus ipsis aut gloriæ damnatio rei, aut deformitati futura absolutio. Nam egregiæ in Vatiniū Caluus. Factum, inquit, ambitum scitis omnes, & hæc uos scire omnes sciunt. Cicero quidem in Verrem etiam emendari posse infamiam iudiciorum damnato reo, dicit: quod est vnum ex supradictis.

Act. 3.
Act. 7.
Lib. 4.

Metus etiam, si est adhibendus, ut facit idem, hunc habeat locum fortiorum quam in proemio. Quæ de re quid sentirem alio libro iam exposui. Concitare quoque inuidiam, odium, iram, liberius in peroratione contingit, quorum inuidiam gratia, odium turpitudine, iram offensio iudicis facit, si contumax, arrogans, securus sit: quia non ex facto modo dicto uel aliquo, sed vultu, habitu, aspectu moueri solet. Egregièque nobis adolescentibus dixisse accusator Cossutiani Capitonis videbatur græcè quidem, sed in hunc sensum, Erubescit Cæsarem timere. ¶ Summa tamen concitandi affectus accusatori in hoc est, ut id quod obiecit, aut quam atrocissimè, aut etiam, si fieri potest, quam maximè miserabile esse videatur. Atrocitas crescit ex his, quid factum sit, à quo, in què,

Atrocitatis
amplificatio

quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo, quæ omnia infinitos anfractus habent. Pulsatum querimus, de re primum ipsa dicendum, tum si senex, si puer, si magistratus, si probus, si bene de Republica meritis, etiam si percussus sit à vili aliquo contemptoque, vel ex contrario à potente nimium, vel ab eo à quo minime oportuit. Et si die fortè solenni, aut iis temporibus, cum iudicia huius rei maxime exercerentur, aut in sollicito ciuitatis statu. Item in theatro, in templo, in concione crescit inuidia. Et si non errore nec ira, uel etiam si fortè ira, sed iniqua, quod patri affuisset, quod respondisset, quod honores contra peteret. Et si plus etiam uideri potest voluisse quam fecit. Plurimum tamen adest atrocitatis, modus, si grauius, si contumeliosè, ut Demosthenes ex parte percussus corporis, ex vultu ferientis, ex habitu inuidiam Mediæ quærit. Occisus est, utrū ferro, an igne, an veneno, vno vulnere an pluribus, subito an expectatione tortus, ad hanc partem maxime pertinet. Vtitur frequenter accusator & miseratione, cum aut eius casum quem vlciscitur, aut liberorum aut parentum solitudinem conqueritur. Etiam futuri temporis imagine iudices mouet, qui maneat eos casus, qui de vi & iniuria questi sunt, nisi vindicentur: fugiendum de ciuitate, cedendum bonis, aut omnia quæcunque inimicus fecerit, perferenda. Sed sapius id est accusatoris, auertere iudicem à miseratione qua reus sit vsurus, atque ad fortiter iudicandum concitare. Cuius loci est etiam occupare, quæ dicturum facturumve aduersariū putes. Nam & cautiore ad custodiam suæ religionis iudices facit, & gratiā responsuris aufert, cum ea prædicta sunt ab accusatore. Iam si pro reo petentur, non sint noua: ut Seruius Sulpitius contra Aufidiam, ne signatorum ab ipsis discrimen obiciatur sibi, præmonet. Nec non ab Aeschine, quali sit vsurus Demosthenes actione, prædictum est. Docendi interim quoque iudices, quid rogantibus respondere debeant, quod est vnū repetitionis genus. ¶ Periclitatè uero cõmēdat dignitas, & studia fortia, & su-

Affectus
pro defen-
sore.

sceptæ bello cicatrices, & nobilitas, & merita maiorum. Hoc quod proxime dixi, Cicero atque Afinius certatim sunt vfi, pro Scauro patre hic, ille pro filio. Commendat & causa periculi, si suscepisse inimicitias ob aliquod factum honestum videtur, præcipuè bonitas, humanitas, misericordia. Iuste enim tunc petere ea quisque videtur à iudice, quæ alii ipse præstiterit. Referenda hæc pars quoque ad vtilitatem Reipublicæ, ad iudicum gloriam, ad exemplum, ad memoriam posteritatis. Plurimum tamen valet miseratio, quæ iudicem flecti non tantum cogit, sed motu quoque animi sui lachrymis confiteri. Hæc petentur aut ex iis quæ passus est reus, aut ex iis quæ tum maximè patitur, aut ex iis quæ damnatum manent: quæ & ipsa duplicantur, cum dicimus ex qua illi fortuna, & in quam recidendum sit. Affert in iis momentum & ætas, & sexus, & pignora: liberi dico, & parentes, & propinqui. Quæ omnia tractari uarie solent. Nonnunquam etiam & ipse patronus has partes subit: ut Cicero pro Milone, O me miserum, o me infelicem. Reuocare me tu in patriam Milo potuisti per hos, ego te in patria per eosdè retinere nò potero: Maximèq; si (ut tunc accidit) non conuenient ei, qui accusatur, preces. Nam quis ferret Milonem pro capite suo supplicantem, qui à se virum nobilem interfectum, quia id fieri oportuisset, fateretur? Ergo & ille captauit ex illa præstantia animi fauorem, & in locum lachrymarum eius, ipse successit. His præcipuè locis vtilis sunt Prosopopœia, id est, fictæ alienarum personarum orationes, quales litigatore decet, vel patronum. Mutæ tamen res mouent, aut cum ipsis loquimur, aut cum ipsas loqui fingimus. Ex personis quoque trahitur affectus. Non enim audire iudex uidetur aliena mala descentes, sed sensum ac vocem auribus accipere miserorum, quorum etiam mutus aspectus lachrymas mouet: quantòq; essent miserabiliora, si ea dicerent ipsi, tanto sunt quadam portione ad afficiendum potentiora, cum uelut ipsorum ore dicuntur, ut scenicis actoribus eadem vox, eadem pronuntiatio plus ad mouendos affectus sub persona ualet. Itaque idem Cicero quam preces non dat Miloni, eumque potius animi præstantia commendat, accommodauit ei tamē & verba, & conuenientes etiam forti viro conuestiones. Ofrustra, inquit, mei suscepti labores. O spes fallaces, o cogitationes meæ inanes. Nunquam tamen debet esse longa miseratio: nec sine causa dictum est, Nihil facilius quàm lachrymas inarescere. Nam cum etiā ueros dolores mitiget tempus, citius euanescat necesse est illa, quam dicendo effinximus, imago: in qua si moramur, lachrymis fatigatur auditor & requiescit, & ab illo què ceperat impetu, ad rationem redit. Non patiamur igitur frigidescere hoc opus, & affectum cum ad summum perduxerimus, relinquamus: nec speremus fore, ut aliena quisquam diu ploret. Ideoque cum in aliis, tum maximè in hac parte debet crescere oratio. Quia quicquid non adiicit, prioribus etiam detrudere videtur: & facile deficit affectus, qui descendit.

Miseratio.

Patroni per
sona pro reoProsopo-
pœia.In Partit. et
de inuent. 1.

RVRVS DE AFFECTIBVS MOVENDIS. CAP. II.

Non solum autem dicendo, sed etiam faciendo quædam lachrymas mouemus, unde & producere ipsos qui periclitentur, squallidos atque deformes, & liberos eorum ac parentes, institutum, & ab accusatoribus ostendi cruentum gladium, & lecta è vulneribus ossa, & vestes sanguine perfusas videmus, & vulnera resoluui, ac verberata corpora nudari. Quarum rerum ingens plerumque vis est velut in re præsentè animos hominum ducentiū. Et populum Rom. egit in furorem prætexta Caii Cæsaris prolata in foro crueta. Sciebatur interfectū eū, corpus deniq; ipsum impositū lecto erat, vestis tamen illa sanguine madens, ita representauit imaginem sceleris, ut non occisus esse Cæsar, sed tum maximè occidi videretur. Sed non ideo probauerim, quod factum & lego, & ipsi aliquando vidi depictam tabulam supra Iouem, in imaginem rei, cuius atrocitate iudex erat commouendus. Quæ enim est actoris infantia, qui mutat illam effigiem magis quàm orationem pro se putet locuturam? At sordes, & squallor, & propinquorum quoque similem habitum scio profuisse, & magnum ad salutem momentum preces attulisse. Quare & obsecratio illa iudicum per charissima pignora, utique si & reo sint liberi, coniunx, parentes, utilis erit. Et deorum etiam inuocatio, velut ex bona conscientia profecta uideri solet. Stratum denique iacere, & genua complexi, nisi tamē persona nos, & anteacta uita, & rei conditio prohibebit. Quædam enim tam fortiter tuenda, quàm facta sunt. Verum sic est habenda auctoritatis ratio, ne sit inuisa securitas. Fuit quondam inter hæc omnia potentissimum id, quo Lucium Murenæ Cicero, accusantibus clarissimis viris, eripuisse præcipuè videtur. Persuasit enim nihil esse ad præsentem rerum statum utilius, quàm pridie Calendas Ianuarias ingredi Consulatum. Quod genus nostris temporibus totum penè sublatum est, cum omnia curæ tutelæq; unius innixa periclitati nullo iudicii exitu possint.

Rebus etiā
mouentur af-
fectus.

*Affectus in
privatis cau-
sis.*

De accusatoribus & reis sum locutus, quia in periculis maxime versatur affectus. ¶ Sed privatae quoque causae utrunque habent perorationis genus: & illud quod est ex enumeratione probationum, & hoc quod ex lachrymis, si aut statu periclitari, aut opinione litigator uidetur. Nam in parvis quidem litibus has tragedias mouere tale est, quale si personam Herculis & cothurnos aptare infantibus velis. ¶ Illud ne indignum quidem admonitione, ingens in epilogis meo iudicio verti discrimen, quomodo se dicenti, qui excitatur, accommodet. Nam & imperitia, & rusticitas, & rigor, & deformitas afferunt interim frigus: diligentemque haec sunt actori providenda. Equidem repugnanteis eos patrono, & nihil vultu commotos & intepescitue ridetes, & facto aliquo vel ipso vultu risum mouentes, saepe etiam vidi, praecipue vero cum aliqua velut scenice fiunt. Transtulit patronus aliquando puellam, quae soror esse aduersarii dicebatur (nam de hoc lis erat) in aduersa subsellia, tanquam in gremio fratris relicturus. At is a nobis praemonitus decesserat. Tum ille alioqui uir facundus, inopinata rei casu obmutuit, & infantem suam frigidissime reportauit. Alius imaginem mariti pro rea proferre magni putauit, at ea saepius risum fecit. Nam & ii quorum officii erat ut traderent eam, ignari qui esset epilogus, quoties respexisset patronus, offerebant palam, & prolata nouissime, deformitate ipsa (nam caris cadauer attulerant infusum) praeteritam quoque orationis gratiam perdidit. Nec ignotum quid Gliconi, cui Spiridion fuit cognomen, acciderit. Huic puer, quem in ius productum quid fletet, interrogabat, a pedagogo se vellicari respondit. Sed nihil illa contra Cepasios Ciceronis fabula efficacius ad pericula epilogorum. Omnia tamen haec tolerabilia, quibus actionem mutare facile est, at qui a stilo non recedunt, aut cōticefcunt ad hos casus, aut frequētissime falsa dicunt. Inde est enim, Tendit ad vestra genua supplices manus, & haeret in complexu liberorum miser, & reuocat ecce me: etsi nihil horum is, de quo dicitur, faciat. Et scholis haec vitia in quibus omnia liberè fingimus & impunè, quia pro facto est quicquid uolumus: non admittit hoc idem veritas fori. Egregieque Cassius dicenti adolescētulo, Quid me tuo vultu intueris Seuerus? Non mehercules, inquit, faciebam, sed sic scripsisti, ecce, & quam potuit truculentissime eum aspexit. ¶ Illud praecipue monendum, ne quis nisi summis ingenii viribus ad mouendas lachrymas aggredi audeat. Nam ut est longe vehementissimus hic cum inualuit affectus, ita si nihil efficit, tepet: quem melius infirmus actor tacitis iudicum cogitationibus reliquisset. Nam & vultus, & vox, & ipsa illa excitati rei facies, ludibrio etiam plerumque sunt hominibus, quos non permouerunt. Quare metiatur, ac diligenter aestimet vires suas actor, & quantum onus subiturus sit, intelligat. Nihil habet ista res medium: sed aut lachrymas meretur, aut risum.

*Miseratio
quomodo di-
sentienda.*

¶ Non autem commouere tantum miserationem, sed etiam discutere, epilogi est proprium: cum oratione continua, quae motos lachrymis iudices ad iustitiam reducat, tum etiam quibusdā urbanè dictis: quale est, Date puero panem, ne ploret. Et corpulento litigatori, cuius aduersarius ite puer, circa iudices erat ab aduocato latus. Quid facias? Ego te baiulare non possum. Sed haec tamen non debent esse mimica. Ita neque illud probauerim, qui inter clarissimos sui seipos oratores fuit, qui pueris in Epilogum productis, talos iecit in medium, quos illi diripere ceperunt. Namque haec ipsa discriminis sui ignorantia potuit esse miserabilis. Neque illum, qui cum esset cruentus gladius eius ab accusatore prolatus, quo is hominem probabat occisum, subito ex subsellis, ut territus fugit, & capite ex parte velato cum ad agentem ex turba prospexisset, interrogauit, an iam ille cum gladio recessisset. Fecit enim risum, sed ridiculus fuit. Discutienda tamen oratione huiusmodi scenae. Egregieque Cicero & contra imaginem Saturni pro Rabirio grauiter, & contra iuuenem cuius subinde vulnus in iudicio resoluebatur, pro Vareno multa dixit urbanè. Sunt & illi leniores epilogi, quibus aduersario satisfacimus, si forte sit eius persona talis, ut illi debeatur reuerentia, aut quum amicè aliquid cōmonemus & ad cōcordiam hortamur, quod est genus egregie tractatum a Passieno, cum Domitiae uxoris suae pecuniaria litem aduersus fratrem eius Aenobarbum ageret. Nam quum de necessitudine multa dixisset, de fortuna quoque, qua uterque abundabat, adiecit. Nihil vobis minus deest, quod de quo contenditis. ¶ Omnes autem hos affectus, etiam si quibusdam videntur in procemio atque in epologo sedem habere, in quibus sanè sunt frequentissimi, tamen aliae quoque partes recipiunt, sed breuiore, ut cum ex iis plurima sint reseruanda. At hic, si vsquam, totos eloquentiae aperire fontes licet. Nam ex iis, si bene diximus reliqua, possidemus iam iudicum animos: & confragosis atque asperis euecti, tota pandere possumus vela: & cum sit maxima pars epilogi amplificatio, verbis atque sententiis uti licet magnificis atque ornatis. Tunc est cōmouendum theatrum, quum ventum est ad ipsum illud, quo veteres tragediarum comediaeque clauduntur, Plaudite. ¶ In aliis autem partibus tractandus affectus erit, ut quicquid nascetur. Nam neque exponi sine hoc res atroces & miserabiles debet. Cū de qualitate alicuius rei quaestio est, probationibus vniuersiuiusque rei rectè subtingitur. Vbi vero coniuncta ex pluribus

*Affectus ut
dominantur
in procemio
& epilogo,
ita per totā
orationem
spargendi.*

causam agimus, etiam necesse erit ut pluribus quasi epilogis, ut in Verrem Cicero fecit. Nam & Philodamo, & Nauarchis, & cruciatis ciuibus Romanis, & aliis plurimis suas lachrymas dedit. Sunt qui hos *μειναις ἐπιλόγας* vocent, quo partitam perorationem significant. Mihi non tam partes eius quod species videntur. Siquidem hæc epilogi & perorationis nomina ipsa aperte satis ostendunt, hanc esse consummationem orationis.

Vbi affectibus utendi.
Act. 3.
Act. 7.

DE DIVISIONE AFFECTVVM, ET QVOMODO mouendi sint.

CAP. III.

Vaniis autem pars hæc iudicialium causarum sit summa, præcipuèq; constet affectibus, & aliqua de his necessario dixerim, non tamen potui, ac ne debui quidem, locum istum in vnam speciem concludere. Quare adhuc opus superest, cum ad obtinenda, quæ uolumus, potentissimum, tum supradictis multo difficilius, mouendi iudicum animos, atque in eum, quem volumus, habitum formandi, & velut transfigurandi. Qua de re pauca, quæ postulabat hæc materia, sic attigi, ut magis quid opereretur fieri, quam quo id modo consequi possimus, ostenderem. Nunc altius omnis rei repetenda ratio est. Nam & per totam (ut diximus) causam, locus est affectibus, & eorum non simplex natura, nec in transitu tractanda, quo nihil maius afferre uis orandi potest. Nam cætera forsitan tenuis quoque & angusta ingenii vena, si modo vel doctrina, vel usu sit adiuta, generare, atque ad frugem aliquam perducere queat. Certe sunt, semperque fuerunt, non parum multi, qui satis perite, quæ essent probationibus utilia, reperirent: quos equidem non contemno, sed hæcenus utiles credo, ne quid per eos iudici sit ignotum, atque (ut dicam quod sentio) dignos, à quibus causas disertis docerentur. Qui uero iudicem rapere, & in quem uellet habitum animi posset perducere, quo dicto fletum & irascendum esset, rarius fuit. Atque hoc est, quod dominatur in iudiciis, hæc eloquentiam regunt. Namque argumenta plerumque nascuntur ex causa, & pro meliore parte plura sunt semper, ut qui per hæc uicit tantum, non defuisse sibi aduocatam sciat. Vbi uero animis iudicum uis afferenda est, & ab ipsa ueri contemplatione abducenda mens, ibi proprium oratoris opus est. Hoc non docet litigator, hoc causarum libellis non continetur. Probationes enim efficiunt sane, ut causam nostram meliorem esse iudices putent, affectus præstant ut etiam uelint. Sed id quia uolunt, credunt quoque. Nam cum irasci fauere, odisse, misereri coeperunt, agi iam rem suam existimant: & sicut amantes de forma iudicare non possunt, quia sensum oculorum premit amor, ita omnem inquirenda ueritatis rationem iudex amittit occupatus affectibus, æstu fertur, & uelut rapido flumini obsequitur. Ita argumenta ac testes quid egerint, pronuntiatio ostendit: commotus autem ab oratore iudex, quid sentiat sedens adhuc atque audiens confitetur. An cum ille, qui plerisque perorationibus petitur, fletus erumpit, non palam dicta sententia est? Huc igitur incumbat orator, hoc opus eius, hic labor est: sine quo cætera nuda, ieiuna, infirma, ingrata sunt: adeo, uelut spiritus operis huius atque animus est in affectibus. ¶ Horum autem, sicut antiquitus traditum accepimus, duæ sunt species, alteram Græci *πᾶθος* uocant, quam nos recte uertetes ac proprie affectum dicimus: alteram *ἡδονῆς*, cuius nomine, ut ego quidem sentio, caret sermo Romanus, mores appellantur, atque inde pars quoque illa philosophiæ *ἠθικῆς* moralis est dicta. Sed ipsam rei naturam spectanti mihi non tam mores significari uidentur, quam morum quædam proprietates. Nam ipsis quidem omnes habitus mentis continentur. Cautiores uoluntatem complecti, quam nomina interpretari maluerunt. Affectus igitur hos concitatos, *πᾶθος*: illos mites atque compositos, *ἡδονῆς* esse dixerunt. In altero uehementer commotos, in altero lenes: denique hos imperare, illos persuadere: hos ad perturbationem, illos ad beneuolentiam præualere. Adiciunt quidam peritorum *πᾶθος* temporale esse. Quod ut accidere frequentius fateor, ita nonnullas credo esse materias, quæ continuum desiderant affectum. Nec tamen minus artis aut usus hi leniores habent, uirium atque impetus non tantum exiguunt. In causis uero etiam pluribus uersantur, immo secundum quandam intellectum in omnibus. Nam cum nisi ex illo & hoc loco nihil ab oratore tractetur, quicquid de honestis, & de utilibus, denique faciendis & non faciendis dicitur, hoc uocari potest. Quidam commendationem, atque excusationem propria huius officii putauerunt. nec abnuo esse ista in hac parte, sed non concedo ut sola sint. quin illud adhuc adiciio, *πᾶθος* atque *ἡδονῆς* esse interim ex eadem natura: ita ut illud maius sit, hoc minus: ut amor, *πᾶθος*, charitas *ἡδονῆς*. Interdum diuersa inter se, sicut in epilogis. Næque *πᾶθος* concitat, *ἡδονῆς* solet mitigare. ¶ Propria tamen mihi uis nominis & exprimenda natura est, quatinus appellatione ipsa non satis significari uidetur. *ἡδονῆς* quod intelligimus, quodque à docentibus desideramus, id erit, quod ante omnia bonitate commendabitur: non solum mite ac placidum, sed plerumque blandum & humanum, & audientibus amabile atque iucundum: in quo exprimendo summa uirtus ea est, ut fluere omnia ex natura rerum hominumque uideantur, quo mores di-

Laus mouendorum affectuum.

Amor excat.

Affectuum diuisio, in *πᾶθος* & *ἡδονῆς*.

Quid proprie sit *ἡδονῆς*, & quomodo, ut

in oratione
eluceat, effi-
ciendum.

centis ex oratione perluceant, & quodāmodo agnoscantur. quod est sine dubio inter coniunctas maxime personas, quoties perferimus, ignoscimus, satisfacimus, monemus procul ab ira, procul ab odio. Sed tamen alia patris aduersus filium, tutoris aduersus pupillum, mariti aduersus vxorē moderatio est. Hi enim prae se ferunt eorū, a quibus laeduntur, charitatem: neque alio modo inui- sos eos faciunt, quā quod amare ipsi videntur. Alia cum senex adolescentis, alia cum conuiciū honestus inferioris fert. Hic enim tantū concitari, illic etiam affici debet. Sunt & illa ex eadē na- tura, sed motus adhuc minoris, veniā petere, adolescentiā defendere amores. Nonnunq̄ etiā lenis alieni caloris derisus ex hac forma venit, sed non his ex locis tantū, verum aliquāto magis propriae sunt virtutes simulationis, satisfaciendi, rogandi, & *de gaudiis*, quā diuersum ei quod dicit, intel- lectum petit. Hinc etiam ille maior ad concitandum odiū nasci affectus solet, cū hoc ipso quo nos aduersariis submittimus, intelligitur tacita impotentiae exprobratio. Nanq̄ eos graues & intole- rables id ipsum demonstrat, quod cedimus: & ignorant cupidi maledicēdi: aut affectatores liber- tatis, plus inuidiā q̄ conuiciū posse: nam inuidia aduersarios, conuicium nos inuios facit. Ille iam penē medius affectus est, ex amoribus & ex desideriis amicorū & necessariorū. Nam & hoc maior est, & illo minor. ¶ Non parū significanter etiā illa in scholis *istis* dixerimus, quibus plerunq̄ ru- sticos, superstitiosos, avaros, timidos, secundum conditionem propositorum effingimus. Nam sic *istis* mores sunt, cum hos imitamur, & ex his ducimus orationem. Denique hoc omne, bonum & comem virum poscit. Quas virtutes cum etiā in litigatore debeat orator, si fieri potest, approba- re, vtique ipse aut habeat, aut habere credatur. Sic proderit plurimum causis, quibus ex sua boni- tate faciet fidem. Nam qui dum dicit, malus videtur, vtique male dicit. Non enim videtur iusta di- cere, alioqui *istis* videretur. Quare & ipsum etiam dicendi genus in hoc placidum debet esse ac mite, nihil superbū, nihil elatum saltem ac sublime desideret. Proprie, iucundē, credibiliter dicere *istis* est. Ideoq̄ & medius ille orationis modus maxime cōuenit. ¶ Diuersum est huic quod *istis* dicitur, quodq̄ nos affectum proprie vocamus: & vt proximē vtriusque differentiā signem, illud comediae, hoc tragediae simile. Hae pars circa iram, odium, metum, inuidiā, miserationem, ferē tota versatur. Quae quibus ex locis ducenda sunt, & manifestum omnibus, & a nobis in ratione procemii atque epilogi dictum est. Et metum tamen duplicem intelligi volo, quem patimur & quem facimus. Et inuidiam: nanque altera inuidum, altera inuidiosum facit. Hoc autem homi- nis, illud rei est, in quo & plus habet operis oratio. Nam quādam videntur graua per se, parrici- dium, caedes, veneficiū: quādam efficienda sunt. Id autem contingit, cū magnis aliqui malis gra- uius esse id quod passi sumus, ostenditur. Quale est apud Virg. O felix vna ante alias Priameia vir go, Hostilem ad tumulum Troiae sub moenibus altis Iussa mori. Quā miser enim casus Andro- machae, si comparata ei felix Polyxena? Aut cum ita exaggeramus iniuriam nostrā, vt etiam quae multo minora sunt, intoleranda dicamus. Si pulsasses, defendi non poteras, vulnerasti. Sed hac di- ligentius, cum ad amplificationem venerimus, dicemus. Interim notasse contentus sum, non id so- lum agere affectus, vt quae sunt ostendantur acerba & luētiosa, sed etiam vt quae toleranda haberi solent, graua videantur, vt cum in maledictō plus iniuriā, q̄ in manu: in infamia plus poenae dici- mus, q̄ in morte. Nanque in hoc eloquentiae vis est, vt iudicem non ad id tantū cōpellat, in quod ipse a rei natura duceretur: sed aut qui non est, aut maiorem q̄ est faciat affectū. Hae est illa, quae *istis* vocatur, rebus in dignis, asperis, inuidiosis, addens vim oratio. Qua virtute praeter alias, plu- rimum Demosthenes valuit. ¶ Si mihi tradita sequi praeccepta sufficeret, satisfacere huic par- ti, nihil eorum quae legi, vel didici, quod modo probabile fuit, omittēdo. Sed mihi in animo est, quae latent penitus, ipsa huius loci aperire penetralia: quae quidem non aliquo tradente, sed expe- rimento meo ac natura ipsa duce accepi. Summa enim (quantū ego quidem sentio) circa mouen- dos affectus in hoc posita est, vt moueamur ipsi. Nam & luctus & ira, & indignationis, aliquan- do ridicula fuerit imitatio, si uerba, vultumq̄ tantū, non etiam animū accommodauerimus. Quid enim aliud est causae, vt lugentes vtique in recenti dolore disertissimē quādam exclamare videan- tur, & ira nonnunq̄ indoctis quoque eloquentiam faciat, q̄ quod illis inest vis mentis & veritas ipsa morum? Quare in iis quae verisimilia esse volumus, simus ipsi similes eorum, qui verē patiun- tur affectibus: & a tali animo proficiatur oratio, qualem facere iudicem uolet. An ille dolebit, qui audiet me, cum hoc dicam, non dolentem? irascetur: si nihil ipse, qui in iram concitat, idque exigit, simile patietur? sicis agenti oculis lachrymas dabit? fieri non potest. Nec incendit nisi ignis, nec madescit nisi humor, nec res vlla dat alteri colorem, quem ipsa nō habet. Primum est igitur, vt apud nos valeant ea quae valere apud iudicem volumus: afficiamurq̄, ante q̄ afficere conemur. At quomodo fiet, vt afficiamur? Neque enim sunt motus in nostra potestate. Tenta- bo etiam de hoc dicere. Quas *partes* Graeci vocant, nos sanē visiones appellemus: per quas

¶ *istis* quo-
modo mouen-
dum.

Aeneid. 3.

Affectuum
mouendorū
summa, prae-
ceptio, ut mo-
ueamur ipsi.

imagines rerum absentium ita repræsentantur animo, ut eas cernere oculis, ac præsentibus habere videamur. Has quisquis bene conceperit, is erit in affectibus potentissimus. Hunc quidam dicunt *ἐν φαντασίᾳ τῶν*, qui sibi res, voces, actus, secundum verum optime finget. quod quidem nobis volentibus facile continget. Nam ut inter ocia animorum, & spes inanes, & velut somnia quædam vigilantium, ita nos hæc de quibus loquimur, imagines persequuntur, ut peregrinari, navigare, præliari, populos alloqui, diuitiarum quas non habemus, vsum videamur disponere: nec cogitare, sed facere. Hoc animi vitium ad utilitatem non transferemus? Ut hominem occisum queror: non omnia quæ in repræsentanti accidisse credibile est, in oculis habebimus? non percussor ille subitus erumpet? non expauescet circumuentus exclamabit? vel rogabit? vel fugiet? non ferientem, non concidentem videbo? non animo sanguis, & pallor & gemitus, extremus denique expirantis hiatus infidet? Insequetur *ἐνέργεια* quæ à Cicerone illustratio & euidencia nominatur: quæ non tam dicere videtur quam ostendere, & affectus non aliter quam si rebus ipsis interfimus, sequentur. An non ex his visionibus illa sunt? Excussi manibus radii, reuolutaque pensa. Leuique patens in pectore vulnus. Et equus ille in funere Pallantis positus insignibus. Quid non idem poeta penitus ultimi fati cepit imaginem, ut diceret, Et dulcis moriens reminiscitur Argos. Vbi uero miseratione opus erit, nobis ea de quibus querimus accidisse credamus, atque id animo nostro persuadeamus. Nos illi simus, quos grauius, indigna, tristitia passos queramus. Nec agamus rem quasi alienam, sed assumamus parumper illum dolorem. Ita dicemus, quæ in simili nostro casu dicturi essemus. Vidi ego sæpe histriones atque comædos, cum ex aliquo grauiore actu personam deposuissent, flentes adhuc egredi. Quod si in alienis scriptis sola pronuntiatio ita falsis accedit affectibus, quid nos faciemus, qui illa cogitare debemus, ut moueri periclitantium uice possimus? Sed in schola rebus quoque ipsis affici cõuenit, easque ueras sibi fingere: hoc magis, quod illic ut litigatores loquimur frequentius quam ut aduocati. Orbem agimus, & naufragum, & periclitantem, quorum induere personas non attinet, nisi affectus assumimus. Hæc dissimulanda mihi non fuerunt, quibus ipse quantuscunque sum, aut fui, (Nam peruenisse me ad aliquod nomen ingenii credo) frequenter motus sum, ut me non lachrymæ solû deprehenderent, sed pallor, & uero similis dolor.

DE RISU.

CAP. III

Hic diuersa uirtus, quæ risum iudicis mouendo, & illos tristes soluit affectus, & animum ab intentione rerum frequenter auertit, & aliquando etiam reficit, & à satietate uel à fatigatione renouat. Quanta sit autem in ea difficultas, uel duo maximi oratores, alter græcæ, alter latinæ eloquentiæ principes, docent. Nam plerique Demostheni facultatem huius rei defuisse credunt, Ciceroni modum. Nec uideri potest noluisse Demosthenes, cuius pauca admodum dicta, nec sanè cæteris eius uirtutibus respondentia, palam ostendunt non displicuisse illi iocos, sed non contigisse. Noster uero non solum extra iudicia, sed etiam in ipsis orationibus habitus est nimis risus affectator. Mihi quidem siue id rectè iudico, siue amore immodico præcipui in eloquentia uiri laboro, mira quædam uidentur in eo fuisse urbanitas. Nam & in sermone quotidiano multa, & in altercationibus, & interrogandis testibus plura quam quisquam, dixit facetè, & ipsa illa quæ sunt in Verrem dicta frigidius, aliis assignauit, & testimonii loco posuit: ut quo sunt magis uulgaria, eo sit credibilior illa ab oratore non ficta, sed passim esse iactata. Utinam Quintus, & libertus eius Tyro, aut alius quisquis fuit, qui tres hæc de re libros edidit, parcius dictorum numero indulgissent, & plus iudicii in eligendis quam in cõgerendis studiis adhibuissent. Minus obiectus calumniantibus foret, qui tamen nunc quoque, ut in omni eius ingenio facilius quid reiici, quam quid adici possit, inuenient. Assert autem summam rei difficultatem. Primum, quod ridiculum dictum plerumque falsum est, hoc semper humile, sæpè ex industria deprauatum. præterea nunquam honorificum, tum uaria hominum iudicia in eo, quia non ratione aliqua, sed motu animi quodam, nescio an enarrabili, iudicatur. Neque hoc ab ullo satis explicari puto, licet multi tentauerint: unde risus, qui non solum factio aliquo dicto, sed interdum quodam etiam corporis tactu laeßitur. Præterea non una ratione moueri solet. Neque enim acutè tantum ac uenuste, sed stultè, iracundè, timidè dicta ac facta ridentur. Ideoque anceps eius rei ratio est, quod à derisu non procul abest risus. Habet enim, ut Cicero dicit, sedem in deformitate aliqua & turpitudine. quæ cum in aliis demonstrantur, urbanitas: cum in ipsum dicentem recidit, stultitia uocatur. Cum uideatur autem res leuis, & quæ à scurris, mimis, insipientibus denique sæpè moueatur, tamen habet uim nescio an imperiosissimam: & cui repugnari minime potest. Erumpit enim inuitis sæpè, nec sultus opem: nec uultus modo ac uocis exprimit confessionem, sed totum corpus ui sua concutit. Rerum autem sæpè (ut dixi) maximarum momenta uertit, cum odium iramque frequentissime frangat. Documento sunt iuuenes Tarentini, qui multa de Pyrrho Rege

Energia.

Risus soluit affectus

Rara uirtus risus mouendi.

Difficultas risus causæ.

Lib. 2. de Ora.

Risus uis.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

Non arte tã
tũ risus, sed
natura ma-
gis & occa-
sione effici-
tur.

Nomina ri-
diculi varia,
ut, Urbani-
tas.
Venuſtum.
Salſum.
Facetum.
Iocus.
Dicacitas.

SVMMA
RIDICV-
LI DIVI-
SIO.

FACTA
ridicula.

DICTA
ridicula, &
ubi iis, &
quomodo
utendum.

ſecurius inter cœnam locuti, cum rationem facti repoſcerentur, & neque negari res, neque defen-
di poſſet, riſu ſunt & opportuno ioco elapſi. Nanque vnus ex iis, Immo, inquit, niſi lagenâ defe-
ciſſet, occidiſſemus te. Eaque vrbanitate tota eſt inuidia criminis diſſoluta. ¶ Verũ hoc quicquid
eſt, vt non auſim dicere carere omnino arte, quia nonnullam obſeruatiõnem habet, ſuntque ad id
pertinentia, & à Græcis & à Latinis compoſita præcepta: ita planè affirmo præcipuè poſitum in
natura, & in occaſione. Porro natura non tantum in hoc valet, vt acutior quis atque habilior ſit
ad inueniendum, nam id ſanè doctrina poſſet augeri: ſed in eſt proprius quibuſdam decor in ha-
bitu atque vultu, vt eadem illa minus dicente alio videantur urbana eſſe. Occaſioni vero & in re-
bus eſt tanta uis, vt ſæpè adiuti ea non indocti modo, ſed etiam ruſtici falſe dicant in eum quiſ-
quis aliquid dixerit prior. Sunt enim longè venuſtiora omnia in reſpondendo, quàm in prouo-
cando. Accedit difficultati, quod eius rei nulla exercitatio eſt, nulli præceptores. Vtique in con-
uiuſiis & ſermonibus multi dicaces, ſed quia in hoc uſu quotidiano proficimus: oratoria vrbanita-
s rara, nec ex arte propria, ſed ad hanc conſuetudinem accõmodata. Nihil autem vetabat & cõ-
poni materias in hoc idoneas, vt controuerſiæ permixtiſ ſalibus fingerentur, vel res proponi ſingu-
las ad iuuenũ talem exercitationem. Quin illæ ipſæ, quæ dicta ſunt, ac vocantur, quas certis die-
bus feſtæ licentiæ dicere ſolebamus, ſi paulum adhibita ratione fingerentur, aut aliquid in his ſer-
rium quoque eſſet admixtum, plurimum poterant vtilitatis afferre: quæ nunc iuuenum, vel ſibi
ludentium exercitatio eſt. ¶ Pluribus autem nominibus in eadem re vulgo utimur, quæ tamen ſi
diducas, ſuam propriam quandam vim oſtendent. ¶ Nam & urbanitas dicitur: quæ quidem ſi-
gnificari video ſermonem præferentem in uerbis & ſono & uſu propriũ quendam guſtum urbis,
& ſumptam ex conuerſatione doctõrũ tacitam eruditionem. Denique cui contraria ſit ruſticitas.
¶ Venuſtum eſſe, quod cum gratia quadam & venere dicatur, apparet. ¶ Salſum in conſuetudine
pro ridiculo tãtum accipimus. Natura non utique hoc eſt: quanquã & ridicula oporteat eſſe ſal-
ſa. Nam & Cicero, omne quod falſum ſit ait eſſe Atticorũ, quia ſunt maximè ad riſum cõpoſiti.
Et Catullus cũ dicit, Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis: hoc dicit, nihil in corpore eius
eſſe ridiculum. Salſum igitur erit, quod non erit inſulſum, uelut quoddam ſimplex orationis cõ-
dimentum, quod ſentitur latente iudicio & uelut palatum excitat, quod & à tædio defendit ora-
tionẽ. Sanè tamen, ut ille in cibis paulo liberalius aſperſus, ſi tamen non ſit immodicus, aſſert ali-
quid propriæ uoluptatis: ita hi quoque in dicendo habent quiddã, quod nobis faciat audiendi ſi-
tim. ¶ Facetum quoque non tantum circa ridicula opinor conſiſtere. Neque enim diceret Ho-
ratiuſ, facetum carminis genus natura cõceſſum eſſe Virgilio. Decoris hanc magis, & excultæ cu-
iuſdã elegantia appellatiõne puto. Ideoq; in Epistoſis Cicero hæc Bruti reſert uerba, Ne ulli ſunt
pedes faceti, ac deliciis ingredienti mollius. Quod cõuenit cum illo Horatiano, Molle atq; face-
tum Virgilio. ¶ Iocum uero accipimus, quod eſt contrarium ſerio. Nam & fingere, & terrere, &
promittere interim iocus eſt. ¶ Dicacitas ſine dubio à dicẽdo, quod eſt omni generi cõmune, du-
cta eſt: propriè tamen ſignificat ſermonem cum riſu aliquos inceſſentem. Ideo Demothe-
nenum urbanum fuiſſe dicunt, dicacem negant. Propriũ autem materia, de qua nunc loquimur, eſt ridi-
culum. Ideoq; hæc tota diſputatio à Græcis περί γελοίου inſcribitur. ¶ Eius prima diuiſio traditur
eadem, quæ eſt omnis orationis, ut ſit poſitũ in rebus, aut in uerbis. ¶ Vſus autem maximè ſim-
plex. Aut enim ex aliis riſum petimus, aut ex nobis, aut ex rebus mediis. Aliena autem reprehendi-
mus, aut reſutamus, aut eleuamus, aut repercutimus, aut eludimus. Noſtra ridicula indicamus, &
ut uerbo Ciceronis utar, dicimus aliqua ſubabſurda. Nanque eadem, quæ ſi imprudentibus exci-
dant, ſtulta ſunt: ſi ſimulamur, uenueſta creduntur. Tertium eſt genus, ut idem dicit, in decipien-
dis expectatiõibus, dictis aliter accipiendis, cæteriſque, quæ neutram perſonã contingunt. Ideoq;
à me media dicuntur. ¶ Item ridicula aut facimus aut dicimus. ¶ Facto riſus conciliatur interim
admixta grauitate: vt, Marcus Cæcilius Prætor, cum ſellam eius curulem Conſul Iſauricus fre-
giſſet, alteram poſuit loris intentam. Dicebatur autem Conſul à patre aliquãdo caſus flagris. In-
terim ſine reſpectu pudoris, ut in illa pixide Cæliana. Quod neque oratori, neque ulli graui uiro
conueniat. ¶ Idem autem ſi vultu, geſtũq; ridiculo dictũ ſit, in quibus eſt quidem ſumma gratia,
ſed maior cũ captare riſum non uidentur. Nihil enim ex iis quæ dicuntur ſalſa, dicitur inſulſius.
Quanquã autem gratia plurimum dictis ſeuertiſ aſſert, ſitq; ridiculum id ipſum, quia qui dicit
non ridet: eſt tamen interim, & aſpectus & habitus oris, & geſtus non inurbanus, cum iis modus
contingit. Id porro, quod dicitur, aut eſt laſciuum, aut hilare, qualia Galbæ pleraque: aut contu-
melioſum, qualia nuper Iunii Baſſi: aut aſperũ, qualia Caſſii Seueri: aut lene, qualia Domitii Afri.
¶ Reſert iis ubi quis utatur. Nam in conuiũctibus, & quotidiano ſermone laſciua humilibus, hila-
ria omnibus conueniunt. Ludere nunquã uelimus, longèque abſit propoſitũ illud, Potius amicũ
quàm

quàm dictum perdidit. In hac quidem pugna forensi malim mihi lenibus interdicere, quanquam & contumeliosè & asperè dicere in aduersarios permissum est, cum accusare etiam palàm, & caput alterius iuste petere concessum sit. Sed hic quoque tamen inhumana videri solet fortunæ insectatio, vel quia culpa caret, vel quia recidere etiam in ipsos, qui obiecerunt, potest. ¶ Primum itaque considerandū est, & quis, & qua causa, & apud quem, & in quem, & qui dicat. Oratori minime cōuenit distortus vultus, gestusque, quæ in mimis rideri solent. Dicacitas etiam scurrilis, & scænica huic personæ alienissima est. Obscenitas vero non à verbis tantū abesse debet, sed etiam à significatione. Nam si quando obiici potest, non in omni loco exprobranda est. Oratorem præterea, vt dicere vrbane uolo, ita uideri affectare id, planè nolo. Quapropter ne dicet quidem falsè quod res poterit, & dictum potius aliquando perdet, quàm minuet auctoritatē. Nec accusatorem autem atroci in causa, nec patronum in miserabili iocantem feret quisquā. Sunt etiam iudices quidam tristes, quàm vt risum libenter patiantur. Solent interim accidere, vt id quod in aduersariū dicimus, aut in iudicem conueniat, aut in nostrum quoque litigatorem, quanquā aliqui reperiuntur, qui ne id quidē, quod in ipsos recidere possit, euitent. Quod fecit Longus Sulpitius, qui cum ipse foedissimus esset, eum, contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Cui respondēs Domitius Afer, Tu, inquit, ex animi sententia Longe? Qui malam faciem habet, liber non est? Vitandū etiam ne petulans, ne superbum, ne loco, ne tempori alienum, ne præparatum, & domo allatum videatur, quod dicimus. Nam aduersus miseros, sicut supra dixeram, inhumanus est iocus. Sed quidam ita sunt receptæ auctoritatis, & notæ verecundiæ, vt noticitura sit in eos dicendi petulantia. Nam de amicis iam præceptum est. Illud non ad orandi ferè consilium, sed ad omnia pertinet. Ne laceflat hoc modo, quem lædere sit periculosum, ne aut inimicitia graues insequantur, aut turpis satisfactio. Male etiam dicitur, quod in plures conuenit, si aut nationes totæ incessantur, aut ordines, aut conditio, aut studia multorum. Ea quæ dicit vir bonus, omnia salua dignitate ac verecundia decent. Nimum enim risus precium est, si probitatis cōpendio constat. ¶ Vnde autem concilietur risus, & quibus ex locis peti soleat, difficillimum est dicere. Nam si species omnes persequi uelimus, nec modum reperiemus, & frustra laborabimus. Neque numerosi minus sunt loci, ex quibus hæc dicta, quàm illi ex quibus eæ quas sententias uocamus, ducuntur, neque alii. Nam hic quoque est inuentio & elocutio, atque ipsius elocutionis vis alia in uerbis, alia in figuris. ¶ Risus igitur oriuntur, aut ex corpore eius in quē dicimus, aut ex animo qui factis ab eo dictisq; colligitur, aut ex iis quæ sunt extra posita. Intra hæc enim est omnis uituperatio, quæ si grauius positasit, seria fit: si leuius, ridicula. ¶ Hæc aut ostenduntur, aut narrantur, aut dicto notantur. Rarum est autem, vt oculis subiicere contingat, vt fecit C. Iulius, qui cum Helmio Mancie sapius obstrepenti sibi diceret, iam ostendam qualis sis, isque planè infaret interrogatione, qualem se tandem ostensurus esset, digito monstrauit imaginem galli in scuto Mariano Cimbrico pictam, cui Manciam tum simillimus est uisus. Tabernæ autē erant circa forum, ac scutum illud signi gratia positum. ¶ Narrare quæ falsa sint, in primis est subtile, & oratorium, ut Cicero pro Cluentio narrat de Cepasio atq; Fabricio, ac Marcus Cælius de illa C. Læli Collegæque eius in prouinciam festinantium contentione. Sed in his omnibus cum elegas & uenusta exigitur tota expositio, tum id est festiuissimum, quod adiicit orator. Nam à Cicerone sic est Fabricii fuga illa condita. Itaque cum callidissimè se putaret dicere, & cum illa uerba grauiissima ex intimo artificio deprompsisset: Respice, inquit, hominū fortunas, respicite uarios duosque casus, respicite C. Fabricii senectutem. Cum hoc respicite, ornandæ orationis causa sæpè dixisset, respexit ipse. At Fabricius à sublellis demisso capite discesserat, & cætera quæ adiecit. nā est notus locus, cum in re hoc solum esset, Fabricium à iudicio recessisse. Et Cælius cum omnia uenustissime finxit, tum illud ultimum sic subsecutus. Quo modo trāsierit, utrum rate, an piscatorio nauigio, nemo sciebat. Siculi quidem, ut sunt lasciuī & dicaces, aiebant in delphino sedisse, & sic tanquā Ariona transuectum. In narrando autem Cicero consistere facetias putat, dicacitatem in iaciendo. Mire fuit in hoc genere uenustus Afer Domitius, cuius orationibus complures huiusmodi narrationes insertæ reperiuntur: sed dictorum quoque ab eodem urbane sunt editi libri. Illud quoque genus est positum non in hac ueluti iaculatione uerborum, & inclusa breuiter urbanitate, sed in quodā longiore actu: quod de Crasso contra Brutum Cicero in secundo de Oratore libro, & aliis quibusdam locis narrat. Nam cum Brutus in accusatione Caii Planci ex duobus lectoribus ostendisset contraria Lucium Crassum patronum eius in oratione quam de Colonia Narbonensi habuerat, suasisse iis, quæ de lege Seruilia dixerat, tres excitauit & ipse lectores, iisque patris eius dialogos dedit legendos: quorum cum in Priuernati unus, alter in Albano, tertius in Tiburti sermonem habitum cōplecteretur, requirebat ubi essent eæ possessiones. Omnes

RIDICV-
lum unde pe-
tendum cum
in alios dici-
mur, quod sit
trifariam,
ostendendo,
narrando,
dicto notan-
do. Ostensio ri-
dicula.
De Orat. 2.
Narratio.
Pro Cluent.

autem illas Brutus vendiderat, & cum paterna manciparet prædia, turpis habebatur. Similis in Apologis quoq; & quibusdā etiam interim historiis exponendis gratia cōsequi solet. ¶ Sed acutior est illa, atque velocior in urbanitate breuitas. Cuius qdem duplex est forma, dicendi, ac respondendi: sed ratio communis in parte. Nihil enim in laceffendo dici potest, quod non etiā in reperiendo. At propria quædā sunt respondentium, illa etiam concitati afferre solent, hæc plerumq; in altercationem aut in rogandis testibus requiruntur. ¶ Cū sint autē loci plures, ex quibus dicta ridicula ducantur, repetendū est mihi, non omnes eos oratoribus conuenire. In primis autē ex Amphibologia, neque illa obscura, quæ Atellanæ more capient, nec qualia vulgo iactantur, vilissimo quoque conuersa in maledictū ferē ambiguitate. Ne illa quidem, quæ Ciceroni aliquando, sed nō in agendo exciderunt, vt dixi, cum is candidatus qui coqui filius habebatur, coram eo suffragium ab alio peteret, Ego quoq; tibi fauebo. Non quia excludenda sint omnino verba duos sensus significantia, sed quia rarō bellē respondeant, nisi cum prorsus rebus ipsis adiuuātur. Quare non hoc modo penē & ipsū scurrile Ciceronis est in eundem, de quo supra dixi, Iūuricum. Minor quid sit, quōd pater tuus homo constantissimus te nobis varium reliquit. Sed illud ex eodem genere præclarum, cum obiiceret Miloni accusator in argumentum factarū Clodio insidiarum, quōd Bouillas ante horā nonam diuertisset, vt expectaret dum Clodius à villa sua exiret: & idētidem interrogaret, quo tempore Clodius occisus esset, respondit, sero: quod vel solum sufficit, vt hoc genus nō totū repudietur. Nec plura modo significari solēt, sed etiā diuersa, vt Nero de seruo pessimo dixit, Nulli apud se plus fidei haberi, nihil ei neq; occlusum neq; signatum esse. Peruenit res vsq; ad ænigma, quale est Ciceronis in Pletoriū Fōtei accusatorē, cuius matrē dixit, dū vixisset, ludum, postq̄ mortua esset, magistrōs habuisse. Dicebantur autem, dum vixit, infames sceminæ ad eam conuenire solitæ, post mortem eius bona vānibat: q̄q̄ hic ludus per trāslationem dictus est, magistri per ambiguitatem. In metalepsin quoque cadit ratio dictorum: Vt Fabius maximus inculans Augusti congiariorū, quæ amicis dabantur, exiguitatē, heminariā esse dixit. Nā cōgiariū cū sit commune liberalitatis atq; mensuræ à mensura ducta imminutio est rerum. Et hæc tā frigida, q̄ est nominū fictio, adiectis, detractis, mutatis literis, vt Acisculū, quia esset pactus Pacificulum: & Placidum nomine, quia is acerbus natura esset, Acidum: & Tullium, cum fur esset, Tolum dictos inuenio. Sed hæc eadem genera commodius in rebus, quā in omnibus respondent, Afer enim venustē Manlium Suram multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deicientem & reponentem, non agere dixit, sed satagere. Est enim dictum per se urbanum satagere, etiam si nulla subit alterius verbi similitudo. Fiunt & detracta, & adiecta aspiratione, & binis coniunctis verbis: similiter sapius frigida, aliquando tamen recipienda. eademq; conditio est in iis, quæ à nominibus trahūtur. Multa ex hoc Cicerō in Verrem, sed vt ab aliis dicta. Modo futurum, vt omnia vereretur, cū diceretur Verres: modo Herculi, quē expilauerat, molestiozem apro Erymanthio fuisse: modo malum Sacerdotem, qui tam nequā Verrem reliquisset, quia Sacerdoti Verres successerat. Præbet tamē aliquando occasione quædam felicitas hoc quoque genere bene vtendi: vt pro Cecinna Cicero in testem Sex. Clodium Phormionem, Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quā est ille Terentianus Phormio. ¶ Acriora igitur sunt & elegantiora, quæ trahuntur ex vi rerum. In his maxime valet similitudo, si tamē ad aliquid in ferius leuiusque referatur: qua iam veteres illi iocabātur, qui Lentulum Spintherem, & Scipionē Serapionem esse dixerunt. Sed ea non ab hominibus modo petitur, verum etiam ab animalibus, vt nobis pueris Iunius Bassus, homo in primis dicax, asinus albus vocabatur, & Sarmentus seu Publius Blesius Iunium hominem nigrum & macrum & pandum, fibulam ferream dixit, quod nunc risus petendi genus frequentissimum est. Adhibetur autem similitudo interim palam, interrim inferi solet parabola: cuius est generis id Augusti, qui militi libellum timidē porrigēti, Noli, inquit, dubitare tanquam assem Elephantō des. Sunt quædam etiā verisimilia: vnde Vatinius dixit hoc dictum, cum reus agente in eum Caluo, candido frontē sudario tergeret, idque ipsum accusator in inuidiā vocaret: Quamuis reus sum, inquit, & panem candidum edo. Adhuc est subtilior illa ex simili trāslatio, cum quod in alia re fieri solet, in aliam mutamur. Ea dicatur sanē fictio, vt Chrysippus, cū in triumpho Cæsaris eburnea oppida essent trāslata, & post dies paucos Fabii Maximi lignea, thecas esse oppidorū Cæsaris dixit. Et Peto de Mirmillone, qui retiariū cōsequebatur, nec feriebat, Viuum inquit, capere vult. Iungitur amphiboliæ similitudo, vt L. Galba qui pilam negligenter petenti: Sic, inquit, petis tanquam Cæsaris candidatus. Nam illud petit ambiguum est, securitas similis. Quod hæcenus ostendisse satis est. Caterum frequentissima aliorum generum cum aliis mixtura est, eaque optima, quæ ex pluribus constat. Eadem dissimilium ratio est. Hinc eques Romanus, ad quem in spectaculis bibentem cum misisset Augustus, qui ei diceret,

diceret, ego si prandere volo, domum eo: Tu enim, inquit, non times, ne locum perdas. E cōtrario non vna species. Neq; enim eodem modo dixit Augustus Præfecto, quē ignominia notabat, subinde interponenti precibus, Quid respondebo patri meo? Dic me tibi displicuisse. Quo Galba penulam roganti, non possum cōmodare, domi maneo, cū cœnaculum eius perplueret. Tertiū adhuc illud, siquidē vt ne auctorem ponā, verecundia ipsius facit, Libidinosior es q̄ vllus spado. quo sine dubio & opinio decipitur, sed ex contrario. Et hoc ex eodem loco est, sed nulli priorū simile, quod dixit Mar. Vestinus, cum ei nunciatū esset, aliquando desinet putere. Onerabo librū exemplis, similem q; iis, qui risus gratia cōponuntur, efficiam, si persequi voluero singula veterum. ¶ Ex omnibus argumentorū locis eadem occasio est. Nam & finitione vsus est Augustus de Pantomimis duobus, qui alternis gestibus contendebant, cum eorū alterū saltatorem dixit, alterū interpellatorem. Et partitione Galba, cū penulam roganti respondit, Non pluit, nō est opus tibi: si pluit, ipse vtar. Proinde genere, specie, propriis, differentibus, iugatis, adiunctis, consequentibus, antecedentibus, repugnantibus, causis, effectis, cōparatione parium, maiorū minorum, similis materia præbetur. ¶ Sicut in tropis quoq; omnes cadunt. An non plurima καὶ ὑπερβολὴν dicuntur? quale refert Cicero de Memmio homine prælongo, Caput eum ad fornicem Fabii offendisse. Et quod P. Oppius dixit de genere Lentulorum, cum assiduē minores parentibus liberi essent in nascendo. Interim vtrunq;. Quid ironia? nonne etiā quæ sit verissima, loci propē genus est? Qua vrbane vsus est Afer, cum Didio Gallo, qui prouinciā ambitiosissimē petierat, deinde impetrata ea tanq̄ coactus querebatur, Age inquit, aliquid, & reipublicæ causa elabora. Quaq; Cicero vsus est, cum Vatinii morte nuntiata, cuius parum certus dicebatur auctor. Interim inquit, vsura fruar. Idem per allegoriā Marcū Cælium melius obiciientem crimina q̄ defendentem, bonam dexteram, malam sinistram habere dicebat. Eniphi Iulius dixit ferrum Acciū Nauium incidisse. ¶ Figuras quoq; mentis, quæ σχήματα διαλογικὰ dicuntur, res eadem recipit omnes, in quas nonnulli diuiserunt species dictorum. Nam & interrogamus, & dubitamus, & affirmamus, & minamur, & optamus. Quædam ut miserrantes, & quædam ut irascentes dicimus. Ridiculum est autem omne, quod aperte fingitur. ¶ Stulta reprehendere facillimū est, nā per se sunt ridicula. Sed rem vrbana facit aliqua ex nobis adiectio. Stulte interrogauerat exeuntem de theatro Carpathium Tityus maximus, an spectasset: fecit Carpathius dubitationem eius stultiorem dicendo, Non, sed in orchestra pila lusi. ¶ Refutatio cum sit in negando, redarguendo, defendendo, eleuando, ridicule negauit Mannius Curius. Nam cum eius accusator in Sipario omnibus locis, aut nudum eum in neruo, aut ab amicis redemptum ex alea pinxisset, Ergo ego (inquit) nunquam vici. Redarguimus interim aperte, ut Cicero Vibium Curium multum de annis ætatis suæ mēientem, Tum ergo cum vnā declarabamus, non eras natus. Interim & simulata assensione, vt idem Fabiæ Dolabellæ dicenti, triginta se annos habere: Verum est inquit, nam hoc iam viginti annis audio. Bellē interim subiicitur pro eo quod neget, aliud mordacius, vt Iunius Bassus querente Domitia Passieni, quod ineuasans eius sordes calceos eam veteres diceret vendere solere: Non mehercules, inquit, hoc vnquam dixi, sed emere te solere. ¶ Defensionem imitatus est eques Romanus, qui obiciienti Augusto, q̄ patrimoniu comedisset: Meum, inquit, putauī. ¶ Eleuandi ratio est duplex, vt aut veniam quis, aut iactantiā minuatur. Quemadmodū C. Cæsar Pomponio ostēdenti vulnus ore exceptum in seditione Sulpitiana, quod ipse se passum pro Cæsare pugnantem gloriabatur. Nunq̄ fugiens respereris, inquit. Aut crimen obiectū, vt Cicero obiurgantibus q̄ sexagenarius Popiliam virginē duxisset, Cras mulier erit, inquit. Hoc genus dicti, consequens vocant quidam, atq; illi simile quod Cicero Curionem semper ab exultatione ætatis incipientem, facilius quotidie procemium habere dixit, quia ista natura sequi, & coherere videantur. Sed eleuandi genus est etiam causarum relatio, qua Cicero est vsus in Vatinium, qui pedibus ager, cum vellet videri cōmodioris valetudinis factus, & diceret se iam bina millia passuum ambulare: Dies enim, inquit, longiores sunt. Et Augustus nunciantibus Tarraconēnsibus palmam in ara eius enatam, Apparet, inquit, quā sapē accēdatis. Transtulit crimen Cassius Seuerus. Nam cum obiurgaretur à Prætorē, quod aduocati eius L. Varro Epicureo Cæsaris amico conuicium fecissent, Nescio, inquit, qui conuiciati sint, & puto Stoicos fuisse. ¶ Repercutiendi multa sunt genera, venustissimum quod etiā similitudine aliqua verbi adiuuatur: vt Thracallus dicenti Suellio, Si hoc ita est, is in exilium: si non est ita, res. dii inquit. Elusit Cassius Seuerus, obiciiente quodam quod ei domo sua Proculius interdixisset, respondendo, Nunquid ego illuc accedo? ¶ Sic eluditur & ridiculū ridiculo, vt diuus Augustus, cum ei Galli torquem aureū centū pondo dedissent, & Dolabella per iocum tentans tamen ioci sui euentū dixisset, Imperator quodā me dona: Malo te, inquit, ciuica donare. Mendaciū quoque mendacio, vt Galba dicente quodā, victoriato se vno in Sicilia quinq; pedes longā murenā emisit:

Ex argumētorum locis.

Ex tropis.

Ex figuris sententiariū.

RIDICV- lum in re- spondendo.

Refutatio.

Defensio.

Eleuatio.

Repercutio.

Elusio.

Nihil, inquit, mirum. Nam ibi tam longæ nascuntur, vt iis piscatores pro reſtibus vtantur. Contra-
 ria eſt neganti confeſſionis ſimulatio, ſed ipſa quoque multum habet vrbaniſatis. Sic Afer cū
 ageret contra libertum Claudii Cæſaris, & ex diuerſo quidam conditionis eiſdem cuius erat li-
 tigatō, exclamaſſet, Præterea tu ſemper in libertos Cæſaris dicis: Nec mehercule, inquit, quicquā
 proficio. Cui vicinum eſt, non negare quod obiicitur, cum & id palam falſum eſt, & inde mate-
 ria bene reſpondendi datur: vt Catulus dicenti Philippo, Quid latras? Furem video, inquit: ¶ In
 ſe dicere, non eſt ſerè niſi ſcurrarum, & in oratore vtique minime probabile. Quod fieri totidem
 modis quot in alios poteſt. Ideo hoc quamuis frequens ſit, tranſeo. Illud vero etiam ſi ridiculum
 & indignū, tamen eſt homini tolerabile, quod aut turpiter, aut impotenter dicitur. Quod ſeciſſe
 quendā ſcio, qui humiliori libere aduerſus ſe loquenti, Colaphum, inquit, tibi ducam, & formu-
 lam ſcribam, q̄ caput durum habeas. Hic enim dubiū eſt, vtrum ridere audiētes, an indignari de-
 buerint. ¶ Super eſt genus decipiendi opinione, aut dicta aliter intelligendi, quæ ſunt in omni hac
 materia vel venuſtiſſima. Inopinatū, & à laceſſente poni ſolet: quale eſt quod reſert Cicero, Quid
 huic abeſt, niſi res & uirtus? Aut illud Afri, Homo in agendis cauſis optimè veſtitus. Et in occur-
 rendo, vt Cicero audita falſa Vatinii morte, cum Quinium libertum eius interrogaviſſet, Reſt è ne
 omnia? dicenti reſt è. Mortuus eſt inquit? Plurimus autem circa ſimulationem & diſſimulationē
 riſus eſt, quæ ſunt vicina, & propè eadem. Sed ſimulatio eſt certam opinionem animi ſui imitātis:
 diſſimulatio aliena parum ſe intelligere fingentis. Simulauit Afer, cum in cauſa ſubinde dicenti-
 bus, Celſinam diceret, cognouiſſet, quæ erat potens ſcœmina. Quis eſt inquit iſte? Celſinam enim
 videri ſibi uirū ſinxit. Diſſimulauit Cicero, cū Sex. Annalis teſtis reum laſiſſet, & inſtaret idem
 tidem accuſator ei. Dic Marce Tulli nunquid potes de Sexto Annali? Verſus tunc dicere cœpit
 de libro Ennii annali ſexto, Qui potis ingentis cauſas euoluere belli. Cui ſine dubio frequentissi-
 mam dat occaſionem ambiguitas, vt Caſelio, qui conſultōri dicenti, nauem diuidere volo: perdes
 inquit. Sed auerti intellectus etiam aliter ſolet, cum ab aſterioribus ad leniora deſlectitur: vt qui
 interrogatus, quid ſentiret de eo, qui in adulterio deprehenſus eſſet, tardū fuiſſe reſpondit. Ei con-
 ſine eſt, quod dicitur per ſuſpicionem: quale illud apud Ciceronem, Querenti q̄ vxor ſua è ſico
 ſe ſuſpendiſſet, rogo des mihi ſurculum ex illa arbore, vt inferam. Intelligitur enim quod non di-
 citur. Et hercle omnis falſe dicendi ratio in eo eſt, vt aliter quàm eſt, reſtū verumq; dicatur. quod
 ſit totum fingendis aut noſtris, aut alienis perſuaſionibus, aut dicēdo quod fieri non poteſt. Aſie-
 na ſinxit Iuba, qui querenti, quod ab equo ſuo eſſet aſperſus, quid tu, inquit, me hippocentaurum
 putas? Sua C. Caſſius, qui militi ſine gladio diſcurrenti, heus commilito pugno bene vteris inquit.
 Et Galba de piſcibus, qui cum pridie ex parte adeſſi, & verſati, poſtero die appoſiti eſſent, Feſti-
 nemus, alii ſubccenant, inquit. Tertium illud Ciceronis (vt dixi) aduerſus Curium, Fieri enim
 certe non poterat, vt cū declamaret, natus non eſſet. Eſt & illa ex ironia fictio, qua vſus eſt C. Cæ-
 ſar. Nam cum teſtis diceret, à reo ſcœmina ſua ferro petita, & eſſet facilis reprehēſio cur illam po-
 tiſſimum partem corporis uulnerare voluiſſet: Quid enim faceret, inquit, cum tu galeam & lori-
 cam haberes? Vel optima eſt ſimulatio contra ſimulantē, qualis illa Domitii Afri fuit. Vetus ha-
 bebatur testamentum, & unus ex amicis recentioribus ſperans aliquid ex mutatione tabularū, falſam
 tabulam intulerat, conſulens eum, an primipilaris ei teſtamento ſuaderet ordinare ſuprema
 iudicia, Noli, inquit, facere, offendiſ illum. Lucundiſſima ſunt autem ex his omnibus lenia, & (vt
 ſic dixerim) boni ſtomachi. vt Afer ingrato litigatori conſpectū eius viranti, in foro per nomen-
 clatorem miſſum ad eum, Amas me, inquit, q̄ non te vidi. Et diſpenſatori, qui cū ad aliqua non
 reſponderet, dicebat ſubinde. Non comedi panem, & aquam bibo: Paſce, & redde quod debes. quæ
 ἰσχυρὰς vocant. Et gratus iocus, qui minux exprobat quàm poteſt. vt idem dicenti candidato,
 ſemper domū tuam colui, cum poſſet palam negare, credo inquit, & verū eſt. Interim de ſe dicere
 ridiculum eſt, & quod in alium, ſi abſentem diceret, vrbaniſmum non erat, quoniam ipſi palam ex-
 probratur, monet riſum: quale Auguſti eſt, cum ab eo miles neſcio quid improbe peteret, veniret
 contra Martianus, quem ſuſpicabatur & ipſum aliquid iniuſte rogaturum: Non magis, inquit, ſa-
 ciam cōmilito quæ petis, q̄ quod Martianus à me petiturus eſt. A diuuant vrbaniſmum & verſus
 cōmode poſiti, ſeu toti vt ſunt. quod adeo facile eſt, vt Ouidius ex tetratiſtico Macri carmine li-
 brum in malos poetas compoſuerit. Quod ſit gratus ſi qua etiam ambiguitate conditur: vt Ci-
 cero in Accium hominem callidum & verſutū, cum is in quadam cauſa ſuſpectus eſſet, Niſi qua
 Vlyſſes rate euasiſt Laertius. Seu verbis ex parte mutatis, vt in eum, qui cū antea ſtultiſſimus eſſet
 habitus, poſt acceptam hæreditatem primus ſententiam rogabatur. Cuius hæreditatis eſt, quā vo-
 cant ſapientiam, pro illo facultas eſt. Seu fictis notis verſibus. Simile eſt quod παρρησια dicitur, &
 proueria opportune aptata, vt de homine in aquam lapſo, & vt alleuaretur rogātī, Tollat te qui
 non

RIDICV-
 lum in ſe-
 ipſum.

EX ME-
 diis rebus, ſi
 ue in decipi-
 enda expe-
 ctatione,
 quod eſt ter-
 tium propo-
 ſitæ diuiſio-
 nis membrū.

Acad. 2.

non nouit. Ex historia etiam ducere urbanitatem eruditum, ut Cicero fecit, cum ei testem in iudicio Verris roganti dixisset Hortensius, non intelligo hæc anigmata: At qui debes, inquit, cum sphingem domi habeas. Acceperat autem ille à Verre sphingem aneam, magnæ pecuniæ. Subabsurda illa constant stultis simili imitatione, & quæ nisi fingantur stulta sunt, ut qui mirantibus quod humile candelabrum emisisset, Prætorium erit, inquit. Sed illa similia absurdis sunt acria, quæ tãquam sine ratione dicta feruntur: ut Seruus Dolabellæ, cum interrogaretur an dominus eius auctionem proposuisset, Domum, inquit, vendidit. Deprehensi interim pudorem suum ridiculo aliquo explicant: ut qui testem dicentem se à reo vulneratum, interrogauerat, an cicatrices haberet: cum ille ingentem in femore ostendisset. Latus, inquit, oportuit. Contumeliis quoque uti bellè datur: ut Hispo obiectanti bis acerba crimina accusatori, Mentiris, inquit. Et Fuluius propinquus Legato interroganti, an in tabulis quas proferebat, chiographus esset, Et verus inquit domine. ¶ Has aut accepi species, aut inueni frequentissimas, ex quibus ridicula ducerentur. Sed repetam necesse est, infinitas esse tam saltè dicèdi, quàm seuerè: quas præstat persona, locus, tempus, casus denique, qui est maxime uariis. Itaque hæc ne omisisse viderer, attigi: illa autem quæ de usu ipso, & modo iocandis complexus sum, adeo infirma, sed plane necessaria. His adiicit Domitius Marfus, qui de urbanitate diligentissime scripsit, quædam non ridicula, sed cuiuslibet seuerissimæ orationi conueniëntia, eleganter dicta, & proprio quodam lepore iucunda: quæ sunt quidem urbana, sed risum tamen non habent. Neque enim ei de risu, sed de urbanitate est opus institutum, quam propriam esse nostræ ciuitatis ait: & serò sic intelligi ceptam, postquam urbis appellationem, etiam si nomen proprium non adiceretur, Romam tamen accipi sit receptum: eamque sic finit, Urbanitas est virtus quædam in breue dictum coacta, & apta ad delectandos mouendosque homines in omnem affectum, maxime idonea ad resistendum, vel laceffendum, prout quæque res ac persona desiderat. Cui si breuiter tatis exceptionem detraxeris, omnes orationis virtutes complexa sit. Nam sicut ista rebus & personis, & quod in utrisque oporteat dicere, perfectæ eloquentiæ est. Cur autem breuem eam esse voluerit, nescio quidem. At quam in eodem libro dicat fuisse, & in multis narrandi urbanitatem, paulopost ita finit, Catonis (ut ait) opinionem sequutus, Urbanus homo erit, cuius multa bene dicta responsaque erunt, & qui in sermonibus, circulis, conuiujs, item in concionibus, omni denique loco ridiculè, commodèque dicet. Risus erunt, quæcunque hæc faciet orator. Quas si receperis finitiones, quicquid bene dicetur, & urbanè dicti nomen accipiet. Cæterum illi, qui hoc proposuerat, consentanea fuit illa diuisio, ut dictorum urbanorum, alia seria, alia iocosa, alia media faceret. Nam eadem est omnium bene dictorum. Verum mihi etiam iocosa quædam videtur posse non satis urbanè referri. Nam meo quidem iudicio, illa est urbanitas, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque sensu, neque verbis, neque ore, gestive possit deprehendi, ut non tam sit in singulis dictis, quàm in toto colore dicendi, qualis apud Græcos, Atticisimè ille redolens Athenarum proprium saporem. ¶ Ne tamen iudicium Marfi hominis eruditissimi subtraham, Seria partitur in tria genera, honorificum, contumeliosum, medium. Et honorifici ponit exemplum Ciceronis quoque pro Ligario apud Cæsarem, Qui nihil soles obliuisci, nisi iniurias. Et contumeliosi, quod attico scripsit de Pompeio & Cæsare, Habeo quem fugiam, quam sequar non habeo. Et medii, quod ἀποδιδυμῶνος vocant, & est cum ita dixit. Neque grauem mortem accidere forti viro posse, neque immaturam Consulari, neque miseram sapienti. Quæ omnia sunt optime dicta: sed cur propriè nomen urbanitatis accipiant, non video. Quod si non solum totus (ut mihi videtur) orationis color meretur, sed etiam singulis dictis tribuendum est: illa potius urbana esse dixerim, quæ sunt generis eiudem, quæ ridicula dicuntur, & tamen ridicula non sunt: ut de Pollione A sinio seriis iocisque pariter accommodato dictum est, Esse eum omnium horarum. Et de actore facile dicente ex tempore, Ingenium eum in numero habere. Etiam Pompeii, quod refert Marfus, in Ciceronem diffidentem eius partibus, Transi ad Cæsarem, me timebis. Erat enim, si de re minore, aut alio animo, aut denique non ab ipso dictum fuisset, quod posset inter ridicula numerari. Etiam illud, quod Cicero Cæliæ scripsit, reddens rationem cur illa C. Cæsaris tempora tam patienter toleraret. Hæc aut animo Catonis ferenda sunt, aut Ciceronis stomacho. Stomachus enim ille habet aliquid ioco simile. Hæc quæ mouebant, dissimulanda mihi non fuerunt in quibus ut errauerim, legentes tamen non decepi, indicata diuersa opinione, quam sequi magis probantibus liberum est.

*Epilogus,
cui adiicit
seriū urba-
nitatis ge-
nus a Domi-
tio Marso
proditum.*

*Tria serio-
rum genera
ex Marfi se-
tentia.*

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

DE ALTERCATIONE.

CAP. V.

A

Altercationis præcepta poterant videri tunc inchoanda, cum omnia, quæ ad continuam orationem pertinent, peregrissimè. Nam est vñs eius ordine vltimus. Sed cum posita sit in sola inuentione, neque habere dispositionem possit, nec elocutionis ornamenta magnopere desideret, aut circa memoriam & pronuntiationem laboret, priusquam secundam quinque partium, hanc quæ tota ex prima pèdet,

tractaturus non alieno loco videor: quam scriptores ideo fortasse alii reliquerunt, quia satis cæteris præceptis in hanc quoque videbatur esse prospectum. Constat enim aut intentione aut depulsi-
fione, de quibus satis traditum est: quia quicquid in actione perpetua circa probationes vtile est, idem in hac breui atque concisa profit, necesse est. Neque alia dicuntur in altercatione, sed aliter aut interrogando, aut respondendo. Cuius rei ferè omnis obseruatio in illo tertium loco excussa est. ¶ Tamen, quia latius hoc opus aggressi sumus, neque perfectus orator sine hac virtute dici potest, paululū impendamus huic quoque peculiaris operæ, quæ quidem in quibuldā causis ad victoriā vel plurimū valet. Nā vt in qualitate generali, in qua recte ne factū quid, an cōtra sit, quæritur perpetua dominatūr oratio, & quæstionē finitionis actionis plerūque satis explicat, & omnia pene in quibus de facto cōstat, aut cōiectura, artificiali ratione colligitur: ita in his causis, quæ sunt frequentissimæ, quæ vel solis extra artē probationibus, vel mixtis cōtinentur, asperitima in hac parte dimicatio est, nec alibi dixeris magis mucrone pugnari. Nā & firmissima quæque memoriæ iudicis inculcanda sunt: etiā præstandū quicquid in actione promissimus, & resellēda mēdacia. Nusquam est denique qui cognoscit intētor. Nec immerito quidā, quāquā in dicēdo mediocres, hac tamen altercandi præstātia meruerūt nomē patronorū. At quidā litigatoribus suis illū modo ambitiosum declamandi sudorē præstitisse cōtenti, cū turba laudantiū destituūt subsellia, pugnaque illā decertatoriā imperitis ac sæpe pullatæ turbæ relinquūt. Itaque videas alios plerūque iudicis priuatis ad altercationes vocari, alios ad probationē. Quæ si diuidēda sunt officia, hoc certe magis necessariū est, pudēdūque dictū, si plus litigantibus profunt minores. In publicis certe iudiciis vox illa præconis, præter patronos, ipsum qui egerit, citat. ¶ Opus est igitur in primis ingenio veloci ac mobili, animo præsentī & acri. Non enim cogitandū, sed dicendū statim est, & prope sub conatu aduersarii manus erigenda. Quare cum in omni parte huiusce officii plurimū facit, totas non diligenter modo, sed etiam familiariter nosse causas, tum in altercatione maxime necessarium est, omnium personarum, instrumentorum, temporū locorū haberenotitiā: alioqui & tacendū est sæpe, etiam aliis subicientibus, plerūque autē studio loquendi * fatuē modo accedendū, quod nūquā accidit, ni nostra credulitate aliena stultitia erubescamus. Neque tantum hoc ipsis monitoribus clarescit, quidam faciūt aperte q̄rixemur. Videas enim plerosque ira percitos exclamātes, vt iudex audiat, cōtrariū id esse quod admoneamur, sciatq; ille qui pronūciaturus est in causā, malum quod taceatur. ¶ Quare bonus altercator vitio iracundiæ careat. Nullus enim rationi magis obstat affectus, & fert extra causam, & plerūq; deformia conuicia facere ac mereri cogit, & ipsos nonnunquā iudices incitat: melior moderatio, ac nonnunquā etiā patiētia. Neque enim refutāda tantū quæ ē cōtrario dicuntur, sed cōtēnenda, eleuāda, ridenda sunt, nec vsquā plus loci reperit vrbānitas: odiū mordet & pudor: cōtra turbātes audendū, & impudentiæ fortiter resistēdū. Sunt enim quidā præduri in hoc oris, vt obstrepan̄ ingenti clamore, & medios sermones intercipient, & omnia tumultu cōfundant, quos vt non imitari, sic acriter propulsare oportebit, & ipsoꝝ improbitas retundenda, & iudices, vel præsidētes magistratus appellandi frequenter, vt loquendi vices seruentur. Nam est res animi iacētis, & mollis supra modū frontis, fallitque plerūque, q̄ probitas vocatur, quæ est imbecillitas. ¶ Valet autē in altercatione plurimū acumē, quod sine dubio ex arte non venit. Natura enim non docetur, arte tamē adiuuatur. In qua præcipuū est semper id in oculis habere, de quo quæritur, & quod volumus efficere. Quia propositū tenētes in rixā nō ibimus, nec causæ debita tēpora conuiciādo, conteremus, gaudebimūque si hoc aduersarius facit. Omnia tēpora ferè parata sunt meditatis diligenter, quæ aut ex aduerso dici, aut responderi à nobis possint. ¶ Nonnūquā tamen solet hoc quoque esse arti genus, vt quædā in actione dissimulata subito in altercando proferantur, & inopinatis eruptionibus, & ex insidiis citissimo facto simillimū. Id autem tantum faciendum, cum est aliquid cui responderi nō statim possit: potuerat autē, si tempus ad disponendū fuisset. Nā quod fideliter firmū est, à primis statim actionibus arripere optimum est, quo sapius diutiusque dicatur. ¶ Illud vix saltē præcipiendum videtur, ne turbidus & clamorosus tantum sit altercator, & quales facti sunt, qui literas nesciunt. Nam improbitas licet aduersario molesta sit, iudici inuila est. ¶ Nocet etiam diu pugnare in iis, quæ obtinere non possis. Nam vbi vinci ne cesse est, expedit cedere: quia siue plura sunt de quibus quæritur, facilius erit in cæteris fides, siue

Lib. 5. ca. 7.
Vñs alter-
cationis in
iudiciis.

Præcepta
altercandi.

vnū, mitior solet irrogari poena verecundia. Nam culpam praesertim deprehensam pertinaciter tueri, culpa altera est. ¶ Dum stat acies, multi in re consilii atque artis est, vt errantem aduersariū trahas, & ire quam longissime cogas, vt vana interim spe exultet. Ideo quaedam bene dissimulantur instrumenta. Instant enim, & saepe discrimen omne committunt, quod deesse nobis putant, & faciunt probationibus nostris auctoritatē postulando. ¶ Expetit etiā dare aliquid aduersario, quod pro se putet, quod apprehendēs maius aliquid cogatur dimittere: duas interim res proponere, quarum vtramlibet male sit electurus: quod in altercatione sit potentius, quā in actione: quia in illa nobis ipsi respondemus, in hac aduersarium quasi confessum tenemus. ¶ Est in primis acuti, videre quo iudex dicto moueatur, quid respuat: quod ex vultu sapissime & aliquando etiam dicto aliquo factū eius deprehenditur: & insitare proficientibus, & ab iis quae non adiuant, quā molissime pedem oportet referre. Faciunt hoc medici quoque, vt remedia perinde perseuerent adhibere, vel desinant, vt illa recipi vel respui vident. ¶ Nonnunquam si rem euoluere propositam facile non sit, inferenda est alia quaestio: atque in eam, si fieri potest, iudex auocandus. Quid enim cum respondere nō possis, agendum est, nisi vt aliud inuenias cui aduersarius respondere nō possit? In plerisque iudex est auocandus, vt dixi, qui circa testes est locus, & personis modo distat, quod hic patronorum inter se certamen, illic pugna inter testem & patronum. Exercitatio vero huius rei longefacilior. Nam est vtilissimum, frequenter cum aliquo qui sit studiorum eorundem, sumere materiam, vel verā vel etiam fictā controuersia, & diuersas partes altercationis modo tueri: quod idem etiam in simplici genere quaestionū fieri potest. ¶ Ne illud quidē ignorare aduocatum volo, quo quāq; ordine probatio sit apud iudices proferenda: cuius rei eadem in argumentis ratio est, vt potentissima, prima & summa ponantur. Illa enim ad credendum preparat iudicem, haec ad pronuntiandum.

Ordo probationum.

DE IUDICIO ET CONSILIO.

CAP. VI.

Is pro nostra facultate tractatis, non dubitasset transire protinus ad dispositionem, quae ordine ipso sequitur, nisi vereretur, ne quoniam fuerunt qui iudiciū inuentioni subiungerent, praeteriisse hunc locum quibusdam videretur, qui mea quidem opinione adeo partibus operis huius omnibus connexus ac mixtus est, vt ne a sententiis quidem aut verbis saltem singulis possit separari: nec magis arte traditur, quā gustus aut odor. Ideoque nos quid in quaque re sequendum cauendumque sit, docemus ac deinceps docebimus, vt ad ea iudicium dirigatur. ¶ Præcipiam igitur, ne quod effici non potest, aggrediamur: vt contraria vitemus & communia: ne quid in eloquendo corruptum obscurumque sit? Referatur oportet ad sensus, qui non docentur. Nec multum a iudicio credo distare consiliū, nisi quod illud ostendentibus se rebus adhibetur, hoc latētib; & aut omnino nondum repertis, aut dubiis. Et q̄ iudiciū frequentissime certum est. Consiliū vero est ratio quaedam alte petita, & plerūq; plura perpēdēs & coparās: habēsq; in se & inuentionē & iudicationē. ¶ Sed ne haec quidem praecepta in vniuersum spectāda sunt. Nā ex re sumitur: cui locus ante actionē est frequenter. Nā Cicero summo cōsilio videtur in Verrē vel cōtrahere tēpora dicēdi maluisse, q̄ in eū annum, quo erat Q. Hortētiū COS. futurus, incidere. Et in ipsis actionibus primū ac potētissimū obtinet locū. Nā quid dicendū, quid tacendū, quid diffidēdū sit exigere, cōsiliū est. Negare sit satius an defendere. Vbi proœmio vrēdū & quali. Narrandū ne, & quomodo: Iure prius pugnādū, an aequo: Qui sit ordo vtilissimus: tū oēs colores, aspere an leniter, an etiā submisisse loqui expediat. ¶ Sed haec quoque vt quisque passus est locus, monuimus, idēq; in reliqua parte faciemus: pauca tamē exēpli gratia ponā, quibus manifestus appareat, quid sit, quod demonstrari posse praeceptis nō arbitror. Laudatur cōsiliū Demosthenis, q̄ cū suaderet bellū Atheniensibus parū id prospere expertis, nihil adhuc factum esse ratione monstrat. Poterat enim emendari negligentia. At si nihil esset erratum, melioris in posterum spei non erat ratio. Idē cum offensam vereretur, si obiurgaret populi segnitiam in asserēda libertate reip. maiorum laude vtī maluit, qui rem fortissime administrasset. Nā & faciles habuit aures, & natura sequebatur, vt meliora probantes, peiorum poeniteret. Cicero nis quidem vel una pro Cluentio quamlibet multis exemplis sufficeret oratio. Nā quod in eo cōsiliū maxime mirer? primam ne expositionem, qua matri, cuius filium premebat auctoritas, abstulit fidem? an q̄ idem corrupti iudicii crimen transferre in aduersarium maluit, quā negare propter inueteratam (vt ipse dicit) infamiam? an quod in re inuidiosa legis auxilio nouissime est vsus? quo genere defensionis etiam offendisset nondum prāmollitas iudicum mētes. An quod se ipsum inuito Cluentio facere testatus est? Quid pro Milone? q̄ non ante narrauit, q̄ prauidiciis omnibus reū liberaret? q̄ insidiarū inuidiā in Clodiū vertit? q̄ re vera fuerat pugna fortuita: q̄ factum & laudauit, & tamen voluntatē Milonis remouit? q̄ illi preces non dedit, & in earū locū ip-

Iudiciū quid distet a cōsilio.

Exempla cōsiliū.

Olynth. 2.

Olynth. 3.

Ciceronis prudentia.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

se successit? Infinitū est enumerare, vt Cottæ detraxerit auctoritatē, vt pro Ligario se opposuerit, Cornelium ipsa confessionis fiducia eripuerit. Illud dicere satis habeo, nihil esse nō modo in orādo, sed in omni vita, prius consilio, frustra quē sine eo tradi ceteras artes, plūsque vel sine doctrina prudentiam, quā sine prudentia facere doctrinam. Apparet etiam orationem accommodare locis, temporibus, personis, esse eiusdem virtutis. Sed hic quia latius fufus est locus, mixtusque cū elocutione, tractabitur cum præcipere de apte dicendo cœperimus.

M. Fabii Quintiliani institutio.

NVM ORATORIARVM LIB. SEPTIMVS. DE DIVISIONE SEV PARENCHIRESI. CAP. I.

Dispositio -
nis commen-
datio.

D

E inuentione (vt arbitror) satis dictum est. Neque enim ea demum, quæ ad docendum pertinent, executi sumus, verum etiam motus animorum tractauimus. Sed vt opera extruendis satis non est, saxa atque materiam, & cetera ædificanti vtilia congerere, nisi disponendis eis collocandisque artificum manus adhibeatur: sic in dicēdo quamlibet abundans rerum copia, cum multū tantū habeat atque cōgestū, nisi illas eadē dispositio in ordinē digestas, atque inter se commistas deuinxerit. Nec immerito secunda quinque partium posita est, cum sine ea prior nihil valeat. Nec enim quanquam fufis omnibus membris, statua sit, nisi collocentur. Et si quam in corporibus nostris aliorūque animalium partem permutes & transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamen. Et artus etiam leuiter loco moti perdunt, quo viguerunt, vsū: & turbati exercitus sibi ipsi sunt impedimento. Nec mihi videntur errare, qui ipsam rerum naturam stare ordine putant, quo consulo peritura sint omnia. Sic oratio carēs hac virtute tumultuetur necesse est, & sine rectore fluitet, nec cohereat sibi, multa repetat, multa transeat, velut nocte in ignotis locis errans: nec initio, nec fine proposito, casum potius quā cōsiliū sequatur. Quapropter totus hic liber seruiat dispositioni. quæ quidem, si certa aliqua via tradi in omnes materias vilo modo posset, non tam paucis contigisset. Sed cum infinitæ litium formæ fuerint, futuraque sint, & tot seculis nulla reperta sit causa, quæ esset tota alteri similis, sapiat oportet actor, & vigilet, & inueniat, & iudicet, & consiliū a seipso petat. Neque inficias eo quædam esse, quæ demonstrari possint: eaque non omittam.

DE DISPOSITIONE IN VNIVERSVM. CAP. II.

Dispositio.
Partitio.
Dispositio.

S

DISPOSITIO
aliquan-
do utilitate
mutatur.

Tota causa
ponenda an-
te oculos,
in eadem ui-
dendum in
quo sit cōtro-
uersiā.

It igitur (vt supra significauimus) Diuisio rerum plurium in singulas. Partitio singularum in partes, discretus ordo, & recta quædā collocatio prioribus sequentia annectens. Dispositio vtilis rerum ac partium in loco distributio. ¶ Sed meminimus ipsam dispositionem plerumque vtilitate mutari, nec eandem semper primam quæstionem ex vtraque parte tractandam. Cuius rei vt cetera exēpla præteream, Demosthenes quoque atque Aeschines possunt esse documenta in iudicio Ctesiphontis diuersum secuti ordinem, cū accusator à iure, quo videbatur potentior, cœperit: patronus omnia vel pene omnia ante ius posuerit, quibus iudicem quæstioni legum præpararet. Aliud enim alio docere prius expedit, alioqui semper petitoris arbitrio diceretur. Denique in accusatione mutua, vt se vterque defendat priusquam aduersariū arguat, omnium rerum necesse est ordinem esse diuersum. ¶ Igitur quid ego sim secutus, quod partim præceptis, partim vsurpatis ratione cognoueram, promam: nec vnquam dissimulaui. Erat mihi curæ in controuersis forensibus nosse omnia quæ in causa versarentur. Nā in schola certa sunt & pauca, & ante declamationē exponuntur: quæ Græci vocant, Cicero proposita. Cū hac in cōspectu quodāmodo collocauerā, non minus pro aduersa parte, quā pro mea cogitabā. Et primū (quod nō difficile dictū est, sed tamē ante omnī intuebā) cōstituebā, quid vtraque pars velle efficere, tū per quid, hoc modo. Cogitabā quid primū petitor diceret. Id aut cōfessum erat, aut cōtrouersum. Si cōfessum, nō poterat ibi esse quæstio. Trāsibā ergo ad responsum partis alterius, idē intuebar: nōnunquā etiā quod inde obtinebatur, cōfessum erat. Vbi primū cœperat non cōuenire, quæstio oriebatur. Id tale est. Occidisti hominem, occidi, cōuenit, trās eo. Rationē reddere debet reus quare occiderit. Adulterū, inquit, cum adultera occidere licet, legem esse certum est. Tertium iam aliquid videndum est, in quo pugna cōsistat. Non fuerunt adulteri, fuerunt: quæstio. De facto ambigitur: coniectura est. Interim ergo & tertium cōfessum est, adulteros fuisse. Sed tibi, inquit, accusator, illos non licuit occidere. Exul enim eras, & ignominiosus, de iure queritur. At si protinus dicēti, occidisti: respōdeatur, nō occi-

di, statim pugna est. ¶ Sic explorandū est vbi controuerſia incipiat, & conſiderari debet, quæ primā quaſtionem facit, intentio: ſimplex, Occidit Saturninum Rabirius; Coniuncta, Lege de ſecuriſ commiſſi L. Varenus. Nā C. Varenū occidendo, & Cn. vulnerādo, & Salariū itē occidendo, * cadit. Nā ſic diuerſæ propoſitiones erūt, quod idē de petitionibus dictū ſit. Verū ex coniuncta propoſitione, plures eſſe quaſtiones ac ſtatus poſſunt, ſi aliud negat reus, aliud defendit, aliud iure actio nis excludit. In quo genere agēdi eſt diſpiciendum, quid quoq; loco diluat. ¶ Quod pertinet ad actorē, nō plane diſſentio à Celſo, qui ſine dubio Cicronē eſt ſecutus. Inſtat tamē huic parti ve hemētius, vt putet primo firmū aliquid eſſe ponendum, ſummo firmiſſimū, imbecilliora medio, quia & initio mouēdus ſit iudex, & ſummo impellēdus. ¶ At pro reo plerūq; grauiſſimū quicq; primū mouēdū eſt, ne illud ſpectans iudex reliquorū deſenſioni ſit auerſior. Interim tamē & hoc mutabitur ſi leuiora illa palā falſa erūt, grauiſſimi deſenſio difficilior, vt detracta prius accuſato ribus fide aggrediamur vltimū, iam iudicibus omnia vana eſſe credētibz. Opus erit tamen praſa tione, qua & ratio reddatur dilati criminis, & promittatur deſenſio, ne id quod non ſtatim dilue mus, timere videamur. Antea tæ vitæ crimina plerūq; prima purgāda ſunt, vt id de quo laturus eſt ſententiam, iudex, audire propitiuſ incipiat. Sed hoc quoque pro Vareno Cicero in vltimum diſtulit: non quid frequentiſſime, ſed quid tum expediret, intuitus. ¶ Cum ſimplex intentio erit, videndum eſt, an vnum aliquid reſpondeamus, an plura. Si vnum, in re quaſtionem inſtituamus, an in ſcripto. Si in re, negandum ſit quod obicitur, an tuendum. Si in ſcripto, in qua ſpecie iuris pugna ſit, & in ea de verbis, an voluntate quaeratur. Id ita cōſequemur, ſi intuiti fuerimus quæ ſit lex quæ litem faciat, hoc eſt, qua iudicium ſit conſtitutum. Nam quādam in ſcholasticis ponun tur ad coniungendam modo actæ rei ſeriem, vt pater expoſitum qui agnouerit, ſolutis alimentis recipiat. Minus dicto audientem filium liceat abdicare. Qui expoſitum recepit, imperat ei nup tias locupletis propinqui, ille ducere vult filiam pauperis educatoris. Lex de expoſitis ad effectū pertinet. Iudicium pendet ex lege abdicationis. Nec tamen ſemper ex vna lege quaſtio eſt, vt in art. inuol. His ſpectatis apparebit circa quæ pugna ſit. Coniuncta deſenſio eſt, qualis pro Rabirio, Si occidiſſet, recte feciſſet, ſed non occidit. ¶ Vbi vero multa contra vnam propoſitionem dici mus, cogitandum eſt primum quicquid dici poteſt: tum ex iis quo quicque loco dici expediat or dinandū. In quo non idē ſentio, quod de propoſitionibus paulo antē, quodq; de argumētis proba tionū loco cōceſſi, aliquādo nos incipere à firmioribus. Nā vis quaſtionū crefcere debet, & ad po tētiſſima ab infirmiſſimis peruenire, ſiue ſunt eiſdē generis, ſiue diuerſi. Iuris autē quaſtiones ſol lent eſſe nōnunq; ex aliis atq; aliis cōſiſtationibus, facti ſemper idē ſpectāt, in vtroq; genere ſimilis ordo eſt. ¶ Sed prius de diſſimilibz, ex quibus infirmiſſimū quicq; primū tractari oportet. Ideoq; quaſdā quaſtiones executi donare ſolemus, & cōcedere. Neq; enim trāſire ad alias poſſumus, niſi omiſſis prioribus. Quod ipſum ita fieri oportet, nō vt dānaſſe eas videamur, ſed omiſſiſſe, quia poſ ſimus etiā ſine eis vincere. Procurator alicuiꝰ pecuniā petiꝰ ex ſcenore hæreditario, poteſt incidere quaſtio, an huic eſſe procuratorē liceat. Finge nos poſtq; tractauimus remittere vel etiam cōuinci: quaeretur, an ei cuius nomine litigatur, procuratorē habēdi ſit ius. Diſcedamus hinc quoq; recipit materia quaſtionē: an ille cuius nomine agitur, hæres ſit ſceneratoris, an ex aſſe hæres. Hæc quoq; cōceſſa ſint, quaeretur, an debeatur. Cōtra nemo tā demēs fuerit, vt id quod firmiſſimū duxerit ſe ha bere, remittat, & ad leuiora tranſcēdat. Huic in ſchola ſimile eſt. Nō abdicabis adoptatū: vt hunc quoque, nō virū fortē: vt & fortē: nū quicūque voluntati tuæ nō paruerit, in alia omnia ſubiectus ſit: num propter opinionē: & num propter talē opinionē. Hæc iuris quaſtionum diſſerentia eſt. ¶ In factis autē ad idē tendēcia ſunt plura. Ex quibus aliqua citra ſummā quaſtionē remitti ſolēt, vt ſi ſcum quo furti agitur, dicat, proba te habuiſſe, proba te perdididiſſe, proba te furto perdididiſſe, proba te mea fraude. Priora enim remitti poſſunt, vltimum non poteſt. ¶ Solebam & hoc fa cere præcipue, vt vel ab vltima ſpecie (Nam ea fere eſt, quæ continet cauſam) retrorſum qua rerem vſque ad primam generalem quaſtionem, vel à genere ad extremam ſpeciem deſcenderem, etiam in ſuaſoriis. Vt deliberat Numa, an regnum offerentibus Romanis recipiat. Primum id eſt genus, an regnandum: an in ciuitate aliena, an Romæ: an laturi ſint Romani talem Regem. Si militer & in controuerſiis. Optet enim vir fortis alienam vxorem. Vltima ſpecies eſt, an opta re poſſit alienam vxorem. Generale eſt, an quicquid optauerit, accipere debeat: inde an ex pri uato, an nuptias, an maritum habentem. Sed hoc non quemadmodum dicitur, ita & quaeritur. Pri mū enim occurrit ferē, quod eſt vltimum dicendum, vt hoc, non debes alienam vxorem optare. Ideoq; diuiſionem perdit feſtinatio. Nō oportet igitur offerentibus ſe contentum eſſe. Quaeratur aliquid quod eſt vltra, ſi ne viduam quidem: adhuc plus, ſi nihil ex priuato: vltimum retrorſum, quod idem à capite primū eſt, ſi nihil iniquū. Itaque propoſitione uſa, quod eſt faciliſſimū, cogi

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

Alia præcepta.

Item aliud præceptum.

Diuisio adiuvat inuentione & deletu eius præstat.

Vtri parti prius dicendum.

De occultioribus quaestionibus.

Exemplo docet utilitas speciositas in delictis quaestionibus præponenda esse.

temus, si fieri potest, quid naturale sit primum responderi. Id si tanquam res agatur, & nobis ipsis respondendi necessitas sit, intueri voluerimus occurrit. Si id non cõtigerit, seponamus id quod primum se obtulerit, & ipsi nobiscum sic loquamur. Quod si hoc non esset, id iterum & tertium, & dum nihil sit reliqui. Itaque inferiora quoque scrutabimur, quæ tractata faciliorem nobis iudicem in summa quaestione facient. ¶ Non dissimile huic est & illud præceptum, vt à communibus ad propria veniamus. Ferè enim cõmunia generalia sunt. Cõmune est, tyrannum occidit: proprium, Viriatum tyrannum occidit, mulier occidit, vxor occidit. ¶ Solebã & excerpere quid mihi cū aduersario cõueniret, si modo id pro me erat: nec solum premere confessionem, sed partiendo multiplicare: vt in illa controuersia, Dux qui competitorem patrem in suffragiis vicerat captus est. Euntes ad redimendum eum Legati, obuium habuerunt patrem reuertentem ab hostibus: is Legatis dixit, sero itis. Excusserunt illi patrem, & aurum in sinu eius inuenerunt, ipsi perseverauerunt ire quod intenderat, inuenerunt ducem crucifixum, cuius vox fuit, Caute proditor: Reus est pater. Quæ conueniunt? proditio nobis prodita est, & prodita à duce, quarimus proditorē, te iisse ad hostes fateris, & iisse clam, & ab his incolumem redisse, aurum retulisse, & aurum occultum habuisse. Nam quod fecit, id non nunquam potētius fit in propositione: quæ si animos occuparit, prope aures ipsi defensionis præcluditur. In totum autē cõgregatio criminum accusantē adiuvat, separatio defendētē. ¶ Solebã id, quod fieri & in argumentis dixi, in tota facere materia, vt propositis extra quæ nihil esset omnibus, deinde cæteris remotis, solum id superesset quod credi volebã: vt in præuicationum criminibus vt absoluatur reus, aut innocentia ipsius sit, aut interueniente aliqua potestate, aut vi, aut corrupto iudicio, aut difficultate probationis, aut præuicatione. Nocentē fuisse cõfiteris, nulla potestas obstitit, nulla vis, corruptum iudiciū non queris, nulla probandi difficultas fuit: quid superest, nisi vt præuicatio fuerit? Si omnia amoliri non poterā, tamen plura amoliebar. Hominem occisum esse cõstat, nō in solitudine, vt à latronibus suspicer, nō prædæ gratia, quia inspoliatus est: non hereditatis spe, quia pauper fuit. Odiū igitur in causa, quis inimicus? ¶ Quæ res autē faciliorem diuisioni viā præstat, eadē inuentioni quoque; excutere quicquid dicitur, potest: & velut reiectione facta ad optimū peruenire. Accusatur Milo, quod Clodium occiderit: aut fecit, aut non. Optimū erat negare: si nō potest, occidit. Ergo aut iure, aut iniuria. Vtique iure, aut voluntate igitur aut necessitate. Nā ignorantia prætendi non potest. Volūtas anceps est. Sed quia ita id homines putant, adiungenda defensio, vt id pro rep. fuerit. Necessitate, subita igitur pugna, nō præparata: alter igitur insidiatus est. Vter? profecto Clodius. Vidēsne vt ipsa rerū necessitas deducat ad defensionem? Adhuc, aut utique voluit occidere insidiatorē Clodium, aut non. Tutius si noluit. Fecerunt ergo serui Milonis neque iubente neque sciente Milone. At hæc tam timida defensio detrahit auctoritatem illi, qua recte dicebamus occisum. Adicietur: Quod suos quisque seruos facere voluisset. Hoc eo est vtilius, quod sæpe nihil placet, & aliquid dicendum est. Intueamur ergo omnia, ita apparebit, aut id quod optimū est, aut id quod minime malū. ¶ Propositione aliquando aduersarii vtendum, & esse nonnunquam cõmune eā suo loco dictū est. ¶ Multis millibus versuum scio apud quosdā esse quaesitū, quomodo inueni remus vtra pars deberet prior dicere, quod in foro, vel atrocitate formularū, vel modo petitionū, vel nouissime sorte diiudicatur. In schola quaeri nihil attinet, cū in declamationibus iisdē narrare, & cõtradictiones soluere tam ab actore, quā à possessore cõcessum sit. Sed in plurimis controuersiis ne inueniri quidē potest, vt in illa. Qui tres liberos habebat, oratorē, philosophū, & medicū, testamento quatuor partes fecit, & singulas singulis dedit: vnā eius esse voluit, qui esset vtilissimus ciuitati. Contendūt quis primus dicat, incertum est, propositio tamē certa. Ab eo enim cuius personam tuebimur, incipiendum erit. ¶ Et hæc quidē de diuidendo in vniuersum præcipi possunt. At quo modo inueniemus etiā illas occultiores quaestiones? scilicet quo modo sententias, verba, figuras, colores, ingenio, cura, exercitatione. Nō tamen ferè vnquam nisi imprudētē fugerint, si (vt dixi) naturā sequi ducē velit. Sed plerique eloquentiæ famā affectantes contenti sunt locis speciosis modo, vel nihil ad probationē cõferentibus. Alii nihil vitātes, ea quæ in oculos incurrunt, exquirenda putāt. Quod quo facilius appareat, vnā de schola controuersiam non ita sane difficilē, aut nouam proponam in exemplum. Qui reo proditoris patri non affuerit, exhaeres sit. Proditionis dānatus cum aduocato exulet. Reo proditoris patri disertus filius affuit, rusticus non affuit, damnatus abiit cum aduocato in exilium. Rusticus cum fortiter fecisset, præmii nomine impetrauit restitutionē patris & fratris. Pater reuersus intestatus decessit, petit rusticus partē bonorum, orator totum filii vindicat. Hic illi eloquentes, quibusque nos circa lites raras sollicitiores ridiculi videmur, inuadent personas fauorabiles. Actio pro rustico contra disertum, pro viro forti contra imbellem, pro restitutore contra ingratum, pro eo qui parte contentus sit, contra eum qui fratri nihil dare ex partibus velit. Quæ omnia sunt in materia, & multum iunant, victoriam tamen nō tradunt. In hac

quærētur sententiæ, si fieri poterit, præcipientes vel obscuræ. Nam ea nūc virtus est, & pulchre fuerit cum materia tumultu & clamore trāfactum. Illi vero quibus propositum quidem melius, sed cura in proximo est, hæc velut innatantia videbunt, exculatum esse rusticum, qui non interfuerit iudicio, nihil collaturus patri, sed ne disertum quidem habere quod imputet reo, cum is dānatus sit. Dignum esse hæreditate reſtitutorē, non avarū, impiū, ingrātum, qui diuidere nolit cum fratre, eoque sic merito. Quæſtionē quoq; illā primā scripti & volūtatis, qua nūc expugnata, nō sit quæribus locus. At qui naturā sequetur, illa cogitabit, primo hoc dicturū rusticū. Pater intestatus duos nos filios reliquit, partē iure gētiū peto. Quis tā imperitus? quis tā procul à literis? quin sic incipiat, etiā si nescierit quid sit propositio? Hanc cōmunē omniū legē leuiter adornabit, vt iustā. Nempe sequetur, vt quæramus quid huic tā æque postulationi respōdeatur. At id manifestū est. Lex est, quæ iubet exhæredē esse eū, qui patri proditiōis reo nō affuerit, tu autē nō affuisti. Hanc propositiōnē necessariō sequitur legis laudatio, & eius qui nō affuerit, vituperatio. Adhuc versamur in confessis, redeat animus ad petitorē: nunquid non hoc cogitet necesse est, nisi quis sit plane hebes? Si lex obstat, nulla lis est, inane iudiciū est, atqui & legē esse, & hoc q̄ puniat, a rustico factū extra dubitationē est. Quid ergo dicemus? Rusticus erā. Sed lex erat, omnes cōplectitur, nihil proderit. Quæramus ergo, num infirmari in aliqua parte lex possit. Quid aliud (sæpius dicam) natura permittit, quā vt cū verba contrā sint, de voluntate quærat? Generalis igitur quæſtio, verbis an voluntate sit standū. Sed enim in cōmune de iure omni disputādū semper, nec vnquam satis iudicatum est. Quæredū igitur in hac ipsa, qua cōsistimus, an aliquid inueniri possit, quod scripto aduerſetur. Ergo quisquis non affuerit, exhæres erit? quisquis sine exceptione? Iā se illa vel vltro offerent argumenta. Filius infans & æger non affuit, & qui aberat, & qui militabat, & qui in legatione erat. Iam multum acti est, posset aliquis non affuisse, & hæres esse. Transeat nūc idem ille qui cogitauit, vt ait Cicero, tibicinis Latini modo ad disertum. Vt ista concedā, tu nec infans es, nec æger eras, nec abfuisti, nec militasti. Non aliud occurrit quā illud, Sed rusticus sum. Contra quod palām est, dicet. Vt agere non potueris, assidere potuisti. Et verum est, quare redeundum est rustico ad animum legumlatoris. Impietatem punire voluit, ego autem impius non sum. Contra quæ disertus. Tu impie fecisti, inquit, cum exhæredationem meruisti, licet te postea, vel pœnitentia, vel ambitus ad hoc genus optionis adduxerit. præterea propter te dānatus est pater. Videbaris enim de causa pronūciasse. Ad hæc rusticus, Tu vero in causā dānationis fuisti. Multos offenderas, inimicitias domui cōtraxeras. Hæc coniecturalia. Illud quoq; quod coloris loco rusticus dicit, patris fuisse tale consilium, ne vniuersam domum periculo subiiceret. Hæc prima quæſtione scripti & volūtatis continentur. Intēdamus vltā animum, videamūſque an aliquid inueniri præterea possit, quo id modo fiat. Sedulo imitor quærentem, vt quærere doceam, & omisso speciosiore illo stili genere ad vtilitatem me summō discendum. Omnes adhuc quæſtiones ex persona petitoris ipsius duximus: Cur non aliquid circa patrem quærimus? Dictum vero est, cui quis non affuerit, exhæres erit. Cur non conamur & hic quærere, num cuicumque non affuerit? Facimus hoc sæpe in iis controuersis, in quibus petuntur in vincula, qui parentes suos non allunt, an eum qui testimonium in filium impietatis reum dixit, an eum qui filium lenoni vendidit? In hoc de loquimur patre, quid apprehendi potest? Damnatu est. Nunquid igitur lex ad absolutos tantum patres pertinet? dura prima fronte quæſtio. Non desperemus, credibile est hoc voluisse legumlatorem, ne auxilia liberorum innocentibus deessent. Sed hoc dicere rustico verecundum est, quia innocentem fuisse patrem fatetur. Dat aliud argumentum controuersia. Damnatu proditiōis cum aduocato exulet. Vix videtur posse fieri, vt pœna filio eadem patri, & si affuerit, & si non affuerit, constituta sit. Præterea lex ad exules nulla pertinet, Non ergo credibile est de non aduocato damnari scriptum. An possint enim bona esse vlla exulis, rusticus in vtraque parte dubiū facit. Disertus & verbis inhærebit, in quibus nulla exceptio est, & propter hoc ipsum pœnam esse constitutam eis, qui non affuerint, ne periculo exilii deterreantur ab aduocatione, & rusticum innocentem non affuisse dicet. Illud protinus non indignum quod annotetur, posse ex vno statu duas generales fieri quæſtiones. An quisquis, an cuicumque. Hæc ex duabus personis quæſta sunt. Et tertia autem, quæ est aduerſarii, nulla oriri quæſtio potest: quia nulla sit ei de sua parte controuersia. Nondum tamen cura deficiat. Ista enim omnia dici possent, etiam nō restituto patre. Nec statim eo tendamus, quod occurrit vltro, a rustico restitutum. Qui id subtiliter quæret, aliquid spectabit vltā. Nam vt genus species sequitur, ita speciem genus præcedit. Fingamus ergo ab alio restitutum, ratiocinatiua atq; collectiua quæſtio oritur an restitutio pro sublatione iudicii sit, & perinde valeat, ac si iudiciū non fuisset. Vbi tentabit rusticus dicere, ne impetrare quidem aliter potuisse suorum restitutionem vno præmio, nisi patre perinde ac si accusatus

non esset, reuocato. quæ res aduocati quoque pœnam tanquàm is non assuisset, remisit. Tum venimus ad id quod primum occurrebat, à rustico restitutum esse patrem. Vbi rursus ratiocinamur, an restitutor accipi debeat pro aduocato, quando id præstiterit, quod aduocatus petiit, nec improbum sit pro simili accipi quod plus est. Reliqua iam æquitatis sunt, vtrius iustus sit desiderium. Id ipsum adhuc diuiditur, etiam si vterque sibi totum vendicaret, nunc utique cum alter se missem, alter vniuersa fratre excluso. Sed his tractatis etiam habet magnum momentum apud iudices patris memoria, cum præsertim de bonis eius quærat. Erit ergo coniectura, qua mente patet intestatus decesserit. Sed ea pertinet ad qualitatem, quæ alterius status instrumentum est. Plerumque autem in fine causarum de æquitate tractabitur, quia nihil libentius iudices audiunt, Aliquando tamen hunc ordinem mutabit utilitas, ut si in iure minus fiducia erit, æquitate iudicem præparemus. Nihil habui amplius, quod in vniuersum præcipere. Nunc eamus per singulas causarum iudicialium partes, quas ut persequi ad vltimam speciem, id est, ad singulas lites controuersiasque non possum, ita de generalibus scribere licet, ut quæ in quem statum frequentissime incidunt, tradam. Et quia natura prima quæstio est, factum ne sit, ab hac exordiar.

DE CONIECTURA.

CAP. III.

*Coniectura
diuisio, cuius
primum ge-
nera ostendit,
deinde docet
quomodo tractanda
sit. Genera
facit tria,
facti, animi,
rerum.*

C

Coniectura omnis aut de re, aut de animo est. Vtriusque tria tempora, præteritum, præsens, futurum. De re, & generales quæstiones sunt, & definitæ, id est, & quæ non continentur, & quæ continentur. De animo quæri non potest, nisi ubi persona est, & de facto constat. Ergo cum de re agitur, aut quid factum sit, in dubium venit, aut quid fiat, aut quid sit futurum. Ut in generalibus, An atomorum concursu mundus sit effectus. an providentia regatur. an sit aliquando casurus. In definitis, an parricidium commiserit Roscius. An regnum affectet Manlius. An recte Verrem sit accusaturus Q. Cæcilius. In iudiciis præteritum tempus maxime valet. Nemo enim accusat, nisi quæ facta sunt. Nam & quæ fiant, & quæ futura sint, ex præteritis colliguntur. Quæritur & unde quid ortum, ut pestilentia, an ira deum, an intemperie cœli, an corruptis aquis, an noxio terræ halitu. Et quæ causa facti, ut quare ad Troiam quinquaginta Reges nauigauerint, iureiurando adacti, an exemplo moti, an gratificantes Atridis. Quæ duo genera non multum inter se distant. Ea vero quæ sunt præsentis temporis, si non argumētis, quæ necesse est præcessisse, sed oculis deprehendenda sunt, non egent coniectura, ut si apud Lacedæmonios quærat an Athenis muri fiant. Sed & illud potest videri extra hoc propositum coniecturæ genus, cum de aliquo homine quæritur quis sit, ut est quæsitum contra Vrbiniæ hæredes, si is qui tanquàm filius petebat bona, Figulus esset, an Sospiter. Nam & substantia eius sub oculis venit, ut non possit quæri, an sit. Quomodo ultra oceanum, nec quid sit, nec quale sit, sed an quid sit. Verum hoc quoque genus litis ex præterito pendet. An hic sit ex Vrbiniæ natus Clusinius Figulus. Fuerunt autem tales nostris etiam temporibus controuersia, atque aliquæ in meum quoque patrocinium inciderunt. Animi coniectura non dubie in omnia tempora cadit. Qua mente Ligarius in Africa fuerit. Qua mente Pyrrhus fœdus perat. Quomodo laturus sit Cæsar, si Ptolemæus Pompeium occiderit. Quæritur per coniecturam & quantitas & qualitas circa modum, speciem, numerum. An sol maior quam terra. Luna globosa, an plana, an acuta. Vnus mundus, an plures. Itemque extra naturales quæstiones, Maius bellum Troianum an Peloponnesiacum. Qualis clypeus Achillis. An vnus Hercules. In iis autem quæ accusatione ac defensione constant, vnum est genus, in quo quæritur & de facto & de auctore. Quod interim coniunctam quæstionem habet, & vtrumque pariter negatur: interim separatam, cum & factum sit, nec ne: & si de facto constat, à quo factum sit ambigitur. Ipsum quoque factum aliquando simplicem quæstionem habet, an homo perierit. Aliquando duplicem, veneno an cruditate perierit. Alterum est genus de facto tantum, cum si id certum sit, non potest de auctore tantum dubitari. Tercium de auctore tantum, cum factum constat, sed à quo factum sit, in controuersiam venit. Et quod tertio loco posui, non est simplex. Aut enim reus fecisse tantummodo se negat, aut alium fecisse dicit. Sed ne in alterum quidem transferendi criminis vna forma est. Interdum enim substituitur mutua accusatio, quam Greci ἀντικατηγορίαν vocant, nostrorum quidam cōcertatiuam. Interdum in aliquam personam, quæ extra discrimen iudicii est, traßertur, & alias certam, alias incertam. Et cū incertam, aut in extraneam, aut ipsius, qui periit voluntatem. In quibus similis atque in ἀντικατηγορίαν, personarum, causarum, cæterorum comparatio est. ut Cicero pro Vareno, in familiam Ancharianam: pro Scauro, circa mortem Hostiaris in matrem auertens crimen, facit. Est etiam illud huic contrarium comparationis genus, in quo vterque à se factum esse dicit, & illud in quo non personæ inter se, sed ipsæ res colliduntur, id est, non vter fecerit, sed vtrum factum sit. Cum de facto & de auctore constat, de animo quæri potest. Nunc de singulis, cum

*CONIE-
tura in iudi-
ciis, quæ est
triplex, de
auctore &
facto simul,
de animo tan-
tum, & de
auctore tan-
tum, ex quo
sepe ἀντικα-
τηγορία na-
scitur.*

pariter utrumque negatur, hoc modo. Adulterium non commisi. Tyrannidem non affectavi. In cædis ac veneficii causis frequens illa diuisio, non est factum, & si est factum, ego non feci. Sed cum dicimus, proba hominem occisum, accusatoris tantum partes sunt: à reo nihil dici contra, præter aliquas fortasse suspensiones, potest, quas spargere quammaxime variè oportebit: quia si vnum aliquid affirmaris, probandum est, aut causa periclitandum. Nam ut cum inter id quod ab aduersario, & id quod à nobis propositum est, quaeritur, videtur utique alterum verum, ita ex aduerso vnum est quo defendimur, reliquum est quo premimur. At cum quaerimus de ambiguis signis crudelitatis & veneni, nihil tertium est. Ideoque utraque pars, quod proposuit tuetur. Interim autem ex re quaeritur, veneficium fuerit, an cruditas, cum ex ipsa aliqua citra personam quoque argumenta ducuntur. Refert enim conuiuium præcesserit an tristitia, labor an ocium, vigilia an quies. Actas quoque eius qui perierit, discrimen facit. Interest subito defecerit, an longiore valetudine consumptus sit. Liberior adhuc in utraque partem disputatio, si tantum subita mors in quaestione venit. Interim ex persona probatio rei petitur, ut propterea credibile sit venenum fuisse, quia credibile est ab hoc factum veneficium: vel contra. Cum vero de reo & de facto quaeritur, naturalis ordo est, prius factum esse accusator probet: deinde à reo factum. Si tamen plures in personam probationes habuerit, conuertet hunc ordinem. Defensor autem prius negabit esse factum, quia si in hac parte vicerit, reliqua non necesse habet dicere. Victo superest, ut tueri se possit. Illic quoque ubi de facto tantum controuersia est, quod si probetur, non possit de auctore dubitari, similiter argumenta & ex persona, & ex re ducuntur, sed in vnam facti quaestionem: sicut in illa controuersia (utendum est enim & his exemplis, quæ sunt dicentibus magis familiaria) Abdicatus medicinae studuit, cum pater eius ægrotaret, desperantibus de eo cæteris medicis, adhibitus, sanaturum se dixit, si is potionem à se datam bibisset. Pater acceptæ potionis epota parte dixit venenum sibi datum, filius quod reliquum erat, exhaustit, pater decessit, ille parricidii reus est. Manifestum quis potionem dederit, nulla quaestio de auctore, tantum an fuerit venenum ex argumentis à persona ductis colligetur. ¶ Superest tertium, in quo factum esse constat aliquid, à quo sit factum quaeritur. eius rei superuacuum est ponere exemplum, cum plurima sint huiusmodi iudicia, ut si hominem occisum esse manifestum est, vel sacrilegium commissum: is autem qui arguitur fecisse neget. Ex hoc nascitur ἀντικλήσις. Utrique hoc factum esse conuenit: quod duo inuicem obiciunt. In quo quidem genere causarum admonet Celsus fieri id in foro non posse, quod neminem ignorare arbitror. De vno enim reo consilium cogitur, & si qui sunt qui inuicem accusent, alterum iudicium præferre necesse est. Apollodorus quoque ἀντικλήσις duas esse controuersias dixit: & sunt reuera secundum forense ius duæ lites. Potest tamen hoc genus in cognitionem venire Senatus, aut principis. Sed in iudicio quoque nihil interest actionum, utrum simul de utroque pronuncietur, an de vno seorsum. Quo in genere semper prior debet esse defensio. Primum, quia natura potior est salus nostra quam aduersarii perniciēs. Deinde, quod plus habebimus in accusatione auctoritatis, si prius de innocentia nostra constiterit. Postremo, quod ita demum duplex causa erit. Nam qui dicit, ego non occidi, habet reliquam partem, ut dicat, tu occidisti. At qui dicit, tu occidisti, superuacuum habet postea dicere, ego non occidi. ¶ Hæ porro actiones constant comparatione, ipsa comparatio non vna via ducitur. Aut enim totam causam nostram cum tota aduersarii causa componimus, aut singula argumenta cum singulis. Quorum utrum sit faciendum, non potest nisi ex ipsius litis utilitate cognosci, ut Cic. singula pro Vareno comparat in primo crimine. Est enim superior, cum persona alieni cum persona matris temerè comparetur. Quare optimum est, si fieri poterit, ut singula vincantur à singulis. Sed si quando in partibus laborabimus, vniuersitate pugnandum est: sit inuicem accusant, siue crimen reus citra accusationem in aduersarium vertit, ut Roscius in accusatores suos, quauis reos non fecisset, siue in ipsos quos sua manu periisse dicemus, factum deflectitur: non aliter quam in iis quæ mutuam accusationem habent, utriusque partis argumenta inter se componantur. Id autem genus, de quo nouissime dixi, non solum in scholis sapè tractatur, sed etiā in foro. Nam id est in causa Næuii Apruniani solum quaesitum, præcipitata ne esset ab eo vxor, an se ipsa sua sponte iecisset. Cuius actionem equidem solam in hoc tempus emiseram, quod ipsum fecisse seductum iuuenili cupiditate gloriæ fateor. Nam cæteræ quæ sub nomine meo feruntur, negligentia excipientium in quaestum notariorum corruptæ minimam partem mei habet. ¶ Est & alia duplex coniectura, huic ἀντικλήσις non diuersa, de præmiis: ut in illa controuersia, Tyrannus suspicatus à medico suo datum sibi venenum torfit eum, & cum id dedisse se negaret, accersit alterum medicum, ille datum ei venenum dixit, sed se antidotum daturum, & dedit ei potionem, qua epota tyrannus decessit. De præmio duo medici contendunt. Nam ut illic factum in aduersarium transferrent, ita hic sibi vendicant, personam, causam, facultates, tempora, instrumenta, testimonia

Mutua accusatio, in qua semper prior debet esse defensio, item & comparatio argumentorum adhibenda.

comparantur. Illud quoque, & si non est *ἀντικείμενον*, simili tamen ratione tractatur, in quo citra accusationem quaritur, vtrum factum sit. Vtraque enim pars expositionem suam habet, atque eam tuetur, vt in lite Vrbiana, petitor dicit, Clusinium Figulū filiū Vrbiniæ acie victa, in qua steterat, fugisse: iactatūque casibus variis, retentū etiam à rege, tandem in Italiam ac patriā suā Marginos venisse, atque ibi agnoscī. Pollio contra, seruissē eum Pisauri dominis duobus, medicinam facitasse, manumissum alienæ se familiæ vanalem immiscuisse, ac rogantē vt eis seruiret emptum. Nōne tota lis constat duarum causarū cōparatione, & cōiectura duplici atque diuersa? Quæ autem accusantium atque defendentiū, eadem petentium & inficiantiū ratio est.

CONIE-
cturæ tra-
ctatio, quæ
continetur
tribus capi-
tulis.

AN VO-
luerit, in quo
spectantur
personæ, cau-
sæ, consilia.

Personæ.

¶ Dicitur coniectura primū à præteritis. In his sunt personæ, causæ, consilia. Nam is ordo est: vt facere voluerit, potuerit, fecerit. Ideoque intuendū ante omnia, qualis sit de quo agitur. Accusatoris autem est efficere, vt si quid obiecerit, nō solum turpe sit, sed etiam crimini, de quo est iudicium, quāmaxime cōueniat. Nā si reum cædis impudicū vel adulterum vocet, lædat quidem infamia: minus tamen hoc ad fidem valeat, quā si audacem, petulantem, crudelem, temerarium ostenderit. Patrono si fieri poterit, id agendum est, vt obiecta vel neget, vel defendat, vel minuat. Proximum est, vt à præsentī quæstione separet. Sunt enim pleraque non solum dissimilia, sed etiam aliquando contraria, vt si reus furti, prodigus dicatur aut negligens. Neque enim videtur in eundem & contemptus pecuniæ, & cupiditas cadere. Si deerunt hæc remedia, ad illa declinandum est, non de hoc quæri, nec eum qui aliquando peccauerit, vtique cōmisisse omnia, & hanc fiduciam fuisse accusatoribus falsā obiciendi, quod læsum & vulneratum reum sperauere hac inuidia opprimi posse. Alia propositio est accusatoris, contra quam loci oriuntur sæpè à personā, & interim generaliter. Incredibile esse à filio patrem, ab vxore virum occisum, ab Imperatore proditam hostibus patriam. Facile respondetur, vel quod omnia scelera in malos cadant, ideoque sæpè deprehensa sint, vel quod indignū sit, crimina ipsa atrocitate defendi. Interim propriè quod est variū. Nam dignitas & tuetur reum, & nonnunquam ipsa in argumentū facti conuertitur, tanquā inde fuerit spes impunitatis: sed perinde paupertas, humilitas, opes, vt cuique ingenio vis est, in diuersum trahuntur. Probi vero mores, & antea actæ vitæ integritas nūquam non plurimū profuerint. Si nihil obicietur, patronus quidem in hoc vehementer incumbet. Accusator autem ad præsentem quæstionem de qua sola iudicium sit, cognitionem alligabit, dicens neminem non aliquando cœpisse peccare, nec per *ἡμετέρας* ducendum scelus primum. Hoc in respondendo. Sic autem præparabit actione prima iudicum animos, vt noluisse potius obicere, quā non potuisse credatur. Eoque satius est omni se antea actæ vitæ abstinere cōiugio, quā leuibus, aut friuolis, aut manifesto falsis reum incesse, quia fides cæteris detrahitur: & qui nihil obicit, omisisse credi potest maledicta tanquā superuacua: qui vana congerit, confitetur vanum in antea actis argumentū, in quibus vinci quæ tacere maluerit. Cætera quæ à personis duci solent, in argumentorum locis exposuimus.

Causæ.

¶ Proxima est ex causis probatio, in quibus hæc maxime spectantur, ira, odium, metus, cupiditas, spes. Nam reliqua in has species cadunt, quorum si quid in reum conueniet, accusatoris est efficere, ad quicquid faciendū causæ valere videatur, easque quas in argumentū sumet, augere. Si minus, illuc conferenda est oratio, aut aliquas fortasse latentes fuisse, aut nihil ad rem pertinere cur fecerit, si fecit: aut etiā dignius esse odio scelus, quod non habuerit causam. Patronus vero quoties poterit, instabit huic loco, vt nihil credibile sit factum esse sine causa. Quod Cicero vehementissime multis orationibus tractat: præcipuè tamen pro Vareno, qui omnibus malis premebatur: nam & damnatus est. At si proponitur cur factum sit, aut falsam causam aut leuem aut ignotam reo dicet. Possunt esse aliqua: interim ignota: an heredem habuerit: an accusatoris fuerit eum, à quo dicitur occisus. Si alia defecerint, non vtique spectandas esse causas. Nā quem posse reperiri, qui non metuat, oderit, speret? Plurimos tamen hæc salua innocentia facere. Neque illud est omittendū, non omnes causas in omnibus personis valere. Nam vt alicui sit furandi causa paupertas, non erit idem in T. Curio Fabritioque momentum. De causa prius an de persona dicendum sit, quaritur: varièque est ab oratoribus factum, a Cicerone etiam prælatæ frequentissime causæ. Sed mihi si sine vllis litis conuicio proponeretur, secundū naturā videtur incipere a persona. Nam hoc magis generale est, rectiorque diuisio, aut in nullo crimen credibile, aut in hoc. Potest tamē idipsum, sicut pleraque, uertere utilitas. Nec tantū causæ uoluntatis sunt quarēdæ, sed interim & erroris, ut ebrietas & ignorantia. Nam hæc ut in qualitate crimen eleuant, ita in coniectura premunt. Et persona quidem nescio an unquam utique in uno actu rei possit incidere, de qua neutra pars dicat, de causis frequenter quæri nihil attinet, ut in adulteriis, in furtis, quia illas per se ipsa crimina secum habent. ¶ Post hæc intuenda videntur & consilia, quæ latè patent, an credibile sit reum sperare id à se scelus effici posse, an ignorari cum fecisset, an etiam si ignoratum non esset, absolui,

Consilia.

vel poena leui transigi, vel tardiore, vel ex qua minus incommodi consecuturus, q̄ ex facto gaudii videretur, an etiam tanti putauerit poenā subire. Post hæc an alio tempore, & aliter facere, vel facilius, vel securius potuerit, vt dicit Cicero pro Milone enumerans plurimas occasiones, quibus ab eo Clodius impunè occidi potuerit. Præterea cur potissimū illo loco, illo tempore, illo modo sit aggressus, qui & ipse diligentissime tractatur pro eodem locus. An etiā si nulla ratione ductus est, impetu raptus sit; & abiq; sententia. Nam vulgo dicitur, Scelera non habere consiliū. An etiā consuetudine peccandi sit allectus. ¶ Excussa prima parte an voluerit, sequitur an potuerit. Hic tractatur locus, tēpus: vt fortū in loco clauso vel recluso, frequenti vel solo: tēpore vel diurno cū testes plures, vel nocturno cum maior difficultas. Inspiciuntur vtique difficultates & occasiones, quæ sunt plurimæ, ideoq; exemplis non egent. Hic sequēs locus talis est, vt si fieri nō potuit, sublata lis sit: si potuit, sequatur quæstio, an fecerit. Sed hæc etiam ad animi coniecturam pertinent, nam & ex his colligitur an sperauerit. Ideo spectari debent & instrumenta, vt Clodii ac Milonis comitatus. ¶ Quæstio an fecerit, incipit à secundo tempore, id est præsentī, ac deinde cōiuncto, hoc est insequenti, quorū sunt sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, similia. His accedunt signa, de quibus tractatū est. Verba etiā & facta, quæq; antecesserunt, quæq; insecuta sunt. Hæc aut nostra sunt aut aliena. Sed verba magis nocent, aut minus: magis nocent, & minus profunt nostra q̄ aliena, magis profunt & minus nocent aliena q̄ nostra. Facta autem interim magis profunt nostra, interim aliena, ut si quid quod pro nobis sit, aduersarius fecit. Semper vero magis nocent nostra q̄ aliena. Est & illa in verbis differentia, quod aut aperta sunt, aut dubia, seu nostra, seu aliena sunt. Infirmiora in vtrunq; sint necesse dubia, tamen nostra sapē magis nocent, vt in illa controuersia. Interrogatus filius vbi esset pater, dixit, vbi cunq; est viuit, at ille in puteo mortuus est inuentus. Aliena quæ sunt dubia, nunquam possunt nocere, nisi aut incerto auctore, aut mortuo. Nocte audita est vox, Cauete tyrannicidam. & interrogatus, cuius veneno moreretur: respondit, Non expedit tibi scire. Nam si est qui possit interrogari, soluet ambiguitatem. Cum autem dicta factaque nostra defendi solo animo possint, aliena variè refutantur. ¶ De vno quidem maxime genere coniecturalium controuersiarū locuti videmur, & in omnes aliquid de his cadit. Nam depositi furti, creditæ pecuniæ, & à facultatibus argumenta veniunt, an fuerit quod deponeretur: & à personis, an illum deposuisse apud hunc, vel huic credidisse credibile sit, an petitem calumniari, an reum inficiatorem esse, uel furem. Sed etiam in furti reo sicut in cadis, quæritur de facto & de auctore. Crediti & depositi duæ sunt quæstiones, sed nonnunquam iunctæ, an datum sit an redditum. Habent aliquid proprii, adulterii causæ, quod plerunq; duorum discrimen est, & de vtriusque vita dicendum: quanquam & id quæritur an vtrunq; pariter defendi oporteat. Cuius rei consilium nascetur ex causâ. Nam si adiuuabit pars altera, coniungam: si nocebit, separabo. Ne quis autem mihi putet temerè excidisse, quod plerunq; duorum crimen esse adulterium, non semper dixerim: potest accusari sola mulier incerti adulterii. Munera domi inuēta sunt: pecunia, cuius auctor non extat: codicilli, dubium ad quem scripti. In falso quoq; ratio similis. Aut enim plures in culpam vocantur, aut vnus. Et scriptor quidem semper tueri signatorem necesse habet, signator scriptorem non semper, nam & decipi potuit. Is autem qui hos adhibuisse, & cui id factum dicitur, & scriptorē & signatores defendet. Idem argumentorū loci in causis proditiōis, & affectatæ tyrannidis. Verum illa scholarum consuetudo ituris in forum potest nocere, quod omnia quæ in themate non sunt, pro nobis ducimus. Adulterium obiicis, quis testis? quis index? quod precium? quis conscius? Venenum, vbi emi? à quo? quando? quanti? per quem dedi? Pro reo tyrannidis affectatæ, vbi sunt arma? quos contraxi satellites? Neque hæc nego esse dicēda, & ipsis vtendum pro parte suscepta. Nam & in foro siquando aduersarius probare non poterit, desiderabo. Sed in foro tantum illam facultatem olim desiderauimus, vbi non ferè causa agitur, vt non aliquid ex his, aut plura ponantur. Huic simile est, quod in epilogis quidam, quibus uolunt, liberos, nutrices, parentes accommodant: nisi quod magis concesseris ea, quæ non sint posita, desiderare quàm dicere. ¶ De animo quomodo quærat, satis dictū est, cum ita diuiserimus, an voluerit, an potuerit, an fecerit. Nam qua via tractatur an voluerit, eadem, quo animo fecerit. Id enim est, an male facere voluerit. Ordo quoque rerum, aut affert, aut detrahit fidem, multo scilicet magis res prout congruunt, aut repugnant. Sed hæc nisi in ipso complexu causarum nonprehenduntur. Quærendum tamen semper quid cuiq; connectatur, & quid cuiq; consentiat.

AN PO-
tuerit.AN FE-
cerit.Depositifur-
ti, creditæ
pecuniæ
quæstiones.Animi con-
iectura.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

DE FINITIONE,

CAP. IIII.

Equitur coniecturam finitio. Nam qui non potest dicere nihil fecisse, proximū habebit, vt dicat, non id fecisse quod obiciatur. Itaque plerunque legibus iisdem quibus coniectura versatur, defensionis tantū genere mutato, vt in furtis, depositis, adulteriis. Non enim quemadmodū dicimus, non feci furtū, non accepi depositum, non cōmisi adulterium: ita, non est hoc furtum, non est hoc depositū, non

Finitio quid sit & ubi adhibenda.

est hæc mutuatio, nō est hoc adulteriū. Interim à qualitate ad finitionem descēditur, vt in actionibus dementia, malæ tractationis, reip. læsæ. In quibus si recte facta esse quæ obiciuntur, dici non potest, illud succurrit, non est hoc demētē esse, male tractare, temp. lædere. ¶ Finitio igitur est rei propositæ propria & dilucida & breuiter cōprehensa verbis enunciatio. Cōstat maximē, sicut est dictum, genere, specie, differentibus, propriis, vt si finias equum (noto enim maximē vt exemplō) Genus est animal: Species, mortale: Differentia, irrationale. Nam & homo mortale erat. Proprium, hinniens. ¶ Hæc adhibetur orationi pluribus causis. Nam tum est certū de nomine, sed quæritur quæ res ei subiicienda sit: tum res est manifesta, sed de nomine non constat. De re cū dudum est, interim coniectura est, vti quæritur, quid sit deus. Nam qui id neget, deum esse spiritum omnibus partibus immixtum, non hoc dicat falsam esse illius diuinæ naturæ appellationem, sicut Epicurus qui humanam ei formā locūque inter nomines dedit: sed nomine vterque vno utitur, vtrum sit in re, coniectat. Interim qualitas tractatur, ut quid sit rhetorice, Vis persuadendi, an bene dicendi scientia. Quod genus est in iudiciis frequentissimū. Sic enim quæritur, an deprehensus in lupanari cum aliena vxore adulter sit, quia non de appellatione, sed de vi facti eius ambigitur, an omnino peccarit. Nam si peccauit, nō potest aliud esse quàm adulter. ¶ Diuersum est genus, cum controuersia consistit in nomine, quod pendet è scripto, nec versatur in iudiciis, nisi propter verba, quæ litem generant. An qui se interfecit, homicida sit, an qui tyrannū in mortē compulit, tyrannicida, an carmina magorū, veneficiū. Res enim manifesta est, scitūq; non idem esse occidere se, quod alium. Non idem occidere tyrannū, quod cōpellere ad mortem. Non idem carmina ac mortiferā potionem. Quæritur tamen an eodem nomine appellanda sint. ¶ Quamquam autem dissentire vix audeo à Cicero, qui per multos secutus auctores dicit, finitionē esse de eodem, & de altero (semper enim neganti aliquid esse nomen, dicendū quod sit potius) tamen in eandem tres habeo velut species. ¶ Nam interim conuenit sic quærere, an habendum sit adulterium in lupanari. Cum hoc negamus, nō necesse est dicere quid id vocetur, quia totum crimen inficiamur. ¶ Interim quæritur, an hoc furtum, an sacrilegiū: non quin sufficiat non esse sacrilegium, sed quia necesse sit dicere quid sit aliud, quo in loco vtrunque finiendū est. ¶ Interim quæritur in rebus specie diuersis, an & hoc eodem modo sit appelladum, cum res vtrique habeat suū nomen, vt amatoriū, venenum. In omnibus autem huius generis litibus quæritur, an etiam hoc, quia nomen de quo ambigitur, vtiq; in alia re certū est. Sacrilegium est rem sacrā de templo surripere, num & priuatam? Adulteriū cū aliena vxore domi coire, an & in lupanari? Tyrannicidiū occidere tyrannū, an etiam in mortem compellere? Ideoque συλλογισμός, de quo postea dicā, velut infirmior est finitio, quia hac quæritur, an idem sit huius rei nomen, quod alterius: illo, an perinde habenda sit hæc atque illa. ¶ Est & talis finitionum diuersitas, vt quidam sentiant: num idem diuersis verbis cōprehendatur, vt rhetorice bene dicendi scientia, & eadem bene inueniendi, & bene enunciandi, & dicendi secundum virtutem orationis, & dicendi quid sit officii. Atq; prouidendum vt si sensu non pugnant, comprehensione dissentiant. Sed de his disputatur, non litigatur. Opus est aliquando finitione obscurioribus & ignotioribus verbis, vt quid sit clarigatio. Erit & interim notis nomine verbis, vt quid sit penus, quid littus. Quæ varietas efficit, vt eam quidam coniecturæ, quidā qualitati, quidam legitimis quæstionibus subiecerint. ¶ Quibusdā ne placuit quidem omnino subtilis hæc, & ad morem dialecticorū formata conclusio, vt in disputationibus potius per argumenta verborū cauillatrix, q̃ in oratoris officio multum allatura momenti. Licet enim valeat in sermone tantum, vt constrictum in vinculis suis habeat eum, qui responsurus est, & vel tacere, vel etiam intutum id quod sit contrā, cogat fateri, non eadem est tamen eius in causis utilitas. Persuadendum enim iudici est: qui etiam si verbis deuinctus est, tamen nisi ipsi rei accesserit, tacitus dissentiet. Agenti vero quæ tanta est huius præcisæ cōprehensionis necessitas? An si non dixerō, homo est animal rationale, mortale, non potero expositis tot corporis animiq; proprietatibus, latius oratione ducta, uel à diis eum, uel à mutis discernere? Quid? quod nec vno modo diffinitur res eadem, sed latiore, variōque tractatu, vt facit Cicero, vt omnes oratores plerunq; fecerunt. Rarissima enim apud eos reperietur illa ex consuetudine philosophorū ducta seruitus, (est enim certe seruitus) ad certa se verba astringendi: idque faciendū in libris Ciceronis de Oratore

De forma definiendi, quomodo oratori tractanda sit.

vetat

vetat M. Antonius. Nam est etiam periculosum, cum si vno in verbo sit erratum, tota causa cecidisse videamur. Optimaque est illa via, qua utitur Cicero pro Cecinna, ut res proponatur, verba non periclitentur. Etenim recuperatores, non ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum vitamque peruenit, sed etiam multo maior ea, quæ periculo mortis iniecto, formidine animi perterritum loco sapere & certo statu dimouet. Aut cum finitionem præcedit probatio, ut in Philippicis Cicero, Seruium Sulpitium occisum ab Antonio colligit, & in clausula demum ita finit, Is ei profecto mortem attulit, qui causa mortis fuit. Non negauerim tamen hæc quoque, ut expedit causam, esse faciendam. Et si quando firma comprehendere poterit, & breui complexu verborum finitio, esse id tum elegans, tum etiam fortissimum, si modo erit illa inexpugnabilis. ¶ Eius certus ordo est, quid sit, an hoc sit: O R D O
quæstionis,
Quid sit,
An hoc sit:
Et quomodo
utrumque
genus tra-
ctandum. & in hoc ferè labor maior est, ut finitionem cõfirmes, quæ ut in rem finitionem applices. In eo quid sit, duplex opus est. Nam & nostra confirmanda, & aduersæ partis destruenda finitio. Ideoque in schola, ubi nobis ipsis fingimus contradictionem, duos ponere debemus fines, quales utrinque esse optimi poterunt. At in foro prouidendum, num fortè superuacua, & nihil ad causam pertinens: an ambigua, an contraria, an cõmunis sit finitio, quorum nihil accidere, nisi agentis culpa potest. Ut rectè autem finiamus, ita fiet, si prius in animo cõstituerimus, quid velimus efficere. Sic enim commodari ad voluntatem verba poterunt. Atque ut à notissimo exemplo, quo sit res lucidior, non recedamus. Qui priuatam pecuniam de templo surripit, sacrilegii reus est. culpa manifesta. Quæstio est, an huic crimini nomen quod est in lege, conueniat. Ergo ambigitur, an hoc sacrilegium sit. Accusator quia de templo sit surrepta pecunia, utitur hoc nomine. Reus, quia priuatam surripuerit, negat esse sacrilegium, sed furtum fatetur. Actor ergo ita finiet, Sacrilegium est surripere aliquid sacri. Vterque alterius finitionem impugnat. Ea duobus generibus evertitur, si aut falsa est, aut parum plena. Nam illud tertium, nisi stultis non accidit, ut nihil ad quæstionem pertineat. Falsa est, si dicas, Equus est animal rationale. nam est equus animal, sed irrationale. Quod autem commune cum alio est, definit esse proprium. Hic reus falsam dicit esse finitionem accusatoris: Accusator autem non potest dicere falsam rei. Nam est sacrilegium, surripere aliquid sacri. Dicit parum plenam. adiiciendum enim, aut ex sacro. Maximus autem vltus in approbando refellendoque sine propriorum ac differentium, nonnunquam etiam etymologiæ. Quæ tamen omnia, sicut in cæteris, confirmat æquitas: nonnunquam etiam coniectura mentis. Etymologia maximè rara est. Quid enim est aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? Philip. 81. Vnde etiam nomen ductum est tumultus. Circa propria ac differentia magna subtilitas, ut cum quæritur, an addictus, quem lex seruare donec solueat, iubet, seruus sit. Altera pars finit ita, Seruus est, qui est iure in seruitute. Altera, qui in seruitute est eo iure, quo seruus: aut ut antiqui dixerunt, qui seruitutem seruit. Quæ finitio etiam si constat æquo, nisi tamen propriis & differētibus adiuvetur, inanis est. Dicer enim aduersarius seruare eum seruitutem, aut eo iure quo seruus. Videamus ergo propria differentiæque liberorum, quæ libro quinto leuiter in transitu attigeram. Seruus cum manumittitur, fit libertinus: addictus recepta libertate est ingenuus. Seruus inuito domino libertatē non consequitur: addictus soluendo citra voluntatem domini consequitur. Ad seruum nulla lex pertinet: addictus legem habet. Propria liberi, quæ nemo habet nisi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribum: habet hæc addictus. ¶ Excusio quid sit, propè peracta est quæstio, an hoc sit. Id enim agimus, ut sit causæ nostræ conueniens finitio. Potentissima autē est in ea qualitas, an amor an infamia. Huc pertinebant probationes, quas Cicero dicit proprias esse finitionis, ex antecedentibus, consequentibus, adiunctis, repugnantibus, causis, effectis, similibus, de quorū argumentorū natura dictum est. Breuiter autem pro Cecinna Cicero initia, causas, effecta, antecedentia, consequentia cõplexus est. Quid igitur fugiebant propter metum? Quid metuebant? vim videlicet potestatis. Igitur principia negare potestis, cum extrema conceditis? Sed similitudine quoque vltus est. Quæ vis in bello appellatur, ea in ocio non appellabitur: Sed ex contrario argumenta ducuntur, ut si quæretur, an amatorium, venenū sit nec ne, quia venenū, amatorium non sit. Illud alterū genus, quo sit manifestius adolescentibus meis, (Meos enim semper adolescentes putabo) hic quoque; fictæ con-
trouersia: utar exemplo. Iuuenes qui conuiuere solebant, constituerunt ut in littore cœnarent. Vnius, qui cœnæ defuerat, nomen tumulto, quem extruxerant, inscripserunt. Pater eius à transmarina peregrinatione cum ad littus idem appulisset, lecto nomine suspendit se. Dicuntur hi causa mortis fuisse. Hic finitio est accusatoris, Per quem factū est, ut quis periret, causa mortis est. Rei est, Qui fecit quid sciens, per quod perire homini necesse esset. Remota finitione, accusatori sat est dicere, Causa mortis fuitis. per vos enim actum est, ut homo periret: quia nisi vos illud fecissetis, viueret. Contra, non statim per quem factum est ut quis periret, is damnari debet, ut accusator, reus iudex rei capitalis. Nec vndeque causa fluxit, ibi culpa est, ut si quis profectionem suaserit,

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

vt ad amicum accefferat trans mare, & is naufragio perierit: ad cenā inuitarit, & is cruditate illie contracta decesserit. Nec fuerit in causa mortis solum adolefcentiū factum, sed crudelitas senis, & in dolore ferundo infirmitas: denique si fortior fuisset aut prudentior, viueret. Nec mala mente fecerunt, & ille potuit vel ex loco tumulum, vel ex opere tumultuario suspicari non esse monumentum. Qui ergo puniri debent? in quibus omnia sunt homicidæ præter manū. ¶ Est interim certa finitio, de qua inter vtrinq; partem conuenit: vt Cicero dicit, Maiestas est in imperio atque in omni populi Romani dignitate. Quaritur tamen an maiestas minuta sit, vt in causa Cornelii quaesitum est. Sed hic etiam similis videri potest finitiuæ, tamen quia de finitione non ambigitur, iudicatio est qualitas, atque ad eum potius statum reducenda, ad cuius forte quadā venimus mentionem, sed & erat ordine proximus locus.

DE QUALITATE.

CAP. V.

QUALITAS generallis.

E

ST autem qualitas alia de summo genere, atque ea quidem non simplex. Nam & qualis sit cuiusque rei natura, & quæ forma, quaritur: An immortalis anima, an humana specie deus: & de magnitudine ac numero, quantus sol, an vnus mundus. Quæ omnia coniectura quidem colliguntur, quaestionem tamen habent in eo, qualia sint. Hæc & in suaforis aliquando tractari solent, vt si Cæsar deliberet,

an Britanniam impugnet, quæ sit oceani natura, an Britannia insula. (nam tum ignorabatur) quanta in ea terra, quo numero militum aggredienda, in cōsiliū ferendum sit. Eidem qualitati succedunt facienda, ac non facienda, appetenda, vitanda: quæ in suaforis quidem maxime cadūt, sed in controuersis quoque sunt frequentia, hæc sola differentia, quia illic de futuris, hic de factis agitur. Item demonstratiuæ partis omnia sunt in hoc statu, factum esse constat, quale sit factum

QUALITAS iudicialis, quæ est vel de pœna, vel de præmia, vel de quætitate.

Præne defensio duplex, A B SOLVTA, C AD-SVMPTIVA.

¶ Lis est omnis, aut de præmio, aut de pœna, aut de quantitate. Igitur primum genus causæ, aut simplex, aut comparatiuū. Illic quid æquum, hic quid æquius, aut quid æquissimū sit excutitur. Cum de pœna iudicium est, à parte eius, qui causam dicit, aut defensio est criminis, aut imminutio, aut excusatio, aut vt quidam putant, deprecatio. ¶ Defensio longè potentissima est, qua ipsum factum quod obiicitur, dicimus honestū esse. Abdicatur aliquis, quod inuito patre militarit, honores petierit, vxorem duxerit, tuemur quod fecimus. Partem hanc vocant Hermagorei

κατ' ἀντίληψιν, ad intellectum id nomen referentes. Latini (ad verbum translātū non inuenio) absolutam appellant. Sed enim de re sola quaestio, iusta sit ea, nec ne. Iustum omne continetur natura, vel constitutione. Natura, quod sit secundum cuiusque rei dignitatem. Hæc sunt pietas, fides, cōtinentia, & talia. Adiciunt & id quod sit par, verum id non temerè intuendū est. Nam & vis contra vim, & talia nihil habent aduersum eum, qui prior fecit iniuste, & non quoniā res pares sunt etiam, id est iustū quod antecessit. Illa vtrinq; iusta, eadem lex, eadem conditio, ac forsitan ne sint

quidem paria, quæ vlla parte sunt dissimilia. Cōstitutio est in lege, more, iudicato, pacto. ¶ Alterum est defensionis genus, in quo factū per se improbabile assumptis extrinsecus auxiliis tuemur, id vocant παραπληψιν. Latini hoc quoque, nam ad verbū transferunt. Assumptiua enim dicitur causa. In quo genere fortissimū est, si crimen causa facti tuemur, qualis est defensio Orestis, oratio

Reacquisitio, quæ alii translatione criminis uocant.

Milonis. ἀντίκλημ dicitur, quia omnis nostra defensio cōstat eius accusatione qui vindicatur. Occisus est, sed latro: exectus, sed raptor. Est & illa ex causis facti ducta defensio priori cōtraria, in qua neque factū ipsum per se, vt in absoluta quaestione defenditur, neque ex cōtrario facto: sed ex aliqua utilitate aut reipublicæ, aut hominū multorū, aut etiā ipsius aduersarij, nōnunq; & nostra, si modo id erit quod facere nostra causa fas sit, quod sub extrario accusatore & legibus agente prodesse nunq potest, in domesticis disceptationibus potest. Nam & filiis pater in iudicio abdicationis, & maritus vxori, si malæ tractationis accusabitur: & patri filius, si dementia causa erit, non inuerecundè dicet multum sua interfuisse. In quo tamen incommoda vitantis melior quàm cōmoda petentis est causa. Quibus similia etiam in vera rerum quaestione tractantur. Nam quæ in scholis abdicatorum, hæc in foro exheredatorū à parentibus, & bona apud Consules repetentium ratio est, quæ illic malæ tractationis, hic rei vxoriæ. cum quaritur vtrius culpa diuortium factum sit: quæ illic dementia, hic petendi curatoris. Subiacet utilitati etiam illa defensio, si peius aliquid futurū fuit. Nam in cōparatione malorum boni locum obtinet lenius, vt si Mancinus foedus Numantinum sic defendat, quod pericurus nisi id factum esset, fuerit exercitus Romanus. Hoc genus ἀντιστοιχίας

Comparatio criminis.

Translatio, quæ ab aliis remotio uocatur.

gracæ nominatur, comparatiuum nostri vocant. Hæc circa defensionem facti: quæ si neque per se ipsam, neque adhibitis aliis auxiliis dabitur, proximū est in alium transferre crimen, si possumus. Ideoque etiam in hos qui iam scripti sunt status, visa est cadere translatio. Interdum ergo culpa in hominem relegatur, vt si Gracchus reus foederis Numatini, cuius metu leges populares tulisse in Tribunatu videtur, missum se ab Imperatore suo diceret. Interim deriuatur in rem, vt si is qui testamentum

stamento quid iussus non fecerit, dicat per leges id fieri non potuisse. Hoc μετέσταιν dicunt.

¶ Exclusis quoque his excusatio superest, ea est aut ignorantia: ut si quis fugitiuo stigmata scripserit, eoque ingenuo iudicato, neget scisse se liberum eum fuisse: aut necessitatis, ut cum miles ad com-<sup>Excusatio
sive purgatio.</sup> meatus diem non affuit, dicit se fluminibus interclusum: aut valetudine. Fortuna quoque, sæpe substituitur culpæ. Nonnunquam male fecisse nos, sed bono animo dicimus. Vtriusque rei multa & manifesta exempla sunt. Idcirco non est eorum necessaria expositio. ¶ Si omnia quæ suprascripta sunt

decerunt, videndum an minui culpa possit. Hic est ille qui à quibusdam dicitur status quantitatis. <sup>Inimutio
culpæ.</sup>

Sed ea cum sit aut poenæ, aut honoris, ex qualitate facti constituitur: eoque nobis sub hoc statu videtur, sicut eius quoque quæ ad numerum refertur à Græcis. Nam & ποσότης, & ποσότης dicunt,

nos utrunque eadem appellatione cōplectimur. ¶ Vltima est deprecatio, quod genus causæ ple-

rique negarunt in iudicium vnum venire. Quin Cicero quoque pro Quinto Ligario idem testi-

tari videtur, cum dicit, Causas Cæsar egi multas, & quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio

honorum tuorum. Certè nunquam hoc modo, Ignoscite iudices, erravit, lapsus est, non putavit, si

vnquam posthac, & cætera. In Senatu vero, & apud populum, & apud Principem, & vbiunque

iuris clementia est, habet locum deprecatio. In qua plurimum valent ex ipso qui reus est, hæc tria in

vita præcedere, si innocens, si bene meritis, si spes in futurum innocenter victuri, & in aliquo vfu fu-

turi. Præterea si vel aliis incommodis, vel præsentis periculo, vel poenitentia videatur satis poenarum

dedisse. Extra, nobilitas, dignitas, propinqui, amici. In eo tamen qui cognoscit, plurimum po-

nendum, si laus eum misericordis potius, quam reprehensio dissoluti consecutura est. Verum & in

iudiciis etiam si non toto genere causæ, tamen ex parte magna hic locus sæpe tractatur. Nam &

diuisio frequens est, etiam si fecisset, ignoscendum fuisse. Idque in causis dubiis sæpe prævaluit, &

epilogi omnes in eadem ferè materia versari solent. Sed nonnunquam etiam reus hic totius summæ cō-

stituitur, si exheredatum à se filium pater testatus fuerit elogio, propterea quod is meretricem ama-

uerit. Nam omnis hic quæstio, an huic delicto pater debuerit ignoscere, & Centumviri tribuere

debeant veniam. Sed etiam in formulis, cum poenariæ sunt actiones, nos ita causam partimur, an

cōmissa sit poena, an exigi debeat. Id autem quod illi viderunt, verum est, reum à iudicibus hoc de-

fensionis modo liberari non posse. ¶ De præmiis autem quærentur duo, an vllò sit dignus qui pe-

tit, an tanto: ex duobus vter dignior: ex pluribus, quis dignissimus. Quorum tractatus ex ipso me-

ritorum genere ducuntur. Et intuebimur non rem tantum, siue alleuanda, siue comparanda erit,

sed personam quoque. Nam & multum interest, tyrannum iuuenis occiderit, an senex, vir an soc-

mina, alienus an coniunctus. Est & ad locum multipliciter, in ciuitate tyrannis assueta, an libera

semper: in arce, an domi: & quomodo factum sit, an ferro, an veneno: & quo tēpore, bello an pace,

an cum depositurus esset eam potestatem, an cum aliquid noui sceleris aufurus. Habetur in meri-

tis gratia, periculum quoque ac difficultas. Similiter liberalitas à quo profecta sit refert. Nam in

paupere gratior quàm in diuite, dante beneficiū quàm reddente, patre quàm orbo. Item quā rem

dederit, & quo tempore, & quo animo, id est, num in aliquam spem suam, similiter alia. Et ideo

qualitas maxima oratoris recipit opera, quia in vtranque partem plurimum est ingenio loci, nec vquā

tantum affectus valent. Nam coniectura extrinsecus quoque adductas frequenter probationes ha-

bet, & argumenta ex materia sumit, ut quale quicque videatur, eloquētia opus est, hic regnat, hic

imperat, hic sola vincit. ¶ Huic parti subiungit Virginius causas abdicationis, dementiae, malæ

tractionis, orbarum nuptias indicientium. Nam & iudicium ferè sic accidit, inuentique sunt qui has

materias officiorum vocarent. Sed alios quoque nonnunquam leges hæ recipiunt status. Nam & con-

iectura est aliquando in plerisque horum, cum se vel non fecisse, vel bona mente fecisse contendunt.

Cuius generis exempla sunt multa. Et quid sit demētia, & mala tractatio finitur. Nam iuris quæ-

stiones plerumque leges præcurrere solent, & ex quibus causis non fiat statutum. Quod tamen factum

defendi non poterit, iure nitetur. Et quot & quibus causis abdicare non liceat, & in quæ crimina

malæ tractationis actio detur, & cui accusare dementiae non permittatur. ¶ Abdicationum for-

mæ sunt duæ, altera criminis perfecti, ut si abdicetur raptor, adulter: altera imperfecti, velut pen-

dentis, & adhuc in conditione positi, quales sunt, in quibus abdicatur filius, quia non pareat pa-

tri. Illa semper asperam abdicantis actionem habet, (immutabile est enim quod factum est) hæc ex

parte blandâ & suadendâ similem. Mauult enim pater corrigere, quàm abdicare. At pro filiis in vtroque

genere summisam, & ad satisfaciendum compositam, à quo dissensuros scio, qui libenter patris fi-

guram ledunt, quod non ausim dicere, nunquam esse faciendum (potest enim materia incidere, quæ hoc

exigat) cæterum videndum est quoties aliter agi potest. Sed de figuris in alio libro tractabimus. Non

dissimiles autem abdicationum actionibus sunt malæ tractationis actiones. Nam & ipsæ habent

eandem in accusationibus moderationem. ¶ Dementiae quoque iudicia, aut propter id quod fa-

Excusatio
sive purgatio.

Inimutio
culpæ.

Deprecatio.

DE PRAE
mio, quod ge-
nus quæstio-
nis ex meri-
tis spectat-
tur.

Praemiss sub
iacent uaria
causarum ge-
nera, ut

Abdicatio-
num.

Dementia. Etum est, aut propter id quod adhuc fieri vel non fieri potest, instituuntur: & actor in eo quod factum est, liberum habet impetum: sic tamen, vt factum accuset, ipsius patris tanq̃ valetudine lapsi misereatur: in eo vero, cuius libera mutatio est, diu roget & suadeat, & nouissimè dementiam rationi quaratur obitare, non mores, quos quanto magis in prateritū laudauerit, tato facilius probabit morbo esse mutatos. Reus quoties causa patietur, debeat esse in defensione moderatus, quia ferè ira contentio & concitatio furori sunt similia. Omnibus his commune est, quod rei nō semper defensione facti, sed excusatione, ac venia frequenter vtuntur. Est enim domestica disceptatio, in qua & semel peccasse, & per errorem, & leuius q̃ obiciatur, absolutioni nonnunquā sufficit.

Iniuriarū. ¶ Sed alia quoq; multa controuersiarū genera in qualitatem cadūt. Iniuriarum. quanquam enim reus aliquando fecisse negat, plerunq; tamen hæc actio factio, atque animo continetur. ¶ De accusatore constituendo, quæ iudicia Diuinationes vocantur, (in quo genere Cicero quidē, qui mandantibus sociis Verrem accusabat, hac vsus est diuisione) spectandū à quo maximè agi velint ii, de quorum vltione quaritur, à quo minime velit is, qui accusatur. Frequentissimè tamen hæc sunt quæstiones, vter maiores causas habeat, vter plus industria, aut viriū sit allaturus ad accusandum,

Tutela. vter id meliore fide sit factururus. ¶ Tutelæ præterea, in quo iudicio solet quæri, an alia de re quàm de calculis cognosci oporteat: an fidem præstare debeat tantū, non etiā consilium & euentum.

Procuratio- nis male gesta. ¶ Cui simile est male gesta procurationis in foro negotiorū gestorū, nam & mandati actio est. ¶ Præter hæc fingūt in scholis & scripti maleficii, in quibus aut hoc quaritur, an scriptum sit, aut hoc an maleficiū sit, raro vtrūq;.

Scripti maleficii. ¶ Mala gesta legatiōis, apud Græcos & veris causis frequēs, vbi iuris loco quari solet, an omnino aliter agere q̃ mādātum sit, liceat, & quousque sit legatus,

Mala gesta legatiōis. quoniā alii in renunciando sunt, vt is, qui testimoniū in Verrem dixerat, post perlatam legatiōē. Plurimū tamen est in eo, quale sit factū. ¶ Reipub. læsa. Hinc mouentur quidē mille iuris cauillationes, quid sit rempub. lædere, & læserit ne an profuerit, & ab ipso, an propter ipsum læsa sit.

Reip. læsa. ¶ In facto tamen plurimū inest. ¶ Ingrati quoq; in quo genere quaritur, an is cum quo agitur, acceperit beneficiū, quod rarò negandum est (ingratus est enim qui negat) an quātum acceperit reddiderit, an protinus, qui nō reddiderit ingratus sit, an potuerit reddere, an id quod exigebatur, debuerit, quo animo sit.

Ingrati. ¶ Simpliciores illæ iniusti repudiū, sub qua lege cōtrouersia illud propriū habent, quod à parte accusantis defensio est, & defendēdis accusatio. ¶ Præterea cum quis ratiōē mortis in Senatu reddit, vbi vna quæstio est iuris, an is demum prohibendus sit, qui mori vult vt se legū actionibus subtrahat. Cætera qualitatē.

Iniusti repudiū. ¶ Finguntur & testamēta, in quibus de sola quæ-
Causæ mortis in Senatu. ratur voluntate: vt in controuersia quam supra exposui, in qua de parte patrimonii quarta, quam pater dignissimo ex filiis reliquerat, contēdunt philosophus, medicus, orator. ¶ Quod item accidit, si orbe nuptias indicant pares gradu, & si inter propinquos de idoneo quaratur. Sed mihi nec omnes persequi materias in animo est: fingi enim adhuc possunt, nec communes sunt earū quæstiones, quia positionibus mutātur. Hoc tantum admiror, Flauium cuius apud me meritò summa est auctoritas, cum artem scholæ tantum componeret, tam angustè materiam qualitatis terminasse.

Testamēti. ¶ Quantitas quoque (vt dixi) plerunq; etiam si non semper, tamen plerunq; eidem subiacer, seu modi est, seu numeri. Sed modus aliquando constat æstimatione facti, quanta sit culpa, quātumve beneficium, aliquando iure, cum id in controuersiam venit, qua quis lege puniendus, vel honorandus sit. Stuprator an decem millia dare debeat, quæ pœna huic crimini cōstituta est, an quia stupratus se suspendit, capite puniri, tanq̃ causa mortis. Quo in genere falluntur, qui ita dicunt, tāquam inter duas leges quaratur. Nam de decem millibus nulla cōtrouersia est, quæ nec petuntur. Iudicium redditur, an reus causa sit mortis. In coniectura quoque eadem species cadit, cum perpetuo, an quinquennali sit exilio multandus, in controuersia venerit: num prudens eadem commiserit, quaritur. Illa quoque, quæ ex numero ducitur, pendet ex iure, an Thra-
Nuptiarum orbe. sybulo triginta præmia debeantur: & cum duo fures pecuniam abstulerunt, separatim quadruplum quisque, an duplum debeat. Sed hic factum quoque æstimatur, & tamen ius ipsum pendet ex qualitate.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

DE QVANTITATE VEL PœNÆ VEL PRÆMIJ.

præscriptione lis pædet, de ipsa re quæri nō est necesse. Ignominioso patri filius præscribit, de eo solo iudicatio est, an liceat. Quoties tamē poterim, efficiendū est, vt de re quoq; bene sciat. Sic enim iuri nostro libētius indulget: vt in spōsionibus, quæ ex interdictis sūt, etiā si nō proprietatis est quæstio, sed tantū possessionis, tamē nō solū possedisse nos, sed etiā nostrū possedisse docere oportet. ¶ Sed frequētius etiā quæritur de intētiōe, Vir fortis optet quicquid volet, nego illi dandum quicquid optauerit, nō habeo præscriptionē, sed tamē volūtatē cōtra verba præscriptionis modo vtor. ¶ In vtroq; autē genere status idē sit. Porro lex omnis, aut tribuit aut, adimit, aut punit, aut iubet, aut vetat, aut permittit. Litē habet, aut propter se ipsam, aut propter alterā. Quæstio est aut in scripto, aut in voluntate. In scripto, aut apertum est, aut obscurum, aut ambiguum. Quod de legibus dico, idem accipi volo de testamentis, pactis, stipulationibus, omni denique scripto, idem de voce. Et quoniam quatuor eius generis quæstiones vel status facimus, singulos percurram.

DE STATU EX SCRIPTO ET VOLUNTATĒ. CAP. VII.

Cripti, & voluntatis frequentissima inter consultos quæstio est, & pars magna controuersia iuris hinc pendet, quo minus id scholis accidere mirum est, vbi etiā ex industria fingitur. ¶ Eius genus vnum est, in quo & de scripto, & de volūtatē quæritur. Id tum accidit, cum est in lege aliqua obscuritas, & in ea aut vterque suam interpretationem cōfirmat, aut aduersarii subuertit, vt hic, Fur quadruplum soluat, duo surripuerunt pariter decem millia, petuntur ab vtroque quadrupla, illi postulant vt vicena conferant. Nam & actor dicit, hoc esse quadruplum quod petat, & rei hoc quod offerant. ¶ Volūtas quoque vtrinque defenditur, aut cum de altero intellectu certum est, de altero dubium. Ex meretrice natus, ne cōcionetur. Quæ filium habebat, prostare cœpit. Prohibetur adulescens concione. Nam de eius filio, quæ ante partum meretrix fuit, certū est, an eadem huius causa sit, dubiū est, quia ex hac natus, & hæc meretrix est. ¶ Solet & illud quæri, quo referatur quod scriptum est, bis de eadem re ne sit actio, id est, hoc bis ad actorem, an ad actionem. Hæc ex iure obscurum. ¶ Alterum genus est ex manifesto, quod qui solum viderunt, hunc statum plani, & voluntatis appellauerunt. In hoc altera pars scripto nititur, altera voluntate. Sed contra scriptum tribus generibus occurritur. ¶ Vnum est, in quo id seruari semper non posse ex ipso patet. Liberi parentes alant aut vinciantur, Nō enim alligabitur infans. ¶ Hinc erit ad alia trāsitus & diuissio, num quisquis non aluerit, num hic. Propter hoc proponunt quidam tale genus controuersiarum, in quo nullum argumentum est, quod ex lege ipsa peti possit, sed de eo tantum, de quo lis est, quærendum sit. Peregrinus, si murum ascenderit, capite puniatur. Cum hostes murum ascendissent, peregrinus eos depulit, petitur ad supplicium. Non erūt hic separatæ quæstiones, an quisquis, an hic, quia nullum potest afferri argumentum contra scriptum vehementius eo quod in lite est, sed hoc tantum, an ne seruandæ quidem ciuitatis causa. Ergo & æquitatē & voluntatē pugnandum. Fieri tamen potest, vt ex aliis legibus exempla ducamus, per quæ appareat semper statim scripto non posse, vt Cicero pro Cecinna fecit. ¶ Tertium, cum in ipsis verbis legis reperimus aliquid per quod probemus aliud legumilatōrē voluisse: vt in hac controuersia, Qui nocte cum ferro deprehensus fuerit, alligetur. Cum annulo ferro inuētum magistratus alligauit. Hic quia est verbum in lege, deprehensus, satis etiam significatum videtur non contineri lege nisi noxium ferum. Sed vt qui voluntate nitetur, scriptū quoties poterit infirmare debeat: ita qui scriptū tuebitur, adiuuare se etiā voluntate tentabit. ¶ In testamentis & illa accidunt, vt voluntas manifesta sit, scriptū nihil sit, vt in iudicio Curiano, in quo nota L. Crassi & Scauolæ fuit cōtētiō. Substitutus hæres erat, si posthumus ante tutelæ suæ annos decessisset. Non est natus. Propinqui bona sibi vendicabāt. Quis dubitaret, quin ea voluntas fuisset testantis, vt is non nato filio hæres esset, qui mortuus: sed hoc nō scripserat. ¶ Id quoq;, quod huic cōtrariū est, accidit nuper, vt esset scriptū quod appareret scriptorē noluisse, qui sestertium nummū quinq; millia ligauerat, cū emēdaret testamentum, sublati sēstertii numis, argenti pondo posuit, quinque millia remanserunt. Apparuit tamē quinque pondo dari voluisse, quia ille in argento legato modus, & inauditus erat, & incredibilis. Sub hoc etiam statu generales sunt quæstiones, scripto an voluntate standum sit: quæ fuerit scribentis voluntas, tractatus omnes qualitates aut coniecturæ, de quibus satis dictum arbitror.

DE CONTRARIIS LEGIBVS.

CAP. VIII.

Proximū est de legibus contrariis dicere, quia inter omnes artium scriptores constat in Antinomīa duos esse, scripti & voluntatis, status: neque immerito, quia cū lex legi obstat, utrinque contra scriptum dicitur, & quæstio est de voluntate, in utraque id ambigitur, an utique illa lege sit utendum. Omnibus autem manifestum est, nunquam esse legem legi contrariā iure ipso: quia si diuersum ius esset,

De testamē
tis.
De Orat. I.

Antinomīa.

INSTITVTIONVM ORATORIA RV M

alterum altero abrogaretur: sed eas casu collidi, & euentu. ¶ Collidit̃ur autem aut pares inter se, vt si optio tyrannicidæ, & viri fortis comparentur, vtrique data quod velit petendi potestate, hic meritum, temporis, patrij collatio est: aut secum ipsæ vt duorum fortium, duorum tyrannicidarum, duarum raptarum, in quibus non potest esse alia quæstio quàm temporis, vtra prior sit: aut qualitatis, vtra iustior sit petitio. ¶ Diuersæ quoque leges conflagunt, aut similes. Diuersæ, quibus etiam citra aduersam legē contradici possit, vt in hac controuersia, Magistratus ne ab arce discedat, Vir fortis optato quæ volet: vel alia nulla obstante, quæri potest an quicquid optarit accipere debeat: & à magistratu multa dicentur, quibus scriptum expugnatur. Si incendium in arce fuerit: si in hostes recurrendum. ¶ Similes, contra quas nihil opponi potest, nisi lex altera. Tyrannicidæ imago in gymnasio ponatur, contrà mulieris imago in gymnasio ne ponatur. Mulier tyrannum occidit. Nam neque mulieris imago vlllo alio casu poni potest, neque tyrannicidæ vlllo alio casu summoueri. ¶ Impares sunt, cum alteri multa sunt quæ opponi possunt, alteri nihil, nisi quod in lite est, vt cum vir fortis impunitatem desertoris petit. Nam contra legem viri fortis (vt supra ostendi) multa dicuntur: aduersus desertores scripta, non potest nisi optione subuerti. ¶ Item aut confessum est ex vtraque parte ius, aut dubium. Si confessum est, hæc ferè quaruntur. Vtra lex potentior. Ad deos pertineat, an ad homines. ad rempublicam, an ad priuatos. de honore, an de poena. de magnis rebus, an de paruis. Permittat, an vetet, an imperet. Solet tractari & vtra sit antiquior, & velut potentissima, vtra minus perdat: vt in desertore, & viro forti, quod illo non occiso, lex tota tollatur: occiso, sit reliqua viro forti alia optio. Plurimum tamen est in hoc, vtrum fieri sit melius atque æquius, de quo nihil præcipi, nisi proposita materia, potest. ¶ Si dubium, aut alteri, aut inuicem vtrique de iure sit controuersia, vt in re tali. Patri in filium, patrono in liberum manus iniectio sit. Liberti hæredem sequantur. Liberti filium quidam fecit hæredem, inuicè peti tur manus iniectio, & patronus negat ius patris illi fuisse, quia ipse in manu patroni fuerit. ¶ Duplices leges sicut duæ collidit̃ur, vt nothus ante legitimum natus legitimus sit, post legitimum tantum ciuis. ¶ Quod de legibus, idem de Senatusconsultis dictum, quæ si aut inter se pugnent aut obstant legibus, non tamen aliud sit eius status nomen.

DE SYLLOGISMO SEV RATIOCINA

tionem.

CAP. IX.

SYLLOGISMVS habet aliquid simile scripto & voluntati, quia semper pars in eo altera scripto nititur. Sed hoc interest, quod illic contra scriptum dicitur, hic super scriptum: illic qui verba defendit, hoc agit vt fiat vtrique quod scriptum est, hic ne aliud quàm scriptum est. Eius nonnulla etiam cum finitione est cõiunctio. Nam sæpe, si finitio infirma est, in syllogismum delabitur. Sit enim lex, Venefica capite puniatur, Sæpe separanti amatorium dedit, eundem repudiavit, per propinquos rogata vt rediret, non est reuersa, suspendit se maritus: mulier venefici reus est. Fortissima est actio dicentis amatorium venenum esse, id erit finitio: quæ si parum valebit, fiet syllogismus, ad quem velut remissa priore contentione veniemus, an perinde puniri debeat, ac si virum veneno ne casset. ¶ Ergo hic status ducit ex eo quod scriptum est, id quod incertum est: quod quoniam ratiocinatione colligitur, ratiocinatius dicitur. ¶ In has autem ferè species venit. An quod semel ius est, idem & sapius. Incesti damnata, & præcipitata de saxo vixit, repetitur. An quod in vno & in pluribus. Qui duos vno tempore tyrannos occidit, duo præmia petit. An quod ante, & postea, Raptor profugit, rapta nupsit, reuerso illo petit optionem. An quod in toto, idè in parte. A ratrū accipere pignore non licet, vomerem accepit. An quod in parte, idem in toto. Lanæ vehere Tarento non licet, oues vexit. ¶ In his syllogismis scripto alter nititur, alter non satis cautum esse dicit. Postulo vt præcipitur incesta: lex est, & rapta optionem petit, & in oue lanæ sunt, similiter alia. Sed quia responderi potest, non est scriptum ut sapius præcipitur damnata, ut quandoque rapta optet, ut tyrannicida duo præmia accipiat, nihil de uomere cautum, nihil de ouibus, ex eo quod manifestum, colligitur quod dubium est. ¶ Maior pugna est, ex scripto ducere quod scriptum non est. An quia hoc, & hoc. Qui patrem occiderit, culeo insuatur, matrem occidit. Ex domo in ius educere ne liceat: tabernaculis eduxit. ¶ In hoc genere hæc quaruntur. An quoties propria lex non est, simili sit vtendum. An id de quo agitur, ei de quo scriptum est, simile sit. Simile autè & maius est, & par, & minus. In illo priore, an satis lege cautum sit, an & si parū cautū est, & hac sit utendū. In utroque de uolūtate legumlatoris, sed de æquo tractatus potētissimi.

Vnū genus
cū incertum
ex scripto
ducitur,
quod plures
habet species.

Alterum genus
cū id
quod scriptum
nō est
ex scripto
ducitur.

LIBER VII.

DE AMBIGVO, SEV AMPHIBOLOGIA. CAP. X.

AMPHIBOLOGIAE species sunt innumerales: adeo ut philosophorū quibusdam nullum videatur esse verbum, quod non plura significet: genera admodū pauca. Aut enim vocibus accedit singulis, aut coniunctis. Singula afferunt errorem cum pluribus rebus, aut hominibus eadem appellatio est. *ἑμὴν μὲν* dicitur, ut gallus. Vtrum enim auem, an gentem, an nomen, an fortunam corporis significet, incertum est. Ajax, Telamonis an Oilei filius. Verba quoque quaedam diuersos intellectus habent, ut cerno: quae ambiguitas plurimis modis accidit. Vnde fere lites praecipue ex testamentis, cum de libertate, aut etiam de hereditate contendunt ii, quibus idem nomen est, aut quid sit legatum quaeritur. Alterum est in quo alia uerbo integro significatio est, alia diuiso. ut ingenua, & armamentum, & corvinum, ineptae sanè cauillationes, ex qua tamen Graeci controuersias ducunt: inde *ἀνλντρεῖς* illa vulgata, cum quaeritur, vtrum aula quae ter ceciderit, an tibicina, si ceciderit, debeat publicari. Tertia est ex compositis, ut si quis corpus suū in occulto loco poni iubeat, * circāque monumentū multum agri ab hereditibus in tutelam cinerū, ut solet, leget, * fit littus hoc cultum. Sic apud Graecos contendit *Λίαν* & *πανταλίων*, cum scriptura dubia est, bona omnia *Λίαν*, an bona *πανταλίων* relicta sint. In coniunctis plus ambiguitatis est. Fit autem per casus, ut, Aio te Aeacida Romanos vincere posse. Per collocationem, ubi dubiū est quid quod referri oporteat: ac frequentissime cum id quod mediū est, vtrinque possit trahi, ut de Troilo Virgilius, Lora tenēs tamen. Hic vtrum quod teneat tamen lora, an quamuis teneat, tamen trahatur, quari potest. Vnde controuersia illa, Testamento quidam iussit poni statuam auream hastam tenentem. Quari-
tur statua hastam tenens aurea esse debeat, an hasta esse aurea in statua alterius materiae. Fit per flexum idem magis, Quinquaginta ubi erant centum, occidit Achilles. Saepe vtri duorum anteceditium sermo subiunctus sit, in dubio est. Vnde est controuersia, Haeres meus vxori meae dare dam-
nas esto argenti, quod elegerit, pondo cētum. Vter eligat quaeritur. Verum id quod ex his primū est mutatione caluum: sequens diuisione verborum, aut translatione emendatur: tertium adiectio-
ne. Accusatiui geminatione facta, amphibologia soluitur ablatiuo, ut illud, Lachetem audiui per-
cussisse Demeam: fiat, à Lachete percussum Demeam. Sed ablatiuo ipsi, ut in primo diximus, inest
naturalis amphibologia, Caelo decurrit aperto. Vtrum per apertum caelum, an cum caelum aper-
tum esset. Diuisio respiratione & mora constat. Statuam, deinde auream hastam: vel statuam au-
ream, deinde hastam. Adiectio talis est, argentum quod elegerit ipse, ut haeres intelligatur: vel ipsa,
ut vxor. Adiectio facta amphibologia, qualis sit, Nos flentes illos deprehendimus, detractio-
ne soluetur. Pluribus verbis emendandum, ubi est id, quod quod referatur, dubiū est, & ipsum est ambi-
guum. Haeres meus dare illi damnas esto omnia sua. In quod genus incidit Cicero loquens de C.
Fannii soceri instituto, Quem quia cooptatus in Augurum collegium non erat, non admodum
diligeat: praesertim cum ille Q. Scaeuolam sibi minorem natu generum praetulisset. Nam id sibi
& ad focerum referri, & ad Fannium potest. Productio quoque in scripto & correptio, in dubio
relicta, causa est ambiguitatis, ut in hoc Cato. aliud enim ostendit brevis secunda syllaba casu no-
minatiuo, aliud eadem syllaba producta casu datiuo aut ablatiuo. Plurimae praeterea sunt aliae spe-
cies, quas persequi nihil necesse est. Nec refert quo modo facta sit amphibologia, aut quo resoluatur.
Duas enim res significari manifestum est, & quod ad scriptum, vocemue pertinet, in vtran-
que par est partem. Ideoque frustra praecipitur, ut in hoc statu vocem ipsam ad nostram partem
conemur vertere. Nam si id fieri potest, amphibologia non est. Amphibologiae autem omnis in his
erit quaestio, aliquando vter sit secundum naturam magis sermo, semper vtrum sit aequius, vtrum
is qui sic scripsit ac sic dixit, sic voluerit. Quorum in utranque partem satis ex his, quae de conie-
ctura & qualitate diximus, praecceptum est.

QVAE SIT INTER STATUS COGNATIO, ET QVAE
diuersitas.

CAP. XI.

EST autem quaedam inter hos status cognatio. Nam & in finitione, quae sit volun-
tas nominis quaeritur: & in syllogismo, qui secundus à finitione status est, spe-
ctatur, quid voluerit scriptor: & ex contrariis legibus duos esse scripti & volun-
tatis status apparet. Rursus & finitio quodammodo est amphibologia, cum in
duas partes diducatur intellectus nominis. Scriptum & voluntas habet in ver-
bis vocis quaestionem, quod idem in Antinomia petitur. Ideoque omnia haec quidam scri-
ptum & voluntatem esse dixerunt: alii in scripto & voluntate amphibologiam esse, quae facit
quaestionem. Sed distincta sunt. Aliud est enim obscurum ius, aliud ambiguum. Igitur finitio
in natura ipsa nominis quaestionem habet generalem, & quae esse etiam citra complexum causae

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

Non omnia
arte tradi
posse, sed na-
tura quoq;
& studium
esse necessa-
rium.

possit. Scriptum & voluntas de eo disputat verbo quod est in lege: Syllogismus de eo, quod nō est: Amphibologiae lis in diuersum trahit: Legū contrariarū ex diuerso pugna est. Neque immerito recepta est à doctissimis hæc differentia, & apud plurimos ac prudentissimos durat. ¶ Et de hoc quidem genere disceptationis, etiam si non omnia tradi, tamen aliqua potuerunt. Sunt alia, quæ nisi proposita, de qua dicendum est, materia, viam docendi non præbeant. Non enim causa vniuersa in quæstiones ac locos diducenda est. Sed ipsæ hæ partes habent rursus ordinem suum. Nā & in procemio primum est aliquid, & secundum ac deinceps. Et quæstio omnis ac locus habet suam dispositionē, vt theses etiam simplices. An sic forte satis erit diuidendi peritus, qui controuersiam in hæc diduxerit? An omne præmium viro forti dandum sit, an ex priuato, an nuptiæ, an ea quæ nupta sit, an hæc: deinde cum fuerit de prima quæstione dicendum, passim, & vt quicque in mætēm veniet, miscuerit: non primum in ea scierit esse tractandum, verbis legis standum sit, an voluntate, huius ipsius particulæ aliquot initium fecerit? Deinde proxima subnectens struxerit orationem, vt pars hominis est manus, eius digiti, illorum quoque articuli? Est & hoc, quod scriptor demonstrare non possit, nisi certa definitaque materia. Sed quid vna faciat aut altera? quinimo ceterum ac mille in re infinita, atque materia? Præceptoris est, in alio atque alio genere quotidie ostendere quis ordo sit rerum, & quæ copulatio, vt paulatim fiat vsus & ad similia trāsitus. Tradi enim omnia quæ ars efficit, non possunt. Nam quis pictor omnia, quæ in rerum natura sunt, adumbrare didicit? Sed percepta semel imitandi ratione assimilabit quicquid acceperit. Quis enim non faber vasculum aliquod, quale nunquam viderat, facit? Quædam vero non docentium, sed discentiū. Nam medicus quid in quoque valetudinis genere faciendum sit, quid quibusque signis prouidendum docebit. Vim sentiendi pulsus venarum, caloris motus, spiritus meatum, coloris distandendum docebit. Vim sentiendi ingenium dabit. Quare plurima petamus à nobis, & cum causis delibere, quæ in sua cuiusque sunt, ingenium dabit. Quare plurima petamus à nobis, & cum causis delibere, quæ in sua cuiusque sunt, ingenium dabit. Illa enim potentissima est, quæque verè dicitur œconomica totius causæ dispositio, quæ cōstitui nisi velut in re præsentī nō potest. Vbi assumendum procemium, vbi omittendum, vbi vtendum expositione continua, vbi partita, vbi ab initiis incipiendum, vbi more Homérico à mediis vel vltimis, vbi omnino nō exponendum, quando à nostris, quando ab aduersariis propositionibus incipiamus, quando à firmissimis probationibus, quando à leuioribus, qua in causa proponendæ procemiis quæstiones, qua præparatione præmuniendæ, quid iudicis animus accipere possit statim dictū, quo paulatim deducendus. Singulis an vniuersis opponenda refutatio. Reseruandi perorationi, an per totā orationē diffundendi affectus. De iure prius an de æquitate dicendum. An antea cta crimina, an de quibus iudicium est, prius obicere, vel diluere conueniat. Si multiplices causæ erunt, quis ordo faciendus, quæ testimonia, tabulæ ve cuiusque generis in actione recitandæ, quæ referundæ. Hæc est velut imperatoria virtus copias suas partientis ad casus præliorum, retinentis partes propter castella tuæ da custodiendas ve vrbes, petendos comæatus, obsidenda itinera, mari denique ac terra diuidendis. Sed hæc in oratione præstat omnia, cui affuerint natura, doctrina, studium. Quare nemo expectet, ut alieno tantum labore sit disertus. Vigilandum ducatur, iterum enitendum, pallendum est, faciendæ suæ cuique vis, sua ratio, non respiciendum ad hæc, sed in promptu habenda, nec tãquam tradita, sed tanquam innata. Nam viam demonstrare velociter ars potest, si qua est. Verum ars satis præstat, si copias eloquentiæ ponit in medio. Nostrum est vti eis scire. Reliqua partium est demū dispositio. Et in his ipsi primus aliquis sensus, & secundus, & tertius: qui non modo vt sint ordine collocati, elaborandum est, sed vt inter se iuncti, atque ita coherentes, ne commissura perluceat, corpus sit non membra. Quod ita contingit, si & quid quaque conueniat viderimus, & vt verba verbis applicemus, non pugnantia, sed quæ inuicem complectantur. Ita res diuersæ distantibus ex locis, quasi inuicem ignotæ non collidentur, sed aliqua societate se cum prioribus ac sequentibus, copulæque tenebunt: ac videbitur non solum composita oratio, sed etiam continua. Verum longius fortasse progredior fallente trāsitu, & à dispositione ad elocutionis præcepta labor, quod proxi-
mus liber inchoabit.

M. Fabii Quintiliani oratoria-

RVM INSTITVTIONVM LIBER OCTAVVS.

PROOEMIUM.

Is ferè, quæ in proximos quinque libros collata sunt, ratio inueniendi, atq; inuenta disponendi continetur: quam ut per omnes numeros penitus cognoscere, ad summam scientiæ necessarium est, ita incipientibus breuius ac simplicius tradi magis conuenit. Aut enim difficultate institutionis tam numerosa atque perplexa deterri solèt, aut eo tēpore quo præcipuè alēda in genia, atque indulgētia quadā enutriēda sunt, æ priorū tractatu rerū atterūtur. Aut si hæc sola didicerint, satis se ad eloquētiā instructos arbitrātur, aut

H quasi ad certas quasdā dicendi leges alligati, conatū omnē reformidāt. Vnde existimāt accidisse, ut qui diligētissimi artū scriptores extiterūt, ab eloquētia lōgissime fuerint. Via tamē opus est incipiētibz, sed ea plana, & cū ad ingrediendū, tū ad demonstrādū expedita. Eligat itaque peritus ille præceptor ex omnibus optima, & tradat ea demum in præsentia, quæ placet, remota refutandi cætera mora. Sequuntur enim discipuli quo duxeris. Mox cū robore discēdi crescet etiā eruditio. Iidē primo solum iter credant esse, in quod inducentur, mox illud cognituri etiam optimum. Sunt autem neque obscura, neque ad percipiendum difficilia, quæ scriptores diuersis opinionibus pertinaciter tuendis inuoluerunt. Itaque in toto artis huiusce tractatu difficilior est iudicare quid doceas, quàm cum iudicaris, docere: præcipuèque in duabus his partibus perquàm sunt pauca: circa quæ si is, qui instituitur, nō repugnauerit pronū ad cætera habiturus est cūsum. ¶ Nepe enim plurimū in hoc laboris exhaustimus, ut ostēderemus, rhetoricen bene dicēdi scientiā, & vtilē, & artem, & virtutē esse. Materiā eius, res omnes, de quibus dicēdū esset. Tū & eas in tribus ferè generibus, demonstratiuo, deliberatiuo, iudicialiq; reperiri. Orationē porro omnē constare rebus, & verbis. In rebus intuendā inuentionem, in verbis elocutionem, in vtrisque collocationem: quæ memoria cōplecteretur, actio commendaret. Oratoris officium docendi, mouendi, delectandi partibus contineri. Ex quibus ad docendū, expositio & argumentatio: ad mouendum affectus pertinerēt, quos per omnē quidem causam, sed maxime tamē in ingressu ac fine dominari. Nā delectationē quamuis in utroque sit eorum, magis tamen proprias in elocutione partes habere. Quaestiones alias infinitas, alias finitas, quæ personis, locis, tēporibus cōtinerētur. In omni porro materia tria esse quærēda, an sit, quid sit, quale sit. His adiciebamus, demonstratiuā laude ac uituperatione cōstare. In ea, quæ ab ipso de quo diceremus, quæ post eū acta essent, intuendū. Hoc opus tractatu honesto rum, vtiliūque constare. Suasoris accedere tertiam partem ex coniectura, posset ne fieri, & an esset futurum, de quo deliberaretur. Hic præcipue diximus spectandum, quis, apud quem, quid diceret. Iudicialium causarum, alias in singulis, alias in pluribus controuersis consistere. & in quibusdam sufficere modo intentionem, modo depulsionem: porro depulsionem omnem inficiatione duplici, factum ne, & an hoc factum esset: præterea defensione ac translatione constare. Quaestionem aut ex facto, aut ex scripto esse. Ex facto, de rerum fide, proprietate, qualitate. Ex scripto, de uerborum vi, aut voluntate, in quibus vis, tum causarum, tum actionum inspicere soleat: quæque aut scripti & voluntatis, aut ratiocinatiuæ, aut ambiguitatis, aut legum contrariarum specie continetur. In omni porro causa iudiciali quinque esse partes, quarum exordio conciliari audientem, narratione causam proponi, confirmatione roborari, refutatione dissolui, peroratione aut memoriam iudicis refici, aut animos moueri. His argumentandi & afficiendi locos, & quibus generibus concitari, placari, resolui iudices oporteat, adicimus. Accessit ratio diuisionis. Credere modo, qui discet, velit, certam quandam viam esse, in qua multa etiam sine doctrina præstare debeat per se ipsa natura, ut hæc de quibus dixi, non tam inuenta à præceptoribus, quàm eū fierent obseruata esse videātur. ¶ Plus exigunt laboris & curæ quæ sequuntur. Hinc enim iam elocutionis rationem tractabimus, partem operis, ut inter omnes oratores cōuenit, difficillimam. Nā & M. Antonius, cuius supra habuimus mentionem, ait à se disertos visos esse multos, eloquentem autem neminem. Disertis satis putat dicere quæ oporteat. Ornate autem dicere proprium esse eloquentissimi. Quæ virtus si usque ad eum in nullo reperta est, ac ne in ipso quidē, aut L. Crasso, certum est & in his, & in prioribus eam desideratam, quia difficillima fuit. Et M. Tullius inuentionem quidem, ac dispositionem prudentis hominis putat, eloquentiam oratoris. Ideoq; præcipuè circa præcepta partis huius elaborauit. Quod eum merito fecisse, etiam ipso rei, de qua loquimur, nomine, palam declaratur. Eloqui enim hoc est, omnia quæ mente conceperis, promere,

*Epilogus
omniū quæ
supra dicta
sunt.*

*Elocutio dif
ficillima.*

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

atque ad audientes perferre, sine quo supernacua sunt priora, & similia gladio condito, atque intra vaginam suam harēti. Hoc itaque maxime docetur, hoc nullus nisi arte assequi potest, huc studium adhibendum, hoc exercitatio petit, hoc imitatio, hic omnis atas consumitur, hoc maxime orator oratore præstantior, hoc genera ipsa dicendi alia aliis potiora. Neque enim Afiani, aut quo cunque alio genere corrupti, res non viderunt, aut eas non collocauerunt, neque quos aridos vocamus, stulti, aut in causis cæci fuerunt: sed his iudicium in eloquendo ac modus, illis vires defuerunt, vt appareat in hoc & vitium & virtutem esse dicendi. ¶ Non ideo tamen sola est agenda cura verborum. Occurram enim necesse est, & velut in vestibulo protinus apprehensuris hanc confessionem meam resistam iis, qui omissa rerum (qui nerui sunt in causis) diligentia, quodam inani circa voces studio senescunt: idque faciunt gratia decoris, quod est in dicendo, mea quidē opinione, pulcherrimum, sed cum sequitur, non cū affectatur. Corpora sana, & integri sanguinis, & exercitatione firmata, ex iisdem his speciem accipiunt, ex quibus vires: nanque & colorata, & astricta, & laceris exprefsa sunt: sed eadē, si quis vulla, atque fucata muliebriter comat, scēdissima sunt ipso formæ labore. Et cultus concessus atque magnificus addit hominibus, vt Græco verū testatum est, auctoritatem. At muliebris & luxuriosus, non corpus exornat, sed detegit mentem. Similiter illa translucida & versicolor quorundam elocutio res ipsas effœminat, quæ illo verborum habitu vestiuntur. Curam ergo verborum, rerum volo esse sollicitudinem. Nam plerunque optima rebus coherent, & cernuntur suo lumine. At nos quærimus illa tanquam lateant semper, seque subducant. Ita nunquam putamus circa id esse, de quo dicēdum est, sed ex aliis locis petimus, & inuentis vim afferimus. Maiore animo aggredienda eloquentia est, quæ si toto corpore valet, vngues polire, & capillum reponere non existimat ad curam suam pertinere. ¶ Sed euenit plerūque, vt hac diligentia deterior etiam fiat oratio. Primum, quia sunt optima minime accersita, & simplicibus, atque ab ipsa veritate profectis similia. Nam illa quæ curam fatentur, & ficta aque composita videri etiam uolunt, nec gratiam consequuntur, & fidem amittunt propter id quod sensus obumbrant, & uelut læto gramine sata strangulat. Nam & quod recte dici potest, circumimus amore uerborum: & quod satis dictum est, repetimus: & quod vno verbo patet, pluribus oramus: & pleraque significare melius putamus quàm dicere. Quid? quod nihil iam proprium placet, dum parum creditur disertum, quod & alius dixisset? A corruptissimo quoque poetarum figuras seu traslationes mutuamur, tum demum ingeniosi scilicet, si ad intelligendos nos opus sit ingenio. Atqui satis aperte Cicero præceperat in dicendo vitium uel maximum esse, à vulgari genere orationis, atque à consuetudine communi abhorre. Sed ille & durus & inereditus, nos melius, quibus sordēt omnia quæ natura dictauit, qui non ornāmēta quærimus, sed lenocinia. Quasi vero sit vlla verborū, nisi rei coherentium, virtus, quæ vt propria sint & dilucida & ornata, & apte collocentur, si tota vita laborandum est, omnis studiorum fructus amissus est. Atque plerisque videas hærentes circa singula, & dum inueniunt, & dum inuenta ponderāt, ac dimetiuntur. Quod etiam si idcirco fieret, vt semper optimis vterentur, abominanda tamen hæ infelicitas erat, quæ & cursum dicendi refrenat, & calorem cogitationis extinguit mora & diffidentia. Miser enim, & (vt sic dicam) pauper orator est, qui nullum verbū æquo animo perdere pōtest. Sed ne perdet quidem, qui rationem loquendi primum cognouerit, tum lēctione multa & idonea copiosam sibi verborum supellectilem compararit, & huic adhibuerit artem collocandi, deinde hæc omnia exercitatione plurima roborarit, vt semper in promptu sint, & ante oculos. Nanque & hoc qui fecerit, ei res cum nominibus suis occurrent. Sed opus est studio præcedente, & acquisita facultate, & quasi reposita. Nanque ista quærendi, iudicandi, comparandi anxietas dum discimus, adhibenda est, non cum dicimus. Alioqui, sicut qui patrimonium non pararunt, subinde quærent, ita in oratione qui non satis laborarunt, si præparata vis dicendi non fuerit, erunt inofficiosi, non vt ad requisita respondere, sed vt semper sensibus inharere videantur. At vt vmbra corpus sequitur, tamen in hac ipsa cura est aliquid satis. Nam cū latina, significancia, ornata, apte sint collocata, quid amplius laboremus? ¶ Quibusdam tamen nullus finis calumniandi est, & cum singulis pene syllabis commorādi, qui etiam cum optima sint reperta, quærent aliquid quod sit magis antiquum, remotum, inopinatum: nec intelligunt iacere sensus in oratione, in qua uerba laudantur. Sit igitur cura elocutionis quàm maxima, dum sciamus tamen nihil verborum causa esse faciendum, cum uerba ipsa rerum gratia sint reperta, quorum ea sunt maxime probabilia, quæ sensum animi nostri optime promunt, atque in animis iudicum, quod nos uolumus, efficiunt. Ea debent præstare sine dubio, & admirabilem & iucundam orationem. Verum admirabilem nō sic quo modo prodigia miramur, & iucundam orationem non deformi uoluptate, sed cum laude ad dignitatem coniuncta.

Cura uerborū cū rebus coniungenda.

Corruptio orationem nimia diligentia.

De orat. i.

QVAE IN ELOCUTIONE SPECTANDA. CAP. I.

Gitur quam Graeci *ῥησις* vocant, latinè dicimus elocutionē. ¶ Eam spectamus verbis, aut singulis, aut coniunctis. ¶ In singulis intuendum est, vt sint latina, perspicua, ornata, & ad id quod efficere volumus, accommodata. ¶ In coniunctis, vt emendata, vt collocata, vt figurata. ¶ Sed ea quæ de ratione latinè atque emendatè loquēdi fuerunt dicenda, in libro primo, cum de grammaticæ loqueremur, executi sumus. ¶ Verum illic tantum ne vitiosa essent, præcepimus: hic alienum non est admonere, vt sint quàmminime peregrina, & externa. Multos enim quibus loquendi ratio non desit, in uenias, quos curiosè potius loqui dixeris, quàm latinè: quo modo & illa Attica anus Theophrastum hominem aliqui disertissimum, annotata vnius affectatione verbi, hospitem dixit: nec alio se id deprehēdisse interrogata respōdit, quàm quod nimium atticè loqueretur. Et in Tito Livio miræ faciendæ viro putat inesse Pollio A finius quādam Patavinitatē. Quare si fieri potest, & verba omnia, & vox huius alūnum vrbis oleant, vt oratio Romana plane videatur, nō ciuitate donata.

DE PERSPICUITATE.

CAP. II.

Erspicuitas in verbis præcipuam habet proprietatem, sed proprietates ipsa non simpliciter accipitur. ¶ Primus enim intellectus est sua cuiusque rei appellatio, qua non semper vtitur. Nam & obscena vitabimus, & sordida, & humilia. Sunt autem humilia infra dignitatem rerum, aut ordinis. In quo vitio cauendo non mediocriter quidam errare solent, qui omnia, quæ sunt in vfu, etiam si causæ necessitas postulet, reformidant: vt ille, qui in actione, Ibericas herbas se solo nequicquam intelligente dicebat, nisi irridens hanc vanitatem Cassius Severus, spartum eum dicere velle indicasset. Nec video quare clarus orator duratos muria pisces, nitidius esse crediderit, quàm ipsum id quod vitabat. In hac autem proprietatis specie, quæ nominibus ipsis cuiusque rei vtitur, nulla virtus est: atque ei contrarium est vitium, id apud nos improprium, *ἀνύγοι* apud Græcos vocatur: quale est, Tantum sperare dolorem. Aut quod in oratione Dolabella emendatum à Cicerone annotavi, Mortē ferre. aut qualia nunc laudantur à quibusdam, quorum est de cruce verba ceciderunt. Non tamen quicquid nō erit proprium, protinus & improprii vitio laborabit. Quia primum omnium multa sunt, & græcè, & latinè, non denominata. Nam & qui iaculum emittit, iaculari dicitur: qui pilam aut sudē, appellatione priuatim sibi assignata caret. Et vt lapidare quid sit manifestum est, ita glebarū testarumque iactus nō habet nomen. Vnde abusus, quæ *καταχρησις* dicitur, necessaria. Trāslatio quoque in qua vel maximus est orationis ornatus, verba nō suis rebus accommodat. Quare proprietas non ad nomē, sed ad vim significandi refertur: nec auditu, sed intellectu perpendēda est. ¶ Secūdo modo dicitur propriū inter plura quæ sunt eiusdē nominis, id vnde cætera ducta sunt, vt vortex est cōtorta in se aqua, vel quicquid aliud similiter vertitur. Inde propter flexū capillorū pars est summa capitis, & ex hoc quod est in montibus eminentissimū. Recte inquam dixeris hæc omnia uertices, propriè tamē, vnde initium est. Sic soleæ, & tardi pisces, & cætera. ¶ Tertius est huic diuersus modus, cum res communis pluribus, in vno aliquo habet nomē eximium, vt cæmen funebre proprie nania: & tabernaculum ducis, Augustale. ¶ Item quod commune est & aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur, vt Urbem, Romam accipimus: & uenales, nouitios: & Corinthia, æra: cū sint urbes aliæ quoque, & uenalia multa, & tam aurū & argentum quàm æs Corinthium. Sed ne in his quidem uirtus oratoris inspicitur. ¶ At illud iam nō mediocriter probandum, quod hoc etiam laudari modo solet ut propriè dictū, id est, quo nihil inueniri possit significantius, vt Cato dixit Caium Cæsarem ad euertendam rempublicam sobrium accessisse, ut Virgilius deductum cæmen, & Horatius Acrem tibiam, Annibalēque dirum. ¶ In quo modo illud quoque est à quibusdam traditum proprii genus ex appositis, quæ epitheta dicuntur, ut dulce mustum, & cum dentibus albis, de quo genere alio loco dicendum est. ¶ Etiam quæ bene trāslata sunt propria dici solent. ¶ Interim autē quæ sunt in quoque præcipua, proprii locū accipiunt, ut Fabius inter plures imperatorias uirtutes, cūctator est appellatus. ¶ Possunt uideri uerba, quæ plus significant quàm eloquuntur, in parte ponenda perspicuitatis. intellectum enim adiuvant. Ego autem libentius emphasim retulerim ad ornatum orationis, qui non ut intelligatur, efficiat, sed ut plus intelligatur. ¶ At obscuritas fit etiam uerbis ab usu remotis, ut si commentarios quis pontificum, & uetustissima fœdera, & exoletos scrutatus auctores, id ipsum petat ex eis, ut quæ inde contraxerit, non intelligatur. Hinc enim aliqui famam eruditionis affectant, ut quædam soli scire uideantur. ¶ Fallunt etiam uerba, uel regionibus quibusdam magis familiaria, uel artium propria, ut Atabulus uentus, & nauis saccatia, & in malaco sanū, quæ uel uitāda apud iudicem ignarum significationum earum, uel interpretanda sunt. ¶ Sicut in his quæ homony-

ELOCUTIONIS
DIVISIO.PERSPICUITAS
PROPRIA
PRIUS UERBIS
CONSTAT, QUAE
SUNT UARIA.

1

2

Abusus in
multis necessarius.

3

4

5

6

7

8

Emphas ad
ornatum re-

ferenda est.

OBSERV

ritas, cuius
plures sunt
modi.

Georg. 3.

Summa præceptio perspicuitatis.

ma dicuntur, vt taurus animal sit, an mons, an signum in cælo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum, non intelligitur. ¶ Plus tamen est obscuritatis in contextu & continuatione sermonis, & plures modi. Quare nec fit tam longus, vt eum prosequi non possit intentio: nec traiectione tam tardus, vt in hyperbaton finis eius deferatur. ¶ Quibus adhuc peior est mixtura verborum, qualis in illo uersu, Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus aras. ¶ Etiâ interiectione, qua & oratores, & historici frequenter vtuntur, vt medio sermone aliquem inserant sensum, impediri solent intellectus, nisi quod interponitur breue est. Nam Virgilius illo loco, quo pullum equinum describit, cum dixisset, Nec vanos horret strepitus, cõpluribus insertis, alia figura, quinto demum versu redit, Tum siqua sonum procul arma dedere, Stare loco nescit. ¶ Vitâda in primis ambiguitas, non hæc solum, de cuius genere supra dictum est, quæ incertum intellectum facit, vt Chremetem audiui percussisse Demeam: sed illa quoque, quæ etiam si turbare non potest sensum, in idem tamẽ verborum vitium incidit: vt si quis dicat, visum à se hominem librum scribentem. Nam etiam si librum ab homine scribi pateat, male tamen composuerat, feceratque ambiguum, quantum in ipso fuit. ¶ Est etiam in quibusdam turba inanum verborum, qui dũ communem loquendi morem reformidant, ducti specie nitoris, circumeunt omnia copiosa loquacitate, quæ dicere volunt: ipsam deinde illam seriem cum alia simili iungentes miscentesque, vltra quàm vllus spiritus durare possit, extendunt. In hoc malum etiam à quibusdam laboratur: neque id nouum vitium est, cum iam apud Titum Liuium inueniam fuisse præceptorem aliquem, qui discipulos obscurare quæ dicerent, iuberet, Greco verbo vtens *ἐκείνους*. Vnde illa scilicet egregia laudatio, tanto melior, ne ego quidem intellexi. ¶ Alii breuitatis æmuli necessaria quoque orationi subtrahunt verba, & velut satis sit scire ipsos quæ dicere uelint, quantum ad alios pertineat, nihil putant. At ego ociosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio nõ intelligit. ¶ Quidam emutatis in peruersum dictis de figuris idem vitium consequuntur. ¶ Pessima vero sunt *ἀντιθέσεις*, hoc est, quæ verbis aperta, occultos sensus habent, vt conductus est cæcus secus viam stare: & qui suos artus morsu lacerasset, fingitur in scholis supra se cubasse. Ingeniosa hæc & fortia, vt ex ancipiti diserta credantur, perficiunt. At peruasit quidem iam multos ista persuasio, vt id iam demum eleganter atque exquisitè dictum putent, quod interpretandum sit. Sed auditoribus etiam nonnullis grata sunt hæc, quæ cum intellexerint, acumine suo delectantur & gaudent, non quasi audiuerint, sed quasi inuenerint. ¶ Nobis prima sit virtus perspicuitatis, propria verba, rectus ordo, non in longum dilata conclusio, nihil neque desit, neque superfluat. Ita sermo & doctis probabilis, & planus imperitis erit. Hæc est loquendi obseruatio. Nam rerum perspicuitas quo modo præstanda sit, diximus in præceptis narrationis. Similis autem ratio est in omnibus. Nam si neque pauciora quàm oportet, neque plura, neque inordinata aut indistincta dixerimus, erũt dilucida, & negligenter quoq; audientibus aperta, quia id ipsum in consilio est habendum, nõ semper tã esse acrem iudicis intentionem, ut obscuritatem apud se ipse discutiat, & tenebris orationis inferat quoddã intelligentiæ suæ lumẽ, sed multis eũ frequẽter cogitationibus auocari, nisi tã clara fuerint quæ dicemus vt in animum eius oratio vt sol in oculis, etiam si in eam non intendatur, incurrat. Quare non vt intelligere possit, sed ne omnino possit nõ intelligere, curandum. Propter quod etiam repetimus sæpe, quæ non satis percepisse eos qui cognoscunt, putamus. Quæ causâ * vtique nostra culpa dicta obscurius est, * qua causâ ad planiora, & cõmunia magis verba descendimus, cum id ipsum optime fiat, quod nos aliquando non optime fecisse simulamus.

DE ORNATV. CAP. III.

ORNATVS dicendi proprius oratoris, & in eodẽ magna virtus.

Enio nunc ad ornatum, in quo sine dubio plus quàm in cæteris dicẽdi partibus sibi indulget orator. Nam emendatè quidem ac dilucidè dicentium, tene præmium est: magisque vitiis carere est, quàm vt aliquam magnam virtutem adeptus esse videaris. Inuentio cum imperitis sæpe communis, dispositio modicæ doctrinæ credi potest: & quæ sunt artes altiores, plerunque occultantur, vt artes sint. Denique omnia hæc ad vtilitatem causarum sola referenda sunt. Cultu vero atque ornatu se quoque commendat ipse qui dicit, & in cæteris iudicium doctõrum, in hoc vero etiam popularem laudem petit. Nec fortibus modo, sed etiam fulgentibus armis, præliatus est Cicero in causâ Cornelii, qui non assecutus est docendo iudicem tantum, sed utiliter demum, ac latine, perspicuèque dicendo, vt Populus Romanus admirationem suam non acclamatione tantum, sed etiam plausu confiteretur. Sublimitas profecto, & magnificentia, & nitor, & auctoritas expressit illũ fragorẽ. Nec tã insolita laus esset profecuta dicere, si visitata, & cæteris similis fuisset oratio. Atque ego illos credo, qui aderant, nec sensisse quid facerent, nec spõte iudicioq; plausisse

sed velut mente captos, & quo essent in loco ignaros erupisse in hunc voluntatis affectum. ¶ Sed ne causæ quidem parum confert idem hic orationis ornatus. Nam qui libenter audiunt, & magis attendunt, & facilius credunt, plerumque ipsa delectatione capiuntur, nonnunquam admiratione auferuntur. Nam & ferrum affert oculis terroris aliquid, & fulmina ipsa non tam nos confunderent, si vis eorum tantum, non etiam ipse fulgor timeretur. Recteque Cicero his ipsis ad Brutum verbis quadam in epistola scribit. Nam eloquentiam quæ admirationem non habet, nullam iudico. Aristoteles quoque eandem petendam maximè putat. ¶ Sed hic ornatus (repetam enim) virilis, fortis, & sanctus sit, nec effeminatam leuitatem, nec fucò eminentem colorem amet, sanguine & viribus niteat. Hoc autem adeo verum est, ut cum in hac maximè parte sint vicina virtutibus vitia, etiam qui vitiis vtuntur, virtutis tamen his nomen imponant. Quare nemo ex corruptis dicat, me inimicum esse cultè dicentibus. Non nego hanc esse virtutem, sed illis eam non tribuo. An ego fundum cultiorem putem, in quo mihi quis ostenderit lilia, & violas, & amœnos fontes surgentes, quàm vbi plena messis, aut graues fructu vites erunt? Sterilem platanum, tonsasque myrtos, quàm maritam vltimum, & vberes oleas præoptauerim? Habeat illa diuites, licet quid essent, si aliud nihil haberent. Nullus ne ergo etiam fructiferis adhibendus est decor? quis negat? Nam & in ordinè certaque interualla redigam eas arbores. Quid enim illo quincunce speciosius, qui in quancunque partem spectaueris, rectus est? Sed protinus in id quoque prodest, ut terræ succum æqualiter trahant. Surgentia in altum cacumina oleæ ferro coercebo, in orbem se formosius fundet, & protinus fructum ramis pluribus feret. Decentior equus cuius astricta sunt ilia, si idem velocior. Pulcher aspectu sit athleta, cuius lacertos exercitatio expressit, idem certamini paratior. Nūquam vera species ab vtilitate diuiditur. Sed hoc quidem discernere modici iudicii est. Illud obseruatione dignius, quod ipse honestus ornatus pro materiæ genere debet esse variatus. Atque ut à prima diuisione ordiar, non idem demonstratiuis, & deliberatiuis, & iudicialibus causis conueniet. Nanque illud genus ostentationi compositum, solam petit audientium voluptatem, ideoque omnes dicendi artes aperit, ornatumque orationis exponit, ut qui non insidietur, nec ad victoriam, sed ad solum finem laudis & gloriæ tendat. Quare quicquid erit sententiis populare, verbis nitidum, figuris iucundum, translationibus magnificum, compositione elaboratum, velut institor quidam eloquentiæ intuentum, & penè pertractandum dabit. Nam euentus ad ipsum non ad causam refertur. At vbi res agitur, & vera dimicatio est, vltimus fit famæ locus. Præterea, non debet quisquam, vbi maxima rerum momenta versantur, de verbis esse sollicitus. Neque hoc eo pertinet, ut in his nullus sit ornatus, sed uti pressior & feuerior, eo minus confessus, præcipuè ad materiam accommodatus. Nam & suadendo sublimius aliquid Senatus, cōcitatus populus, & in iudiciis publicæ, capitalisque causæ poscunt accuratius dicendi genus. At priuatum consiliū, causasque paucorum (ut frequenter accidit) calculorum, purus sermo, & dissimilis curæ magis decuerit. An non pudeat certam creditam pecuniam periodis postulare, aut circa stillicidia affici, aut in mæcipii redhibitione sudare? Sed ad propositum. ¶ Et quoniam orationis tam ornatus quàm perspicuitas, aut in singulis verbis est, aut in pluribus positus, quid separata, quid coniuncta exigant, consideremus. Quamquam rectissimè traditum est, perspicuitatem propriis, ornatum translatis verbis magis egere. Sciamus inornatum esse quod sit impropriū. ¶ Sed cum idem frequentissimè plura significant, quod *συμφορὰ* vocatur, iam sunt aliis alia honestiora, sublimiora, nitidiora, iucundiora, vocaliora. Nam ut syllabæ è literis melius sonantibus clariiores sunt, ita verba è syllabis magis vocalia, & quo plus quæque spiritus habet, auditu pulchrior. Et quod facit syllabarum, idem verborum quoque inter se copulatio, ut aliud alii iunctum melius sonet. ¶ Diuersus est tamen vsus. Nam rebus atrocibus verba etiam ipso auditu aspera magis conuenient. In vniuersum quidem optima simplicium creduntur, quæ aut maximè exclamant, aut sono sunt iucundissima. Et honesta quidem turpibus potiora semper, nec fordidis vnquam in oratione erudita locus. Clara illa, atque sublimia plerumque materiæ modo cernenda sunt. Quod enim alibi magnificum, tumidum alibi. Et quæ humilia circa res magnas, apta circa minores videntur. Et sicut in oratione nitida notabile est humilius verbum & velut macula, ita à sermone tenui sublime, nitidumque discordat: fitque corruptum, quia in plano tumet. Quædam non tam ratione quàm sensu iudicantur: ut illud, Cæsar iungebant fœdera porca, fecit elegans, fictio nominis: quod si fuisset porco, vile erat. In quibusdam ratio manifesta est. Risimus & merito nuper poetam, qui dixerat, Prætextam in cista mures rosere Camilli. At Virgilii miramur illud, Sæpè exiguus mus. Nam epitheton exiguus aptum proprium effecit, ne plus expectaremus, & casus singularis magis decuit. & clausula ipsa unius syllabæ non vsitata addidit gratiam. Imitatus est itaque vtrumque Horatius, Nascetur ridiculus mus. ¶ Nec augenda semper oratio, sed submittenda nonnunquam est. Vim rebus aliquando ipsa verborum humilitas affert. An cum dicit in Pisonem

Ornatus
qualis esse
debeat.

ORNA-
tus in singu-
lis uerbis.

Verborum
idem signifi-
cantium ua-
rietas, &
quomodo ad
hibenda.

Georgi. 4.

Cicero, Cum tibi tota cognatio in sarraco aduehatur, incidisse videtur in sordidum nomen? non eo contemptum hominis, quem destructū volebat, auxisse? & alibi, Caput opponis culeo conificans. Vnde interim grati idiotis ioci: qualis est ille apud M. Tullium, Pusio qui cum maiore sore cubitabat. & Flavius qui cornicum oculos cōfixit. & pro Milone, Heus vbi Rufcio? & Eru-
*Propria or-
 nata sunt, si
 antiqua.*
 natus Antoniafter? Id tamen in declamationibus est notabilis. Laudariq; me puero solebat, Da pa-
 tri panem. & in eodem, Etiam canem pascis. Res quidem præcipuè in scholis anceps, sed frequen-
 ter causa risus: nunc vtique, cū hæc exercitatio procul à veritate seiuncta laboret incredibili ver-
 borum fastidio, ac sibi magnam partem sermonis abscederit. ¶ Cum sint autem verba propria,
 ficta, translata, propriis dignitatem dat antiquitas. Nanque & sanctiorem & magis admirabilem
 faciunt orationem, quibus non quilibet fuerat vsurus, eoque ornamento acerrimi iudicii P. Vir-
 gilius vnice est vsus. Olim enim, & quianam, & mis, & pone, pellucet, ad aspergendā illam, quæ
 etiam in picturis est gratissima, vetustatis imitabilem arti auctoritatem. Sed vtendū modo, nec ex
 vltimis tenebris reperēda. Satis est vetus, Quælo quid necesse est dicere, oppido, quo sunt vsi paulu-
 lum tēpore nostro superiores, vereor vt iam nō ferat quiquā. Certe antigerio, cuius eadem signifi-
 catio est, nemo nisi ambitiosus vtetur. A Erummas quid opus est? tanquam parum sit si dicatur,
 quod horridum reor, tolerabile autumo. Tragicū prolem ducendum, vniuersam eius prosapiam,
 insulsum. Quid multa? totus propè mutatus est sermo. Quædam tamen adhuc vetera vetustate
 ipsa gratius nitent, quædam etiam necessario interim sumuntur. Enūcupare, & fari, & multa alia
 etiam audientibus grata inseri possunt. sed ita demum si non appareat affectatio. In qua mirificè
 Virgilius, & Hormethiorum amator iste verborum. Iste iste rhetor, nanq; quatinus totus

Thucides tyrannus, Atticæ febres. Taugallicum minæ & spinæ: male illi sit.

Ita omnia ista verba miscuit fratri. Cimber hic fuit, à quo fratrem necatum hoc Ciceronis di-
 cto notatum est. Germanū Cymber occidit. Nec minus noto Sallustius epigrammate incessitur.
 Et verba antiqui multum furate Catonis Crispe Iugurthinæ conditor historiæ. Odiosa cura. Nā
 est cuiuslibet facilis, & hoc pessima, quod rei studiosus non verba rebus aptauit, sed res extrinsecus
*Ficta siue
 nouata uer-
 ba.*
 arcessit, quibus hæc uerba conueniant. ¶ Fingere, vt primo libro dixi, Græcis magis concessum
 est, qui sonis etiam quibusdam & affectibus non dubitauerunt nomina aptare, non alia libertate,
 q̄ qua illi primi homines rebus appellationes dederūt. Nostri autem in iungendo, aut in deriuando
 paulum aliquid ausi, vix in hoc satis recipiuntur. Nam memini iuuenis admodum inter Pō-
 ponium & Senecam etiam præfationibus esse tractatū, an gradus eliminat apud Accium in Tra-
 gœdia dici oportuisset. At veteres ne expectorat quidem timuerūt. Et sanè eiusdem notæ est exa-
 minat. At in tractu & declinatione talia sunt, qualia apud Ciceronem beatitas & beatitudo: quæ
 dura quidem sentiri esse, verūtamen vsu putat posse moliri. Nec à verbis modo, sed à nominibus
 quoque deriuata sunt quædam, vt à Cicerone subuculatū, & ab Asinio simbriatū, & fibulatum.

* Plautog. Multa ex Græco formata noua, ac plurima à Sergio * Flauioque, quorū dura quædam admodū
 vidētur, vt ens & essentia: quæ cur tantopere aspernemur nihil video, nisi quod iniqui iudices ad-
 uersus nos sumus, ideoque paupertate sermonis laboramus. Quædam tamen perdurant. Nam &
 quæ vetera nunc sunt, fuerunt olim noua. Et quædam in vsu perquā recentia, vt Messala primus
 reatum, munerariū Augustus primus dixerunt. Reatum nemo ante Messalam, munerariū nemo
 ante Augustū dixerat. Piraticam quoque vt musicam & fabricā dici adhuc dubitabant mei præ-
 ceptores. Fauorem & vrbantum Cicero noua credit. Nam & in epistola ad Brutum, Eum, inquit,
 Epist. lib. 3. amorem, & eum (vt hoc verbo vtat) fauorem in consilium aduocabo. Et ad Appium Pulchrum,
 Te hominem non solum sapientem, verum etiā (ut nunc loquuntur) vrbantum. Idem putat à Te-
 rentio primū dictum esse obsequiū. Cæcilius ad Cisenam, Albenti cælo. Ceruicem uidetur Hor-
 tensius primus dixisse. Nam ueteres pluraliter appellabant. Audendum itaque. Neque enim acce-
 do Cello, qui ab oratore uerba fingi uetat. Nam cum sint eorum alia (ut dicit Cicero) natiua, id
 est quæ significata sunt primo sensu: alia reperta, quæ ex his facta sunt, ut iam nobis ponere aliqua
 quæ illi rudes homines primi fecerūt, fas nō sit: at deriuare, flectere, cōiungere, quod natis postea
 concessum est, quando desuit licere? Et si quid periculosus finxisse uidebimur, quibusdam reme-
 diis præmuniendū est. Vt ita dicam, Si licet dicere, Quodāmodo, Permittite mihi sic. Quod idē
 etiam in iis quæ licentius translata erunt, proderit, quæ non tuto dici possunt. In quo non falli
 iudiciū nostrum, sollicitudine ipsa manifestum erit. Qua de re Græcum erit illud elegatissimum,

quo præcipitur ita, ποσὶ πλῆσαν τῇ ὑπερβολῇ. ¶ Translata probari nisi in contextu sermonis
 non possunt. Itaque de singulis uerbis satis dictū, quæ ut alio loco ostēdi, per se nullam uirtutem
 habent. Sed ne inornata sunt quidem, nisi cum sunt infra rei, de qua loquendum est, dignitatē, ex-
 cepto si obscœna nudis nominibus enuncientur. Quod uiderint, qui non putant esse uitāda, quia
 nec

Verba tras-
 lata. Lib. 1.
 cap. 10.

nec sit vox illa natura turpis, & si qua est rei deformitas, alia quoque appellatione quacunque ad intellectū eundem nihilominus perueniat. Ego Romani pudoris more contentus, vt iam respondē talibus, verecundiā silentio vindicabo. ¶ Iam hinc igitur ad coniuncti sermonis rationē transeamus. Cuius ornatus in hac duo prima diuiditur, quam concipiamus elocutionem, quomodo efferamus. Nam primū est vt liqueat, augere quid velimus, an minuere, concitate dicere an moderatē, latē an seuerē, abundanter an pressē, asperē an leniter, magnificē an subtiliter, grauius an urbanē. Tum quo translationis genere, quibus figuris, qualibus sententiis, quo modo, qua postremo collocaione id quod intendimus, efficere possimus. ¶ Cæterū dicturus quibus ornatur oratio, prius ea quæ sunt huic contraria laudi, attingam. Nā prima virtus est vitio catere. Igitur ante omnia, ne speremus ornatam orationem fore, quæ probabilis nō erit. ¶ Probabile autem Cicero id genus dicit, quod non plus minūse est q̄ decet. Non quia comi expoliri non debeat. (Nam & hæc ornatus pars est) sed quia vitium est vbique quod nimium est. Itaque vult esse auctoritatem in verbis, sententias vel graues vel aptas opinionibus hominum ac moribus. His enim saluis, licet assumere ea quibus illustrem fieri orationem putat. ¶ Delectant translata, superlata, ad nomen adiuncta, duplicata, & idem significantia, atque ab imitatione rerū non abhorrentia. ¶ Sed quoniam vitia prius demonstrare aggressi sumus, vel hoc vitium sit quod κακός φωνος vocatur, siue mala consuetudine in obscenum intellectū sermo detortus est, vt dūctare exercitus, & patrare bellum apud Sallustiu, dicta sanctē & antiquē, ridetur à nobis, si diis placet. quam culpam non scribentium quidem iudico, sed legentiu: tamen vitādam, quatinus verba honesta moribus perdidimus, & euincentibus etiam vitis cedendum est. Siue iunctura deformiter sonat, vt si cum hominibus notis loqui nos dicimus, nisi hoc ipsum hominibus mediū sit, in præfata videmur incidere, quia vltima prioris syllabæ litera, quæ exprimi nisi labris coeuntibus nō potest, aut interficere nos indecentissimē cogit, aut continuata cum insequente, in naturam eius corrumpitur. Aliæque conjunctiones aliquid simile faciunt, quas persequi longum est, in eo vitio quod vitandum dicimus, commorantes. Sed diuisio quoque affert eandem iniuriā pudori, vt si intercapedinis nominatio casu quis vtatur. Nec scripto modo id accidit: sed etiam sensu plerique obscene intelligere nisi caueris cupiunt: vt apud Ouidiu, Quæque latent meliora putat, ac ex verbis quæ longissimē ab obscenitate absunt, occasionem turpitudinis rapere. Siquidem Cælius Cacophaton apud Virgiliū putat, Incipiunt agitata tumescere, quod si recipias, nihil loqui tutum est. ¶ Deformati proximum est humilitatis vitium, ταπεινότης vocant, quæ rei magnitudo vel dignitas minuitur: vt, Saxæa est verruca in summo montis vertice. Cui natura contrarium, sed errore par est, paruis dare excellentia modū nomina, nisi cum ex industria risus inde captatur. Itaque nec parricidā nequam dixit hominem, nec deditum forte meretrici nefariū, quod alterum parum, alterū nimium est. Proinde quadam hebes, fordida, ieiuna, tristis, ingrata, vilis oratio est. Quæ vitia facillimē sunt manifesta contrariis virtutibus. Nam primum acuto, secundum nitido, tertiu copioso, deinceps hilari, iucundo, accurato diuersum est. ¶ Vitanda & μέγας, cum sermoni quidē deest aliquid quominus plenus sit, quanquā id obscuræ potius q̄ inornatæ orationis vitium est. Sed hoc quoque cum à prudētibus sit, schema dici solet, sicut ταυτολογία, id est, eiusdem verbi aut sermonis iteratio. ¶ Hæc enim quanquam nō magnopere summis auctoribus vitata, interim vitium videri potest, in quod sæpē incidit etiā Cicero secutus tam paræ obseruationis, sicut hoc loco, Nō solum igitur illud iudicium iudicii simile iudices non fuit. Interim mutato nomine ἐπαναληψις dicitur, atq; est & ipsum inter schemata, quorū exempla illo loco reddā, quo virtutes erunt. ¶ Peior hac ὁμοιολογία est, quæ nulla varietatis gratia leuat tædium, atq; est tota coloris vnus, quæ maximē deprehenditur, carens arte oratoria. Eaque & in sententiis, & figuris, & compositione longa: nō animis solum, sed etiam auribus est ingratisima. ¶ Vitanda μακρολογία, id est, longior q̄ oporteat sermo, vt apud Liuium, Legati non impetrata pace retro domum, vnde uenerant, abierunt. Sed huic vicina periphrasis virtus habetur. ¶ Est & πλεονασμός vitium, cū superuacuis verbis oneratur oratio, Ego meis oculis vidi. Satis est enim vidi. Emēdauit hoc enim urbanē in Hircium Cicero. Cui cum in Panfam declamans filiū, à matre decem mensibus in utero latum esse dixisset. Quid? alia, inquit, in penula solent ferre? Nonnuq̄ tamen illud genus, cuius exemplum priore loco posui, affirmationis gratia adhibetur, Vocemq; his auribus hausi. At vitium erit, quoties ociosum fuerit, & supererit, non cum adicietur. ¶ Est etiam quæ περιγία vocatur, superuacua (ut sic dixerim) operositas, ut à diligenti curiosus, & à religione supersticio distat. Atq; ut semel finiam, uerbum omne, quod neque intellectum adiuuat, neque ornatum, uitiosum dici potest. ¶ κακός ἦλος, id est, mala affectatio, per omne dicendi genus peccat. Nam & tumida, & exilia, & prædulcia, & abundantia, & arcessita, & exultantia sub idem nomen cadunt. Denique κακός ἦλος vocatur, quicquid

ORNA-
tus in uer-
bis coniu-
ctis.

Probabile.
In partit.

Delectatio.

VITIA
orationis.

Cacophatū.

Georg. 1.

Tapinosie.

Miosis.

Tautologia.
Pro Cluent.

Epanalepsis
Homæolo-
gia.

Pleonasmus

Aeneid. 4.
Periergia.

Cacazelon.

est vltra virtutem, quoties ingenij iudicio caret, & specie boni fallitur, omnium in eloquentia viti-
 orum pessimū. Nam cetera vitantur, hoc petitur. Est autem totum in elocutione. Nam rerum
 vitia sunt stultū, cōmune, contrariū, superuacū. Corrupta oratio in verbis maximē improprie
 redundantibus, cōprehensione obscura, compositione fracta, vocum similium, aut ambiguarum
 puerili captatione consistit. Est autem omne κακόζηλον vtique falsum, etiam si non omne falsum
 κακόζηλον. Vt cum dicitur aliter q̄ se natura habet, & q̄ oportet, & q̄ fat est. Totidem autem gene-
 ribus corrumpitur oratio, quot ornatur. Sed de hac parte & in alio à nobis opere plenius dictum
 est, & in hoc sæpè tractabitur, & adhuc spargetur omnibus locis. Loquentes enim de ornatu, sub-
 inde quæ sunt vitia, similia virtutibus vitia, dicemus. ¶ Sunt inornata & hæc, quod malè dispo-
 situm est, id ἀνοικονόμητον: quod male figuratū, id ἀχίμακτον: quod male collocatū, id κακοσύνθετον
 vocant. Sed de dispositione diximus, de figuris & compositione dicemus. καλίστος quoque appella-
 tur quædam mixta ex varia ratione linguarū oratio, vt si atticis dorica, ionica, æolica etiam dicta
 confundas. Cui simile vitium est apud nos, si quis sublimia humilibus, vetera nouis, poetica vul-
 garibus nascatur. Id enim tale est monstrum, quale Horatius in prima parte de arte Poetica fingit.
 Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere si velit, & cetera ex diuersis naturis subiciat.
 ¶ Ornatum est quod perspicuo ac probabili plus est. Eius primi sunt gradus in eo quod velis ex-
 primendo concipiendūq̄. Tertius qui hæc nitidiora faciat, quod propriè dixeris cultum. ¶ Ita-
 que ἐνάργειαν, cuius in præceptis narrationis feci mentionem, (quia plus est euidentia, vel vt alii di-
 cunt representatio, q̄ perspicuitas, & illud quidem patet, hæc se quodammodo ostendit) inter or-
 namenta ponamus. Magna uirtus est, res de quibus loquimur, alere, atque vt cerni videatur, enun-
 ciare. Non enim satis efficit, neque vt debet plenè dominatur oratio, si vsq̄ ad aures volet, atque
 ea sibi iudex de quibus cognoscit, narrari credat, non exprimi, & oculis mentis ostendi. Sed quo-
 niam pluribus modis accipi solet, non equidem in omnes eam particulas secabo, quarū ambitiosè
 à quibuscūq̄ numerus augetur, sed maximè necessarias attingam. ¶ Est igitur vnum genus quo to-
 ta rerum imago quodammodo verbis depingitur. Constat in digitos extemplo arrectus vterq̄,
 & cetera. quæ nobis illā pugilum congregantiū aciem ita ostendunt, vt non clarior futura fue-
 rit spectantibus. Plurimū in hoc genere sicut in ceteris eminet Cicero. An quisquam tam procul
 à concipiēdis imaginibus rerum abest, vt cum illa in Verrem legit, Stetit soleatus Prætor Populi
 Romani cum pallio purpureo, tunicaq̄; talari, muliercula nixus in littore, non solum ipsum os
 intueri videatur, & locum & habitū, sed quædam etiā ex his quæ dicta non sunt sibi ipse astruat?
 Ego certè mihi cernere videor, & vultum, & oculos, & deformes vtriusq̄ blanditias, & eorū qui
 aderāt, tacitam auersationem, ac timidam verecundiā. ¶ Interim ex pluribus efficitur illa quā co-
 namur exprimere facies, vt est apud eundem (namq̄ ad omnium ornandi virtutum exempla, vel
 vnus sufficiat) in descriptione conuiuui luxuriosi. Vt clamor, vt conuiciū mulierum, ut sympho-
 niæ cantus. Videbar mihi videre alios intrantes, alios autem exeuntes, partim ex vino vacillantes,
 partim hesteria potatione oscitantes. Versabatur inter hos Gallius unguentis oblitus, redimitus
 coronis, humus erat lutulenta vino, coronis languidulis, & spinis cooperta piscium. Quid plus ui-
 deret qui intrasset? Sic urbium captarū crescit miseria. Sine dubio enim qui dicit expugnatam
 esse ciuitatem, complectitur omnia quæcunque talis fortuna recipit: sed in affectus minus pene-
 trat brevis hic uelut nuncius. At si æperias hæc quæ uerbo vno inclusa erant, apparebunt effusæ
 per domos ac templa flammæ, & ruentiū tectorum fragor, & ex diuersis clamoribus vnus quidā
 sonus, aliorum fuga incerta, alii in extremo cōplexu suorum coherentes, & infantium scemina-
 rumque ploratus, & male usque in illum diem seruati fato senes, tum illa prophanonū sacrorūq̄;
 direptio, efferentium prædas repetentiūq̄; discursus, & acti ante suū quisque prædonem cate-
 nati, & conata retinere infantem suum mater, & sicubi maius lucrū est, pugna inter uictores. Li-
 cet enim hæc omnia (ut dixi) complectatur euersio, minus est tamen totum dicere, q̄ omnia. Cō-
 sequemur autem ut manifesta sint, si fuerint uerisimilia, & licebit etiam falsō effingere quicquid
 fieri solet. ¶ Contingit eadem claritas etiā ex accidentibus, Mihi frigidus horror Membra quatit,
 gelidūque coit formidine sanguis, Et trepidæ matres pressere ad pectora natos. Atq̄; huius sum-
 mæ, iudicio quidem meo, uirtutis facillima est uia. Naturam intueamur, hanc sequamur, Omnis
 elegantia circa opera uitæ est, ad se refert quisque quæ audit, & id facillimè accipiūt animi, quod
 cognoscunt. ¶ Præclare uero ad inferendam rebus lucem repertæ sunt similitudines, quarū aliæ
 sunt quæ probationis gratia inter argumenta ponuntur, aliæ ad exprimendam rerum imaginem
 composiæ, quod est huius loci proprium, Inde lupi ceu Raptores atra in nebula: &, Misit aui si-
 milis, quæ circum littora, circum Pisciferos scopulos humilis uolat æquora iuxta. Quo in genere
 idem præcipuè constituendum, ne id quod similitudinis gratia adieciimus, aut obscurum sit, aut
 igno-

Anæcono-

meton.

Aschematō.

Cacosynthe-

ton.

Cœnismos.

ORNA-

tus.

Expressa

rei imago.

A4. 7.

Similitudo.

Ayuntamiento de Madrid

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

omnis in augendo minuendoque consistit. Vtrique parti totidem modi, ex quibus præcipuos attingemus, reliqui similes erunt. Sunt autem positi in rebus & verbis. Sed quæ sit rerum inuentio ac ratio tractauimus, nunc quid elocutio attollat aut deprimat, dicendum.

DE AMPLIFICATIONE

CAP. IIII.

Amplificatio in nomine.

P

Rima est igitur amplificandi vel minuendi species in ipso rei nomine, ut cū eum qui sit casus, occisum: eum qui sit improbus, latronem: contrāque eum, qui pulsauit, attigisse: qui vulnerauit, lassisse dicimus. Vtriusque pariter exemplum est pro M. Cælio, Si vidua liberè, proterua petulanter, diues effusè, libidinosa meretricio more viueret, adulterum ego putarem, si quis hæc paulo liberius salutasset? Nam

Ex uerborū collatione.

PER INCREMENTUM.

Act. 7.

Aeneid. 8.

Philip. 2.

PER COMPARATIONE.

PER RATIONATIONE.

Philip. 2.

& impudicam meretricem vocauit, & eum cui longior cum illa fuerat usus, liberius salutasse. ¶ Hoc genus increfcit, ac fit manifestius, si ampliora verba cum ipsis nominibus, pro quibus ea positi sumus, conferantur: ut Cicero in Verrem, Non enim furem, sed ereptorem: nō adulterum, sed expugnatorem pudicitia: non sacrilegum, sed hostem sacrorū religionūq;: non ficiarium, sed crudelissimum carnificem ciuium fociorūq; in vestrū iudiciū adduximus. Illo enim modo ut sit multum, hoc etiam plus ut sit efficitur. ¶ Quatuor tamen maximè generibus video constare amplificationem, incremento, cōparatione, ratiocinatione, congerie. ¶ Incrementū est potentissimum, cum magna videntur etiam quæ inferiora sunt. ¶ Id aut gradu vno fit, aut pluribus: per id vnum Ciceronis exemplum, Facinus est vincere ciuem Romanū, scelus verberare, propè parricidium necare: quid dicam in crucem tollere? Nam & si tantum verberatus esset, vno gradu increaserat. Cum vero dixerit propè parricidium necare, supra quod nihil est, adiecit, quid dicam in crucem tollere? Ita cum id quod maximum est occupasset, necesse erat in eo quod ultra est, verba deficere. ¶ Fit & aliter supra summū adiectio: ut apud Virgiliū de Lauso, Quo pulchrior alter Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni. Summum est enim, quo pulchrior alter non fuit. ¶ Huic deinde aliquid suprapositū est. ¶ Tertiū quoq; est modus, ad quem non per gradus itur, & quod non est plus q̄ maximū, sed quo nihil maius est. Matrem tuā occidisti, quid dicam amplius? matrem tuam occidisti. Nam & hoc augendi genus est, tantum aliquid efficere, ut non possit augeri. ¶ Crescit oratio minus apertè, sed nescio an hoc ipso efficacius, cum citra distinctionem in cōtextu & cursu semper aliquid priore maius insequitur, ut de uomitu in Antonium Cicero, In coetu uero po. Ro. negociū publicum gerens, magister equitum. Singula incrementū habent. Per se deforme, vel non in coetu vomere, in coetu etiā, nō populi, populi etiā nō Romani, vel si nullū negocium ageret, vel si non publicum, vel si non magister equitū. Sed alius diuideret hæc, & circa singulos gradus moraretur: hic in sublime etiam currit, & ad summum peruenit non nixu, sed impetu. ¶ Verum ut hæc amplificatio in superiora tendit, ita quæ sit per cōparationem, incrementum ex minoribus petit. Augendo enim quod est infra, necesse est extollat id quod supra posuit: ut idem, atque in eodem loco, Si hoc tibi inter cenā & in illis immanibus poculis tuis accidisset, quis nō turpe duceret? In coetu uero po. Ro. & c. Sed & in Catilinā, Serui mehercle mei, si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes ciues tui, domum meā relinquendam putarem. ¶ Interim proposito velut simili exemplo efficiendum est, ut sit maius id quod à nobis exaggerandum est: ut idem pro Cluentio, cum exposuisset Milesiam quandā à secundis hæredibus pro abortu pecuniam accepisse, Quanto est, inquit, Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus? Siquidem illa cum suo corpori vim attulisset, se ipsa cruciavit: hic autem idem illud effecit per alieni corporis mortem atque cruciatū. ¶ Nec putet quisquam hoc, q̄q̄ est simile, illi ex arguementis loco quo maiora ex minoribus colliguntur, idem esse. Illic enim probatio petitur, hic amplificatio. Sicut in Oppianico, nō id agitur in illa cōparatione, ut ille male fecerit, sed ut peius. Est tamē q̄q̄ diuersarū rerū quadā uicinia. Repetā itaq; hic quoq; idē quo sum illic usus exēplū, sed nō in eūdē usum. Nam hoc mihi ostendēdū est, augēdi gratia non tota modo totis, sed etiā partes partibus comparari: sicut hoc loco, An vero vir amplissimus P. Scipio Pont. Max. Tib. Gracchū mediocriter labefactantem statum reip. priuatus interfecit, Catilinam orbem terræ cæde atq; incendio vastare cupientem nos COSS. perferemus? Hic & Catilina Graccho, & status reip. orbi terrarum, & mediocris labefactio cædi & incendiis & vastationi, & priuatus cōparatur. quæ si quis dilatare velit, plenos per singula locos habeat. ¶ Quas dixi per ratiocinationem fieri amplificationes, videamus an satis proprio verbo significauerim. Nec sūm in hoc sollicitus, dum res ipsa volentibus discere appareat. Hoc sum tamen secutus, q̄ hæc amplificatio alibi posita est, alibi valet, ut aliud crescat, aliud augeatur, inde ad id quod extolli volumus, ratio deducitur. Obiecturus

iecturus Antonio Cicero merum & vomitum, Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate. Quid fauces & latera ad ebrietatem? Minimè sunt ociosae? Nam respicientes ad hæc possumus aestimare quantum ille vini in Hippiae nuptiis exhausit, quod ferre & coquere non posset illa gladiatoria corporis firmitate. Ergo si ex alio colligitur aliud, nec improprium, nec inusitatum nomen est ratiocinationis, ut quod ex eadem causa inter status quoque habemus. ¶ Sic ex insequentibus amplificatio ducitur. Siquidem tanta vis fuit vini erumpentis, ut non casum afferret aut voluntatem, sed necessitatem, ubi minimè deceret, vomendi; & cibus non recens, ut accidere interim solet, redderetur, sed qui usque in posterum diem redundaret. ¶ Idem hoc præstant quæ antecesserunt. Nam cum Aeolus à Iunone rogatus, Cauum conuerfa cuspide montem impulit in latus, ac venti velut agmine facto, Qua data porta ruunt, apparet quanta sit futura tempestas. ¶ Quid? cum res atrocissimas qualque in summam ipsi extulimus inuidiam, eleuamus consulo, quo grauiora videantur quæ secutura sunt: ut à Cicerone factum est, cum illa diceret, Leuia sunt hæc in hoc reo crimina, metum virgarum Nauarchus nobilissimæ ciuitatis precio redemit, humanum est. Alius ne securi feriretur, pecuniam dedit, usitatum est. Nónne vsus est ratiocinatione, qua colligerent audientes, quantum illud esset quod inferbatur, cui comparata hæc humana viderentur atque usitata. ¶ Sic quoque solet ex alio aliud augeri, ut cum Annibalis bellicis laudibus ampliatur virtus Scipionis. Et fortitudinem Gallorum Germanorumque miramur, quo sit maior C. Cæsaris gloria. ¶ Illud quoque est ex relatione ad aliquid, quod non eius rei gratia dictum videtur amplificationis genus. Non putant indignum Troiani principes Graios Trojanosque propter Helenæ speciem tot mala, tantoque tēporis spatio sustinere, quamam igitur illa forma credenda est? Non enim hoc dicit Paris qui eam rapuit, non aliquis iuuenis, aut vnus è vulgo, sed senes, & prudentissimi, & Priamo assidentes. Verum & ipse rex decenni bello exhaustus, amissis tot liberis, imminente summo discrimine, cui faciem illam ex qua tot lachrymarum origo fluxisset, inuisam atque abominandam esse oportebat, & audit hæc & eam filiam appellans iuxta se locat, & excusat etiam, atque sibi esse malorum causam negat. Nec mihi videtur in Symposio Plato, cum Alcibiadem confitentem de se quid à Socrate pati voluerit, narrat, ut illum culparet hæc tradidisse, sed ut Socratis inuictam continentiam ostenderet, quæ corrupti speciosissimi hominis tam obuia voluptate non posset. ¶ Quin ex instrumento quoque heroum illorum magnitudo aestimanda nobis datur. Ad hoc pertinet Clypeus Aiæcis, & hasta Pelias Achillis. Qua virtute egregiè est vsus in Cyclope Virgilius. Nam quod illud corpus mente concipiam, cuius Trunca manum pinus regit. Quid? cum vix lorica duo Multiplicem connixi humeris ferrent, quantus Demoleos, qui indutus eam cursu palantes Troas agebat? Quid M. Tullius de M. Antonii luxuria tantum saltem fingere potuisset, quantum ostendit dicendo? Conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis seruorum in cellis stratos lectos videres. Cōchyliata peristromata, & Cn. Pompeii, & in cellis seruorum, nihil potest dici vltra, & necesse est tamè vltra infinito plus in domino cogitare. Et hoc simile est illi quod *in quibus* dicitur, sed illa ex verbo, hæc ex re cōiecturā facit: tātōque plus valet, quāto res ipsa verbis est firmior. ¶ Potest ascribi amplificationi congeries quoque verborū ac sententiarū idem significantiū. Nam etiam si non per gradus ascendant, tamen velut acervo quodam alleuātur. Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharfalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Simile est hoc figuræ, quam *συνεχόμενον* vocant: sed illic pluriū rerum est congeries, hic vnus multiplicatio. ¶ Hæc etiam crescere solet verbis omnibus altius atque altius insurgentibus. Aderat ianitor carceris, carnis fex Prætoris, mors terrōque fociorum ciuium Romanorum, licet or Sextius. ¶ Eadem ferè est ratio minuendi. Nam totidem sunt ascendentes, quot descendentes gradus. Ideoque uno exemplo contentus eius loci, quo Cicero in oratione Rulli hoc dicit, Pauci tamen qui proximi astiterant, nescio quid illum de lege agraria voluisse dicere suspicabantur. Quod si ad intellectum referas, minutio est: si ad obscuritatem, incrementum. ¶ Scio posse videri quibusdam speciem amplificationis Hyperboleum quoque, nam & hæc in vtranque partem valet: sed quia excedit hoc nomen, in tropis differenda est. Quos continuo subiungerem, nisi esset à cæteris separata ratio dicendi, quæ constat non propriis, sed translatis, Demus ergo breuiter hoc desiderio iam penè publico, nec omittamus eum quem plerique præcipuū ac penè solum putant, orationis ornatum.

Aeneid. 1.

Act. 7.

Illiad. 3.

Aeneid. 3.

Aeneid. 5.

Philip. 2.

PER Con-

geriem.

Pro Liga.

Act. 7.

Minuendi ratio contraria amplificationis.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM
DE GENERIBVS SENTENTIARVM. CAP. V.

Sententia quid significet.

S

Ententiam veteres quod animo sensissent vocauerunt. Id cū est apud oratores frequentissimum, tum etiam in vsu quotidiano quoddā reliquias habet. Nam & iuraturi, ex animi nostri sententia, & gratulantes, ex sententia dicimus. Non raro tamen & sic locuti sunt, vt sentia sua dicerent, nam sensus corporis videbantur. Sed consuetudo iam tenuit, vt mente concepta sensus vocaremus, lumina autem, præcipuēq; in clausulis posita, sententias, quæ minus crebra apud antiquos, nostris temporibus modo carent. Ideoque mihi de generibus earum, & de vsu arbitror pauca dicenda.

Sententia proprie dictæ.
Pro Liga.

Antiquissimæ sunt, quæ propriè (quamuis omnibus idem sit nomen) sententiæ vocantur, quas Græci *γνώμης* appellant. Vtrunque tamen nomen ex eo acceperunt, q̃ similes sunt consiliis aut decretis. Est autem hæc vox vniuersalis, quæ etiam citra complexum causæ possit esse laudabilis. Interim ad rem tantum relata: vt, Nihil est tam populare q̃ bonitas. Interim autē ad personam, quale est Afri Domitii, Princeps qui vult omnia scire, necesse habet multa ignoscere. Hanc quidam entymematis, quidam initium aut clausulam epicherematis esse dixerunt: & est aliquando, non tamen semper. Illud verius, esse eam aliquando simplicem, vt eam quam supra dixi, aliquando ratione subiecta. Nam in omni certamine qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, tamen quia plus potest, facile videtur. Nonnunquā duplicem, Obsequiū amicos, veritas odium parit.

Micipsa apud Sallust.

Sunt & qui decem genera fecerunt, sed eo modo quo fieri vel plura possunt, per interrogationē, cōparationem, inficiationem, similitudinem, admirationē, & cætera huiusmodi. per omnes enim figuras tractari potest. Illud notabile ex diuersis, Mors misera non est, aditus ad mortem miser est. Ac rectæ quidē sunt tales, Tam deest avaro quod habet, quā quod non habet. Sed maiorem vim accipiunt ex mutatione figuræ: vt, Vsq̃ue adeo ne mori miserū est? Acrius enim hoc, q̃ per se, Mors misera non est. Et translatione à cōmuni ad proprium. Nam cum sit rectū, nocere facile est, prodesse difficile, vehementius apud Ouidium Medea dicit, Seruare potui, perdere an

Pro Liga.

possim rogas? Vertit ad personā Cicero, Nihil habet Cæsar nec fortuna tua maius, q̃ vt possis: nec natura melius, q̃ vt velis seruare q̃ plurimos. Ita quæ erant rerum propria, fecit hominis. In hoc genere custodiendū est, & id quidem ubiq; ne crebræ sint, ne palām falsæ, quales frequenter ab his dicuntur qui hæc catholica vocant, & quicquid pro causā videtur, quasi indubitātū pronunciant: & ne passim, & à quocunque dicantur. Magis enim decet eos, in quibus est auctoritas, vt rei pondus etiam persona confirmet. Quis enim ferat puerum aut adolescentulum aut etiam ignobilem,

Enthymema.

si iudicet in dicendo, & quodāmodo præcipiat? Enthymema quoque est omne, quod mente cōcipimus, propriè tamen dicitur quæ est sententia ex contrariis, propterea quod eminere videtur inter cæteras, vt Homerus poeta, vrbs Roma. De hoc in argumentis satis dictum est. Non semper autem ad probationem adhibetur, sed aliquādo ad ornatum, Quorū igitur impunitas Cæsar tuæ clementiæ laus est, eorum te ipsorum ad crudelitatem acuet oratio? Non quia sit ratio dissimilis, sed quia iam per alia, vt id iniustum appareret, effectum erat. Et addita in clausula est epiphonematis modo non tam probatio, quā extrema quasi insultatio. Est enim epiphonema rei narratæ vel probatæ summa acclamatio, Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Facere enim probus adolescens periculose, q̃ perpeti turpiter maluit. Est & quod appellatur à nouis *ὀνόμας*, qua voce omnis intellectus accipi potest. Sed hoc nomine donarunt ea quæ non dicunt, verū intelligi volūt, vt in eum quem sapius à ludo redemerat soror, agentem cum ea talionis q̃ ei pollicem domini recidisset, Eras dignus vt haberes integram manū. Sic enim auditur, vt depugnares.

Clausula.

Vocatur aliquid & clausula, quæ si est quod conclusionem dicimus, & rectè, & quibusdā in partibus necessaria est, Quare prius de facto vestro fateamini necesse est, quā Ligari culpā vllam reprehendatis. Sed nunc illud volunt, vt omnis locus, omnis sensus in fine sermonis feriat aurem.

Pro Liga.

Turpe autem & propè nefas ducunt respirare vllō loco, qui acclamationē non petierit. Inde minuti corruptique sensiculi, & extra rem petiti. Neque enim possunt tam multa bonæ sententiæ esse, q̃ necesse est multæ sint clausulæ. Iam hæc magis noua sententiārum genera ex inopinato, vt dixit Vibius Crispus in eum, qui cum loricator in foro ambularet, prætēdebat se id metu facere, Quis tibi sic timere permisit? Et insigniter Africanus apud Neronem de morte matris, Rogant te Cæsar Gallia tuæ, ut felicitatem tuam fortiter feras. Sunt & alio relata, vt Afer Domitius cum Cloantillam defenderet, cui obiectum crimen, quod uirum qui inter rebellantes fuerat, sepelisset, remiserat Claudius, in epilogo filios eius alloquens, Matrē tamen, inquit, pueri sepelitore. Et aliunde petita, id est, in alium locū ex alio translata. vt pro Spathale Crispus, quam qui hæredem amator instituerat, decessit, cum haberet annos duodeuiginti, O hominem diuinum, qui sibi indulgit. Facit quoddam sententias sola geminatio: qualis est Senecæ in eo scripto quod Nero

ad Sena-

ad Senatum misit occisa matre, cum se periclitatum videri vellet, Saluum me esse adhuc nec credo nec gaudeo. Melior, cum ex contrariis valet, Habeo quem fugiam, quem sequar non habeo. Quid? quod miser cum loqui non posset, tacere non poterat? Ea vero fit pulcherrima, cum aliqua comparatione clarescit. Trachallus contra Spathalen, Placet hoc ergo? & leges diligentissimæ pudoris custodes decimas vxoribus dari, quartas meretricibus iubent? Sed horum quidem generum & bonæ dici possunt, & malæ. Illæ semper vitiosæ, uti à verbo, Patres conscripti, sic enim incipiendum est mihi, ut memineritis patrum. Peius adhuc quo magis falsum est & longius petitum. Contra eandem sororem gladiatoris, cuius modo feci mentionem, A digito pugnaui. Est etiā generis eiusdem, nescio an vitiosissimum, quoties verborum ambiguitas cum rerum falsa quadam similitudine iungitur. Clarum auctorem iuuenis audiui, cum lecta in capite cuiusdam ossa sententiæ gratia tenenda matri dedisset, Infelicissima femina nondum extulisti filium, & iam ossa legisti. Ad hoc plerique minimis etiam inuentiunculis gaudent, quæ excussæ, risum habent, inuētæ facie ingeniū blandiuntur. De eo qui naufragus, & ante agrorum sterilitate vexatus in scholis fingitur se suspendisse, Quem nec terra recipit nec mare, pendeat. Huic simile in illo de quo supra dixi, cui pater sua membra laceranti venenū dedit, Qui hæc edit, debet hoc bibere. Et in luxuriosum, qui ἀποκρετίζειν simulasse dicitur, Nectelaqueum, habes quod faucibus tuis irascaris. Sume venenum, decet luxuriosos bibendo mori. Alia vana, ut suadentis purpuratis, ut Alexandrum Babylonis incendio sepeliant. Alexandrum sepelio, hoc quisquam spectabit è tecto? quasi vero id sit in re tota indignissimum. Alia nimia, ut de Germanis dicentem quandam audiui, Caput nescio ubi impositum. Et de viro forti, Bella vmbone propellit. Sed finis non erit, si singulas corruptorum persequar formas. Illud potius quod est magis necessarium. Duæ sunt diuersæ opinionēs, aliorum sententias solas penè spectantium: aliorum omnino damnantium, quorum mihi neutrum admodum placet. Denfitas earum obstat inuicem, ut in satis omnibus fructibusque arborum, quorum nihil ad iustam magnitudinem adolescere potest, quod loco in quem crescat caret. Nec pictura in qua nihil circumlitum est, eminet. Ideoque artifices etiam cum plura in vnam tabulam opera contulerunt, spatii distinguunt, ne vmbra in corpora cadant. Facit res eadem concisam quoque orationem. Subsistit enim omnis sententia. Ideoque post eam utique aliud est initium. Vnde soluta ferè oratio, & è singulis non membris, sed frustis collata, structura caret, cum illa rotunda & vndique circumsita insistere inuicem nequeant. Præter hoc etiam color ipse dicendi quamlibet clarus multis tamen ac variis velut maculis conspergitur. Porro ut afferat lumen clauus purpuræ loco insertus, ita certe neminem decet intertexta pluribus notis vestis. Quare licet hæc enitere, & aliquatenus extare videantur, tamē & lumina illa non flammæ, sed scintillis inter fumum emicantibus similia dixeris: quæ nec appareant quidem, ubi tota lucet oratio, ut in sole fide ra ipsa definunt cerni: & quæ crebris partisque conatibus se attollunt, inæqualia tantum & velut confragosa, nec admirationem consequuntur eminentium, & planorum gratiam perdunt. Hoc quoque accidit, quod solas captandi sententias, multas necesse est dicere leues, frigidas, ineptas. Non enim potest esse delectus, ubi numero laboratur. Itaque videas & diuisionem pro sententia poni, & argumentum, si tantum in clausulæ calce pronuncietur. Occidisti vxorem ipse adulter, non ferrem te etiam si repudiasses: diuisio est. Vis scire venenum esse amatorium? uiueret homo, nisi illud bibisset: argumentum est. Nec multas plerique sententias dicunt, sed omnia tantum sententias. Huic quibusdam contrarium studium, qui fugiunt ac reformidant omnem hanc in dicendo voluptatem, nihil probantes nisi planum, & sine conatu. Ita dum timent ne aliquando cadant, semper iacent. Quod enim tantum in sententia bona crimen est, non causæ prodest? non iudicem mouet? non dicentem commendat? At est quoddam genus quo veteres non utebantur, & quam vos vocatis vetustatem? Nam si illam extremam, multa Demosthenes quæ ante eum nemo. Quo modo potest probare Ciceronem, qui nihil putat ex Catone Gracisque imitandum? Sed ante hoc simplicior adhuc ratio loquendi fuit. Ego uero hæc lumina orationis, uelut oculos quosdam esse eloquentiæ credo. Sed neque oculos esse toto corpore uelim, ne cætera membra suum officium perdant. Et si necesse sit, ueterem illum horrorem dicendi malim, quam istam nouam licentiam. Sed patet media quædam uia, sicut in cultu uictusque accessit aliquis citra reprehensionem nitor, quem sicut possumus adiiciamus uirtutibus. Prius tamen sit uitiis carere, ne dum uolumus esse meliores ueteribus, simus tantum dissimiles. Reddam nunc quam proximam esse dixeram partem de Tropis, quos motus clarissimi nostrorum auctores uocant. Horum tradere præcepta & grammatici solent. Sed à me, cum de illorum officio loquerer, dilata pars hæc est, quia de ornatu orationis grauior uidebatur locus, & maiori operi seruandus.

Cicero ad Att.

Sententia uitiosæ.

Sētētiæ quæ tenus adhibendæ in dicendo.

Transit ad ornatum in translatis.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

DE TROPIS.

CAP. VI.

T

Ropus est verbi vel sermonis à propria significatione in aliam cum virtute mutatio. Circa quem inexplicabilis & grammaticis inter ipsos, & philosophis pugna est, quæ sint genera, quæ species, qui numerus, quis cuique subiiciatur. Nos omittis quæ nihil ad instituendum oratorem pertinent, cavillationibus, necessariis maxime atque in usum receptos exequemur: hoc modo in his annotasse contenti, quosdam gratia significationis, quosdam decoris assumi: & esse alios in verbis propriis, alios in translatis; vertique formas non verborum modo, sed etiam sensuum & compositionis. Quare mihi videntur errasse, qui non alios crediderunt tropos, quàm in quibus verbum pro verbo poneretur. Neque illud ignoro, in iisdem ferè qui significandi gratia adhibentur, esse & ornatum, sed non idem accidet contrà, eruntque quidam tantum ad speciem accommodati. ¶ Incipiamus igitur ab eo, qui cum frequentissimus est, tum longe pulcherrimus, translatione dico, quæ Metaphora græcè vocatur. Quæ quidem cum ita est, ab ipsa nobis concessa natura, vt indocti quoque ac non sentientes ea frequenter vtantur: tum ita iucunda atque nitida, vt in oratione quamlibet clara, proprio tamen lumine eluceat. Neque enim vulgaris esse, nec humilis, nec insuavis, rectè modo ascita sit, potest. Copiam quoque sermonis auget permutando aut mutuando quæ non habet: quodque difficillimum est, præstat, ne ulli rei nomen deesse videatur. ¶ Transfertur ergo nomē aut verbum ex eo loco in quo propriū est, in eum in quo aut propriū deest, aut translātum proprio melius est. Id facimus, aut quia necesse est, aut quia significantius, aut (vt dixi) quia decetius. Vbi nihil horum præstabit, quod transferetur, impropriū erit. Necessitate rustici dicūt gemmam in vitibus. Quid enim dicerent aliud? & fitire segetes, & fructus laborare. Necessitate nos durum hominem aut asperum. Von enim proprium erat, quod daremus his affectibus nomen. Iam incensum ira, & inflammatum cupiditate, & lapsum errore, significandi gratia. Nihil enim horū suis verbis, quàm his accersitis magis proprium erat. Illa ad ornatum: Lumen orationis, & generis claritatem, & cōcionum procellas, & eloquentiæ flumina, vt Cicero pro Milone, Clodium fontem gloriæ eius vocat, & alio loco segetem ac materiam. Quædam etiam parum speciosa dictū per hanc explicantur. Hoc faciūt nimio ne luxu obtusior vsus sit genitili aruo, & sulcos obliuet inertes. ¶ In totum autem metaphora breuior est quàm similitudo: eoque distat, quòd illa comparatur rei quā volumus exprimere, hæc pro ipsa re dicitur. Comparatio est enim cum dico fecisse quid hominē vt leonem. Translatio est cum dico de homine, leo est. ¶ Huius vis omnis maxime quadruplex videtur: cum in rebus animalibus aliud pro alio ponitur, vt de agitatore, Gubernator magna contorsit equum vi. Et Vt Liuius Scipionem à Catone adlatrari solitum refert. Inanima pro aliis generis eiusdem sumuntur: vt, Clasiq; immittit habenas. At pro rebus animalibus inanima, Ferro an fato virtus Argiuū occidit: aut contra, Sedet inscius alto, Accipiens sonitum faxi de vertice pastor. Præcipueque ex his oritur mira sublimitas, quæ audaciæ proxima periculo translationis attollitur, cum rebus sensu carentibus actum quendā & animos damus: qualis est, Pontem indignatus Araxes. Et illa Ciceronis, Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? Duplicatur interim hæc virtus apud Virgilium, Ferrūque armare veneno. Nam & veneno armare, & ferrum armare translatio est. Secantur hæc in plures: vt à rationali ad rationale, & idem de irrationalibus, & hæc inuicem, quibus similis ratio est & à toto & à partibus. Sed iam non pueris præcipimus, vt accepto genere species intelligere non possint. ¶ Vt modicus atque opportunus eius vsus illustrat orationem, ita frequens & obscurat, & tædio complet: continuus vero in allegoriam & ænigmata exit. ¶ Sunt quædam & humiles translationes, vt id de quo modo dixi. Saxeæ est verruca: & sordidæ. Non enim si Cicero rectè sentinam reip. dixit, sed ditatem hominum significans, iccirco probem illud quoque veteris oratoris. Persecuisti reip. vomicas. Optimèque Cicero demonstrat cauendum ne sit deformis translatio, qualis est (nam ipsis eius vtat exemplis) Castratam morte Africani remp. & sterces curiæ Glauciæ. Ne nimio maior, aut quod sæpius accidit, minor. Ne dissimilis, quorum exempla nimium frequenter deprehendet, qui scierit hæc vitia esse. Sed & copia quoque modum egressa vitiosa est, præcipue in eadem specie. Sūt & duræ, id est, à longinqua similitudine ductæ, vt capitis niues, & Iupiter hybernas cana niue conspuat alpes. In illo vero plurimum erroris, quòd ea quæ poetis, qui & omnia ad voluptatem referunt, & plurima vertere etiam ipsa metri necessitate coguntur, permixta sunt, conuenire quidem etiam pro sæ putant. At ego in agendo nec pastorem populi, auctore Homero dixerim, nec volucres pennis remigare: licet Virgilius in apibus ac Dedalo speciosissimè sit usus. Metaphora enim aut uacantem occupare locum debet, aut si in alienum uenit, plus ualere eo quem expellit. ¶ Quod aliquā

Troporū di-
uisio.

META-
phora.

Species me-
taphora.

Humilis.
Sordida.
Maior.
Minor.
Dissimilis.
Redundās.
Dura.

to penè iam magis de Synecdoche dicam. Nam translatio permouendis animis plerunque & fig-
nandis rebus, ac sub oculis subiiciendis reperta est. Hæc uariare sermonem potest, ut ex uno plu-
res intelligamus, parte totum, specie genus, præcedentibus sequentia, uel contrà, omnia liberiora
poetis quàm oratoribus. Nam prosa ut mucronem pro gladio, & tectum pro domo recipiet, ita
non puppim pro nauì, nec abietem pro tabellis. Et rursus ut pro gladio ferrum, ita non pro equo
quadrupedè. Maxime autem in orando valebit numerorum illa libertas. Nam & Liuius sæpè sic
dixit, Romanus prælio victor, cum Romanos vicisse significat. Et contra Cicero ad Brutum, Po-
pulo, inquit, imposuimus, & oratores visi sumus: cum de se tantum loqueretur. Quod genus non
orationes modo ornat, sed etiam quotidiani sermonis vsus recipit. Quidam Synecdochen vocat
cum & id in còtextu sermonis quod tacetur accipimus. Verbum enim ex verbo intelligitur, quod
inter vitia *ἐλαφίς* vocatur, Arcades ad portas ruere. Mihi hanc figuram esse magis placet, illic er-
go reddetur. Aliud etiam intelligitur ex alio, Aspice, aratra iugo referunt suspena iuueni. Vnde
apparet noctem appropinquare. Id nescio an oratori conueniat, nisi in argumentando, cum rei fi-
gnū est. Sed hoc ab elocutionis ratione distat. ¶ Nec procul ab hoc genere discedit Metonymia,
quæ est nominis pro nomine posito, cuius vis est, pro eo quod dicitur, causam propter quam
dicitur, ponere. Sed, ut ait Cicero, Hypallagen rhetores dicunt. ¶ Hæc inuenta ab inuentore, &
subiecta ab obtinētibus significat: ut, Cererem corruptam vndis: & receptus Terra Neptunus clas-
ses aequilonibus arcet. Quod fit retro durius. Refert autem in quantum dictus Tropus oratorem
sequatur. Nam ut Vulcanum pro igne vulgo audiuius, & vario Marte pugnatum, eruditus est
sermo, & Venerem quàm coitum dixisse magis decet, ita Liberum & Cererem pro vino & pane li-
cētius, q̃ ut fori feueritas ferat. ¶ Sicut ex eo quod cōtinet id quod cōtinetur, vsus recipit, ut benè
moratas vrbes, & poculū epotū, & seculū felix. At id quod contra est, raro audeat quis nisi poeta.
Iam proximus ardet Vcalegon. ¶ Nisi forte hoc potius est à possessore quod possidetur, ut homi-
nem deuorari, cuius patrimonium consumitur, quo modo sunt innumerabiles species. Huius
enim sunt generis, cum ab Annibale caesa apud Cannas sexaginta millia dicimus, & apud Tragi-
cos ab Egilao, & carmina Virgilii vanisse, & venire commeatus qui afferantur, & sacrilegium de-
prehensum non sacrilegium, armorum scientiam habere non artis. ¶ Illud quoque & poetis & ora-
toribus frequens, quo eum qui efficit ex eo quod efficitur ostendimus. Nam & carminum aucto-
res, Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas Regūque tures. Et, Pallentesque habi-
tant morbi, tristisque senectus. Et orator præcipitem iram, hilarem adolescentiam, segne ocium
dicit. ¶ Est etiam huic tropo quædam cum Synecdoche vicinia. Nam dico vultus hominis pro
vultu. Dico pluraliter quod singulare est, quod singulare est pluraliter. Sed non id ago, ut vnū ex
multis intelligatur (Nam id est manifestum) sed nomen immuto, ut cum aurata tecta, aurea: pu-
sillum à vero discedo, quia non est nisi pars aurata. Quæ singula persequi minutioris est curæ,
etiam non oratorem instruentibus. ¶ Antonomafia, quæ aliquid pro nomine ponit. Poetis quo-
que modo frequentissima: & per epitheton, quia detracto eo cui apponitur, valet pro nomine. Ty-
tides, Pelides, & ex his quæ in quoque sunt præcipua. Diuūm pater atque hominum Rex. Et ex fa-
ctis, quibus persona signatur. Thalamo quæ fixa reliquit Impius. Oratoribus etiam si rarus, eius
rei nonnullus tamen vsus est. Nam ut Tytidem & Pelidem non dixerint, ita dixerūt impium pro
parricida, euerforem quoque Carthaginis & Numantiæ pro Scipione, & Romanæ eloquentiæ
principem pro Cicerone posuisse non dubitent. Cicero ipse certe vsus est hac libertate, Non mul-
ta peccas, inquit, illo fortissimo viro senior magister: & si peccas te regere possum. Neutrum enim
nomen positum est, & vtrumque intelligitur. ¶ Onomatopoeia quidem. i. fictio nominis, Græ-
cis inter maximas habita virtutes, nobis vix permittitur. Et sunt plurima ita posita ab iis qui sermo
nem primi fecerunt aptantes affectibus vocem. Nam mugitus & sibilus & murmur inde venērūt.
Deinde tanquam consummata sint omnia, nihil generare audemus ipsi, cum multa quotidie ab
antiquis ficta moriantur. Vix illa quæ *παράφρασις* vocant, quæ ex vocibus in vsū receptis quo-
cunque modo declinantur, nobis permittimus. qualia sunt sullaturit, & proscripturit, atque lau-
reati postes, pro illo, lauro coronati, ex eadem fctione sunt. Sed hoc feliciter eualluit: at cōtrà, vio
pro eo, infelicius. In Græcis obelisco, coludumo &c, dure etiam iungere vetamur, qui toleranter
uidere septentriones uidemur. ¶ Eo magis necessaria *κατάχρησις*, quam rectè dicimus abusionem.
quæ non habentibus nomen suum, accommodat, quod in proximo est: sic, Equum diuinu Palla-
dis arte Aedificant. & apud Tragicos, Et iam leo pariet, at pater est. Mille sunt hæc, & acetabula
quicquid habet, & pyxides cuiuscunque materiæ sunt, & parricida matris quoque aut fratris in-
terfector. Discernedūque est hoc totum à translatione genus, quod abusio est ubi nomen de-
fuit, translatio ubi aliud fuit. Nam poetæ solent abusivè etiā in his rebus, quibus nomina sua sunt,

SYNEC-
doche.METO-
nymia siue
Hypallage.Aenei. 3.
Horat. de
art.
Aenei. 2.Horat. car.
2.
Aenei. 6.ANTO-
nomafia.ONOMA-
topoeia.

ABUSIO.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

METALE
psr.

EPITHE-
ton.

ALLEGRO
ria.

Pro Mure-
na.

vicinis potius uti, quod rarum in prosa est. Illa quoque quidam κατὰ χεῖρας esse volunt, cū pro temeritate virtus, aut pro luxuria liberalitas dicitur. A quibus hæc quidem dissonantia sunt, quod in his non verbum pro verbo ponitur, sed res pro re. Neque enim putat quisquam & luxuriam & liberalitatem idem significare, verum id quod fit, alius luxuriam esse dicit, alius liberalitatem: quam vis neutri dubium sit, hæc esse diuersa. ¶ Superest ex his quæ aliter significant, μεταλλῆς, id est transumptio, quæ ex alio in aliud velut viâ præstat, tropus & rarissimus & maximè improprius: Græcis tamen frequentior, qui Centaurum Chirona, & νῆους τοὺς ἐχέας dicunt. Nos quis ferat, si Verrem suum, aut Lælium doctū nominemus? Est enim hæc in metalepsi natura, ut inter id quod transfertur, sit medius quidam gradus, nihil ipse significans, sed præbens transitum, quem tropum magis affectamus ut habere videamur, quàm ut vllō in loco desideremus. Nam eius frequentissimum exemplum est. Cano, canto, dico, ita cano, dico. Item est medium illud cano, nec diutius in eo morandum, nihil enim vsus admodum video, nisi ut dixi, in mediis. ¶ Cætera iam non significandi gratia, sed ad ornandam modo non augendam orationem assumuntur. Ornat enim epithe-ton, quod rectè dicimus appositum, à nonnullis sequens dicitur. ¶ Eo poeta & frequentius & liberius vtuntur. Namque illis satis est conuenire verbo cui apponitur, & ita dentes albi, & humida vina in his non reprehenduntur. Apud oratorem, nisi aliquid efficitur, redundat. Tum autem efficitur, si sine illo quod dicitur minus est: qualia sunt, O scelus abominandum, O deformem libidinem. ¶ Exornatur autem res tota maxime translationibus, cupiditas effrenata, & insana sub-struções. Et solet fieri aliis adiunctis epitheton tropis. Ut apud Virgilium, Turpis egestas, & tri-fis senectus. Veruntamen talis est ratio huiusce virtutis, ut sine apposis nuda sit, & velut incom-pta oratio. ¶ Ne oneretur tamen multis. Nam fit longa & impedita, ut in quæstionibus, eam iu-dices similem agmini totidem lixas habenti, quot milites quoque. In quo & numerus est duplex, nec duplum virium, quamquam non singula modo, sed etiam plura verba apponi solent: ut, Con-iugio Anchisa Veneris dignate superbo. Sed hoc quoque modo duo verba vni apposita, ne ver-sum quidem decuerint. ¶ Sunt autem quibus non videatur hic omnino tropus, quia nihil vertat. Necesse est enim semper ut id quod est appositum, si à proprio diuiseris per se significet, & faciat antonomasiam. Nam si dicas, Ille qui Carthaginem & Numantiam euerit, antonomasia est: si adieceris Scipio, appositum. Non potest ergo non esse iunctum. ¶ At ἀλλογορία quam inuersio-nem interpretamur, aliud verbis, aliud sensu ostendit, ac etiam interim contrarium. Prius, ut, O naus referent in mare te noui fluctus, quid agis fortiter occupa Portum. Totūque etiam ille Horatii locus, quo nauim pro rep. fluctum tempestates pro bellis civilibus, portum pro pace at-que concordia dicit. Tale Lucretius, Inuia Pieridum peragro loca. & Virgilius. Sed nos immen-sum spatii confecimus æquor. Et iam tempus equum spumantia soluere colla. ¶ Sine translatio-ne vero in Bucolicis, Certe equidem audieram, qua se subducere colles Incipiūt, mollique iugum demittere cliuo vsque ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi, Omnia carminibus uestrum seruasse Menalcam. Hoc enim loco præter nomen cætera propriis decisa sunt verbis. Verum non pastor Menalcas, sed Virgilius est intelligendus. ¶ Habet usum talis allegoriæ frequenter oratio, sed raro totius, plerunque apertis permixta est. Tota apud Ciceronem talis, Hoc miror enim, quærorque quenquam hominem ita pessundare alterum verbis velle, ut etiam nauem perforet, in qua ipse nauiget. ¶ Illud commixtum frequentissimum. Equidem cæteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum semper Miloni putavi esse subeundas. Nisi adiecisset dun-taxat fluctibus concionum, esset allegoria: nunc eam miscuit. Quo in genere & species ex arcessi-tis verbis venit, & intellectus ex propriis. ¶ Illud vero longe speciosissimum genus orationis, in quo trium permixta est gratia, similitudinis, allegoriæ & translationis. Quod fretum, quem Eu-riperum, tot motus, tantas tam varias habere creditis agitationes, commutationes, fluctus, quan-tas perturbationes, & quantos æstus habet ratio committiorum? Dies intermissus vnus, aut nox interposita sæpe & perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. ¶ Nam id quoque in primis est custodiendum, ut quo ex genere cœperis translationis, hoc definas. Multi autem cum initium à tempestate sumperunt, incendio aut ruina finiunt, quæ est inconsequentia rerum foedissima. ¶ Cæterum allegoria paruis quoque ingeniis & quotidia-no sermoni frequentissime seruit. nam illa agendis causis iam detrita, pedem conferre & iugulum petere & sanguinem mittere, inde sunt: nec offendunt tamen. Est enim grata in eloquendo noui-tas & commutatio, & magis inopinata delectant. Ideoque iam in his amissimus modum, & gra-tiam rei nimia captatione consumpsimus. ¶ Est in exemplis allegoria, si non prædicta ratione ponantur. Nam ut Dionysium Corinthi esse, quo Græci omnes vtuntur, ita plura similia dici pos-sunt. ¶ Hæc allegoria quæ est obscurior, ænigma dicitur, vitium quidem meo iudicio, si quidem

dicere dilucide, virtus: quo tamē & poetæ utuntur, Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo, Tris pateat cæli spatium non amplius ulnas? & oratores nonnunquam ut Cæcilius, Quadrantariam Clytemnestram, & in triclinio Choam, & in cubiculo nolam. Nanque & nunc quædam solvuntur, & tum erant notiora cum dicerentur, & ænigmata sunt tamen: nec ea nisi quis interpretetur, intelligas. ¶ In eo vero genere quo contraria ostenduntur, Ironia est, illusionem Ironia. vocant, quæ aut pronuntiatione intelligitur, aut persona, aut rei natura: nam si qua earum verbis dissentit, apparet diuersam esse orationi voluntatem, quamquam in plurimis id tropis accidit, vt intersit qui de quo dicatur. Quia quod dicitur alibi verum est: aut laudi simulatione detrahere, aut vituperationi laude cōcessum est. Quale est quod C. Verres prætor vrbæ, homo sanctus & diligens, subfortitione eius eo die non haberet. Et contrā. Oratores visi sumus, & populo imposuimus. Aliquando cum risu quodam contraria dicuntur iis quæ intelligi volūt: quemadmodum ad Clodium, Integritas tua te purgauit, mihi crede, pudor eripuit, vita antea cta seruauit. Præter hæc vsus est allegoria, vt tristitia dicamus melioribus verbis, aut bonæ rei gratia quædam cōtrariis significemus, * aliud textu, quæ & enumerauimus. Hæc si quis profecto ignorat quibus Græci nominibus appellent, *συνασµον, ἀντισµον, ἀντιφρασις, περιφρασις* dici sciat. Sunt etiā qui hæc nō species allegoriæ, sed ipsa tropos dicunt, acti quidem ratione, quod illa obscurior sit, & in his omnibus aperte appareat quod velimus. Cui accedit hoc quoque, quod genus cum diuiditur in species, nihil habet proprium, vt arboris species sunt, pinus, & olea, & cupressus, & ipsius per se nulla proprietas. Allegoria vero habeat aliquid proprium: quod quo modo fieri potest, nisi ipsa species est? Sed ad utendum nihil refert. ¶ Adicitur his *μνηστριµός*, simulatus quidem, sed non latens derisus. ¶ Pluribus autem verbis cum id quod vno aut paucioribus certe dici potest explicatur, periphrasim vocant, circuitum loquendi, qui nonnunquam necessitatem habet quoties dictum deformia operit, vt Sallustius, Ad requisita naturæ. Interim ornatu petit solum, qui est apud poetas frequentissimus: vt, Tempus erat quo prima quies mortalibus agris Incipit, & dono diuū gratissima serpit. Et apud oratores non rarus, semper tamē astrictior. Quicquid enim significari breuius potest, & cum ornatu latius ostenditur, *περιφρασις* est: cui nomen latine datum est, non sane orationis aptum virtuti, circumlocutio. Verum hæc vt cum decorem habet, periphrasis: ita cū in vitium incidit, *περιουλογία* dicitur. Obstat enim quicquid non adiuuat. ¶ Hyperbaton quoque, id est verbi transgressionem, quam frequenter ratio comparationis & decor poscit, non immerito inter virtutes habemus. Fit enim frequentissime aspera, & dura, & dissoluta, & hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur, & vt quodque oritur, ita proximis etiam si vinciri non potest alligetur. Differenda igitur quædam & præsumenda, atque vt in structuris lapidum impolitionum, loco quo conuenit quicque ponendum. Nō enim recidere ea, nec polire possumus, quæ coagmentata te magis iungant, sed vtendum iis qualia sunt, eligendæque sedes. Nec aliud potest sermonē facere numerosum, quam opportuna ordinis mutatio. Neque alio, *κατὰ τὴν χάριν αὐτῆς τῆς ἀρχῆς*, Derep. i. Platonis inuenta sunt quatuor illa verba, quibus in illo pulcherrimo operum in Præarum descendisse significat, plurimis modis scripta, quod eum quoque maximi facere experiretur. ¶ Verum id cum duobus verbis fit, *ἀντιστροφὴ* dicitur, reuersio quædam: qualia sunt vulgo, mecum, secum: apud oratores & historicos, quibus de rebus. ¶ At cum decoris gratia contrahitur longius verbū, proprie hyperbati tenet nomen, Animaduerti iudices omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes. Nam in duas partes diuisam esse, rectum erat, sed durum & incompertum. ¶ Poetæ quidem etiam verborum diuisionem faciunt, & transgressionem, Hyperboreo septem subiecta trioni, quod oratio nequaquam recipiet. At id quod est, & propter quod cum dicitur, tropus fit, quia componendus est è duobus intellectus. Alioqui vbi nihil ex significatione mutatum est, & structura sola variatur, figura potius verborum dici potest, sicut multi narrationem longis mutant hyperbatis. Ex confusis quæ vitia accidunt, suo loco diximus. ¶ Hyperbolen audacioris or- HYPERbole. natus summo loco posui. Est hæc dementiens superiectio. Virtus eius ex diuerso par augēdi atque minuendi. ¶ Fit pluribus modis. Aut enim plus factō dicimus, sicut, Vomens frustis elculentis gremium suum & totum tribunal impleuit. Geminique minantur, In cælum scopuli. ¶ Aut res per similitudinem attollimus. Credas innare reuulsas Cycladas. ¶ Aut per comparationē, vt, Fulminis ocyor alis. ¶ Aut signis quasi quibuscumque, Illa vel intacta segetis per summa volaret Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas. ¶ Vel translatione, vt ipsum illud volaret. ¶ Crescit interim Hyperbole alia in super addita, vt Cicero in Antonium dicit, Quæ charybdistam vorax? charybdim dico, quæ si fuit, fuit animal viuum. Oceanus mediū fidius viix uidetur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam cito absorbere potuisse. ¶ Exquisitam vero figuram huius rei deprehendisse apud principem Lyricorum Pindarum uideor in libro, quem inscripsit *μυρο*

A. 7.

Hyperbole
minuendi.

His namque Herculis impetum aduersus Meropas, qui in insula Co dicuntur habitasse, nō igni, nec ventis, nec mari, sed fulmini dicit similem fuisse, vt illa minora, hoc par esset. Quod imitatus Cicero, illa composuit in Verrem, Verfabatur in Sicilia longo interuallo non Dionysius ille, nec Phalaris (tulit enim illa quondam insula multos & crudeles tyrannos) sed nouum quoddam mon- strum ex vetere illa immanitate, quæ in iisdem versata locis dicitur. Non enim charybdim tam in festam, neque Scyllam nauibus, quā istum in eodem freto fuisse arbitror. Nec pauciora sunt ge- nera minuendi, Vix ossibus hærent. Et quod Cicero in quodam ioculari libello, Fundum Varro vocat, quem possim mittere funda: Ni tamē exciderit, qua caua funda patet. Sed huius quoque rei seruetur mensura quædam, quamuis est enim omnis hyperbole vltra fidem, non tamen esse de- bet vltra modum, nec alia magis via in κακῶς λέγειν itur. Piget referre plurima hinc orta uitia cum præsertim minime sint ignota & obscura. Monere satis est mentiri hyperbolem, nec ita vt menda- cio fallere velit. Quo magis intuumdum est quousque deceat extollere, quod nobis non creditur. Peruenit hæc res frequentissimè ad risum: qui si aptus est, vrbانيتatis: sin aliter, stultitiæ nomen af- sequitur. Est autē in vsu vulgo quoque, & inter ineruditos & apud rusticos, videlicet quod natu- ra est omnibus augendi res vel minuendi cupiditas insita, nec quisquam vero contentus est. Sed ignoscitur, quia non affirmamus. Tum est hyperbole virtus, cum res ipsa, de qua loquendum est, naturalem modum excessit. Conceditur enim amplius dicere, quia dici quantum est non potest, meliùsque vltra quàm citra stat oratio. Sed de hac satis, quia eundem locū plenius in eo libro quo causas corruptæ eloquentiæ reddebamus, tractauimus.

M. Fabii Quintiliani de institu-

TIONE ORATORIALIB. NONVS,
quo differant figura à tropis.

CAP. I.

Tropi & fi-
gura quid
conueniant
aut quid di-
stent.

C

Tropus.

Figura.

Vm sit proximo libro de tropis dictum, sequitur pertinens ad figuras, quæ schemata græcè vocantur, locus ipsa rei natura coniunctus superio- ri. Nam plerique has tropos esse existimauerunt, quia siue ex hoc duxe- rint nomen, quod sint formati quodam modo: siue ex eo quod vertat ora- tionē, unde & motus dicuntur, fatendū erit esse vtrūque eorū etiam in fi- guris. Vt ut quoque est idem. Nam & vim rebus adiciunt, & gratiā præ- stant. Nec desunt qui tropis figuræ nomen imponent. quorum est Caius Aetorius Proculus. Quin adeo similitudo manifesta est, vt eam discernere non sit in promptu. Nam quo modo quædam in iis species planè distant, manente tamen generali illa societate, quod vtraque res de recta & simplici ratione cum aliqua dicēdi virtute deflectit: ita quædam perquā tenui limite diuiduntur, vt cum ironia tam inter figuras sententiæ, quàm inter tropos reperiatur. περίφρασις autem, & ἐπίβρασις, & ὁμοκαταβολή, & ἐπίθετον, clari quoque auctores figuras ver- borum, potius quàm tropos dixerunt. Quo magis signanda est vtriusque rei differentia. Est igitur tropus sermo à naturali & principali significatione translatus ad aliam ornandæ orationis gra- tia: vel (vt plerique grammatici finiunt) dictio ab eo loco in quo propria est, translata in eum in quo propria non est. Figura est (sicut nomine ipso patet) conformatio quædam orationis remota à communi & primum le offerente ratione. Quare in tropis ponuntur verba alia pro aliis, vt in μεταφορά, μετανῆσις, & ὁνομαστική, μεταλήψις, συνυπόθεσις, κατάχρησις, ἀλλοιογία, ὑπερβολή plerūq; . Ἀλλοιογία nanque & rebus fit & verbis: ὁμοκαταβολή fictio est nominis. Ergo hoc quoque pro aliis ponitur, quibus vsuri fuimus si illud non fingeremus. περίφρασις, etiā si frequenter & in ipsum in cuius locum assumitur, nomē complecti solet, vtitur tamen pluribus pro vno. ἐπίθετον quoniam plerumque Antonomasiæ pars est, coniunctione eius fit tropus. In hyperbato commutatio est or- dinis. Ideo multi tropis hoc genus eximunt. Transfert tamen verbum aut partem eius à suo loco in alienum. Horum nihil in figuris cadit. Nam & propriis verbis, & ordine collocatis fieri figura potest. Quomodo autem ironia alia sit tropi, alia schematis, suo loco reddam. Nomen enim fa- teor esse communia hæc, & scio quàm multiplicem habeant, quamque scrupulosam disputatio- nem, sed ea non pertinet ad præsens meum propositum. Nihil enim refert quo modo appelletur vtrumlibet eorum, si quid orationi proficit, appareat. Nec mutatur vocabulis vis rerum. Et sicut ho- mines si aliud acceperunt quàm quod habuerant nomen, iidem sunt tamen: ita hæc de quibus lo- quimur, siue tropi, siue figuræ dicuntur, idem efficiant. Nō enim nominibus profunt, sed effecti

bns, ut statum coniecturalem, an inficialem, an facti, an substantiæ, an de substantia nominemus, nihil interest, dum idem queri sciamus. Optimū ergo in his sequi maxime recepta, & rem ipsam quocunque appellabitur modo intelligi. Illud tamen notandum, coire frequenter in eadē sententias, & tropū, & figuram. Tam enim translatis verbis, quā propriis figuratur oratio. Est autem non mediocriter inter auctores dissensio, & quæ vis nominis eius, & quot genera, & quā multæ sint species.

¶ Quare primum intuendum est quid accipere debeamus figuram. Nam duobus modis dicitur. Vno qualiscunque forma sententiæ, sicut in corporibus in quibus quoquo modo sunt composita, utique habitus est aliquis. Altero, quod propriè schema dicitur, in sensu vel sermone aliqua à vulgari & simplici specie cum ratione mutatio, sicut, nos sedemus, incumbimus, respicimus. Itaque cum in eodem casus, aut tempora, aut numeros, aut etiam pedes, continuo quis aut certe nimium frequenter incurrit, præcipere solemus, variandas figuras esse vitandæ similitudinis gratia. In quo ita loquimur, tanquam omnis sermo habeat figuram. Itemque eadem figura dicimus cursitare, quā lectitare, id est eadem ratione declinari. Quare illo intellectu priore & cōmuni nihil nō figuratū est. Quo si contenti sumus, nō immerito Apollodorus (si tradētī Cælio credimus) incomprehensibilia partis huius præcepta existimauit. Sed si habitus quidam, & quasi gestus sic appellandi sunt, id demum hoc loco schema dici oportebit, quod sit à simplici ac in promptu posito dicendi modo poeticè vel oratoriè mutatum. Sic enim verum erit aliam esse orationem *ἀπὸ τοῦ λόγου*, id est carentem figuris, quod vitium non inter minima est, aliam *ἰσχυρὰ καὶ ὁμιλῶν*, id est figuratam. Verum id ipsum angustè tamen & Cælius terminauit, qui id solum putauerit schema, quod aliud simulatur dici quā dicitur, quod sane vulgo quoque sic accipi scio.

Vnde & figuratæ controuersia quædam de quibus paulopost dicam, vocantur. Ergo figura sit arte aliqua nouata forma dicendi. ¶ Genus eius vnum quidam putauerunt, in hoc ipso diuersas opiniones secuti. Nam hi quia verborum mutatione sensus quoque verterent, omnes figuras in verbis esse dixerunt. Illi quia verba rebus accommodarent, omnes in sensibus. Quorū vtraque manifesta cauillatio est. Nam ut eadem dici solent aliter atque aliter, manetque sensus elocutione mutata, ita & figura sententiæ plures habere verborum figuras potest. Illa est enim posita in concipiendâ cogitatione, hæc in enūciandâ: sed frequentissime coeunt: ut in hoc, Nemo iam iam Dolabella neque tui, neque tuorum liberū, quos tu miseros in egestate atque solitudine reliquisti, miseri potest. Nam oratio à iudice auertit, in sententia iam iam, & liberum, in verbis sunt schemata.

¶ Inter plurimos enim quod sciam consensum est duas eius esse partes, *διανοίας*. i. mentis vel sensus vel sententiarum, nam iis omnibus modis dictum est: & *λέξεως*. i. verborum, vel dictionis, vel elocutionis, vel sermonis, vel orationis. Nam & variatur, & nihil refert. Cornelius tamen Celsus adiciit verbis & sententiis figuras colorum, nimia profecto nouitatis cupiditate ductus. Nā quis ignorasse eruditum alioqui virum credat colores & sententias sensuum esse? Quare sicut omnem orationem, ita figuras quoque versari necesse est in sensu & in verbis.

¶ Ut vero natura prius est concipere animo res quā enunciare, ita de iis figuris ante loquendum est, quæ ad mentem pertinent: quarū quidē vtilitas tum magna, tum multiplex, in nullo non orationis opere vel clarissime lucet. Nam etsi minime videtur pertinere ad probationem qua figura quicque dicatur, facit tamen credibilia quæ dicimus, & in animos iudicum qua non obseruatur irrepit. Nanque ut in armorum certamine, & aduersos ictus, & rectas ac simplices manus tum videre, tum etiam cauere ac propulsare facile est: auersæ rectæque minus sunt obseruabiles, & aliud ostēdisse quā petas atque tūc est: sic oratio quæ astu caret, pondere, mole, & impulsu præliatur. Simulanti variantique conatus, in latera, atque in terga incurere datur, & arma aduocare, & velut nutu fallere. Iam vero affectus nihil magis ducit. Nam si frons, oculi, manus multum ad motum animorum valent, quanto plus orationis ipsius vultus ad id quod intēdimus efficere cōpositus? Plurimū tamē ad cōmendationem facit, siue in conciliandis agentis moribus, siue ad promerendum actioni fauorem, siue ad leuandū varietate fastidium, siue ad quādam vel decētius indicanda vel tutius.

¶ Sed antequā quæ cuique rei figura conueniat ostendo, dicēdum est nequaquam eas esse tam multas, quā sint à quibusdā constitutæ. Neque enim me mouent nomina illa, quæ fingere vtrique Græcis promptissimum est. Ante omnia igitur illi qui totidem figuras putant quot affectus, repudiandi. non quia affectus non sit qualitas quādam mentis, sed quia figura, quam non communiter, sed propriè nominamus, non sit simplex rei cuiuscunque enuntiatio. Quapropter in dicendo irasci, dolere, misereri, timere, considerare, contemnere, non sunt figura, non magis quā suadere, minari, rogare, excusare. Sed fallit parum diligenter intuentes, quod inueniunt in omnibus his locis figuras, & earum exempla ex orationibus excerpunt. Neque enim pars vlla dicendi est, quæ non recipere eas possit. Sed aliud est admittere figuram, aliud figuram esse. Neque enim verebor explicandæ

Figura
quid.

Genus figuræ
nō vnum,
sed duplex,
sententiarū
& verborum.

Latus figura
rū *διανοίας*.

Figuras nō
esse pluri-
mas.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

Locus Cice-
ronis de si-
guris elocu-
tionis.

rei gratia frequentiore eiuſdem nominis repetitione. Quare dabunt mihi aliquam in irascente, deprecante, miſerante, figuram, ſcio: ſed non ideo irasci, miſereri, deprecari figura erit. Cicero quidem omnia orationis lumina in hunc locum congerit, mediam quandã (vt arbitror) ſecutus viã, vt nec omnis ſermo ſchema iudicaretur, nec ea ſola quæ habent aliquam remotã ab vſu cõmunis fictionem, ſed quæ eſſent clariffima, & ad mouendũ auditorẽ valerent plurimum, quẽ duobus ab eo libris tractatum locũ ad literã ſubieci, ne fraudatẽ legẽtes iudicio maximi auctoris. ¶ In tertio de Oratore ita ſcriptum eſt, In perpetua autem oratione, cum & cõiunctionis lenitatem, & numerorum quã dixi rationẽ tenuerimus, tum eſt quaſi luminibus diſtinguẽda & frequentãda omnis oratio ſententiarũ atque verborum. Nam & cõmoratio vna in re permultũ mouet, & illuſtris explanatio, rerumq; quaſi gerantur ſub aſpectũ penẽ ſubiectio, quæ & in exponẽda re plurimũ valeret, & ad illuſtrandũ id quod exponitur, & ad amplificandũ, vt iis qui audiẽt illud quod augebimus, quantũ efficere oratio poterit, tantũ eſſe videatur. Et huic contraria ſæpe præciſio eſt, & ad plus intelligendũ quã dixeriſ ſignificatio: & diſtincte cõciſa breuitas, & extenuatio: & huic adiuncta illuſio, à præceptis Caſaris nõ abhorrẽs, & ab re nõ longa digreſſio, in qua cũ fuerit delectatio, tũ reditus ad rem aptus, & cõcinnus eſſe debet: propoſitiõq; quid ſis dicturus, & ab eo quod eſt dictum ſeiunctio, & reditus ad propoſitũ, & iteratio, & rationis opta conclusio, tum augendi minuendive cauſa veritatis ſuperlatio atque traiectio, & rogatio, atque huic finitima quaſi percoꝛtatio, expoſitioque ſententiæ ſuæ: tum illa quæ maxime quali irrepit in hominum mentes, alia dicentis ac ſignificantis diſſimulatio, quæ eſt periucunda cum in oratione non contentione, ſed ſermone tractatur. Deinde dubitatio, tum diſtributio, tum correctio, vel ante vel poſtquam dixeris, vel cum aliquid à teipſo renicias. Præmunio eſt etiam ad id quod aggrediare, & reiectio in alium, communicatio: quæ eſt quaſi cum hiſ iſis apud quos dicas, deliberatio, morum ac vitæ imitatio, vel in perſonis vel ſine illis magnum quoddam ornamentum orationis, & aptum ad animos conciliandos vel maxime, ſæpe autem etiam ad commouendos. Perſonarum ficta inductio, vel grauiffimum lumen augendi, deſcriptio, erroris inductio, in hilaritatem impuſſio, ante occupatio, tum duo illa quæ maxime mouent ſimilitudo & exemplum, digeſſio, interpellatio, contentio, reticentia, commendatio, vox quædam libera, atque etiam effrenatior augendi cauſa, iracundia, obiurgatio, promiſſio, deprecatio, obſecratio, declinatio, breuis à propoſito non vt ſuperior illa, digreſſio, purgatio, conciliatio, læſio, optatio, atque execratio. Hiſ ſerẽ luminibus illuſtrant orationem ſententiæ. ¶ Orationis autem ipſius tanquam armorum, eſt vel ad vſum comminatio & quaſi petitio, vel ad venuſtatem ipſam tractatio. Nam & geminatio verborum habet interdum vim, leporem aliã, & paululum immutatum verbum atque deſlexum, & eiuſdem verbi crebra tum à primo repetitio, tum in extremum conuerſio, & in eadem verba impetus & concurſio, & adiunctio, & progreſſio, & eiuſdem verbi crebrius poſiti quædam diſtinctio, & reuocatio verbi, & illa quæ ſi militer deſinunt, aut quæ cadunt ſimiliter, aut quæ paribus paria referuntur, aut quæ ſunt inter ſe ſimilia. Eſt etiam gradatio quædam & cõuerſio, & verborũ concinna tranſgreſſio, & contrarium & diſſolutum, & declinatio & reprehenſio, & exclamatio & immutatio, & quod in multis caſibus ponitur, & quod de ſingulis rebus propoſitis ductum refertur ad ſingula. & ad propoſitum ratio ſubiecta, & item in diſtributis ſuppoſita ratio & permiſſio. & rurfus alia dubitatio, & improuiſum quiddã, & dinumeratio, & alia correctio, & diſputatio, & quod continuatum, & interruptũ, & imago, & ſibi ipſi reſpoſio, & immutatio, & diſiunctio, & ordo, & relatio, & digreſſio, & circũſcriptio. Hæc enim ſunt ſerẽ, atq; horũ ſimilia, vel plura etiã eſſe poſſunt, quæ ſententiis orationẽ, verborũq; conformationibus illuminẽt. ¶ Eadem ſunt in perfectõ oratore plurima, nõ omnia tamẽ, & paulo magis diſtincta, quia poſt orationis & ſententiã figurã, tertiu quẽdã locũ ſubiecit ad alias (vt ipſe ait) quaſi virtutes dicendi pertinentẽ. ¶ Et reliqua quæ ex collatione verborũ ſumuntur quaſi lumina, magnũ afferũt ornatũ orationi. Sũt enim ſimilia illis quæ in amplo ornatu ſcenæ aut fori appellantur inſignia, nõ q̃ ſola ornẽt, ſed quod excellãt. Eadẽ ratio eſt horum quæ ſunt orationis lumina, & quodãmodo inſignia, aut cũ duplicatũ iteratũq; verba, aut breuiter cõmutata ponũtur, aut ab eodẽ verbo ducitur ſæpius oratio, aut in idẽ cõiicitur, aut in vtrũq; aut adiungitur idẽ iteratũ, aut idẽ ad extremũ refertur, aut continenter vnũ verbum nõ in eadẽ ſententia ponitur, aut cũ ſimiliter vel cadũt verba vel deſinunt, aut cũ multis modis contrariis relata cõtraria, aut cũ gradatim ſurſum verſus reditur, aut cũ deĩtis cõiunctionibus diſſolutẽ plura dicũtur, aut cũ aliquid prætereũtes cur id faciamus, oſtẽdimus: aut cũ corrigimus noſmetipſos, quaſi reprehendentes, aut ſi eſt aliqua exclamatio vel admirationis, vel cõqueſtionis, aut cũ eiuſdẽ nominis caſus ſæpius cõmutatũ. Sententiarum maiora ornãmẽta ſunt: quibus quia frequẽtiſſime Demoſthenes utitur, ſunt qui putẽt iccirco eiuſ eloquentiã maxime eſſe laudabilem. Enimvero nul-

Verba Cice-
ronis in Bru-
to.

lus ferè ab eo locus sine quadam conformatione sententiæ edicitur, nec aliud quicquam est dicere, nisi omnes aut certe plerasque aliqua specie illuminare sententias. Quas cum tu optime Brute teneas, quid attinet nominibus uti, aut exemplis? tantummodo notetur locus. Sic igitur dicit ille quem experimus, ut verset sæpe multis modis eadem, & in una re hæreat, in eademque commoretur sententia. Sæpe etiam ut extenuet aliquid, sæpe ut irideat, aut declinet à proposito, defleatque sententiam, ut proponat quid dicturus sit, ut cum transegerit iam aliquid definiat, ut se ipse reuocet, ut quod dixerit iteret, ut argumentum ratione concludat, ut interrogando utgeat, ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat, ut contra ac dicat, accipi ac sentiri velit, ut addubitet quid potius, aut quo modo dicat, ut diuidat in partes, aut aliquid relinquat ac negligat, ut ante præmuniat, ut in eo ipso in quo reprehendatur, culpam in aduersarium conferat, ut sæpe cum iis qui audiunt, nonnunquam etiam in aduersario quasi deliberet, ut hominum mores sermonesque describat, ut muta quadam loquentia inducat, ut ab eo quod agitur auertat animos, ut sæpe hilaritatem risumue conuertat, ut ante occupet quod putat opponi, ut comparet similitudines, ut utatur exemplis, ut aliud alii tribuens dispertiat, ut interpellatorem coerceat, ut aliquid retice re se dicat, ut denunciet quid caueat, ut liberius quid audeat, ut irascatur etiam, ut obiurgat aliquando, ut deprecetur, ut supplicet, ut medeatur, ut à proposito declinet aliquantulum, ut optet, ut execretur, ut fiat iis apud quos dicit familiaris, atque alias etiam dicendi quasi virtutes sequatur, breuitatem si res petet. Sæpe etiam rem dicendo subiiciet oculis, sæpe supra feret rem quam ferri possit: significatio sæpe erit maior quam oratio, sæpe hilaritas, sæpe vitæ naturarumque imitatio. Hoc in genere (nam quasi syluam vides) omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo.

DE FIGVRIS SENTENTIARVM.

CAP. II.

E

Rgo cui latius complecti conformationes verborum ac sententiarum placuerit, habet quod sequatur, nec affirmare a sum quicquam esse melius, sed hæc ad propositi mei rationem legat. Nam mihi de his sententiarum figuris dicere in animo est, quæ ab illo simplici modo indicandi recedunt, quod idem multis doctissimis viris uideo placuisse. Omnia tamen illa etiam quæ sunt alterius modi luminæ, adeo sunt uirtutes orationis, ut sine iis nulla intelligi uere possit oratio. Nam quomodo iudex doceri potest, si desit illustis explanatio, propositio, permissio, finitio, seiunctio, expositio, sententiæ siue rationis apta conclusio, præmunio, similitudo, exemplum, digestio, distributio, interpellatio, interpellantis coercitio, contentio, purgatio, læsio? Quid uero agit omnino eloquentia de tractis amplificandi minuendique rationibus? Quorum prior desiderat illam plus quam dixeris significationem. i. *ἡμφοροσύνη*, & superlationem veritatis & traiectionem. Hæc altera extenuationem deprecationemque. Qui affectus erunt uel concitati, detracta uoce libera, effrenatiore iracundia, obiurgatione, optatione, execratione: uel illi mitiores, nisi adiuuantur, commendatione, conciliatione, ad hilaritatem impulsione? Quæ delectatio, aut quod mediocriter saltem docti hominis iudicium, nisi alia repetitione, alia commoratione infigere, digredi à re, & redire ad propositum suum scierit, remouere à se, in alium traicere, quæ relinquenda, quæ continenda sunt iudicare? Metus est in his orationis atque actus, quibus detractis iacet, & uelut agitante corpus spiritu caret. Quæ cum adesse debent, tum disponenda atque uarianda sunt, ut auditorem, quod in fidibus fieri uideamus, omni sono permulceant. Verum ea plerumque recta sunt, nec se fingunt, sed consentunt.

¶ Admittunt autem (ut dixi) figuras, quod uel ex proximo doceri potest. Quid enim tam commune quam interrogare, uel percontari? Nam utroque utimur indifferenter, cum alterum noscens INTER-rogatio. di, alterum arguendi gratia uideatur adhiberi. At ea res utroque modo dicatur, etiam multiplex habet schema. Incipiamus enim ab iis quibus acrior & uehementior fit probatio, quod primo loco posuimus. ¶ Simplex est sic rogare, Sed uos qui tandem, quibus aut uenistis ab oris? ¶ Figuratum autem quoties non sciscitandi gratia assumitur, sed instandi, Quid enim tuus ille Tubero di strictus in acie Pharsalica gladius agebat? & Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? & Patere tua consilia non sentis? & totus denique hic locus. Quâto enim magis ardet quam si diceretur? Diu abuteris patientia nostra, & patent tua consilia. ¶ Interrogamus etiam quod negari non possit, Dixit ne tandem causam C. Fidiculanus Falcula? Aut ubi respondendi difficilis est ratio, ut uulgo uti solemus, Quo modo? qui fieri potest? Aut inuidiæ gratia, ut Medea apud Senecam, Quas peti terras iubes? Aut miserationis, ut Sinon apud Virgilium, Heu quæ mortellus, inquit, quæ me æquora possunt Accipere? Aut instandi & auferendæ dissimulationis, ut Afrius, Audis ne? furiosum inquam non inofficiosum testamentum reprehendimus. Totum hoc plenum est uarietatis. Nam & indignationi conuenit, Et quisquam numen Iunonis adoret? Et admirationi, Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Et interim acrius imperandi genus, Non

- RESPON-**
sio. **num,** Quid igitur faciam? ¶ Est aliqua etiam in respondendo figura, cum aliud interroganti, ad aliud, quia utilius sit, occurritur: tum augendi criminis gratia, ut testis in reum rogatus, an ab reo fustibus vapulasset, Et innocens, inquit. Tum declinandi, quod est frequentissimū, Quaro an occideris hominem, respondetur, latronem. An fundum occupaueris, respondetur, meum: ut confessionem præcedat defensio, Vt apud Virgilium in Bucolicis dicenti, Non ego te vidi Damonis pessime, caprum Excipere insidiis? occurritur, An mihi cantando victus non redderet ille? Cui est confinis dissimulatio, non alibi quàm in risu posita, ideoque tractata suo loco. Nam serio si fiat, pro confessione est. ¶ Cæterum etiam interrogandi seipsum, & respondendi sibi, solent esse nō ingratae vices: ut Cicero pro Ligario, Apud quem igitur hæc dico? nēpe apud eū, qui cū hoc sciret, tamen me antequā vidit, reip. reddidit. Aliter pro Cælio ficta interrogatione: Dicit aliquis, Hæc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolecētes? & totus locus. Deinde, Ego si quis iudices hoc robore animi, atque hac indole virtutis ac continentiae fuit, &c. Cui diuersum est, cum alium rogaueris, non expectare responsum, & statim subiicere, Domus tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas: quod schema quidam per subiectionem uocant. Fit & comparatione, Vter igitur facilius tuæ sententiae rationem redderet? & aliis modis tum breuius, tum latius, tum de vna re, tum de pluribus. ¶ Mirè vero in causis valet præsumptio, quæ *πρόληψις* dicitur, cum id quod obiici potest occupamus. Id neque in aliis partibus parum est, & præcipue proemio cōuenit. Sed quanquam generis vnus, diuersas tamen species habet. ¶ Est enim quædam præmunitio, qualis Ciceronis contra Q. Cæciliū, quod ad accusandum descendat qui semper defenderat. ¶ Quædam confessio, ut pro Rabirio Posthumo, quem sua quoque sententia reprehendendū fateretur, quod pecuniam Regi crediderit. ¶ Quædam prædictio: ut, Dicam enim non augendi criminis gratia. ¶ Quædam emendatio: ut, Rogo ignoscatis mihi, si longius sum euectus. ¶ Frequentissima præparatio, cum pluribus verbis, vel quare facturi quid simus, vel quare fecerimus dici solet. ¶ Verborum quoque vis ac proprietates confirmatur vel præsumptione, Quamquā illa non poena, sed prohibitio sceleris fuit. A ut reprehensione, Ciues, inquam, si hoc eos appellari nomine fas est. ¶ A fert aliquam fidem veritatis & dubitatio, cum simulamus quærere nos vnde incipiendum, vbi definendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum sit, cuiusmodi exemplis plena sunt omnia. Sed vnum interim sufficit. Equidem quod ad me attinet, quo me veritam nescio. Negem fuisse infamiam iudicii corrupti? &c. Hoc etiam in præteritū valet. nam & dubitasse nos fingimus. ¶ A quo schemate non procul abest illa quæ dicitur communicatio: cum aut ipsos aduersarios consulimus, ut Domitius Afer pro Cloantilla, At illa nescit trepida, quid liceat sceminæ, quid cōiugem deceat, forte vos in illa sollicitudine obuios casus miseræ mulieri obtulit: tu frater, vos paterni amici, quod consilium datis? ¶ A ut cum iudicibus quasi deliberamus, quod est frequentissimū. Quid suadetis? & vos interrogo quid tandem fieri oportuit? ut Cato, Cedo si vos in eo loco essetis, quid aliud fecissetis? & alibi, Communem rem agi putatote, ac vos huic rei præpositos esse. ¶ Sed non unquā comunicantes aliquid inexpectatum subiungimus, quod & per se schema est: ut in Verrē Cicero, Quid deinde? quid cēsetis? furtū fortasse? ut prædā aliquam? Deinde cum diu suspēdisset iudicū animos, subiicit quod multo esset improbius. Hoc Celsus sustentationem vocat. Est autem duplex: nam contra, frequenter cū expectationē grauissimorū fecimus, ad aliquid quod sit leue, aut nullo modo criminofum, descēdimus. Sed quia non tantū per cōmunicationē fieri solet, *πρόδοξον* alii nominauerūt, id est inopinātū. Illis non accedo, qui schema esse existimāt, etiā si quid nobis ipsi dicamus inexpectatū accidisse: ut Pollio, Nunquā fore credidi iudices: ut reo Scauero, ne quid in eius iudicio gratia valeret, precarer. ¶ Est penē idē fons illius quā permissionem vocant, qui cōmunicationis, cū aliqua ipsius iudicibus relinquimus æstimāda, aliqua nonnūquā aduersariis quoq;: ut Caluus Vatinius, Perfrica frontē, & dic te digniorē qui Prætor fieres, quàm Catonē. ¶ Quæ vero sunt augendis affectibus accommodata figura, constant maxime simulatione. Nanq; & irasci nos & gaudere, & timere, & admirari, & dolere, & indignari, & optare, quæq; sunt similia his, fingimus. Inde sunt illa, Liberatus sum, respiravi, & bene habet, & quæ amētia est hæc? Et, O tempora, o mores, o miserum me. consumptis enim lachrymis infixus tamen pectori hæret dolor. &, Magnæ nunc hiscite terræ. Quod exclamationem quidam vocant, ponūtque inter figuras orationis. Hæc quoties vera sunt, non sunt in ea forma, de qua nunc loquimur, sed assimulata & arte composita procul dubio schemata sunt existimanda. ¶ Quod idem dictum sit de oratione libera, quam Cornificius licentiam vocat, Græci *παρρησία*. Quid enim minus figuratum, quàm vera libertas? Sed frequenter sub hac facie latet adulatio. Nam Cicero cum dicit pro Ligario, Suscepto bello Cæsar, gesto etiam ex parte magna, nulla vi coactus, consilio ac voluntate
- INTER-**
rogandi &
respondendi
uicissitudo.
- PRAE-**
sumptio.
- Pro Cluentio.**
DUBITATIO.
- COMMVNICATIO.**
- Acti. 7.**
Sustentatio.
- PERMISSIO.**
- SIMVLATIO.**
- Pro Milone.**
Exclamatione.
LICENTIA.

mea, ad arma profectus sum, quæ erant contra te sumpta. Non solum ad utilitatem Ligarii respicit: sed magis laudare victoris clementiam non potest. In illa vero sententia, Quid autem aliud egimus Tubero, nisi ut quod hic potest, nos possemus? admirabiliter vtriusque partis facit bonam causam: sed hoc eum demeretur cuius mala fuerat. ¶ Illa adhuc audaciora, & maiorum (ut Cicero existimat) laterum, fictiones personarum, quæ *πρὸς ἀποποιήσιν* dicuntur. Mirè nanque tum va- PROSO-
 riant orationem, tum excitant. ¶ His etiam aduersariorum cogitationes, velut secum loquentiū, *πορεία*.
 protrahimus: quæ tamen ita demum à fide non abhorrent, si ea locutos finxerimus, quæ cogitasse eos non sit absurdum. ¶ Et nostros cum aliis sermones, & aliorum inter se credibiliter introdu-
 cimus: & suadendo, obiurgando, querendo, laudando, miserando, personas idoneas damus. ¶ Quin
 deducere deos in hoc genere dicendi, & inferos excitare concessum est. ¶ Vrbes etiam populi que
 voces accipiunt. Ac lunt quidam qui has demum *πρὸς ἀποποιήσιν* dicant, in quibus & corpora & Sermocina-
 verba fingimus. ¶ Sermones hominū assimulatos dicere *διαλόγους* malunt, quàm quod Latino- tio.
 rum quidam dixerunt sermocinationem. Ego iam recepto more vtrumque eodem modo appel-
 laui. Nā certe sermo fingi non potest, ut nō personæ sermo fingatur. ¶ Sed in his quæ natura non
 permittit, hoc modo mollior fit figura, Etenim si mecum patria, quæ mihi vita mea multo est cha-
 rior, si cuncta Italia, si omnis resp. sic loquatur, M. Tulli quid agis? ¶ Illud audacius genus, Quæ te-
 cum Catilina sic agit, & quodammodo tacita loquitur, Nullum iam aliquod annis facinus exti-
 tit nisi per te. ¶ Commode etiam apud nos aliquas ante oculos esse rerum personarūve imagi-
 nes fingimus, aut eadem aduersariis aut iudicibus non accidere miramur: qualia sunt. Videtur mi-
 hi, & nōne videtur tibi? Sed magna quædam vis eloquentiæ desideratur. Falsa enim & incredibi-
 lia natura necesse est aut magis moueant, quia supra vera sunt: aut pro vanis accipiantur, quia ve-
 ra non sunt. ¶ Ut dicta autem quædam ita scripta quoque fingi solent, quod facit Asinius pro Li-
 burnia, Mater mea, quæ mihi tum charissima, tum dulcissima fuit, quæque mihi vixit, hisque eadem
 die vitam dedit, & reliqua, & deinde exhaeres esto. ¶ Hæc tum per se figura est, tum duplicatur,
 quoties sicut in hac causa ad imitationem alterius scripturæ componitur. Nam contra recitaba-
 tur testamentum P. Nouanij Gallio, cui ego omnia meritissimo volo & debio pro eius animi in
 me summa voluntate: & adiectis deinde aliis, haeres esto. ¶ Incipit esse quodāmodo *παράδειγμα*, quod
 nomen ductum à canticis ad aliorum similitudinem modulatis, abusiue etiam in verificationis
 ac sermonum imitatione seruatur. ¶ Sed formas quoque fingimus sæpè, ut famam Virgilius: ut
 voluptatem ac virtutem, quæadmodum à Xenophonte traditur, Prodicus: ut mortem ac vitam,
 quas contēdentes in satyra tradit Ennius. ¶ Est & incertæ personæ ficta oratio. Hic aliquis, & di-
 cat aliquis. ¶ Est & iactus sine persona sermo, Hic Dolopum manus, hic sæuus tēdebat Achil-
 les. Quod sit mixtura figurarum, cum *πρὸς ἀποποιήσιν* accedit illa, quæ est orationis per detractio-
 nem, detractum est enim quis diceret. ¶ *Πρὸς ἀποποιήσιν* vertitur interim in speciem narrandi. Vnde Obliqua
 apud historicos reperiuntur obliquæ allocutiones, ut in T. Liuii libro primo statim, Vrbes *narratio*.
 quoque & cætera ex infimo nasci, deinde qua sua virtus ac dii iuuent, magnos opes sibi, magnum
 nomen facere. ¶ Auerfus quoque à iudice sermo, qui dicitur *ἀποστροφὴ*, mirè mouet, siue aduer-
 sarios inuasimus, Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharsalica gladius agebat? siue ad inuoca-
 tionem aliquam cōuertimur, Vos enim iam ego Albani tumuli atque luci, siue ad inuidiosam im-
 plorationē, O leges Porciæ legesque Semproniae. ¶ Sed illa quoque vocatur auersio, quæ à pro-
 posita quæstione abducit audientem, Non ego cum Danais Troianam excindere gentem Aulide
 iuraui. Quod sit & multis & variis figuris, cum aut aliud expectasse nos, aut maius aliquid timuis-
 se simulamus: aut plus videri posse ignorantibus, quale est procemium pro Cælio. ¶ Illa vero (ut
 ait Cicero) sub oculos subiectū tum fieri solet, cum res non gesta indicatur, sed ut sit gesta a osten-
 ditur: nec vniuersa, sed per partes, quem locum proximo libro subiecimus euidentiæ. Celsus hoc
 nomē isti figuræ dedit, ab aliis *ὑποπλάσις* dicitur, proposita quædā forma rerū ita expressa verbis,
 ut cerni potius videatur quàm audiri, Ipse inflamatus scelere ac furore in forū venit, ardebāt ocu-
 li, toto ex ore crudelitas emicabat. ¶ Nec solum quæ facta sint aut fiant, sed etiā quæ futura sint
 aut futura fuerint imaginatur. Mirè tractat hæc Cicero pro Milone, quæ facturū fuerit Clo-
 dius si Præturā inuasisset. Sed hæc quidē translatio temporum, quæ propriè *μετέστροφis* dicitur, *ὑπὸ 7.*
τιτῶρα verecūdiōr apud priores fuit. Proponebāt enim talia, Credite vos intueri: ut Cicero, Hæc
 quæ nō vidistis oculis, animis cernere potestis. Noui vero & præcipue declamatores audacius, nec
 mehercules sine motu quodam imaginantur, ut Seneca in controuersia, cuius summa est, quod
 pater filium & nouercam, inducente altero filio in adulterio deprehēsos occidit: Duc, sequor. Ac
 cipe hanc senilem manū, & quocunq; vis imprime. & paulopōst, Aspice, inquit, quod diu nō cre-

Topogra-
phia.
IRONIA.

didisti: Ego vero non video, nox oboritur, & crassa caligo. Habet hæc figura manifestius aliquid. Non enim narrari res, sed agi videtur. ¶ Locorū quoque dilucida & significans descriptio eidem virtuti assignatur à quibusdam: alii τὸ πορρογίαν dicunt. ¶ Ἐπαίρειν inueni qui dissimulationē vocarent, quo nomine, quia parum totius huius figuræ videntur vires ostendi, nimirum sicut in ple-
risque, græca erimus appellatione contēti. ¶ Igitur ἔπαρεια quæ est schema, ab illa quæ est tropus, genere ipso nihil admodum distat (In vtroque enim contrarium est quod dicitur intelligendū est) species vero prudentius intuenti diuersas esse, facile est deprehendere. Primū, quod tropus apertior est: & quanquam aliud dicit ac sentit, non tamen aliud simulat. Nam & omnia circa ferè recta sunt: vt illud in Catilinam, A quo repudiatus ad sodalem tuum virum optimum M. Marcel-
lum demigrasti. In duobus demum verbis est Ironia, ergo etiam breuior est tropus. At in figura to-
tius voluntatis fictio est apparens magis quàm confessa, vt illic verba sint verbis diuersa, hic sen-
sus sermoni. Et ioci & tota interim causæ conformatio *. Tum etiam vita vniuersa: Ironiam ha-
bere videtur, qualis est vita Socratis. Nam ideo dictus ἱρων, id est agens imperitum, & admirator
aliorum tanquam sapientium: vt quemadmodum ἑλληγορίαν facit continua μεταφορὰ, sic hoc
schema faciat troporū ille cōtextus. ¶ Quædā vero genera huius figuræ nullam cum tropis habēt

Apophasis.

focietatem, vt illa statim prima quæ dicitur à negando, quam nonnulli vocant ἀποφασις. Non
agam tecum iure summo, non dicam quod forsitan obtinerem. &. Quid ego istius decreta? quid
rapinas? quid hæreditatum possessiones datas? quid ereptas proferam? &. Mitto illam primam libi
dinis iniuriam. Et, Ne illa quidem testimonia recito quæ dicta sunt de sestertiis septingentis mi-
libus. &. Possum dicere. Quibus generibus per totas interim quæstiones decurrimus. vt Cicero,
Hoc ego si sic agerem tanquam mihi crimen esset diluendum, hæc pluribus dicerem. ¶ Ἰγρονία
est & cum similes imperantibus vel permittentibus sumus, I sequere Italiam ventis. ¶ Et cum ea
quæ nolumus videri in aduersariis esse, concedimus eis. Id acrius fit cum eadem in nobis sunt, &
in aduersario non sunt, Meque timoris Argue tu Drance, quando tot cædis aceruos. Teucrorum
tua dextra dedit. ¶ Quod idem contra valet, cum aut quæ à nobis absunt, aut etiam quæ in ad-
uersarios recidunt, quasi fateamur, Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. ¶ Nec in
personis tantum, sed & in rebus versatur hæc contraria dicendi, quàm quæ intelligi velis, ratio. vt
totum pro Q. Ligario proœmium, & illæ eleuationes, videlicet, O dii boni. Scilicet is superis la-
bor est. Et ille pro Oppio locus, O amorem mirum. O beneuolentiam singularem. ¶ Non pro-
cul autem ab hinc ab hac simulatione tres inter se similes. Confessio nihil nocitura: qualis est, Ha-
bes igitur Tubero quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum. ¶ Et cōfessio, cū
aliquid etiam iniquum videmur causæ fiducia pati, Metum virgarum Nauarchus nobilissimæ ci-
uitatis precio redemit, humanū est. Et pro Cluētio de inuidia, Dominetur in concionibus, iaceat
in iudiciis. ¶ Tertia confessio, vt pro eodē, Iudicium esse corruptum. Hæc euidentior figura est,
cum alicui rei assentimur, quæ est futura pro nobis. Verū id accidere sine aduersarii vitio non po-
test. ¶ Quædā etiam vel laudamus, vt Cicero in Verrē circa crimen Apollonii Drepanitani, Gau-
deo etiā siquid ab eo abstulisti, & abs te nihil rectius factum esse dico. ¶ Interim augemus crimi-
na quæ ex facili aut diluere possumus, aut negare: quod est frequētius, quàm vt exēplum desideret.
¶ Interim hoc ipso fidē detrahimus illis, q̄ sint tā graui: vt pro Roscio Cicero, cū immanitatem
parricidii, quāquā per se manifestam, tamen etiā vi orationis exaggerat. ¶ Ἐποσιώπικος, quā idem
Cicero reticentiā, Celsus obticentiā, nonnulli interruptionē appellant, & ipsa ostēdit aliquid affe-
ctus, vel iræ: vt, Quos ego, sed motos præstat cōponere fluctus. ¶ Vel sollicitudinis, & quasi reli-
gionis, An huius ille legis, quā Clodius à se inuentā gloriatus est, mētionem facere ausus esset viuio
Milone, ne dicā Consule: de nostra enim omniū, nō audeo totū dicere. Cui simile est in proœmio
pro Ctesiphonte Demosthenis, Non pari periculo ego & aduersarius ad iudiciū venimus. ¶ Vel
alio transeundi gratia. Cōmunis autē, Tametsi, ignoscite mihi iudices. ¶ In quo est & illa (si tamē
inter schemata numerari debet, cum etiam aliis pars causæ videatur) digressio. Abit enim causa in
laudes Cn. Pōpei. Idq; fieri etiā sine ἀποσιώπικου potuit. Nā breuior illa (vt ait Cicero) à re digres-
sio plurimis fit modis. Sed hæc exempli gratia sufficiēt, Tum Caius Varenus is qui à familia An-
chariana occisus est, hoc quæso iudices diligenter attēdite. & pro Milone, Et aspexit me illis qui-
dem oculis quibus tum solebat, cum omnibus omnia minabatur. ¶ Est alia non quidem reticen-
tia, quæ sit imperfecti sermonis, sed tamen præcisa velut ante legitimum finem oratio: vt illa, Ni-
mis vrgeo, commoueri videtur adolescens. &, Quid plura? ipsum adolescentem dicere audi-
stis. ¶ Imitatio morum alienorum, quæ ἰδοποιία, vel (vt alii malunt) μιμνῶσις dicitur, iam inter le-
uiiores affectus numerari potest. Est enim posita ferè in eludendo, sed uersatur & in factis & in di-

Confessio.

Concessio.

Consensio.

APOSIO-
pesis.

Digressio.

Præcisio.

ETHO-
poia uel Mi-
mesis.

Etis. In factis, quod est *ὑποκρίσθαι* vicinum. In dictis, quale est apud Terentium, At ego nesciebam quorsum tu ires. Paruula hinc est abrepta, eduxit mater pro sua, soror dicta est. Cupio abducere vt reddam suis. Sed nostrorum quoque dictorum factorumque similis imitatio est per relationem, nisi quod frequentius asseuerat quam eludit, Dicebam habere eos actorem Q. Cæciliū. Sunt & illa iucunda, & ad commedationem cum varietate, tum etiam ipsa natura plurimū profunt, quæ simplicem quandam & non præparatam ostendendo orationem minus nos suspectos iudici faciunt. Hinc est quasi poenitentia dicti, vt pro Cælio, Sed quid ego ita grauem personam introduxi? Et quibus vtimur vulgo, Imprudens incidi. Vel cum querere nos quid dicamus fingimus. Quid reliquum est? & Num quid omisi? Et cum ibidem in Verrem ait Cicero, Vnum etiam mihi reliquum huiusmodi crimen est. & Aliud ex alio succurrit mihi. Vnde etiam venisti transitus sunt: non quia transitus ipse sit schema, vt Cicero narrato Pisonis exemplo, qui annulum sibi cudi ab aurifice in tribunali suo iusserat, velut hoc in memoriam adductus, adiecit. Hic modo me commonuit Pisonis annulus, quod totum effluxerat, quàm multis istum putatis hominibus honestis de digitis annulos aureos abstulisse? Et cum aliqua velut ignoramus. Sed earum rerū artificem quem? quemnam? recte admones, Polycletū esse dicebant. Quod quidē non in hoc tantum valet. Quibusdam enim dum aliud agere videmur, aliud efficitur: sicut hic Cicero consequitur, ne cum morbum in signis atque tabulis obiciat Verri, ipse quoque earum rerum studio sus esse credatur. Et Demosthenes iurando per interfectos in Marathone & Salamine, id agit, vt minore inuidia cladis apud Charoneam acceptæ laboret. Faciunt illa quoque iucundam orationem, aliqua mentione habita, differre, & deponere apud memoriam iudicis, & reposcere quæ deposueris, & separare quædam schemate aliquo, non enim est ista ipsa per se iteratio schema, & excipere aliqua, & dare actioni varios velut vultus. Gaudent enim res varietate, & sicut oculi diuersarum aspectu rerum magis detinentur, ita semper animis præstant, in quod se velut nouum, intendant. ¶ Est Emphasis etiam inter figuras, cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur, vt apud Virgilium. Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more fera: quanquam enim de matrimonio queritur Dido, tamen huc erupit eius affectus, vt sine thalamis vitam hominum non putet, sed ferarum. ¶ Aliud apud Ouidium genus, apud quem & Myrrha nutrici amorem patris sic confitetur, O dixit, felicem coniunge matrem. ¶ Huic vel confinis, vel eadem est, quæ nunc vtimur plurimum. Iam enim ad id genus, quod & frequentissimum est, & expectari maxime credo, veniendum est, in quo per quandam suspicionem, quod non dicimus, accipi volumus, non vtique contrarium, vt in *ἀπαρτίω*, sed aliud latens, & auditori quasi inueniendum, quod vt supra ostendi, iam ferè solum schema à nostris vocatur, & vnde controuersia figuratæ dicuntur. ¶ Eius triplex vsus est, vnus si dicere palam parum tutum est, alter si non decet, tertius qui venustatis modo gratia adhibetur, & ipsa nouitate ac varietate magis quàm si relatio sit recta, delectat. ¶ Ex his quod est primum, frequens in scholis est. Nam & actiones deponentium imperium tyrannorum, & post ciuile bellum Senatus consulta finguntur, & capitale est obicere antea cta, vt quod in foro non expedit, illic nec liceat. Sed Schematum conditio non eadem est. Quamlibet enim apertum, quod modo & aliter intelligi possit, in illos tyrannos bene dixeris, quia periculum tantum non etiam offensa vitatur. Quod si ambiguitate sententia possit eludi, nemo non illi furto fauet. Vera negocia nunquam adhuc habuerunt hanc silentii necessitatem, sed aliam huic similem, verum multo ad agendum difficiliorem, cum personæ potentes obstant, sine quarū reprehensione teneri causa non possit. Ideoque hoc parcius & circumspectius faciendum: quia nihil interest quomodo offendas, & aperta figura perdit hoc ipsum quo figura est. Ideoque, à quibusdam tota res repudiatur, siue intelligatur, siue non. Sed licet modum adhibere. In primis ne sint manifestæ. Non erūt autem, si ex verbis dubiis, vel quasi duplicibus petentur, qualis est in suspecta nuru, Duxi vxorem, quæ patri placuit. Aut quod est multo ineptius, cōpositionibus ambiguus, vt illa controuersia, in qua infamis amore virginis filia pater raptam eam interrogat, à quo vitiata sit. Quis te, inquit, rapuit? tu pater nescis? Res ipsæ perducant iudicem ad suspicionem, & amoliamur cætera, vt hoc solum superfit. In quo multum etiam affectus iuuant, & interrupta silentio dictio, & cunctationes. Sic enim fiet vt iudex quærat illud nescio quid, quod ipse fortasse non crederet si audiret, & ei quod à se inuentum existimat, credat. Sed ne si optimè quidē sint, esse debent frequentes. Nam densitate ipsa figuræ aperiuntur, nec offensa minus habent, sed auctoritatis. Nec pudor uidetur quod non palam obiciat, sed diffidentia. In summa, sic maxime iudex credit figuris, si nos putat nolle dicere. Equidē quandoque & in personas incidi tales, & in rem quoque (quod est magis rarum) quæ obtineri nisi hac arte nō posset. Ream tuebat quæ subiecisse dicebatur ma-

EMPHASIS, & quæ sunt, & figuratæ controuersie.

DE FIGURATIS CONTRAVERSIS.

rito testamentum, & dicebantur chirographum, marito expirante, hæredes dedisse: & verum erat. Nam quia per leges institui vxor non poterat hæres, id fuerat actum, vt ad eam bona per hoc tacitum fidei commissum peruenirent. Et caput quidem quæri facile erat, si hoc diceremus palam, sed per se deperibat hæreditas. Ita ergo fuit nobis agendum, vt iudices illud intelligerent factum delatores non possent apprehendere ut dictum, & contigit vtrunque. Quod non inferuissim veritus opinionem instantiæ, nisi probare voluissim, in foro quoque esse his figuris locum. Quædam etiam quæ probare non possis, figura potius spargenda sunt. Hæret enim nonnunquam telum istud occultum, & hoc ipso quod non apparet, eximi non potest. At si idem dicas palam, & defenditur, & probandum est. ¶ Cum autem obstat nobis personæ reuerentia (quod secundum posuimus genero) tanto cautius dicendum est, quanto validius bonos inhibet pudor, quàm metus. Hic vero tegere non iudex quod sciamus, & verba vi quadam veritatis erumpentia credat coercere. Nam quanto minus, aut ipsi in quos dicimus, aut iudices, aut assistentes oderint hanc maledicendi lasciuia, si nolle nos credant? Aut quid interest quomodo dicatur, cum & res & animus intelligitur? Quid dicendo denique proficimus, nisi vt palam sit nos facere, quod ipsi sciamus non esse faciendum? Atqui præcipue prima, quibus præcipere ceperam, tempora hoc vitio laborarunt. Dicebant enim libenter tales controverfias, quæ difficultatis gratia placent, cum sint multo faciliores. Nam rectum genus approbari nisi maximis viribus non potest, hæc diuerticula & anfractus suffugia sunt infirmitati, vt qui cursu parum valent, flexu elidunt: cum hæc quæ affectatur ratio sententiarum, non procul à ratione iocandi abhorreat. Adiuuat etiam quod auditor gaudet intelligere, & fauet ingenio suo, & alio dicente se laudat. Itaque non solum si persona obfaret rectæ orationi, quo in genere sapius modo quàm figuris opus est, decurrerent ad schemata: sed faciebant illis locum etiam vbi personæ inutiles ac nefariæ essent, vt si pater qui infamem in matrem filium secreto occidisset, reus malæ tractationis, iacularetur in vxorem obliquis sententiis. Nam & quid impurius quàm retinuisse talem? Quid porro tam contrarium, quàm eum qui accusatur, quia summum nefas suspicatus de vxore videatur, confirmare id ipsa defensione, quod diluendum est? At si iudicum sumerent animum, scirent quàm eiusmodi actionem laturi non fuissent, multoque etiam minus, cum in parentes abominanda crimina spargerentur. ¶ Et quatinus huc incidimus, paulo plus scholis demus. Nā & in his educatur orator, & in eo quo modo declametur, positum est etiam quo modo agatur. Dicendum ergo de iis quoque in quibus non asperas figuras, sed palam contrarias causæ plerique fecerunt. Tyrannidis affectatæ damnatus torqueatur, vt conscius indicet: Accusator eius optet quod volet. Patrem qui accusauit, optat ne sit torqueatur. Pater ei contradicit. Nemo se tenuit agens pro patre, quin figuras in filium faceret, tanq̃ illum conscius in tormentis esset nominaturus. Quo quid stultius? Nam cū hoc iudices intellexerint, aut non torquebitur, cum ideo torqueri velit, aut torto non credetur. At credibile est hoc eum velle fortasse. Dissimulet ergo vt efficiat. Sed nobis (declamatoribus dico) quid proderit hoc intellexisse, nisi dixerimus? Ergo si vere ageretur, similiter consilium illud latens prodidissimus. Quid, si neque vtiq̃ue verum est, & habere alias hic damnatus contradicendi causas potest, vel quod legem conseruandam putet, vel quod nolit accusatori debere beneficiū, vel (quod ego magis sequear) vt se innocentem in tormentis esse prætendat? Quare ne illud quidem semper succurret sic dicentibus: Patrocinium hoc voluit qui controverfiam finxit. Fortasse enim noluit, sed esto voluerit, continuo ne si ille stultè cogitauit, nobis quoque stultè dicendum est? At ego in causis agendis frequenter non puto intuendum quid litigator velit. Est & ille in hoc genere frequens error, vt putent aliud quosdam dicere aliud velle, præcipue cum in themate est, aliquem vt sibi mori liceat postulare: vt in illa controverfia, Qui aliquādo fortiter fecerat, & alio bello petierat vt militia vacaret ex lege, quod quinquagenarius esset, aduersante filio ire in aciem coactus deseruit. Filius qui fortiter eodem prælio fecerat, incolumitatem eius optat, contradicit pater. Non enim inquit, mori vult, sed inuidiā filio facere. Equidem rideo, q̃ illi sic timent tanq̃ ipsi morituri, & in consiliū suos metus ferunt, oblitī tot exemplorum circa voluntariā mortem, causarū quoq; quas habet factus ex viro forti defector. Sed de vna controverfia loqui superuacuum est. Ego in vniuersum nec oratoris puto esse vnq̃ præuicari: neque litem intelligo, in qua pars vtraque idem velit: nec tam stultum quenq̃, qui si viuere velit, mortem potius male petat, quàm omnino non petat. Non tamen nego esse controverfias huiusmodi figuratas: vt est illa: Reus patricidii, quod fratrem occidisset, damnatū iri videbatur. Pater pro testimonio dixit eum se iubente fecisse. Absolutum abdicat. Nam neq; in totum filio parcat, nec quod priore iudicio affirmavit, mutare palā potest, & vt non durat vltra poenā abdicationis ira, abdicat tamen, & obliqua figura in pa-

Alterum ge-
nus.

Vicia decla-
matorum in
figuratis cau-
sis.

in patrem plus facit quàm licet, in filium minus. Vt autem nemo contra id quod vult dicit, ita potest aliquid melius velle quàm dicit. Quomodo ille abdicatus, qui à patre, vt filium expositum, & ab eo educatum, solutis alimentis recipiat, postulat, reuocari fortasse mauult, non tamen quod petit non vult. Est latens & illa significatio, qua cum ius asperius petitur à iudice, fit ei tamen species aliqua clementiæ non palam, ne paciscamur, sed per quandam credibilium suspitionem, vt in multis controuersis, sed in hac quoque. Raptor nisi intra trigessimum diem, & raptæ patrem exorauerit, & suum, pereat. Qui exorato raptæ patre suum non exorat, agit cum eo de mentis. Nam si parum promittat hic pater, lis tollitur. Si nullam spem faciat, vt non demens, crudeliscertè videatur, & à se iudicem auertat. Latro igitur optimè. Occidit ergo, si potero remissius, & pro suo ingenio pater Gallio. Dura anime hodie, dura, heri fortior fuisti. Confinia sunt his celebrata apud Græcos schemata, per quæ res asperas mollius significant. Nam Themisthodes suafisse existimatur Atheniensibus, vt urbem apud deos deponerent, quia durum erat dicere, vt relinquere: & qui victorias aureas in vsum belli conflare volebat, ita declinauit, victoriis vtendum esse. Totum autem allegoriæ simile est, aliud dicere, aliud intelligi velle. ¶ Quæsitum etiam est quo modo contra figuras responderi oporteat, & quidam semper ex diuerso aperiendas esse putauerunt, sicut latentia vitia rescinduntur. Idque sanè frequentissime faciendum est, aliter enim dilui obiecta non possunt, vtique cum quæstio in eo consistit, quod figuræ petunt. At cum male dicta sunt tatum, & non intelligere interim bonæ conscientiæ est: atque etiam si fuerint crebriores figuræ, quàm vt dissimulari possint, postulandum est vt illud nescio quid, quod aduersarii obliquis sententis significare voluerint, si fiducia sit obiciant palam, aut certè non exigant, vt quod ipsi non audent dicere, id iudices non modo intelligant, sed etiam credant. Vtilis etiam aliquando dissimulatio est, vt in eo (nota enim fabula est) qui cum esset contra eum dictum, iura per patroni tui cineres, paratum se esse respondit, & iudex conditione vsus est, clamante multum aduocato, schemata de rerum natura tolli, vt protinus etiam præceptum sit eiusmodi figuris vtendum temerè non esse. Tertium est genus, in quo sola melius dicendi petitur occasio. Ideoque id Cicero non putat esse positum in contentione. Tale est illud, quo idè vtitur in Clodium, Quibus iste qui omnia sacrificia nosses, & facile ab se deos placari posse arbitrabatur. Ironia quoque in hoc genere materiæ frequentissima est. Sed eruditissimum longè, si per aliam rem alia indicatur, vt cum aduersus tyrannum, qui sub pacto abolitionis dominationem deposuerat, agit competitor. Mihi in te dicere non licet, tu in me dic, & potes. Nuper te volui occidere. Frequens illud est, nec magnopere captandum, quod petitur iure iurando, vt est pro exheredato. Ita mihi contingat hærede filio mori. Nam & in totum iurare nisi vbi necesse est, graui viro parum conuenit. Et est à Seneca dictum eleganter, non patronorum hoc esse, sed testium. Nec meretur fidem, qui sententiæ gratia iurat, nisi si potest tam bene quàm Demosthenes, vt supra dixi. Leuissimum autem longè genus ex verbo, etiam si est apud Ciceronem in Clodium, Præsertim quam omnes amicum omnium potius, quàm cuiusquam inimicum putauerunt. ¶ Comparationem equidem video figuram non esse, cum sit interim probationis, interim etiam caulæ genus: & sit talis eius forma, qualis est pro Murena, Vigilas tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas: ille vt quo contendit, maturè cum exercitu perueniat. Te galorum, illum buccinarum cantus exuscitat, & cætera. Nescio an orationis potius quàm sententiæ sit. Id enim solum mutatur, quod non vniuersa vniuersis, sed singula singulis opponuntur. Et Celsus tamen & non negligens auctor Visellius, in hac eam parte posuerunt: Rutilius quidem Lupus in vtroque genere, idque ἀντίθετον vocat. ¶ Præter illa vero quæ Cicero inter lumina posuit sententiarum multa alia, & idem Rutilius Gorgiam secutus, nō illum Leontinum sed alium sui temporis, cuius quatuor libros in vnum suum transfuit, & Celsus videlicet Rutilio accedens, posuerunt schemata. Consummationem, quam græcus διὰλλαγὴν vocat, cum plura argumenta ad vnum effectum deducuntur. Consequens, ille ἐπακλόσησιν, de quo nos in argumentis diximus. Collectionem, qui apud illum est συλλογισμός. Minas, id est, κατὰ πλῆθιν. Exhortationem, παροινικόν. Quorum nihil non rectum est, nisi cum aliquam ex his de quibus locuti sumus, figuram accipit. Præter hæc Celsus excludere, asseuerare, detrectare, excitare iudicem, prouerbis uti, & versibus, & ioco, & inuidia, & inuocatione intendere crimen, quod est δίνωσις, adulari, ignoscere, fastidire, admonere, satifacere, precari, corripere, figuras putat. Partitionem quoque, & propositionem, & diuisionem, & rerum duarum cognitionem, quod est vt idem valeant quæ videntur esse diuersa, ut non is demum sit ueneficus, qui uitam abstulit data potione, sed etiam qui mentem. Quod est in parte finitionis. Rutilius siue Gorgias, ἀναγκάσιον, ἀνάγκησιν, ἀνὸν ποφορὸν, ἀτίρησις, παρὰ νῆσιν, προλήσις, quod est dicere quid fieri oportuerit, deinde quid factum sit, ἐνέκλιπτε, unde sit enthymema,

Quomodo
figuris re-
spondendū,

Pro Cælio.
Comparatio
inter figu-
ras non est.

Varie figu-
re ab aliis
positæ.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

νοετ' αὐτῶσιν, μεταλαμβάνει, κατ' αὐτῶσιν etiam quo statu Hermagoras vtitur. Visellius quā paucissimas faciat figuras, facit ἰσχυρὰς tamen, quod cōmentum vocat, & rationem appellās, καὶ χεῖρμα inter eas habet. quod quidem recipit quodam modo & Celsus: nam consequens an epichērema sit dubitat. Visellius adiicit & sententiam. Inueni qui aggregent iis διακινῶντες, ἀπαγορεύοντες παροδινῶντες. Sed vt hæc nō sunt schemata, ficalia vel sunt forsitan, ac nos fugerunt: vel etiam noua fieri adhuc possunt, eiusdem tamen naturæ, cuius sunt ea de quibus dictum est.

DE FIGVRIS VERBORVM. CAP. III.

Erborum vero figuræ, & mutatae sunt semper, & vtcunq; valuit consuetudo, mutantur. Itaq; si antiquum sermonē nostro cōparemus, penē iam quicquid loquimur figura est, vt huic rei inuidere, non vt omnes veteres, & Cicero præcipue hanc rem, & incumbere illi non in illum, & plenum vino non vini, & huic, non hunc adulari, iam dicitur, & mille alia, vti namq; non peiora vincant. ¶ Verū schema-

Schemata
ἀλφωσ.

τα ἀλφωσ duorum sunt generū, alterum loquendi rationem vocant, alterum quod collocatione maximē exquisitū est. Quorum tamen si vtrunq; conuenit orationi, tamen possis illud grammaticum, hoc magis rhetoricū dicere. Prius fit iisdem generibus quibus vitia. Eset enim omne schema vitium, si non peteretur, sed accideret. Verum auctoritate, vetustate, consuetudine plerunq; defenditur, sæpē etiam ratione quadam. Ideoq; cum fit à simplici rectoq; loquendi genere deflecta, virtus est si habet probabile aliquid quod sequatur. Vna tamen in re maximē vtilis, vt quotidiani & semper eodem modo formati sermonis fastidiū leuet, & nos à vulgari dicendi genere defendat. Quo si quis parcē, & cum res poscet, vtetur, velut asperso quodam condimento iucundior erit: at qui nimis affectauerit, ipsam illam gratiā varietatis amittet. Quāq; sunt quædā figuræ ita receptæ, vt penē iam hoc ipsum nomen effugerint: quæ etiam si fuerint crebriores, aures cōsuetas minus ferient. Nam & secretæ & extra vulgarem vsum positæ, ideoque magis nobiles, vt nouitate autem excitant, ita copia satiant: nec se obuias fuisse dicenti, sed cōquisitas & ex omnibus latebris extractas congestasq; declarant. ¶ Fiunt ergo & circa genus figuræ in nominibus. Nam & oculis capti talpæ, & Timidi damæ dicuntur à Virgilio: sed subest ratio, quia sexus vterq; altero significatur. Tam enim mares esse talpas damasq; q̄ sceminas certū est. Et in verbis, vt fabricatus est gladium, & inimicos punitus est. Quod mirum minus est, q̄ in natura verborū est, & quæ facimus patiendi modo sæpē dicere, vt arbitror, suspicor: & contra faciēdi quæ patimur, vt vapulo, ideoq; frequens permutatio est, & pleraq; vtroq; modo efferuntur, luxuriatur luxuriat, fluctuatur fluctuat, assentior assentio, reuertor reuerto. ¶ Est figura & in numero, vel cū singulari pluralis subiungitur. Gladio pugnacissima gens Romani. Gens enim ex multis. Vel è diuerso, Cui non risere parentes. Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. Ex illis enim qui non risere, hunc non dignatus deus, nec dea dignata. ¶ Et mutatione partium, vt in Satyra, Et nostrū istud viuere triste

Figurae circa
genus.

Circa mu-
merum.

Perf. Sat. 1.

Circa par-
tium muta-
tionem.

In tempori-
bus transfe-
rendis.

iripueris.

Alpexi: cum infinito verbo sit vñs pro appellatione. Nostram enim vitam vult intelligi. Vtimur & verbo pro participio, Magnum dat ferre talentū, tanq̄ ferendum. Et participio pro verbo, Volo datum. ¶ Interim etiā dubitari potest, cui simile sit schema, ut in hoc, Virtus est vitii fugere. Aut enim partes orationis mutat ex illo, Virtus est fuga vitiorū: aut casus ex illo, Virtutis est vitii fugere. Multa tamē hoc vtroq; excitatius. ¶ Iungūtur interim schemata, Sthenelus sciēs pugnae. Et enim sciēs tum nō fuerat Sthenelus pugnandi cū id canebat Horatius. ¶ Transferuntur etiam tempora, Timarchides negat esse ei periculū à securi. Præsens enim pro præterito positū est. Et futurū pro præsentī, Hoc Ithacus velit. Et ne te morer, per omnia fit genera, per quæ solēcissimus. ¶ Hæc quoq; quam ἰσχυρὰς vocant, cum dissimilis est tum zeugma dicitur: vt apud Sallustium, Neq; ea res falsum me habuit, & Duci probare. Ex quibus ferē præter nouitatem, brāuitas etiam peti solet. Vnde eousq; processum est, ut non pœniturū pro non actūro pœnitentiam, & uisuros, ad uidendum missos, idem auctor dixerit. Quæ illæ quidem fecerit schemata, an idem uocari possint uidendum, quia recepta sint. Nam receptis etiam vulgo auctore cōtenti sumus. * Verum natura eualuit agentibus, quod Pollio in Labieno damnat, & cōtumeliā fecit, quod à Cicerone reprehendi notū est. A fici enim cōtumelia dicebant. Alia cōmendatio uetustatis, cuius amator unicē Virgilius fuit, Vel cum se pauidum contra mea iurgia iactat, Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci Audierat. Quorum similia apud ueteres tragicos comicosq; sunt plurima. Illud etiā in consuetudine remansit. Enimvero his amplius, apud eundem, Nam quis te iuuenum cōfidentissimē, cum quis sermonis initiū sit. & Tam magis illa tremens, & tristibus effera flāmis, Quam magis effuso crudefcunt sanguine pugnae. Quod est uersum ex illo, Quam magis ærumna uiget, tam magis ad male faciendum urget. Pleni talibus antiqui, sicut initio Eunuchi Terentius, Quid igitur faciam, inquit. Allusit tandem leno. * Catullus in Epithalamio, Dum innupta manet, dū chara

ehara suis est. Sed prius dum, significat quoad sequens, usque eo. ¶ Ex Græco vero trāsata, vel Sal *Figure*
lustii plurima, quale est, vulgus amat fieri, vel Horatii. Nam * is maxime probat hoc Ciceronis. *græcica.*
Et mutatio casus: vt, Nec longæ inuidia hauenæ. & Virgilio, Tyrrenum nauigat æquor. Etia vul-
gatum actis quoque, Sautius pectus. ¶ Ex eadem parte figurarum additio & abiectio est. Illaque
prior videri potest superuacua, sed non sine gratia est. Nam neque Parnassi vobis iuga, nam neque
Pindi. Potest enim deesse alterum nam. Et apud Horatiū illud, Fabriciumque, Hunc & intorsis
Curium capillis possis demere hunc. ¶ Est etiam adiectio, quæ in complexu sermonis aut vitium
habet, aut figuram. Figuram, vt, Accede ad ignem hunc iam calefces plus satis. De altera quæ de-
tractio est, pluribus dicendum est. ¶ Vt in vulgo & cōparatiuis pro absolutis, vt cum se quis in *Figure in*
firmiorem esse dixerit. ¶ Duo inter se cōparatiua committimus, si te Catilina comprehendi, si in *cōparatiuis.*
terfici iussero, credo erit verendum mihi, ne non potius omnes boni serui a me, quam quisquam
crudelius factum esse dicat. ¶ Sunt illa non similia solcecismo quidem, sed tamen numerum mu- *Numerorū*
tantia, quæ & tropis assignari solent, vt de vno pluraliter dicamus, Sed nos immensum spatium con- *et personā*
fecimus æquor. Et de pluribus singulariter, Haud secus ac patriis acer Romanus in armis. ¶ Specie *riū permuta*
diuersa, sed genere eadem & hæc sunt, Nēve tibi ad solem vergant vineta cadentem, Nec mihi tū
mollis sub dio carpere somnos, Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas. Nō enim nescio cui
alii prius, nec postea sibi vni, sed omnibus præcipit. Et de nobis loquimur tāquā de aliis. Dicit Ser-
uius. Negat Tullius. Et nostra persona vtimur pro aliena, & alios pro aliis fingimus. Vtriusque rei
exemplum pro Cecinna. Pisonem aduersæ partis aduocatum alloquens Cicero dicit, Restituisse
te dixi. Nego me edicto Prætoris restitutum esse. Verum enim illud restituisse Ebutius dixit. Nego
me, Cecinna, edicto Prætoris restitutum esse. Vbi & ipsum dixi extrita syllaba figura in verbo
est. ¶ Illa quoque, ex eodē genere possunt videri, quā nos interpositionē, vel interclusionem dicimus
Græci *παράθεσις* vocant, dum continuationi sermonis medius aliquis sensus interuenit. Ego cum *Paræthesis.*
te (mecum enim sæpissime loquitur) patriæ reddidissim. ¶ Cui adiciunt Hyperbaton, non illud
quod inter tropos esse voluerunt, sed alterum, quod est eius figura: sententiarum quæ *Hyperbaton.*
citur, simile: cum non sensus mutatur, verum forma eloquendi, Decios, Marios, magnosque Ca-
millos, Scipiadas duos bello, & te maxime Cæsar. Acutius adhuc in Polydoro, Fas omne abrum-
pit, Polydorum obrūcat, & auro Vi potitur. quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?
Qui tam parua momenta nominibus discreuerunt, *μεταβασίς* vocant, quam & aliter fieri putant. *Metabasis.*
Quid loquor, aut vbi sum? Coniunxit autem *παράθεσις* & *ἀντιστοιχία* Virgilius in illo loco, Haud
procul inde citæ Metisium in diuersa quadrigæ Distulerant (at tu dictis Albane maneres) Raptā-
batque viri mendacis viscera Tullus. ¶ Hæc schemata aut his similia, quæ erunt per mutationem,
adiECTIONem, DETRACTIONem, ordinem, & conuertūt in se auditorem, nec languere patiūtur, sub
inde aliqua notabili figura excitatum, & habent quandam ex illa vitii similitudine gratiam, vt in
cibis interim acor ipse iucundus est. quod continget si neque supra modum multæ fuerint, nec
eiusdem generis, aut iunctæ, aut frequentes, quia satietatem vt varietas earum, ita raritas effugit.
¶ Illud est acrius genus, quod non tantum in ratione positum est loquēdi, sed ipsis sensibus tum
gratiam tum etiam vires accommodat. E quibus primum sit quod fit per adiectionem, plura sunt
genera, nam & verba geminantur, vel amplificandi gratia, vt, Occidi, occidi non Sp. Melium. Al-
terum est enim quod indicat, alterum quod affirmat. Vel miserandi, vt, Ah Corydon, Corydon.
Quæ eadem figura nonnunquam per Ironiam ad eleuandum euertitur. ¶ Similis geminationis
post aliquam interiectionem, repetitio est, sed paulo etiam vehementior, Bona miserum me (con-
sumptis enim lachrymis tamen infixus animo haret dolor) bona, inquam, Cn. Pompeii acerbissi-
mæ voci subiecta præconis. Viuis, & viuis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam.
¶ Et ab iisdem verbis plura acriter & instanter incipiunt, Nihil ne te nocturnum præsidium pa-
latii, nihil vrbs vigilie, nihil timor populi, nihil consensus bonorum omnium, nihil hic munitif-
simus habendi Senatus locus, nihil horum ora vultusque mouerunt. ¶ Et iisdem desinunt, Quis
eos postulat? Appius. quis produxit? Appius. Quāq̃ hoc exēplū ad aliud quoque schema perti-
net, cuius initia inter se & fines iidē sunt, quis & quis, Appius & Appius. Quale est. Qui sunt qui
foedera sæpe ruperūt? Carthaginēses. Qui sunt qui Italiā deformauerūt? Carthaginēses. Qui sunt
qui sibi ignosci postulat? Carthaginēses. ¶ Etia in cōtrapositis vel cōparatiuis solet respōdere pri-
morum verborū alterna repetitio, quod modo huius esse loci potius, dixi: Vigilas tu de nocte, ut tuis
consultoribus respōdeas, ille, ut eo quo intēdit, mature cū exercitu perueniat. Te gallorū, illū buc-
cinarū cātus exuscitant. Tu actionē instituis, ille acie instruit. Tu caues ne consultotes tui, illa ne
urbes aut castra capiantur. ¶ Sed hac gratia non fuit contentus orator, uertit in contrariū eadē si-
guram. Ille tenet & scit ut hostium copię, tu vt aquæ pluuię arceantur. Ille exercitatur in propa-

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

gandis finibus, tu in regendis. ¶ Possunt media quoque respondere, vel primis, vt, Te nemus Angitæ, Vitrea te Fucinus vnda. ¶ Vel vltimis, vt, Hæc naui & onusta præda Siciliensi: cū ipsa quoque esset etiam præda. ¶ Nec quisquam dubitauit idē posse fieri iteratis vtrinque mediis. ¶ Respondent primis & vltima. Multi & graues dolores inuenti parentibus, & propinquis multi. ¶ Est & illud repetēti genus, quod semel proposita iterat & diuidit, Iphitus & Pelias mecum, quorū Iphitus æuo iam grauior, Pelias & vulnere tardus Vlyssi. ἰπείων & Pelias mecum, nostri regressionem vocant. ¶ Nec solum in eodē sensu, sed etiam in diuerso eadem verba contra sumuntur. Principū dignitas erat penē par, non par fortasse eorum qui sequebantur. ¶ Interim variatur casibus hæc & generibus iteratio. Magnus est labor dicendi, magna res est. Et apud Rutilium longiore περιέβαλε, & hæc initia sententiarum sunt, Pater hic tuus? patrem hunc appellas? patris tu huius filius es? Fit Polypoton. casibus modo hoc schema, quod πολυπτότων vocant. ¶ Constat & aliis etiā modis, vt pro Cluentio, Quod autē tempus veneni dandi? illo die in illa frequentia? per quem porro datum? unde sumptus? quæ porro interceptio poculi? cur nō de integro autē datum? Hanc rerū coniunctā diuersitate Cæcilius μεταβαλὼν vocat: qualis est pro Cluentio locus in Oppiniacū, Illū tabulas publicas violasse, censorias corrupisse, Decuriones vniuersi iudicauerunt: cū illo nemo rationem, nemo rem vllam contrahebat, nemo illū ex tam multis cognatis & affinis tutorē vnquam liberis suis scripsit, & deinceps adhuc multa. ¶ Vt hæc in vnū cogeruntur, ita contra illa dispersa sunt, quæ à Cicero ne dissipata dici puto, Hic segetes, illic veniūt felicius vuar, Arborei fœtus alibi, & deinceps. ¶ Illa vero apud Ciceronē mira figurarū mixtura deprehenditur, in qua & primo verbo longo post intervallo redditum est vltimū, & media primis, & mediis vltima congruunt. Vestrū iā hic factum deprehenditur patres conscripti non meū, ac pulcherrimū quidē factū, verum vt dixi: non meum sed vestrum. Hanc frequentiore repetitione πολλὴν vocant, quæ fit ex permixtis figuris, vt supra dixi, vtque se habet Epistola ad Brutum, Ego cum in gratiam redierim cum Appio Claudio, & redierim per Cn. Pompeium, te ego ergo cū redierim. Et in iisdem sententiis crebrioribus mutata declinationibus iteratione verborū, vt apud Persiū, Vsq̄e adeo ne Scire tuū nihil est, nisi te scire hoc sciat alter? Et apud Ciceronē, Neq̄ enim poterat indicio ex his dānatis qui indicabātur. ¶ Sed sensus quoque toti quemadmodum cœperūt desinent, Venit ex Asia, hoc ipsum quā bonum? Trib. pleb. venit ex Asia. In eadem tamen periodo & verbum vltimum primo refertur, tertium iam sermone adiectum est, Veruntamen venit. ¶ Interim sententia quidem repetitur, sed eodem verborum ordine, Quid Cleomenes facere potuit? Non enim possum quenquam infimulare falso. Quid inquam Cleomenes facere potuit? ¶ Prioris sententiæ verbum vltimum ac sequentis primum frequenter est idem. Quo quidem schemate vtuntur poetæ sapius, Pierides vos hæc facietis maxima Gallo, Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas. Sed ne oratores quidem raro. Hic tamen viuūt, viuūt? immo etiam in Senatum venit. ¶ Aliquando, sicut in geminatione verborum diximus, initia quoque & clausulæ sententiarum aliis, sed nō alio tendētibus verbis, inter se consonant. Initia hoc modo, Dederim periculis omnibus, obtulerim insidiis, obiecerim inuidiæ, Rursus clausulæ, ibidem statim. Vos enim statuiſtis, vos sententiam dixistis, vos iudicastis. Hoc alii μετανομήσαν, alii disunctionem uocant, vtrumque (etiam si est diuersum) rectē. Nam est nominum idem significantium separatio. ¶ Congregantur quoque uerba idem significantia, Quæ cum ita sint Catilina, perge quo cœpisti: egredere aliquando ex urbe: patent portæ, proficere. Et in eundem alio libro, Abiit, excessit, erupit, euasit. Hoc Cæcilio περινομήσαν uideretur, id est abudās supra necessitatē oratio, sicut illa, Vidi oculis ante ipse meis. In illo enim vidi inest ipse. Verū id ut alio quoque loco dixi, cū superuacua oneratur adiectione, uitium est: cū autem auget manifeste sententiam, sicut hic, uirtus, Vidi ipse ante oculos, quot uerba, totidem sunt affectus. Cur tamen hæc proprie nomine tali notarit, non uideo. Nam & geminatio, & repetitio & qualiscunque adiectio, περινομήσαν uideri potest. ¶ Nec uerba modo, sed sensus quoque idem facientes acervantur: Perturbatio istum mentis, & quædam scelorum offusa caligo, & ardentes furiarum faces excitantur. ¶ Congeruntur & diuersa: Mulier, tyranni sæua crudelitas, patris amor, ira præceps, temeritas, dementia. Et apud Ouidium, Sed graue Nereidum numen, sed corniger Ammon, Sed quæ uisceribus ueniebat bellua ponti Exaturanda meis. Inueni qui & hoc uocaret περινομήσαν, cui nō assentior, cum sint unius figuræ, mixta quoque, & idē & diuersum significantia: quod & ipsum διαλλαγήν uocant. Quæ ab inimicis, sint ne hæc inuestigata, comperta, patefacta, subacta, deleta, extincta per me. Et inuestigata comperta, patefacta, aliud ostēdunt. Sublata, deleta, extincta, sunt inter se similia. Sed non etiam prioribus. ¶ Et hoc autem exemplum, & superius aliam quoque efficiunt figuram, quæ quia coniunctionibus caret, Dissolutio uocatur: apta, cum quid instantius dicimus. Nam & singula inculcantur, & quasi plura fiunt. Ideoque utimur hac figura nō

in singulis modo uerbis, sed sententiis etiam, ut Cicero dicit contra concionem Metelli, Qui iudicabantur, eos vocari, custodiri, ad Senatum adduci iussi, in Senatu sunt positi. Et totus hic locus talis. Hoc genus *ἀνάλυσιν* vocant, eorum, quæ possunt esse copulata, dissolutionem. ¶ Contrariū est schema, quod coniunctionibus abundat. Illud, *ἀπέναντον*, hoc *πρὸς ἀντίθετον* dicitur, hoc est, vel *Dialysis*, retram. Vel diuersis, vt, Arma virūmque, Multū ille & terris, Multa quoq; & bello. Aduerbia quoque & pronomina variantur. Hic illum vidi iuuenem, Bissen os cui nostra dies, Hic mihi responsum primus dedit ille petenti. Sed utrumque horum coaceruatio: etenim tantum iuncta aut dissoluta, omnibus scriptores sua nomina dederunt: sed varia, & vt cuique fingenti placuit. Fons qui dem vnus, quia acriora facit, & instantiora quæ dicimus, & vim quandam præ se ferentia, vel ut læpius erumpentis affectus. ¶ Gradatio quæ dicitur *κλίμαξ*, apertiores habet artem, & magis affectatam, ideoque esse rarior debet. Est autē ipsa quoque adiectionis. Repetit enim quæ dicta sunt, & priusquam ad aliud descendat, in prioribus resistit. Eius exemplum ex Græco notissimo transferatur, Nec hæc dixi quidem, sed nec scripsi: nec scripsi quidem, sed nec obii legationem, nec obii quidem, sed nec persuasi Thebanis. Sunt tamen erudita & Latina, Aphricano virtutem industria, virtus gloriam, gloria æmulos comparauit. & Calui, Non ergo magis pecuniarum repetundarum quàm maiestatis, neque maiestatis magis quàm Plautiæ legis, neque Plautiæ legis magis quàm ambitus, neque ambitus magis quàm omnium legum iudicia perierunt. Inuenitur apud poetas quoque, vt apud Homerum de sceptro quod à Ioue ad Agamemnonem vsque deducit: & apud nostrum etiam tragicum, Ioue propagatus est (vt perhibent) Tantalus, Ex Tantalope Pelops, ex Pelope autem satus Atreus, qui nostrum porro propagat genus. ¶ At quæ per detractionem fiunt figure breuitatis nouitatilque maxime gratia petuntur, quarum vna est ea, quam libro proximo in figuris distuli, Synecdoche, cum subtractum aliquod verbū satis ex cæteris intelligitur: vt Coelius in Antonium, Stupere gaudio Græcus, Simul enim auditur cœpit. Cicero ad Brutū, Sermo nullus, scilicet nisi de te. Quid enim potius? Tum Flavius, erras, inquit, tabellarie & ego ibidē orans inter cenam exorauī. ¶ Cui similia sunt illa meo quidem iudicio, in quibus verba decenter pudoris gratia subtrahuntur. Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hircis. Et quo, sed faciles nymphae risere, facello. Hanc quidem Apopsiopesim putant, frustra. Nam illa quid taceat incertū est, aut certe longiore sermone explicandum. Hic vnum verbum & manifestum quidem desideratur: quæ si Apopsiopesis est, nihil in quo deest aliquid, non idem appellabitur. Ne ego illud quidem Apopsiopesim semper voco, in quo res quæcunque relinquuntur intelligenda, vt ea quæ in epistolis Cicero, Data luper calibus, quo die Antonius Cæsari, quia nihil hic aliud intelligi poterat, quod hoc, diadema imposuit. ¶ Altera est per detractionem figura, de qua modum dictum est, cui coniunctiones eximuntur. ¶ Tertia quæ dicitur *σύνεργον*, in qua unum ad verbum plures sententiæ referuntur, quarum vnaquæque desideraret illud, si sola poneretur. ¶ Id accidit aut præposito verbo ad quod reliqua respiciant, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amantia. ¶ Aut illato, quo plura clauduntur, Neque enim is es Catilina, vt te aut pudor vnquā à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocauerit. ¶ Mediū quoque potest esse, quod & prioribus & sequētib; sufficiat. ¶ Iungit autem & diuersos sexus, vt cū marē fœmināq; filios dicimus. Et singularia pluribus miscet. Sed hæc adeo sunt vulgaria, vt sibi artē figurarum asserere nō possint. ¶ Illud plane figura est, qua diuersa sermonis forma coniungitur. Socius tunc arma capeffant Edico, & dira bellum cū gente gerendū. Quāuis enim pars bellū posterior participio insistant, ytriq; tamen cōuenit illud edico, nā ytriq; detractionis gratia facta coniunctio. ¶ ¶ *συνεργον* vocat, quæ duas res diuersas colligat, Tā deest auaro quod habet, quod nō habet. ¶ Huic diuersam voluit esse distinctionē, cui dant nomen *παρονομασίαν*, qua similia discernuntur. Cum te pro astuto sapientē appelles, pro confidente fortē, pro illiberali diligētē: quod pendet ex finitione, ideoque an figura sit dubito. ¶ Cui contraria est ea quæ ex vicinia transit ad diuersa aut similia, Breuis esse laboro, obscurus fio & quæ sequitur. ¶ Tertiū est genus figurarū, quæ aut similitudine & paribus, aut contrariis vertunt in se aures & animos excitant. Huic nomē est *παρονομασία*, quæ dicitur agnominatio. ¶ Ea non vno modo fieri solet, sed ex vicinia quadā prædicti nominis ducta casibus declinatur, vt Domitius Apher pro Cloantilla, Mulier rerum omnium imperita in omnibus rebus infelix. ¶ Et cum verbo idem verbum plus significanter subiungitur. Quando homo, hostis homo. Quibus exemplis sum in aliud vsus, sed in vno facilis est geminatio. ¶ *παρονομασία* ei contrarium est, quod eodem verbo quasi falsum augetur. Quæ lex priuatis hominibus esse lex non videbatur. ¶ Cui confinis est *ἀντανάκλασις*, eiusdem verbi contraria significatio. Cū Procleius quæretetur de filio, quod is mortē suam expectaret, & ille dixisset,

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

se vero non expectare, Imo, inquit, rogo expectes. ¶ Non ex eodem sed diuerso vicinum accipitur, cū supplicio afficiendū dicas quē supplicatione dignū iudicaris. ¶ Aliter quoq; voces aut eadē diuersa in significatione ponuntur, aut productione tantū vel correptione mutata, quod etiā in iocis frigidum, equidem tradi inter praecepta miror, eorumq; exempla vitandi potius quā imitandi gratia pono. Amari iucundū est, si curetur nequit insit amari. Auium dulcedo ad auium ducit. & apud Ouidium, Ludētem cur non dicam furiare Furiam. Cornificius hanc translationē vocat, videlicet alterius intellectus ad alterū. Sed elegantius, quod est positum in distinguendā rei proprietatē. Hanc reipublicae pestē paulisper reprimi, non in perpetuū comprimi posse. ¶ Et quae propositionibus in contrariū mutantur. Non emissus ex vrbe, sed immisus in urbem esse videatur. ¶ Melius atque acrius, quod cū figura iucundū est, tum etiā sensu valet. Emit morte immortalitatem. Illa leuior est, Non Pisonū, sed pistorū, & ex aratore orator. Pessimū vero, Ne patres conscripti videantur circūscripti. Raro euenit, sed vehemēter venit. Sic contingit vt aliquis sensus vehemens & acer venustatē aliquā nō eodē ex verbo nō dissonā accipiat. Et cur me prohibeat pudor vti domestico exemplo? Pater meus cōtra eum qui se legationi immortiturū dixerat, deinde vix paucis diebus insumptis re infecta redierat, Nō exigo vti immortiaris legationi, immorare. Nam & valet sensus ipse, & in verbis tantum distantibus iucūde cōsonat vox, praesertim non captata, sed velut oblata, cum altero suo sit vsus, alterum ab aduersario acceperit. ¶ Magnae veteribus curae fuit gratiam dicendi ē paribus contrariis acquirere. Gorgias in hoc immodicus, copiosus vtique prima aetate Isocrates fuit. Delectatus est his etiam M. Tullius, verum & modum adhibuit non ingrata (nisi copia redundet) voluptati, & rem aliqui leuem sententiarū pondere impleuit. Nam per se frigida & inanis affectatio cū in acreis incidit sensus, innata videtur esse non accersita. ¶ Similium ferē quadruplex ratio est. ¶ Nam est primū, quoties verbum uerbo simile, aut non dissimile valde quæritur, vt, Puppelque tuæ pubesque tuorum. Et, sic in hac calamitosa fama quasi in aliqua perniciosissima flamma. &. Non enim tam spes laudanda quā res est. Aut certe par est extremis syllabis cōsonans, Non verbis sed armis. Et hoc quoq; quoties in sententias acres incidit pulchrū est. Quantum possis in eo semper experire vt profis. Hoc est παρίσον, vt plerisque placuit. Cleosteleus παρίσον existimat, quod sit ē membris non dissimilibus. ¶ Secundum vt clausula similiter cadat, vel iisdem in vltimam partem collatis, ὁμοιότιλιντον, similem duarū sententiarum vel plurium finem. Non modo ad salutem eius extinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendā. Ex quibus ferē sunt, non tamen vt semper vltimis consonent, quæ τρικαλα dicunt. Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Sed in quaternas quoque ac plures hæc ratio ire sententias potest. Fit etiam singulis verbis, Hæc cubat, dolet, piget, pudet, &, abiit, excessit, erupit, euasit. ¶ Tertium, quod in eisdem casus cadit, ὁμοίπτωνον dicitur. Sed neque quod finem habet similem, est ὁμοίπτωνον: vtique in eundē finē venit ὁμοιότιλιντον. Est enim ὁμοίπτωνον tantum casus similis, etiam si dissimilia sint quæ declinentur: nec tantum in fine deprehenditur, sed respondent vel prima inter se, uel mediis, uel extremis: uel etiam permutatis his, ut media primis, & summa mediis accommodentur, & quocunque modo accommodari poterunt. Nec enim semper paribus syllabis constat, ut est apud Afrum, Amisso nuper infelicis aula: si non praesidio inter pericula, tamen solatio uitæ inter aduersa. Ea uero videntur optima, in quibus initia sententiarum & fines consentiunt, ut hic, Praesidio, solatio. & ut penē similia sint uerbis, & paribus cadant, & eodem modo definant. Etiam ut sint (quod est quartum) membris aequalibus, quod ἰσοκαλον dicitur. Si quātum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro atque iudiciis impudentia ualeret, ἰσοκαλον est, & ὁμοίπτωνον habet. Non minus nunc in causa cederet Aulus Cecinna Sexti Ebuti impudentia, quā tum in ui facienda cessit audacia, ἰσοκαλον, ὁμοίπτωνον, ὁμοιότιλιντον. Accidit & ex illa figura gratia, qua nomina dixi mutatis casibus repeti. Non minus cederet quā cessit. Adhuc ὁμοιότιλιντον & παρωμοισία est, Neminē posse alteri dare matrimonium, nisi quem penes sit patrimonium. ¶ Contrapositum autem, uel ut quidam uocant, cōtentio (ἀντίθετον dicitur) non uno fit modo. ¶ Nam & fit si singula singulis opponuntur, ut in eo quod modo dixi, Vicit pudorem libido, timorem audacia. ¶ Et bina binis, Non nostri ingenii, uestri auxilii est. ¶ Et sententiæ sententiis, Dominetur in concionibus, iaceat in iudiciis. Cui commodissimē subiūgitur & ea species, quā distinctionē diximus. Odit populus Ro. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. ¶ Et quæ sunt simili casu, dissimili sententia in ultimo locata, ut, Quod in tēpore mali fuit, nihil obstitit, quin quod in causa boni fuit, profuit. ¶ Nec semper cōtrapositū subiūgitur, ut in hoc, Est igitur iudices nō scripta, sed nata lex. Verum, sicut Cicero dicit, quod de singulis rebus propositis refertur ad singula: ut in eo quod sequitur, Quā nō didicimus, accepimus, legimus, uerū ex natura ipsam artipimus, hausimus, expressimus. Nec semper quod aduersum est cōtraponitur, quale

PARIBUS

PARISON.

HOMOEOTELETON.

HOMOEOPSYTON.

ISOOLON.

EX CONTRARIIS.

est apud Rutiliū, Nobis primū dii immortales fruges dederunt: nos quod soli accepimus, per omnes terras distribuimus. Nobis maiores nostri rēp. reliquerunt: nos etiam socios nostros de seruitute eripimus &c. ¶ Fit etiam assumpta illa figura, qua verba declinata repetuntur, quod ἀντιπαβολὶς dicitur. Non vt edam viuo, sed vt viuam edo. Et quod apud Ciceronem cōuersum ita est, vt cum mutationem casus habeat, etiam similiter desinat, vt, sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur. ¶ Quod & eodē eluditur verbo, vt quod dicit de Sexto Roscio, Etenim cū artifex eiusmodi sit, vt solus dignus videatur esse qui scēnā introcat, tū vir cuiusmodi sit, vt solus videatur dignus, qui eo non accedat. ¶ Est & in omnibus ex diuerso collatis sua gratia, Si Consul Antonius, Brutus hostis: si conseruator reipublicae Brutus, hostis Antonius. ¶ Olim plura de figuris quān necesse erat: & adhuc erit qui putet esse figuram, Incredible est quod dico, sed verū, ἀνὲν πρόφορον vocant. ¶ Et aliquis hoc, Semel tulit, ego bis, ego ter, ἰδίξον, ἀφ᾽ ὅσον, Longius euectus sum, sed redeo ad propositum. ¶ Quāquā verborū figurā paulū figuris sententiarum declinat, vt dubitatio. Nam cum est in re, priorī parti assignanda est: cum in verbo, sequēti, Siue me malitiam, siue stultitiā dicere oportet. ¶ Item correctionis eadem ratio est. Nam quod illic dubitat, hic emendat. ¶ Etiam in personā fictione, accidere quidem idem putauerūt, vt in verbis etiā effect hāc figura, Crudelitatis est mater auaritia. Et apud Sallustiū in Ciceronem, O Romule Arpinas, quale est & apud Menādriū, Oedipus Othryas. Hāc omnia copiosius sunt executi, qui nō vt partem operis transcurrerunt, sed propriē libros huic operi dedicauerunt, sicut Caecilius, Dionysius, Rutilius, Cornificius, Visellius, alique non pauci. sed non minor erit eorum qui viuunt gloria.

¶ Vt fateor autē verborum figuras posse plures reperiri à quibuscūq; ita iis quae ab auctoribus claris traduntur, meliores non assentior. Nam in primis M. Tullius multas in tertio de Oratore libro posuit, quas in Oratore postea scripto transeundo videtur ipse damnasē: quarum pars est quae sententiarum potius quā verborum sit, vt imminutio, improuīsa imago, sibi ipsi responsio, digressio, permissio, cōtrarium. Hoc enim puto quod dicitur ὑπερλίτης, sumpta ex aduerso probatio. Quāquā omnino non sunt figurae, sicut ordo, dinumeratio, circumscriptio, siue hoc nomine significatur cōprehensā breuiter sentētia, siue finitio. Nam & hāc Cornificius atq; Rutilius schema λέξας putant. Verborū autem cōcinna transgressio est, id est, hyberbatō, quod Caecilius quoque putat schema, à nobis est interposita. & mutatio: quae si ea est, quā Rutilius ἀλλοίωσιν vocat, dissimilitudinem ostēdit hominū, rerū, factorūq;: si latius fiat, figura nō est, si angustius in ἀντιθέτον cadet. Si vero hāc appellatio significat ὑπερλαγν, satis de eo dictum est. Quod vero schema est ad propositum subiecta ratio: quod Rutilius ἀντιλογία vocat, vtrum (nā de illo dubitari possit an schema sit) distributis subiecta ratio: quod apud eundē primo loco positū est, περισσολογία dicit, quae vt maxime seruetur, sane est in pluribus propositis, quia aut singulis statim ratio subiicitur: vt est apud C. Antoniū, Sed neq; accusatorē eū metuo, qui sum innocens: neque competitorē vereor, qui sum Antonius: neq; Consulē spero, qui est Cicero. Aut positis duobus vel tribus, eodē ordine singulis cōtinua redditur: quale apud Brutū de Dictatura Cn. Pōpei, Praestat enim nemini impare, quā alicui seruire. Sine illo enim viuere honestē licet, cū hoc viuendi nullā conditio est. Sed vni rei multiplex ratio subiicitur: vt apud Virgiliū, Siue inde occultas vires & pabula terra: Pin guia concipiunt, siue illis omne per ignē Excoquitur vitium, & totus locus. Seu plures calor ille vias. Seu durat magis. Relationē quid accipi velit, non mihi liquet. Nam si ἀπὸ ἀλλογν, aut ἐπὶ ἀντίον aut ἀντιμεταβολὴν dicit, de omnibus locuti sumus. Sed quicquid est, neq; hāc, neque superiora in oratore repetit. Sola in eo libro posita, ponitur inter figuras verborū, exclamatione, quam sententiae potius puto. Affectus enim est, & ceteris omnibus consentio. Adicit his Cecilius περισφραξιν, de qua dixi. Cornificius interrogationē, ratiocinationem, subiectionem, translationem, occultationem: praeterea sententiam, membrū, articulū, interpretationem, conclusionē. quorū priora alterius generis sunt schemata, sequentia schemata omnino non sunt. Rutilius praeter ea quae apud alios quoq; sunt schemata, περισμολογίαν, ἀναγκασίαν, ἡθοποιίαν, δικαιολογίαν, περιλήψιν, χαρακτηρισμὸν, ἐκρεχυλογίαν, περισσολογίαν, ἀναγκασίαν, περισσολογίαν, de quibus idem dico. Nam eos quidam auctores, qui nullum prope finem fecerunt exquirendis nominibus, praeteribo. qui etiam quae sunt argumentorum, figuris ascripserunt. ¶ Ego etiam de his quae verae sunt, adiciam breuiter: sicut ornant orationes opportune posita, ita ineptissimas esse, cum immodice petuntur. Sunt qui neglecto rerum pondere, & viribus sententiarū, si uel inania uerba in hos modos deprauarint, summos se iudicent artifices, ideoque non desinunt eas neccere, quas sine sententia sectari tam est ridiculum, quā querere habitum, gestūque sine corpore. Sed ne hae quidem quae recte fiunt, desandae sunt nimis. Nam & vultus mutatio, oculorūque coniectus multum in actu valet, sed si quis ducere os exquisitis modis, & frontis ac luminum inconstancia trepidare non desinat, rideatur. Et oratio habeat rectam

Quāquā
verborū
&
sententiarum
figurā.

Quāquā
figurā
ab
aliis tradite
que non reci
piuntur.

Georgi. i.

In part.

Figuris quo
modo utēdū

quandam velut faciem: quæ vt stupere immobili rigore non debet, ita sapius in ea, quam natura dedit, specie continenda est. Sciendum uero in primis quid quisque orando postulet locus, quid persona, quid tempus. Maior enim pars harum figurarum posita est in delectatione. Vbi nero atrocitate, inuidia, miseratione pugnandum est, quis ferat contrapositis, & pariter cadentibus, & consimilibus, irascentem, flentem, rogantem: cum in his rebus cura uerborum derogat affectibus fidem, & ubicunque ars ostentatur, ueritas abesse uideatur.

DE COMPOSITIONE.

CAP. IIII.

D

E compositione non equidem post Marcum Tullium scribere auderé, cui nescio an ulla pars operis huius sit magis elaborata, nisi & eiusdem ætatis homines scriptis ad ipsum etiam literis reprehendere uel collocandi genus ausi fuissent, & post eum plures multa ad eandem rem pertinétia memoriæ tradidissent. Itaque accedam in plerisque Ciceroni, atque in his ero, quæ indubitata sunt, breuior: in quibusdam paulum fortasse dissentiam. Nā etiā cum iudicium meum ostendero, suū tamen legentibus relinqua. ¶ Neque ignoro quosdā esse, qui eam omnē compositionis excludant, atque illū horridū sermonē ut forte effluerit, modo magis naturalē, modo etiā magis uirilē esse cōtendāt. Qui si id demū naturale esse dicunt, quod à natura primum ortum est, & quale ante cultum fuit, tota hæc ars orandi subuertetur. Neque enim locuti sunt ad hanc regulam & diligentiam primi homines, nec procemius præparare, docere expositione, argumentis probare, affectibus commouere scierūt. Ergo iis omnibus, non sola cōpositione caruerunt: quorū si fieri nihil melius licebat, ne domibus quidē casas, aut uestibus pellium tegmina, aut urbibus mœtes ac syluas mutari oportuit. Quæ porro ars statim fuit: quid non cultu nitescit? cur vites coercemus manu? cur eas fodimus? rubos aruis excidimus? terra & hæc generat. Mansuefacimus animalia? indomita nascuntur. Verum id est maxime naturale, quod fieri natura optime patitur. Fortius uero qui incompositum potest esse, quā iunctum & bene collocatum? Neque si parui pedes vim detrahunt rebus, ut Sotadeorum, & Galliaborum, & quorundam in oratione simili penē licentia lasciuientiū, cōpositionis est iudicandū. Cæterum quanto uehementior fluminum cursus est prono alueo, ac nullas moras obiciēte, quā inter obstantia saxa fractis aquis ac reluctantibus, tanto quæ connexa est, & totis viribus fluit, fragosa atque interrupta melior oratio. Cur ergo vires ipsas specie solui putent, quādo nec vlla res sine arte satis valeat, & comitetur semper artem decor? An nō eam quæ emissa optime est, hastam speciosissimē contortam ferri videmus? & arcu dirigentium tela quo certior manus, hoc est habitus ipse formosior? Iam in certamine armorum, atque in omni palæstra quid satis recte cauetur ac petitur, cui non artifex motus, & certi quidam pedes adsint? Quare mihi cōpositio velut amentis quibusdam neruis ve intendi & concitari sententiæ videntur. Ideo eruditissimo cui que persuasum est, valere eam quā plurimum, non ad delectationem modo, sed ad motum quoque animorum. Primum quia nihil intrare potest in affectum, quod in aure velut quodā vestibulo statim offendit. Deinde quod natura ducimur ad modos. Neque enim aliter eueniret, ut illi quoque organorum soni, quamquam verba non exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem. In certaminibus sacris non eadem ratione concitant animos ac remittunt, nec eosdem modos adhibent cum bellicum est canendum, & cum posito genu supplicandum. Nec idem signorum concentus est procedente ad præliū exercitu, idem receptui carmen. Pythagoreis certe moris fuit, & cum euigilassent, animos ad lyram excitare, quo essent ad agendum erectiores: & cum somnum peterent, ad eandem prius lenire mentes, ut si quid fuisset turbidiorum cogitationum, componerent. Quod si numeris & modis inest quædam tacita vis, in oratione eo uementissima: quantumque interest sensus idem quibus verbis efferatur, tantum verba eadem qua compositione vel in exitu iungantur, vel sine claudantur. Nam quædā & sententiæ parua, & elocutione modica, virtus hæc sola commendat. Denique quod cuique visum erit vehementer, dulciter, speciose dictum soluat & turbet: abierit omnis vis, iucunditas, decor. Soluit quædam sua in Oratore Cicero, Nam neque me diuitia mouent, quibus omnes Africani & Lælii, multi uenaliitii mercatoresque superarunt. & insequentes deinceps periodos, quas si ad illum modum perturbes, velut fracta aut transuersa tela proieceris. Idem corrigit quæ a Graccho composita durius putat. Illum decet, nos hac sumus probatione contenti, quod in scribendo quæ se nobis solutiora obtulerint, componemus. Quid enim attinet eorum exempla querere, quæ sibi quisque experiri potest? Illud notasse satis habeo, quo pulchriora & sensu & elocutione dissolueris, hoc orationē magis deformem fore, quia negligentia collocationis ipsa verborum luce deprehenditur. Itaque ut confiteor penē ultimam oratoribus artem compositionis, quæ perfecta sit, contigisse: ita illis priscis habitam inter curas, in quantum adhuc profecerant, puto. Neque enim mihi quamlibet ma-

Contra eos
qui curā cō-
positionis ne-
gligentiā ce-
seant.

Ad Brutū.

In ora perf.

nus auctor Cicero persuaserit Lyfiam, Herodotum, Thucydidem, parū studiosos eius fuisse. Genus fortasse sint secuti nō idē quod Demosthenes, aut Plato, q̄q̄ & ii ipsi inter se dissimiles fuerūt. Nā neq; illud in Lyfia dicēdi textū tenue atq; rarū lationibus numeris corrūpēdū erat. Perdidisset enim gratiā, quā in eo maxima est, simplicis atq; in affectati coloris: perdidisset fidem quoque. Nā scribebat aliis, nō ipse dicebat, ut oportuerit esse illa rudibus & incōpositis similia, quod ipsum cōpositio est. Et historiae (quā currere debet ac ferri) minus cōuenissent interstitēs clausulae, & de bita actionibus respiratio, & cludendi inchoandiq; sentētiarū ratio. In cōcionibus quidē etiā similiter cadētia quādā & cōtraposita deprehēdas: in Herodoto vero cū omnia (vt ego quidē sentio) leniter fluūt: tū ipsa *ἀελλυτο* habet eā iucūditatē, vt latentes etiam numeros cōplexa videatur. Sed de propositōrū diuersitate post paulū. Nūc quā prius iis qui recte cōponere volēt discēda sint. ¶ Est COMPOSITIO diuisionis diuisionis diuisionis. Igitur ante omnia, oratio alia vincta atq; cōtexta, soluta alia, qualis in sermone & epistolis: nisi cū aliquid supra naturā suā tractāt, vt de philosophia, de rep. similibusq;. Quod nō eo dico, quia nō illud quoq; solutū habeat suos quosdā, & forsitā difficiliōres etiā pedes: neq; enim aut hiare semper vocalibus, aut destitui tēporib; volūt sermo & epistola: sed nō fluūt nec coharēt, nec verba de verbis trahunt, vt potius laxiora in his vincula, q̄ nulla sint. Nōnunquam in causis quoq; minoribus decet eadem simplicitas, quā non illis sed aliis vtitur numeris, dissimulatq; eos, & tantū cōmunis occultius. ¶ At illa cōnexa series tres habet formas: incisa, quā *κόμματα* dicūtur: mēbra, quā *κάλαι*: & *περίοδοι*, quā est vel ambitus, vel circūductum, vel continuatio, vel cōclusio. ¶ In omni porro compositione tria sunt necessaria, ordo, iunctura, numerus. ¶ Primum igitur de ordine. Eius observatio in verbis est singulis & contextis. Singula sunt quā diximus *ἀννύται*. In his cauendū est ne decreseat oratio, & fortiori subiungatur aliquid infirmius, vt sacrilego fur, aut latroni petulans. Augeri enim debent sentētiarū & insurgere: vt optime Cicero, Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate. Aliud enim maius alio superuenit. At si cōcepisset à toto corpore, non bene ad latera faucesque descenderet. Est & alius naturalis ordo, vt viros ac fēminas diem ac noctem, ortum & occasum dicas potius, quā retrorsum. Quādā ordine permutato fiunt supernacua, vt fratres gemini. Nā si prācesserint gemini, fratres addere nō est necesse. Illa nimia quorundam fuit observatio, vt vocabula verbis, verba rursus aduerbiis, nomina appositis, & pronominiibus rursus essent priora. Nam fit contra quoque frequenter nō indecore. Nec non & illud nimia est superstitionis, vt quāque sint tempore, ea etiam facere ordine priora: non quin frequenter fit hoc melius, sed quia interdum plus valent ante gesta, ideoq; leuioribus superponenda sunt. Verbo sensum cludere multo si compositio patiatur, optimum est. In verbis enim sermonis vis inest. At si id asperum erit, cedat hāc ratio numeris, vt fit apud summos Grācos Latinosq; oratores frequentissime. Sine dubio enim omne quod nō cludet, hyberbaton est. Ipsum hoc inter tropos uel figuras, quā sunt virtutis, receptū est. Nō enim ad pedes verba dimensa sunt. Ideoq; ex loco transferūt in locū, vt iungantur quo cōgruunt maxime, sicut in structura saxorū rudīū, etiā ipsa enormitas inuenit cui applicari, & in quo possit insistere. Felicissimus tamē sermo est, cui & rectus ordo, & apta iūctura, & cū iis numerus opportune cadens contingit. Quādā vero transgressiones & longā sunt nimis, vt in superioribus diximus libris, & interim etiā compositione vitiosā, quā in hoc ipsum petūt, vt exultent atq; lasciuiant, quales illā Meccenatis, Sole & aurora rubent plurima. Inter sacra mouit aqua fraxinos. Ne exequias quidē vnus inter miserimos viderem meas. Quod inter hāc pessimum est, quia in re tristi ludit compositio. Sape tamē est vehemens aliquis sensus in verbo, quod in media parte sententiā latet, transiri intētionē, & obscurari circūiacentibus solet, in clausula positum assignatur auditori & infigitur. quale illud Ciceronis, Vt tibi necesse esset in conspectu populi Romani vomere postridie. Transfer hoc vltimū, minus valebit. Nam totius ductus hic est quasi mucro, vt per se fecerit vomendi necessitati, iam nihil vltra expectantibus, hanc quoque adiceret deformitatē, vt cibis teneri non posset postridie. So lebat Afer Domitius traicere in clausulas verba tantum asperandā compositionis gratia, & maxime in procemiis, vt pro Cloantilla, Gratias agam continuo, & pro Lælia. Eis vtriusque apud te iudicem periclitatur Lælia. Adeo refugit tenerā delicatamque modulandi voluptatem vt occurrentibus per se numeris quo eos inhiheret, obiceret. Amphibologiam quoque fieri vitiosā locatione verborum, nemo est qui nesciat. Hāc arbitror, ut in breui, de ordine fuisse dicenda: qui si vitiosus est, licet & iuncta sit, & apte cadens oratio, tamen merito incomposita dicatur. ¶ Iunctura. IVNCTURA sequitur. Ea est in verbis, incisis, membris, periodis, Omnia nanque ista & virtutes, & vitia in cōplexu habent. Atque ut ordinem sequar, primum que imperitis quoque ad reprehensionem notabilia videntur, id est que commissis inter se verbis duobus ex ultima prioris, ac prima sequētis syllaba, deforme aliquod nomen efficiunt. Tum vocaliū concursus: qui cū accedit, hiat & interfisit,

& quasi laborat oratio. Pessime longæ, quæ easdē inter se literas committūt, sonabunt. Præcipuus tamē erit hiatus earū, quæ cavo aut patulo maxime ore efferūt. E plenior litera est, I angustior. ideoq; obscurius in his vitiū. Minus peccabit qui lōgis breues subiiciet, & adhuc qui præponet lōgis breuē. Minima est in duabus breuib; offensio. Atq; cū alia subiungūt alii perinde asperiores erūt, prout oris hiati simili, aut diuerso pronūciabūt. Nō tamen id vt crimē ingens expauescēdū est, ac nescio an negligētia in hoc, an sollicitudo sit peior. Inhibeat enim necesse est, hic metus impetū dicēdi, & à potioribus auertat. Quare vt negligētia est hoc pati, ita humilitatis vbiq; perhorrescere, nimiosq; non immerito in hac cura putāt omnes. Isocratem secutos, præcipuēque Theopompū. At Demosthenes & Cicero modice respexerunt in hanc partem. Nā & coeūtes literæ, quæ *συλλαβῶν* φησὶ dicitur, etiam leniorē faciunt orationē, q̄ si omnia verba suo fine eludantur, & nonnunquā hiulca etiam decent, faciuntq; ampliora quædam, vt, Pulchra oratione apta omnino iactare: tum longe per se, & velut optimæ syllabæ aliquid etiam mediū tēporis inter vocales quasi interfistatur, assumunt. Quæ de re vtar Ciceronis potissimum verbis. Habet, inquit, ille tanquā hiatus & cōcursus vocaliū molle quiddā, & quod indicet nō ingratā negligētiā de re hominis magis quā de verbis laborantis. Cæterum cōsonantes quoq; eaq; præcipuē quæ sunt asperiores, in cōmissura verborum rixantur, & sultima cum x proxima, quarum tristior, etiā si bina collidatur stridor est, vt ars studiorum. quæ fuit causa & Seruio (vt dixi) subtrahenda s literæ, quoties vltima esset, aliæque consonante fusciperetur. quod reprehendit Lauranius, Messala defendit. Nam neque Lucilium putant vti eadem vltima, cum dicit, Serenu' fuit & dignu' loco. Qui uenietiam Cicero in Oratore plures antiquorum tradit sic locutos. Inde Belligerare post meridiem. & illa Cælorii Catonis, Dic hanc, æque in litera in e mollita, quæ in veteribus libris reperta mutare imperiti solēt, & domi librariorum incitiam insectari volunt, suam consentent. Atqui eadem illa litera quoties vltima est, & vocalem verbī sequētis ita cōtingit, vt in eam transire possit, etiam si scribitur, tamē parum exprimitur, ut, Multū ille. &. Quantū erat. adeo ut penē cuiusdā nouæ literæ sonū reddat. Neq; enim eximitur, sed obscuratur, & tātū aliqua inter duas vocales velut nota est, ne ipsæ coeāt. Videndū etiam ne syllabæ verbī prioris vltimæ, sint primæ sequentis. Id nequis præcipi miretur, Cicero in Epistolis excidit, Res mihi inuisæ visæ sunt Brute. Et in carmine, O fortunatam natam me consule Romam. Etiam monosyllaba si plura sunt, male continuabūt, quia necesse est compositio multis clausulis cōcisā subsolret. Ideoque etiam breuium verborum ac nominum vitanda continuatio, & ex diuerso quoq; longorū. asserunt enim quandā dicēdi tarditatē. Illa quoq; vitia sunt eiisdē loci, si cadentia similiter, & similiter definentia, & eodē modo declinatā multa iungantur. Ne veba quidē verbis, aut nomina nominibus, similiaq; iis cōtinuari decet, cū virtutes etiā ipsæ tādū pariāt, nisi gratia varietatis adiuta. Membrorū incisurūq; iūctura nō eo modo est obferuāda, quo verborū, q̄q; & in his extrema & prima coeūt. Sed plurimū refert compositionis quæ quibus anteponas. Nā & vomēs siccis esulentis vinū redolentibus gremiū suū & totum tribunal impleuit. Et cōtra (Nā frequētius vtar iisdē diuersarū quoq; rerum exēplis, quo sint magis familiaria) Saxa atq; solitudines voci respondēt, bestia sæpē immanes cantu flectuntur atq; cōsistūt. Magis id insurgebat si verteretur. Nam et si plus est saxa quā bestias cōmoueri, inest tamen cōpositioni decor. Sed transeamus ad numeros. ¶ Omnis structura ac dimēsiō, & copulatio vocum constat aut numeris (numeros *ῥυθμῶν* accipi volo) aut *μετρησέων*, id est dimēsiōne quadā. Quod etiā si constat vtrūq; pedibus, habet tamē non simplicē differentiā. Nā rhythmī, id est numeri spatīo tēporū constat. Metra etiā ordine, ideoq; alterū esse quātitatē videtur, alterū qualitatis. *ῥυθμῶν* aut par est, vt dactylus. vnā enim syllabā parē breuib; habet. Est quidē vis eadē & aliis pedibus, sed nomen illud tenet. Longam esse duorum temporum, breuē vnus, etiā pueri sciūt. Aut sesquipleus, vt Pæon, cuius vis est ex lōga & tribus breuib; quiq; ei cōtrarius ex tribus breuib; & lōga, vel alio quoquo modo tēpora tria ad duo relata sesquiplū faciunt. Aut duplex, vt, Iābus, nā est ex breui & lōga: quique est ei contrarius. Sunt hi & metrici pede, sed hoc interest, quod rhythmō indifferens est dactylus ne ille priores habeat breues, an sequētes. Tēpus enim solū metitur, vt à sublatione ad positionem iisdem sit spatii pedum. In versū pro dactylo poni non poterit Anapæstus aut Spondeus, nec Pæon eadem ratione à breuib; incipiet ac desinet. Neque solum alium pro alio pedem metrorum ratio non recipit, sed ne dactylū quidem aut forte spondeū, alterum pro altero. Itaq; si quinq; cōtinuos dactylos, vt sunt in illo, Panditur interea domus omnipotētis olympi cōfūdit, solueris versum. Sunt & illa discrimina, quod rhythmis libera spatia, metris finita sunt, & his certe clausulæ, illi quomodo caperāt currūt vsq; ad *μεταβολήν*, id est transitū in aliud genus rhythmī. Et q̄ metrum in verbis modo rhythmus etiā in corporis motu est. Inania quoq; tempora rhythmī facilius accipiet, q̄q; hæc & in metris accidūt. maior tamen illic licētia est, vbi tēpora etiam animo

NVME-
rus.

Rhythmus
¶ metrum
quid differ-
rant.

metiuntur, & pedū & digitorū ictu intervalla signant quibusdā notis, atq; æstimant quot breves illud spatii habeat. Inde τὴν ῥασιμον, πέντε ῥασιμον. Deinceps longiores sunt percussiones. Nā σμικρόν tēpus est vñ. In cōpositione orationis certior, & magis omnibus aperta servari debet dimēsiō. Est igitur in pedibus. Et mettrici quidē pedes adeo reperiuntur in oratione, vt in ea frequenter nō sentiētibus nobis omniū generū excidant versus. Et contra, nihil est prosa scriptū, quod nō redigi possit in quādā versiculorū genera. Sed in adeo molestos incidimus grāmaticos, quorū fuerunt, qui Lyricorū quādā carmina in varias mensuras coegerūt. At Cicero frequentissime dicit totum hoc cōstare numeris, ideoq; reprehēditur à quibusdā, tanq̃ orationē ad rhythmos alliget. Nam sunt numeri rhythmī, vt & ipse cōstituit, & secuti eum Virgilius, cū dicit, Numeros memini si verba tene rem: & Horatius, Numerisq; fertur lege solutus? Inuadūt ergo hanc inter ceteras vocē. Neq; enim Demosthenes fulmina tantopere vibrasse diceretur, nisi numeris contorta ferrēt. In quo si hoc sentit, rhythmis contorta, dissēntio. Nā rhythmī, vt dixi, neq; habent finem certū, nec vllā in contextu varietatē, sed qua ceperūt sublacione ac positione ad finē vsq; decurrūt. Oratio non descēdit ad strepitū digitorū. Id quod Cicero optime videt, ac testatur frequenter se, quod numerosum sit querere, vt magis nō ἀγνόν, quod esset insectū atq; agreste, q̃ ἰνυρόν, quod poeticū est, esse cōpositionem velit: sicut etiam quos palæstritas esse nolumus, tamen esse nolumus eos qui dicuntur ἀπαλίστρι. ¶ Verū ea quæ efficitur ē pedibus æqua clausula, nomen aliquod desiderat. Quid sit igitur potius q̃ numerus, & oratorius numerus, vt enthymema rhetoricus syllogismus? Ego certe ne in calumniā cadam, qua ne M. quidē Tullius caruit, posco hoc mihi, vt cum pro cōposito dixerō numerū, & vbicūq; iam dixi, oratoriū dicere intelligar. Collocatio autem verbi iam probata, & electa, & velut assignata sibi debet connectere: nam vel dura inter se cōmissa potiora sunt inutilibus. Tamen & eligere quādā, dum ex iis quæ idem significant, atq; idem valeāt, permiserim: & adicere dum non ociosa, & detrudere dum nō necessaria. Sed & figuris mutare & casus & numeros, quorū varietas frequenter gratia cōpositionis adscita etiā sine numero solet esse iucunda. Etiam vbi aliud ratio, aliud cōsuetudo poscit, vtrum volet sumat cōpositio, vitauisse vel vitasse, deprehendere vel deprehendere. Coitus etiam syllabarū non negabo, & quicquid sententiis aut eloquentiæ non nocebit. Præcipuum tamen in hoc opus est, scire quod quoq; loco verbū maximē quadret. Atque is optime componet, qui hoc solum componendi gratia faciet. Ratio vero pedum in oratione est multo q̃ in versū difficilior. Primū q̃ versus paucis continetur, oratio longiores habet sæpē circuitus. Deinde, q̃ versus semper similis sibi est, & vna ratione decurrit: orationis cōpositio nisi varia est, & offendit similitudine, & affectatione deprehenditur. Et in omni quidem corpore, totoque (vt ita dixerim) tractu numeris inserta est. Neque enim loqui possumus nisi ē syllabis breuibus ac longis, ex quibus pedes fiunt. Magis tamen & desideratur in clausulis, & apparet: primum quia sensus omnis habet suum finem, possidetque naturale intervallum, quo à sequentis initio diuidatur. Deinde quod aures continuam vocem secuta, ducta que velut prono decurrentis orationis flumine: tum magis iudicant, cum ille impetus fletit, & intuendi tempus dedit. Non igitur durum sit neque abruptum, quo animi velut respirant ac reficiūt. hac & sedes orationis, hoc auditor expectat, hic laus omnis declamat. ¶ Proximam clausulis diligentia postulant initia, nam & ad hæc intentus auditor est. Sed eorum faciliō ratio est. Non enim coharēt aliis, nec præcedentibus seruiunt, sed nouum exordiū sumunt, cum illa q̃libet sit composita, ipsam gratiā perdat; si ad eam rupta via veniamus. Nanq; cū sit, vt videtur, seuera Demosthenis cōpositio, πρῶτον μὲν ὁ ἀνδρὺς ἀθηναίοις τοῖς θεοῖς ἐν χορῇ παῖσι καὶ παῖσιν. & illa quæ ab vno (quod sciam) Bruto minus probatur, cæteris placet, καὶ μὴ πᾶσι βέλλῃ, μηδὲ τοξέην. Non desunt qui Cicronem carpent in his, Familiaris coeperat esse balneator. & non minus dura archipirata. nam balneator & archipirata idem finis est, qui παῖσι καὶ παῖσιν, & qui μηδὲ τοξέην. sed priora sunt, ideo seueriora. Est in eo quoque nonnihil, quod hic singulis verbis bini pedes continentur, quod etiam in carminibus est permolle, nec solum vbi quina syllabæ necuntur, vt in his, Fortissima Tyndaridarum: sed etiā quaternæ, cum versus cluditur, Apennino, & armamentis, & Oriona. Quare hoc quoque vitandum est, ne plurium syllabarum verbis vtamur in fine. Mediis quoque non ea modo cura sit, vt inter se cohæreant, sed ne pigra, ne longa sint: ne, quod nunc maximum vitium est, breuium contextu resulent, ac sonum reddant penē puerilium crepitaculorum. Nam ut initia clausulæq; plurimū momenti habent, quoties incipit sensus aut desinit, sic in mediis quoq; sunt quidam conatus qui leuiter interfistunt. Vt currentium pes etiam si non moratur, tamen uestigium facit. Itaque non modo membra atque incisa bene incipere atque cludi decet, sed etiam in his quæ non dubiè contexta sunt, nec respiratione utuntur, illi uel occulti gradus (Quis enim dubitet unum sensum, & unius spiritus esse) Animaduerti iudices omnē accusatoris orationem in duas diuisam esse partes.

Initia.

Tamen & duo prima verba, & tria proxima, & deinceps duorursus, ac tria, suos quasi numeros habent spiritum sustinentes: sicut apud rhythmicos æstimantur hæ particulae, prout sunt graues, acres, lentæ, celeres, remissæ, exultantes. Proinde, id quod ex illis conficitur, aut seuerum, aut luxuriosum, aut quadratum, aut solum erit. Quædã etiam clausulæ sunt claudæ atque pendentes, si relinquantur, sed sequentibus suscipi ac sustineri solent: eoq; factò vitiũ, quod erat in fine, continuatio emêdat. Non vult Po. Ro. obsoletis criminibus accusari Verrem. Durum si desinas. Sed cũ est continuatũ iis quæ sequuntur, q̃q̃ natura ipsa diuisa sint, Noua postulat, inaudita desiderat: saluus est cursus. Vt adeas tantũ dabis, male cluderet. Nã & trimetri versus pars vltima est. Excipit, Vt cibum vestitũq; introferre liceat, tantũ: præceptus adhuc firmatur ac sustinetur vltima. Reculabit nemo. Versum in oratione fieri multo scèdissimum est totum, sicut etiam in parte deforme, vtiq; si pars posterior in clausula deprehendatur, aut rursus prior in ingressu. Nam quod est contra, sæpè etiam decet, quia & cludit interim optimè prima pars versus, dum intra paucas syllabas, præcipuè senarii atque octonarii. In Aphrica fuisse, initium senarii est: primũ pro Q. Ligario caput cludit, Esse videatur. Nam nimis frequẽs octonarium inchoat. Talia sunt Demosthenis, καὶ πρὸς τοὺς καὶ πρὸς τὸν ὅμοιον ἔννοιον, & totum penè principium. Et vltima versusum initio conueniunt orationis, Et si vereor iudices. &, Animaduerti iudices. Sed initia initii nõ cõueniunt. T. Liuius hexametri exordio cœpit, Facturus ne operæ præciũ sim. Nam ita edidit, estque melius, q̃ quo modo emêdatur. Nec clausulæ clausulis, vt Cicero, Quo me vertam nescio. qui trimetri finis est. Trimetrum &, Pro misero dicere liceat. Sex enim pedes, tres percussiones habent. Peius claudit finis hexametri, vt Brutus in Epistolis, Neque enim illi malunt habere tutores aut defensores, q̃q̃ sciunt placuisti Catoni. Illic minus sunt notabiles, quia hoc genus sermoni proximum est. Itaque & versus hi ferè excidunt, quos Brutus ipso componendi ductus studio sapissime facit, non raro A finius, sed etiam Cicero nõnũq; vt in principio statim orationis in Lucium Pisonem, Pro dii immortales, quis hic illuxit dies? Non minore autem cura vitandũ est, quicquid ἐν ῥυθμῷ, quale est apud Sallustium, Falso queritur de natura sua. Quãuis enim iuncta sit, tamen soluta videri debet oratio. Atqui Plato diligentissimus cõpositionis, in Timæo prima statim parte vitare ista non potuit. Nam & initii hexametri statim inuenias, & Anacreontion protinus colon efficias, & si velis trimetron, & quod duobus pedibus & parte, πινυμι μετρεῖς à Græcis dicitur, & hæc omnia in tribus verbis, vt Thucydides, ἐν ἑνὶ καὶ τριῶν ἑξ ἑνὶ καὶ τριῶν, ex mollissimo rhythmorũ genere excidunt. ¶ Sed quia orationẽ iam cõstare pedibus dixi, aliqua de iis quoq; quorũ quoniã nomina varia tradũtur, constituendũ est, quo quemq; appellemus: & quidẽ Ciceronẽ sequar, nam is eminentissimos Græcorum est secutus, excepto q̃ pedes mihi trisyllabos non videtur excedere: q̃q̃ ille Pæone Dochimoque, quorum prior in quatuor, secundus in quinq; excurrit, vtatur. Nec tamen ipse dissimulat quibusdam numeros videri non pedes. neq; immerito. Quicquid enim supra tris syllabas habet, id ex pluribus est pedibus. ¶ Ergo cum cõstet quatuor pedes binis, octo ternis, Spondæum longis duabus, Pyrrichium quem alii Periambum vocant, breuibis: lambum breui longaque, huic cõtrarium è longa & breui, hunc Choreum nos, vt alii Trochæum, nominemus. Ex iis vero qui ternas syllabas habent, Dactylum, longa duabusq; breuibis: huic temporibus parem, sed retro actũ, appellari constat Anapaëstion. Media inter longas brevis faciet Amphimacrũ, sed frequentius eius nomen est Creticus. Longa inter breues, Amphibrachys. Duabus longis breuem sequentibus Bacchius, totidem longis breuem præcedentibus, huic contrarius Palimbachius erit. Tres breues Trochæum, quem Tribrachyn dici volunt: qui choreo trochæi nomen imponunt, totidẽ longæ Molloson efficiunt. Horum pedum nullus non in orationem venit. Sed quo quoq; sunt temporibus pleniores, longisq; syllabis magis stabiles, hoc grauiorem faciunt orationem, breues celerẽ ac mobilem. Vtrunq; locis vtile. Nam & illud vbi opus est velocitate, tardum & segne: & hoc vbi pondus exigitur, præceptus ac resultans merito damnetur. Sit in hoc quoq; aliquid fortasse momenti, q̃ & longis longiores, & breuibis sunt breuiorẽs syllabæ, vt quis neque plus duobus temporibus, neq; uno minus habere videantur (ideoq; in metris omnes breues longẽs; inter se obfessæ sunt pares) lateat tamen nescio quid, si quicq; superfit aut deficit. Nam uersuũ propria conditio est, ideoque in his quædã etiã cõmunes. Veritas uero quia patitur æque breuem esse uel longam uocalem cum est sola, q̃ cũ eam consonantes una pluresve præcedunt, certè in dimensione pedũ, syllaba quæ est breuis insequente alia uel breui quæ tamen duas primas consonantes habeat, sit longa, vt Agrestem tenui mursam meditaris aena. Nam licet gre breuis, facit tamen longam à priorem. Dat igitur illi aliquid ex suo tempore: quomodo? nisi habeat plus quàm quæ breuissima, qualis ipsa esset detractis consonantibus? nunc unum tempus accõmodat priori, et unũ accipit à sequẽte: ita duæ natura breues, positione sunt temporum quatuor. Miror autem in hac opinione doctissim: os homines

De pedibus
 & structu-
 ra eorum.

mines fuisse, vt alios pedes ita eligerent, vt alios damnarent, quasi vllus esset quem non sit necesse in oratione deprehendi. Licet enim Pæonem sequatur Ephorus inuentum à Thrasymacho, probatum ab Aristotele, dactylumque, vt temperatiores breuibz ac longis, fugiat spondæum & trochæum, alterius tarditate, alterius celeritate damnata: & herous qui est idem dactylus, Aristoteli amplior, iambus inhumanior videatur: trochæum vt nimis currentem damnet, eique Chordacis nomen imponat, eademq; dicant Theodectes ac Theophrastus, similia post eos Halicarnaseus Dionysius: irrupent etiã ad vicinos, nec semper illis heroo aut pæone suo, quæ quia versus raro facit, maximè laudant, vti licebit. Vt sint tamen aliis alii crebriores, non verba facient, quæ neque augeri, nec minui, nec sicut modulatione produci aut corripri possint: sed transmutatio & collocatio. Plerique enim ex commissuris eorum, vel diuisione fiunt pedes, quo fit vt iisdem verbis alii atque alii versus fiant, vt memini quendam non ignobilem poetam ita luisse, Astra tenet cælum, mare classes, area messes. Hic retrorsum fit Sotadeus. Itemque Sotadeo adiungat retro trimetros. Caput hoc exeruit mobile pinus repetita. Miscendi ergo sunt, curandumque vt sint plures qui placeant, & circumfusi bonis deteriores lateant. Nec vero in literis syllabisque natura mutatur, sed refert quæ cum qua optime coeat. Plurimum igitur auctoritatis (vt dixi) & ponderis habent longæ, celeritatis breues: quæ si miscentur quibzdam longis, currunt: si continuantur, exultant. Acres, quæ ex breuibz ad longas insurgunt: leniores, quæ à longis in breues descendunt. Optimè incipitur à longis, rectè aliquando à breuibz, vt, Nouum crimen C. Cæsar: leuius, vt, Animaduerti iudices, pro Cluentio, quod initium eius partitioni simile est, quæ celeritate gaudet. Clausula quoque è longis firmissima est, sed cludent & breues, quamuis habeatur indifferens vltima. Neque enim ego ignoro in fine pro longa accipi breuem, quod videtur aliquid vacantis temporis, ex eo quod inlequitur, accedere: aures tamen consulens meas intelligo multum referre, vtrum ne longa sit quæ cludit, an pro longa. Neque enim tam plenum est dicere: Incipientem timere: quàm illud, Ausus est confiteri. Atqui si nihil refert, breuis an longa sit vltima, idem pes erit: verum nescio quo modo sedebit hoc, illud subsistet. Quo moti quidam, longæ vltimæ tria tempora dederunt, vt illud tempus quod breuis ex longa accipit, huic quoque accederet. Nec solum refert quis claudat, sed quis antecedit. Retrorsum autem neque plus tribus, iique si non ternas syllabas habebunt, repetendi sunt (absit tamen poetica obseruatio) neque minus duobus, alioqui pes erit non numerus. Potest tamen vel vnus esse dichoreus, si vnus est qui cõstet ex duobus choreis. Itemque Pæon, qui est ex choreo & pyrrhichio, quem aptum intiis putant: vel contra qui est ex tribus breuibz & longa, cui clausulam assignant: de quibus ferè duobus scriptores huius artis loquuntur. Alios omnes quocunq; sint temporum, quæ ad orationem pertineant, Pæonas appellat. Est & Dochimus, qui fit ex Bacchio & iambo, vel iambo & cretico, stabilis in clausulis & seuerus. Spondæus quoque, quo plurimum est Demosthenes vsus, moram semper per se habet: optimè præcedet eum Creticus, vt in hoc, De quo ego nihil dicam nisi depellendi criminis causa. Illud est quod supra dixi, multum referre, vno ne verbo pedes sint duo comprehensi, an vterque liber. Sic enim fit forte, criminis causa: molle, archipirate: mollius si tribrachus præcedat, facilitates, temeritates. Est enim quoddam in ipsa diuisione verborum latens tempus, vt in pentametri medio spondæo: qui nisi alterius verbi fine, alterius initio constet, versum non efficit. Potest etiam si minus bene, præponi anapæstus, Mulierem non solum nobili verum etiam nota. Tum anapæstus & creticus. Iambus quoque, qui est vtroque syllaba minor, præcedet enim tres longas breuis. Sed & spondæus iambo rectè præponitur, iisdem in armis fui. Tum spondæus & bacchiuss, sic enim fiet vltimus dochimus, iisdem in armis fui. Ex iis quæ supra probaui, apparet Molossion quoque clausulam conuenire, dum habeat ex quocunq; pede ante se breuem: Illud scimus, vbi cunq; sunt, esse pro nobis. Minus grauis erit spondæus præcedente bene Pyrrhichio, vt, Iudicii Iuniani: & adhuc peius priore Pæone, vt, Brute dubitavi. nisi potius hoc esse velimus dactylum & bacchium. Duo spondæi non ferè coniungi patiuntur, quæ in versu quoque notabilis clausula est, nisi cum id fieri potest ex tribus quasi membris, Cur de profugis nostris copias comparatis contra nos? vna syllaba, duabus, vna. Ne dactylus quidem spondæo bene præponitur, quia finem versus damnamus in fine orationis. Bacchiuss & cludit & sibi iungitur, Venenum timeres. Vitat choræum, spondæum autem amat, vt, Non venena timeres, sed virus timeres. Contrario quoque quis cludet, nisi si vltimam longam esse volumus: optimèque habebit ante se molossion, vt, Et spinis respersum: aut bacchium, Quod hic potest nos possemus. Sed verius erit cludere choreum præcedenti spondæo. Nam hic potius est numerus, Nos possemus: &, Romanus sum. Claudet & dichoreus, si pes idem sibi ipsi iungatur, quo Asiatici sunt vsi plurimū. Cuius exemplū Cicero ponit, Patris dictū sapiēs temeritas filii comprobauit. Accipiet ante se choreus & Pyrrhi-

chium, Omnes prope ciues virtute, gloria, dignitate, superabat. Cludet & dactylus, nisi eum ob-
seruatio vltimæ creticum facit, ut, Muliercula nixus in littore. Habebit bene ante creticum &
iambum, spōdæum male, peius choreum. Cludit amphibrachus, Q. Ligarium in Aphrica fuisse:
si non eum malumus esse bacchium. Non optimus est trochæus, si vltima est brevis, quod certe
fit necesse est, alioqui quomodo cludet, qui placet plerisque dichoreus? Illa obseruatione ex tro-
chæo fit anapæstus. Idem trochæus præcedente longa fit Pæon, quale est, Si potero, &. Dixit hoc
Cicero, Obstat inuidia: Sed hoc initiis dederunt. Cludit & Pyrrhichius choreo præcedente. Nam
sic Pæon est, Omnes ii qui in breues excidunt, minus erunt stabiles: nec alibi ferè satis apti, quàm
vbi cursus orationis exigitur, & clausulis nō intersistitur. Creticus est initiis optimus, Quod præ-
catus à diis immortalibus sum. & clausulis, in conspectu populi Romani vomere posttridie. Ap-
paret vero quàm bene eum præcedant, vel anapæstus, vel ille qui videtur fini aptior, Pæon. Sed &
se ipse sequitur, Seruare quamplurimos. Sic melius, quàm choreo præcedente, Quis non turpe du-
ceret? nisi vltima brevis pro longa sit. Sed fingamus sic, Non turpes duceret: Sed hoc est illud inane
quod dixi. Paululum enim moræ damus inter vltimum atque proximum verbum, & turpe illud
interuallo quodam producimus: alioqui sit exultantissimum, & trimetri finis. Quis non turpe du-
ceret? Sicut illud, Ore spiritum excipere liceret: si iungas, lasciuî carminis est, sed interpunctis qui-
busdam, & tribus quasi initiis fit plenum auctoritatis. Nec ego cū præcedentes pedes posui, legem
dedi, ne alii essent, sed quid ferè accideret, quod in præsentia videretur optimū, ostendi. Et quidem
non optime est sibi iunctus anapæstus, ut qui sit pentametri finis: vel rhythmus, qui nomen ab eo
traxit, Nam vbi libido dominatur, innocentie leue præsidium est. Nam synalcepe facit ut vltimæ
syllabæ pro vna sonent. Mollior fiet præcedente spōdæo vel bacchio, ut si mutes idem, Leue inno-
centie præsidium est. Non me capit (ut à magnis viris dissentiam) pæon, qui est ex tribus breuibus
& longa. Nam est ipse vna plus breui anapæsto, facilitas, & agilitas: quod quid ita placuerit iis non
video, nisi quod illum ferè probauerint, quibus loquendi magis quàm orandi studium fuit. Nam
& ante se breuibus gaudet pyrrhichio & choreo, mea vel nostra facilitas. At præcedente spondæo
tamen planè finis est trimetri, cum sit per se quoque ei contrarius. Principiis merito laudatur. Nā
& primam stabilem & tres celeres habet, tamen hoc quoque meliores alios puto. Totus vero hic
locus non ideo tractatur à nobis, ut oratio quæ ferri debet ac fluere, dimetiendis pedibus, ac per-
pendendis syllabis consenscat. Nam id tum miseri, tum in minimis occupati est. Neque enim qui
se totum in hac cura consumpserit, potioribus vacabit: siquidem relicto rerum pondere ac nito-
re contempto, tesserulas (ut ait Lucilius) struet, & vermiculate inter se lexes committet. Nōne
ergo refrigeretur sic calor, & impetus pereat, ut equorum cursum qui dirigit, minuit, & passus qui
aquat, cursum frangit, quasi numeri non fuerint in compositione deprehensi? Sicut poema nemo
dubitauit imperito quodam initio fufum & aurium mensura, & similiter decurrentium spa-
tiorum obseruatione esse generatum, mox in eo repertos pedes. Satis igitur in hoc nos componit
multa scribendi exercitatio, ut ex tempore etiam similia fundamus. Neque vero tam sint intuen-
di pedes, quàm vniuersa comprehensio. Ut versum facientes, totum illum decursum, non sex vel
quinque partes, ex quibus constat versus, aspiciunt. Ante enim carmen ortum est, quàm obseruatio
carminis. Indeque illud, Versibus quos olim Fauni vatesque caneant. Ergo quem in poemate locū
habet versificatio, cum in oratione compositio. Optimè autem de illa iudicat aures, quæ & plena
sentiant, & parum expleta desiderant, & fragosis offenduntur, & lenibus mulcentur, & contortis
excitantur, & stabilia probant, clauda reprehendunt redundantia & nimia fastidiunt. Ideoq; docti
rationem componendi intelligunt, & indocti voluptatem. Quædam vero tradi arte non possunt.
Mutandus est casus, si durius is quo cœperamus feratur, num in quem transeamus ex quo præci-
pi potest? Figura laborati etiam compositioni variatæ sæpè succurrūt. Quæcum orationis, tum
etiam sententiæ: num præscriptum eius rei vllum est? Occasionibus vtendum, & cum re præsentī
deliberandū. Enimuero spatia ipsa, quæ in hac quidem parte plurimum valent, quod possunt nisi
aurium habere iudicium? Cur alia paucioribus verbis satis plena, vel nimium, alia pluribus brevia
& abscessa sunt? Cur in circunductionibus etiam cum sensus finitus est, aliquid tamen loci uacare
videantur? Neminem uestrum ignorare arbitror iudices, hunc per hosce dies sermonem vulgi at-
que hanc opinionem Populi Romani fuisse. Cur hosce potius quàm hos? Neq; enim erat asperū.
Rationem fortasse non reddam, sentiā esse melius. Cur non satis sit, sermonem vulgi fuisse? Cōpo-
sitio enim patiebatur. Ignorabā, sed ita ut audio hoc, animus accipit, plenū sine hac geminatione
nō esse. Ad sensum igitur referenda sunt. Ne quis satis forte quid severum, quid iucundū sit, intel-
ligere, facias quidem natura duce melius q̃ arte, sed natura ipsi ars inerat. Illud prorsus orato-
ris, scire, ubi quoq; genere cōpositionis sit utendū. Ea duplex obseruatio, altera quæ ad pedes refer-
tur,

QVO GE
nere compo-

tur, altera quæ ad comprehensiones, quæ efficiuntur ex pedibus. Et de iis prius. Diximus igitur esse incisa, membra, circuitus. Incisum (quantum mea fert opinio) erit sensus non expleto numero conclusus, plerique pars membrum. Tale est enim quo Cicero utitur, Domus tibi decrat: at habebas. pecunia superabat: at egebas. Fiunt autem etiam singulis verbis incisa, ut, Diximus, testes dare volumus. Incisum est, diximus. Membrum autem est sensus numeris conclusus, sed à toto corpore abruptus, & per se nihil efficiens. Id enim, O callidos homines, perfectum est: at remotum à cæteris vim non habet, ut per se manus, & pes, & caput. & O rem excogitatum, quando ergo incipit corpus esse: cum venit extrema conclusio, Quem quæso nostrum fefellit, id vos ita esse facturos, quam Cicero brevissimam putat. Itaque ferè incisa & membra mixta sunt, & conclusionem utique desiderant. Periodo plurima nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationem, circumscriptionem. Genera eius duo sunt, alterum simplex, cum sensus unus longiore ambitu circunducitur: alterum quod constat membris & incisis, quæ plures sensus habent, Aderat ianitor carceris, & carnifex Prætoris, & reliqua. Habet periodos membra minimum duo. Medius numerus videtur quatuor, sed recipit frequenter & plura. Modus ei à Cicerone, aut quatuor senariis versibus, aut ipsius spiritus modo terminatur. Præstare debet, ut sensum concludat: sit aperta, ut intelligi possit: non immodica, ut memoria contineri. Membrum longius, tardum: brevius, instabile est. Ubique acriter erit & instanter pugnaciterque dicendum, membratim casimque dicemus. Nam hoc in oratione plurimum valet: adeoque rebus accommodanda compositio, ut asperis asperos etiam numeros adhiberi oporteat, & cum dicente æquè audientem inhorrescere. Membratim plerumque narrabimus, aut ipsas periodos maioribus intervallis, & velut laxioribus nodis resolvemus, exceptis quæ non docendi gratia, sed ornandi narrantur, ut in Verrè Proserpinæ raptus. Hæc enim lenis & fluens contextus decet. Periodos apta procemiis maiorum causarum, ubi sollicitudine, commendatione, miseratione res eget. Item communibus locis, & in omni amplificatione: sed poscitur tum austera, si accuses: tum fusa, si laudes. Multum & in epilogis pollet. Totum autem adhibendum est, quo sit amplius compositionis genus, cum iudex non solum rem tenet, sed etiam captus est oratione, & se credit actori, & voluptate iam ducitur. Historia non tam finitos numeros, quam orbem quandam contextumque desiderat. Nanque omnia eius membra connexa sunt, quoniam lubrica est, ac fluit, ut homines: qui manibus inuicem apprehensis gradum firmant, continent, & continentur. Demonstrativum genus omne fusius habet liberioresque numeros. Iudiciale & conciale ut materia uarium est, sic etiam ipsa collocazione verborum. Vbi iam nobis pars ex duabus (quas modo fecimus) secunda tractanda est. Nam quis dubitat alia lenius, alia concitatius, alia sublimius, alia pugnacius, alia gracilius, alia gravius esse dicenda? Grauib, sublimibus, ornatis, longas magis syllabas convenire? Ita ut lenia spatium, sublimia & ornata claritatem quoque vocum poscant, potius quam his contraria. Magis laudarem, brevibus argumenta, partitiones, iocos, & quicquid est sermoni magis simile. Itaque componemus procemium varie, atque ut sensus eius postulat. Neque enim accesserim Celsus, qui vnam quandam huic parti formam dedit, & optimam compositionem esse procemii, ut apud Asinium, dixit, Si Cæsar ex omnibus mortalibus, qui sint ac fuerint, posset huic causæ disceptator legi, non quisquam te potius optandus nobis fuit. Non quia negem hoc bene esse compositum, sed quia legem hanc esse componendi in omnibus principiis reculem. Nam iudicis animus variè præparatur, tum miserabiles esse volumus, tum modesti, tum acres, tum graues, tum blandi, tum flectere, tum ad diligentiam hortari. Hæc ut sunt diversa natura, dissimilem componendi quoque rationem desiderant. An similibus Cicero usus est numeris in exordio pro Milone, pro Cluentio, pro Ligario? Narratio ferè tardiores, atque (ut sic dixerim) modestiores desiderat pedes, & nominibus maxime mixtos. Nam & verbis, ut sæpius pressa est, ita interim infurgit, sed docere & infigere animis res semper cupit: quod minime festinantium opus est. Ac mihi videtur tota narratio constare longioribus membris, brevioribus periodis. Argumenta acris & citata, pedibus quoque ad hanc naturam accommodatis utentur. Non tamen ita ut trochæis, quæ celeria quidem, sed sine viribus sunt. Verum quamvis sint brevibus longisque mixta, non tamen plures longas quam breves habentia. Illa sublimia, spatiosas claraque voces habent, amant amplitudinem. Dactili quoque ac pæones, etiam si maiori ex parte syllabis brevibus, temporibus tamè satis pleni. Aspera contra iambis maxime concitantur: non solum quod sunt è duabus modo syllabis, eoque frequentiore quasi pulsum habent, quæ res lenitati contraria est, sed etiam quod omnibus pedibus infurgunt, & à brevibus in longas nituntur & crescunt. Ideoque meliores choreis, qui à longis in breves cadunt. Summissa, qualia in epilogis, lentas & ipsa & minus exclamantes exigunt. Vult esse Celsus aliquam & superiorem compositionem, quam si quidem sciremus

tionis ubi-
que utendū.
Incisum.

Membrum.

Periodus.

Procemium.

Historia.

Narratio.

Argumenta
tio.

Generalis
præceptio.

doceremus: sed sit necesse est tarda & supina. Verum nisi ex verbis atque sententiis per sese id quaeritur, satis odiosa esse non poterit. Denique, ut semel finiam, sic ferè componendum quo modo pronuntiandum erit. An non in procemiis plerumque summum, nisi cum in accusatione con-
citandus est iudex, aut aliqua indignatione complendus? In narratione pleni atque expressi? In argumentis citati, atque ipso etiam motu celeres sumus? ut in locis ac descriptionibus fusi ac fluentes, in epilogis plerumque deiecti & infracti? At qui corporis quoque motu sua quædam tempora, & ad signa pedum, non minus saltationi, quàm modulationibus adhibet musica ratio numeros. Quid non vox ad actus accommodatur naturæ ipsarum de quibus dicimus rerum? Quo minus id mirum in pedibus orationis, cum debeant sublimia ingredi, lenia duci, acriter currere, delicata fluere. Itaque ubi est necesse, affectamus etiam. Tumorem rerum etiam spondæis atque iambis maximè continetur, Hyperæargus sceptrum mihi liquit Pelops. At ille comicus æque senarius, quem trochaicum vocant, pluribus choreis, qui trochæi ab aliis dicuntur. Pyrrhichius quidem decurrit: sed quantum celeritatis habet tantum grauitatis admittit. Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem? A sperè vero & male dictum etiam in carmine iambis crassatur: Quis hoc potest videre? quis potest pati? nisi impudicus, & vorax, & aleo? In vniuersum autem, si sit necesse, duram potius atque asperam compositionem malim esse, quàm effeminatam & eneruam: qualis apud multos, & quotidie magis lasciuimus, Sybaritarum modis saltitantes. At ne tam bona quidem vlla erit, ut debeat esse continua, & in eisdem semper pedes ire. Nam & versificandi genus est vnâ legem omnibus sermonibus dare: & id cum manifesta affectatione, cuius rei maximè cauenda suspitio est, tum etiam tædium ex similitudine ac satietatem creat. Quoque est dulcius, magis perdit amittitque & fidem & affectus, motusque omnes, qui est in hac cura deprehensus: nec potest ei credere, aut propter eum dolere, & irasci iudex, cui putat hoc vacare. Ideo: initia quædam quasi soluenda de industria sunt, illa quidem maximi laboris, ne laborata videantur. Sed neque longioribus quàm oportet hyperbatis compositioni seruiamus, ne quæ eius gratia fecerimus, propter eam fecisse videamur. Et certe nullum aptum atque idoneum verbum pratermitteremus gratia lenitatis. Neque enim erit vllum tam difficile, quod non commodè inseri possit, nisi quod in euitandis eiusmodi verbis non decorem compositionis quarimus, sed facilitatem. Non tamen mirabor latinos magis indulsisse compositioni, quàm Atticos, quamuis minus in verbis habeant varietatis & gratiæ. Nec vitium dixerim si Cicero à Demosthene paululum in hac parte desciauit. Sed quæ sit differentia nostri Græci; sermonis, explicabit summus liber. Compositio (nam finem imponere egresso destinatum modum uolumini festino) debet esse honesta, iucunda, varia. Eius tres partes, ordo, coniunctio, numerus. Ratio in adiectione, detractio, mutatione. Vt pro natura rerum, quas dicimus. Cura magna, & sentiendi atque loquendi, prior sit. Dissimulatio curæ præcipua, ut numeri spontè fluxisse, non arcessiti & coacti esse videantur.

M. Fabii Quintiliani de institu-

TIONE ORATORIA LIBER X.
DE COPIA VERBORVM. CAP. I.

S

ED hæc eloquendi præcepta sicut cognitioni sunt necessaria, ita non satis ad vim dicendi valent, nisi illis firma quædam facilitas, quæ apud Græcos *ῥῆσις* nominatur, accesserit: quam scribendo plus, an legendo, an dicendo consequamur, solere quæriscio. Quod esset diligenti nobis examinandum cura, si qualibet earum rerum possemus una esse contenti. Verum ita sunt inter se connexa & indiscreta omnia, ut si qui flexus iisdem defuerint, frustra sit in cæteris laboratum. Nam neque solida atque robusta fuerit unquam eloquentia, nisi multo stilo vires acceperit, & citra lectionis exemplum labor ille carens rectore fluit. Qui autem scierit quo sint quæque modo dicenda, nisi tanquam in procinctu paratam quidem ad omnes casus habuerit eloquentiam, velut clausis thesauris incubabit. Non autem ut quicque præcipue necessarium est, sic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti. Nam certè cum sit in eloquendo oratoris officium positum, dicere ante omnia est, atque hinc initium eius artis fuisse manife-

manifestum est, proximam deinde imitationem, nouissimam scribendi quoque diligentiam. Sed ut perueniri ad summam nisi ex principiis non potest, ita procedente iam opere minima incipiunt esse, quæ prima sunt. Verum nos non quomodo instituendus orator, hoc loco dicimus (Nam id quidem, aut satis, aut certe uti potuimus à nobis dictum est) sed ut Athleta qui omnia iam perdidicerit à præceptore, nimirum quo genere exercitationis ad certamina præparandus sit: ita cum qui res inuenire & disponere sciet, verba quoque & eligendi & collocandi rationem perceperit, instruiamus qua in oratione quæ dicere, facere, quam optime, quæ facillime possit. Nō ergo dubium est, quin ei velut opes sint quædam paranda, quibus ubicunque desideratum erit, possit ei constare copia rerum ac verborum. ¶ Sed res propriæ sunt cuiuscunque causæ, aut paucis communes, verba in vniuersas paranda: quæ si in rebus singulis essent singula, minorem curam postulerent: nam cuncta se se cum iis protinus rebus offerrent. ¶ Sed cum sint aliis alia, aut magis propria, aut magis ornata, aut plus efficientia, aut melius sonantia, debent esse non solum nota omnia, sed in promptu, atque (ut ita dicam) in cōspectu, ut cū se iudicio dicentis ostenderint, facili ex his optimorum sit electio. Equidē scio quosdā collecta quæ idē significarēt uocacula solitos edicere, quo facilius & occurreret vnū ex pluribus: & cū essent vsū aliquo, si breue intra spatiū rursus desideraretur, effugiendæ repetitionis gratia fumerēt aliud quo idē intelligi posset. Quod cū est puerile, & cuiusdā infelicitis operæ, tum etiā vitile parū. Turbā enim modo cōgregat, ex qua sine discrimine occupet proximū quodq;. Nō bis autē copia cū iudicio paranda est, vim orandi, non circulatoriam volubilitatem spectatibus. ¶ Id autem consequemur optima legendo & audiendo. Non enim solum ipsa nomina rerum cognoscimus hac cura, sed cui quicque loco sit aptissimum. Omnibus enim serē præter pauca quæ sunt parum verecunda, in oratione locus est. Nam scriptores iamborum veterisque comediæ etiam in illis sæpe laudantur. Sed nobis nostrum opus interim tueri satis est. Omnia verba (exceptis de quibus dixi) sunt alicubi optima, & humilibus interim & vulgaribus opus: & quæ cultiore in parte videntur sordida, ubi resposcit, propria dicuntur. Hæc ut sciamus, atque eorum non significationem modo, sed formas etiam mensuræque norimus, ut & ubicunque erunt posita conueniant, nisi multa lectione atque auditione assequi non possumus, cum omnem sermonem auri- bus primum accipiamus. Propter quod infantes à mutis nutricibus iussu regum in solitudine educati, etiam si verba quædam emisisse traduntur, tamen loquendi facultate caruerunt. ¶ Sunt autem alia huius nature, ut idem pluribus vocibus declarent, ita ut nihil significationis, quo potius utaris, interfit, ut ensis & gladius: alia quæ etiam si propria rerum aliquarū sunt nomina, τῶν πο- τῶν tamen ad eundem intellectum feruntur, ut ferrum & mucro. Nam per abusionem ficiarios etiam omnes vocamus, qui eadem telo quocunque commiserint. Alia circuitu verborum plurimum ostendimus: quale est, Et pressi copia lactis. Plurima vero mutatione figuramus. Scio, non ignoro, & non me fugit, non me præterit, & quis nescit? nemini dubium est. Sed etiam ex proximo mutuari licet. Nam & intelligo, & sentio, & video sæpe idem valent, quod scio. Quorum nobis vbertatem ac diuitias dabit lectio, ut non solum quum occurrerint, sed etiam cum oportet utamur. Non semper enim hæc inter se idem faciunt: nec sicut de intellectu animi recte dixerim video, ita de usu oculorum intelligo. Nec ut mucro gladium, sic mucronem gladius ostēdit. Sed ut copiosus verborum sit paratus, ita non verborum tantum gratia legendum vel audiendum est. Nam omnium quæcunque docemus, hæc sunt exempla potētiora etiam ipsis quæ traduntur arti- bus, cū eo qui discit perductus est, ut intelligere ea sine demonstrāte, & sequi iam suis viribus possit: quia quæ doctōr præcipit, orator ostēdit. ¶ Alia vero legentes, alia audientes magis adiuuant. Et excitat qui dicit spiritu ipso, nec imagine & ambitu rerum, sed rebus incēdit. Viuit enim omnia & mouentur, excipimurque noua illa velut nascentia cū fauore ac sollicitudine. Nec fortuna modo iudicii, sed etiā ipsorum qui orāt, periculo afficimur. Præter hæc vox & actio decora cōmēda- dabit quid quisque locus postulat, & pronūciandi vel potissima in dicēdo ratio: & ut semel dicā pariter omnia docet. ¶ In lectione certius iudiciū, quod audiēti frequēter, aut suis cuiusq; fauor, aut ille laudatiū clamor extorquet. Pudet enim dissentire, & ab illis tacita quadā uerecūdia inhibe- mur plus nobis credere, cū interim & uitiosa pluribus placeāt, & à corrogatis laudentur etiā quæ nō placēt. Sed ecōtrario quoq; accidit, ut optime dictis gratiā praua iudicia nō referant. Lectio li- bera est, nec actionis impetu transcurrit, sed repetere sapius licet, siue dubites, siue memoriæ affi- gere uelis. Repetimus autē & tractamus, & ut cibos malos ac prope liquefactos demittimus, quo facilius digerantur, ita lectio non cruda, sed multa iteratione mollita, & uelut confecta, memo- riæ imitatione tradatur. ¶ Ac diu nō nisi optimus quisq;, & qui credentem sibi minime fallat legendus est, sed diligenter ac penē ad scribendi sollicitudinem: nec per partes modo scrutādo om- nia, sed perlectus liber utique ex integro resumendus, præcipuè oratio, cuius uirtutes frequenter

Verborū co-
pia legendo
potissimum
& audiēdo
paranda.

Verborum
idē ualentū
uarietas.

Auditio.

Lectio.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

Optimi quique auctores quo modo legendi.

ex industria quoque occultantur. Sæpe enim præparat dissimulatur infidias orator, atque in prima parte actionis dicit, quæ sunt in summa profutura. Itaque suo loco minus placent, adhuc nobis quare dicta sunt ignorantibus. Ideoque erunt cognitis omnibus repetenda. Illud vero vtilissimum, nosse eas causas quarum orationes in manus lumpsimus, & quoties continget, vtrunque habitas legere actiones, vt Demosthenis & Aeschinis, inter se contrarias: vt Seruii Sulpitii & Messalæ, quorum alter pro Aufidia, contra dixit alter: vt Pollionis & Cassii, reo Aspernate, aliasque plurimas. Quinetiam si minus pars videbuntur, aliqua tamen ad cognoscendam liti quæstionem recte requirentur, vt contra Ciceronis orationes, Tuberonis in Ligarij, & Hortensij pro Verre. Quin etiam easdem causas vtile erit scire. Nam pro domo Ciceronis dixit Callidius, & pro Milone orationem Brutus exercitationis causa scripsit, etiam si egisse eum Cornelius Celsus falso existimat. Et Pollio & Messala defenderunt eisdem, & nobis pueris insignes pro Volufelo Catulo, Domitij Afri, Crispi Passieni, Decimi Lælij, orationes ferebantur. Neque id statim legenti persuasum sit, omnia quæ omnes auctores dixerunt, vti que esse perfecta. Nam & labant aliquando, & onercedunt, & indulgent ingeniorum suorum voluptati, nec semper intendunt animum, nonnūquā fatigantur, cum Ciceroni dormire interim Demosthenes, Horatio etiam Homerus ipse videatur. Summi enim sunt, homines tamē: acciditque iis, qui quicquid apud illos repererunt, dicendi legem putant, vt deteriora imitentur (id enim est facilius) ac se abūde similes putent, si vitia magnorum consequantur. Modeste tamen & circumspecto iudicio de tantis viris pronunciandum est, ne (quod plerisque accidit) damnetur quæ non intelligunt. Ac si necesse est, in alteram errare partem, omnia eorum legentibus placere, quā multa displicere maluerim. Plurimū dicit oratori conferre Theophrastus lectionem poetarum, multique eius iudiciū sequuntur: neque immerito. Nāque ab iis & in rebus spiritus, & in verbis sublimitas, & in affectibus motus omnis, & in personis decor petitur, præcipueque velut attrita quotidiano vultu forensi ingenia optime rerum talium blauditia reparantur. Ideoque in hac lectione Cicero requiescendum putat. Meminerimus tamen non per omnia poetas esse oratori sequendos, nec libertate verborum, nec licentia figurarū, genus ostentationi comparatum, & præter id quod solam petit voluptatem, & eam fingendo: non falsa modo, sed etiam quædam incredibilia sectatur: patrociniū quoque aliquo iuuati poscit, quod alligati ad certam pedum necessitatem non semper vti propriis possint, sed depulsi à recta via necessario ad eloquendi quædam diuerticula confugiant, nec mutare quædam modo verba, sed extendere, corripere, conuertere, diuidere cogantur. Nos vero armatos stare in acie, & summis de rebus discernere, & ad victoriam niti decet. Neque ego arma squallere situ ac rubigine velim, sed fulgore munita esse, qui terreat, qualis est ferri, quo mens simul visusque perfiringatur: non qualis auri argenteque imbellis, & potius habenti periculosus. Historia quoque alere orationem quodā molli iucundoque succo potest. Verum & ipsa sic est legenda, vt sciamus pleraque eius virtutes oratori esse vitandas. Est enim proxima poetis, & quodammodo carmen solutum, & scribuntur ad narrandum, non ad probandum, totumque opus non ad intuitum rei pugnamque præsentē, sed ad memoriam posteritatis & ingenii famam componitur. Ideoque & verbis liberioribus, & remotioribus figuris narrandi tedium euitat. Itaque vt dixi, neque illa Sallustiana breuitas, qua nihil apud aures vacuas atque eruditus potest esse perfectius, apud occupatum variis cogitationibus iudicem, & sapius ineruditum captanda nobis est: neque illa Liuii lætea vbertas satis decet eum, qui non speciem expositionis, sed fidem quærit. Adde quod M. Tullius ne Thucydidem quidem aut Xenophontem vtilis oratori putat, quanquam illius bellicum canorem, huius ore multis esse locutus existimet. Licet tamen nobis in digressionibus vti vel historico nonnunquam nitore, dum in iis, de quibus erit quæstio, meminerimus non athletarum toros, sed militum esse, nec versicolorē illam, qua Demetrius Phalereus dicebatur vti, vestem bene ad forensē puluerem facere. Est & alius ex historiis vsus, & is quidem maximus, sed non ad præsentem pertinens locum, ex cognitione rerum exemplorumque, quibus in primis instructus esse debet orator, ne omnia testimonialia expetat à litigatore: sed pleraque ex vetustate diligenter sibi cognita sumat, hoc potentiora, quod ea sola criminibus odii & gratiæ vacant. A philosophorum vero lectione vt essent nobis multa petenda, vitio factum est oratorum, qui quidem illis optima sui operis parte cesserunt. Nam & de iustis, honestis, vtilibus, iisque quæ sint contraria, & de rebus diuinis maxime dicunt, & argumentantur acriter. Et altercationibus atque interrogationibus oratorem futurum optime Socratici præparant. Sed iis quoque adhibendum est simile iudiciū, vt etiam cum in rebus verseremur iisdem, non tamen eandem esse conditionem sciamus litium ac disputationum, fori & auditorii præceptorum & periculorum. Credo exacturos plerosque, cū tantum esse utilitatis in legendo iudicemus, ut id quoque adiungamus operi, qui sint, quæ in quoque auctore præcipua virtus: sed persequi

persequi singulos infiniti fuerit operis. Quippe cum in Bruto M. Tullius tot millibus versuum de Romanis tantum oratoribus loquatur, & tamen de omnibus aetatis suae, quibusque conuiuiebat, exceptis Cæsare atque Marcello, silētium egerit: quis erit modus, si & illos qui postea fuerunt, & Græcos omnes, & philosophos persequar? Fuit igitur breuitas illa tutissima, quæ est apud Liuium in Epistola ad filium scripta, Legendos Demosthenem atque Ciceronem, tum ita ut quisque esset Demostheni & Ciceroni simillimus. Non est tamen dissimulanda nostri quoque iudicii summa. Paucos & vix vllum ex iis qui vetustatem pertulerunt, existimo posse reperiri, qui iudicium adhibentibus non allaturus sit vtilitatis aliquid, cum se Cicero ab illis quoque vetustissimis auctoribus, ingeniosis quidem, sed arte carentibus, plurimum fateatur adiutum. Nec multo aliud de nobis sentio. quid enim quisque in veritate tumens, potensque, ne minima quidem alicuius certæ fidutia partis memoriam artis sperauerit? qui si quis est, intra primos statim versus deprehendatur, & citius nos dimittet, quam ut eius nobis magno temporis detrimento conflet experimentum. Sed non quicquid ad aliquam partem scientiæ pertinet, protinus ad faciendam etiā *que virtutes præcipue.* *de qua loquimur* accommodatum. ¶ Verum antequam de singulis loquar, pauca in vniuersum de varietate opinionum dicenda sunt. Nam quidem solos veteres legendos putant, neque in vllis aliis esse naturalem eloquentiam, & robur viris dignum, arbitrantur. Alios recens hæc lasciuia deliciaeque, & omnia ad voluptatem multitudinis imperitæ composita delectant. Sunt etiam qui rectum dicendi genus sequi volunt. Alii pressa demum & tenuia, atque quæ minimum ab usu quotidiano recedant, sana & verè attica putant. Quosdam elatior ingenii vis, & magis concitata, & alias spiritus plena capit. Sunt etiam lenis, & nitidi, & compositi generis non pauci amatores, de qua diligentia differam diligentius, cum de genere dicendi querendum erit. Interim summam, quam, & à qua lectione petere possint, qui confirmare facultatem dicendi volunt, attingam. Paucos (sunt enim eminentissimi) excerpere in animo est, facile est autem studiosis, qui sint iis simillimi iudicare. Nec quisquam queratur omissos forte aliquos, quos ipse valde probet. Fateor enim plures legendos esse, quam qui nominabuntur. Sed nunc genera ipsa lectionum quæ præcipue conuenire intendentibus ut oratores fiant existimè, persequar. ¶ Igitur ut Aratus ab Ioue incipiendum putat, ita nos rite ccepturi ab Homero videmur. Hic enim quemadmodum ex Oceano dicit ipse *Homerus.* annuum vim fontiumque cursus initium capere, omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. Hunc nemo in magnis rebus sublimitate, in paruis proprietate superauit. Idem latus ac pressus, iucundus & grauis, tum copia, tum breuitate mirabilis, nec poetica modo, sed oratoria virtute eminentissimus. Nanque ut de laudibus, exhortationibus, consolationibusque taceam, nonne vel nonus liber, quo missa ad Achillem legatio continetur, vel in primo inter duces illa contentio, vel dictæ in secundo sententiæ, omnes litium ac consiliorum explicat artes? Affectus quidem vel illos mites, vel hos concitados, nemo erit tam indoctus, qui non in sua potestate hunc auctorem habuisse fateatur. Age vero, nonne in sui vtriusque operis ingressu paucissimis versibus legè proceriorum non dico seruauit, sed constituit? Nam & beneuolum auditorem inuocatione Deorum, quas præsidiere vatibus creditum est, & intentum proposita rerum magnitudine, & doctile summa celeriter cõprehensâ facit. Narrare vero quis breuius, quam qui mortè nūciat Patrocli? quis significatius potest, quàm qui Curetū Aetolorūque præliū exponit? Iam similitudines, amplificationes, exempla, digressus, signa rerum & argumenta, ceteraque probandi ac refutandi, sunt ita multa, ut etiā qui de artibus scripserūt, plurima earū rerū testimonia ab hoc poeta petat. Nā & epilogus quidē quisquē poterit illis rogātis Achillē Priami precibus æquari? Quid in uerbis, sententiis figuris, dispositione totius operis, nonne humani ingenii modū excessit? ut magni sit uiri, uirtutes ei9 *Iliad. 18. Iliad. 19. Iliad. 24.* non emulatione, quod fieri non potest, sed intellectu sequi. Verū hic omnes sine dubio, & in omni genere eloquentiæ procul à se reliquit: heroicos tamē præcipuè, uidelicet quia clarissima in materia similis cõparatio est. Raro assurgit Hesiodus, magnāque pars eius in nominibus est occupata, tamē utiles circa præcepta sententiæ, lenitāsque uerborū, & cõpositionis probabilis: datorque ei palma in Hesiodus. illo mediocri genere dicēdi. Cõtra in Antimacho vis & grauitas, & minime uulgari eloquēdi genus, habet laudē. Sed quibus ei secundas ferè grāmaticorū cõsensus deferat, & affectibus, & iucūditate, Antimachus & dispositione, & omnino arte deficitur, ut plane manifesteq; appareat quāto sit aliud proximū esse, aliud secūdū. Panyasin ex utroque mixtū putat, in eloquēdo neutrius æquare uirtutes, alterum tamē ab eo materia, alterū disponēdi ratione superari. Apollonius in ordinē à grāmaticis datū non uenit, quia Aristarchus atque Aristophanes poetarū iudices neminē sui tēporis in numerū redegerunt, non tamē cõtēnendū edidit opus, æquali quadā mediocritate. Arati materia motu caret, ut in qua nulla uarietas, nullus affectus, nulla persona cui usq; sit oratio: sufficit tamē operi, cui se parē credidit. Admirabilis in suo genere Theocritus, sed mula illa rustica & pastoralis non forum mo-

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

do, verū ipsam etiā urbē reformidat. Audire uideor undique cōgerentes nomina plurimorū poetarum, quid? Hercules acta non bene Pisandros? quid? Nicādrum frustra secuti Macer atque Virgilius? Quid? Euphorionem frustra transibimus? quem nisi probasset Virgilius, idem nunquā certe conditorum Chalcidico uersu carminum fecisset in Bucolicis mentionē. Quid? Horatius frustra Tyrtaeum Homero subiungit? Nec sane quisquam est tam procul à cognitione eorum remotus, ut non indicem certe ex bibliotheca sumptum transferre in libros suos possit. Nec ignoro igitur quos transeo, nec utique damno, ut qui dixerim esse in omnibus utilitatis aliquid: sed, ad illos iam perfectis constituti, que uiribus reuertemur. quod etiam in cœnis grandibus sæpe facimus, ut cum optimis satiati simus, uarietas tamen nobis ex uilioribus grata sit. ¶ Tunc & elegiam vacabit in manus sumere, cuius princeps habetur Callimachus, secundas confessione plurimorū Philætus occupauit. Sed dum assequimur illam firmam (ut dixi) facilitatem, optimis affuescendū est, & multo magis quia multorum lectione firmāda mens, & ducendus color. Itaque ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum ad tēp^{us} maxime pertinebit vnus Archilochus. Sūma in hoc vis elocutionis, cum validæ, tum breues vibrantesque sententiæ, plurimum sanguinis atque neruorum, adeo ut videatur quibusdam, quod quidem minor est materiæ esse, non ingenii vitium. ¶ Nouem uero lyricorum longe Pindarus princeps, spiritus magnificentia, sententiis, figuris, beatissima rerum uerborūque copia, & uelut quodam eloquentiæ flumine: propter quæ Horatius eum merito credidit nemini imitabilem. Stesichorus, quā sit ingenio validus, materiæ quoque ostendunt, maxima bella, & clarissimos canentem duces, & epici carminis onera lyra sustinentem. Reddidit enim personis in agendo simul loquēdoque debitam dignitatem, ac si tenuisset modum, uideretur æmulari proximus Homerum potuisse: sed redundat atque effunditur, quod ut est reprehendendum, ita copię vitium est. Alcæus in parte operis aureo plectro merito donatur, quia tyrannos insectatur: multum etiam moribus confert, in eloquēdo quoque breuis, & magnificus, & diligens, Homero similis, sed in lusus & in amores descendit, maioribus tamen aptior. Simonides tenuis, alioqui sermone proprio & iucunditate quadam commendari potest: præcipua tamen eius in commouenda miseratione virtus, ut quidam in hac eum parte omnibus eiūsdē operis auctoribus præferant. ¶ Antiqua illa Comœdia cum synceram illam sermonis Attici gratiā prope sola retinet, tum fecundissimæ libertatis, & si est in insectandis uitiiis præcipua, plurimum tamen uirum etiam in cæteris partibus habet. Nam & grandis, & elegans, & uenusta, & nescio an vlla, post Homerum tamen, quem ut Achillem semper excipi par est, aut similior sit oratoribus, aut ad oratores faciendos aptior. Plures eius auctores, Aristophanes tamen, & Eupolis, Cratinusque præcipui. ¶ Tragedias primus in lucem Aeschylus protulit, sublimis, & grauis, & grandiloquus sæpe vique ad vitium: sed rudis in plerisque & incompositus, propter quod correctas eius fabulas in certamen deferre posterioribus poetis Athenienses permisere. Suntque eo modo multi coronati. Sed longe clarius illustrauerunt hoc opus Sophocles atque Euripides, quorum in dispari dicendi uia uter sit poeta melior inter plurimos quæritur. Idque ego sane, quoniam ad præsentem materiam nihil pertinet, iniudicatum relinquo. Illud quidem nemo nō fateatur necesse est, iis qui se ad agendum comparant, utiliorem longe Euripidem fore. Nam is sermone, quo ipsum reprehēdunt, quibus grauitas & cothurnus & sonus Sophoclis uidetur esse sublimior, magis accedit oratorio generi, & sententiis densus, & in iis quæ à sapientibus tradita sunt, pene, ipsis par, & in dicendo atque respondendo cuilibet eorum, qui fuerunt in foro disertī comparandus. In affectibus uero cum omnibus mirus, tum in iis quæ miseratione constant facile præcipuus, & admirandus maxime est, ut sæpe testatur & eum secutus, quanquam in opere diuerso, Menander: qui uel vnus meo quidem iudicio diligenter lectus, ad cuncta quæ præcipimus, efficienda sufficeat: ita omnem uitæ imaginem expressit, tanta in eo inueniendi copia, & eloquēdi facultas, ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus. Nec nihil profecto uiderunt, qui orationes quæ Charisii nomine eduntur, à Menandro scriptas putant. Sed mihi longè magis orator probari in opere suo uidetur, nisi forte aut illa mala iudicia, quæ Epitrepontes, Epicleros, Locros habent, aut meditationes in Sophocle, & Nomothetæ Hypobolimo non omnibus oratoriis numeris sunt absolutæ. Ego tamen plus adhuc quiddam collocaturum esse declamatoribus puto, quoniam iis necesse est secundum conditionem controuersiarum plures subire personas, patrum, filiorum, maritorum, militum, rusticorum, diuitum, pauperum, irascētiū, deprecātiū, mitium, asperorum. In quibus omnibus mirè custoditur ab hoc poeta decor. Atque ille quidem omnibus eiūsdem operis auctoribus abstulit nomen, & fulgore quodam suæ claritatis tenebras obduxit. Habet tamen alii quoque comici: si cum uenia legantur, quādam quæ possis decerpere, & præcipue Philemon, qui ut prauis sui temporis iudiciis Menandro sæpe prælatus est, ita cōsensu omnium meruit credi se-

cūdus. ¶ Historiā multi scripsere præclare, sed nemo dubitat lōge duos cæteris præferendos, quorū diuersa virtus laudem penē est parē consecuta. Densus & breuis & semper instans sibi Thucydides, dulcis & candidus & effusus Herodotus: ille concitatus, hic remissis affectibus melior: ille concionibus, hic sermonibus: ille ui, hic uoluptate. Theopompus iis proximus, ut in historia prædictis minor, ita oratori magis similis, ut qui antequam est ad hoc opus sollicitatus, diu fuerit orator. Philistus quoque meretur * qui turbæ, quāuis bonorū post hos auctorum, eximatur imitator Thucydides: & ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. Ephorus ut Iſocrati visum, calcaribuseget. Clitarchi probatur ingeniū, fides infamatur. Lōgo post intervallo tēporis natus Timagenes, vel hoc ipso probabilis, quod intermissam historias scribendi industriam noua laude reparauit. Xenophon non excidit mihi, sed inter philosophos reddendus est. ¶ Sequitur oratorum ingens manus, ut decem simul Athenis ætas vna tulerit, quorum longe princeps Demosthenes, ac penē lex orandi fuit: tanta vis in eo, tam densa omnia, ita quibusdam neruis intentata sunt, tam nihil otiosum, is dicēdi modus, ut nec quid desit in eo, nec quid redundet inuenias. Plenior Aeschines, & magis fufus, & grandiori similis, quo minus strictus est: carnis tamē plus habet, minus lacertorū. Dulcis in primis & acutus Hyperides est, sed minoribus causis, ut non dixerim vtilior, magis par. His ætate Lysias maior, subtilis atque elegas, & quo nihil, si oratori satis sit docere, quæras perfectius. nihil enim est inane, nihil arcessitum: puro tamen fonti, quā magno flumini propior. Iſocrates in diuerso genere dicēdi nitidus & imptus, & palæstræ quā pugnae magis accommodatus, omnes dicendi venter sectatus est: nec immerito: auditoris enim se, non iudicis cōpararat: inuentio ne facilis, honesti studiosus: in compositione adeo diligens, ut cura eius reprehēdatur. Neque ego in his, de quibus sum locutus, has solas virtutes, sed has præcipuas puto, nec cæteros parum fuisse magnos. Quinetiam Phalerum illum Demetrium (quanquam is primus inclinasse eloquentiā dicitur) multum ingenii habuisse, & facundiæ fateor, vel ob hoc memoria dignum, quod vltimus est ferē ex Atticis qui dici possit orator, quem tamen in illo medio genere dicendi præfert omnibus Cicero. ¶ Philosophorum, ex quibus plurimum se traxisse eloquentiæ M. Tullius cōfistetur, quis dubitet Platonem esse præcipuum: siue acumine differendi, siue eloquendi facultate diuina quadam & Homericæ: multum enim supra proſam orationem, & quam pedestrem Græci vocāt, surgit: ut mihi nō hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instinctus. Quid ego commemorem Xenophontis illam iucunditatem in affectatam: sed quam nulla affectatio conlequi possit, ut ipsæ sermonem gratiæ finxisse videantur: & quod de Pericle veteris comœdiæ testimonium est, in hunc transferri iustissimē possit, In labris eius sedisse quandam persuadendi deam. Quid reliquorum Socraticorum elegantiam? quid Aristotelem? quem dubito scientia rerum an scriptorum copia, an eloquendi suauitate, an inuentionum acumine, an varietate operum, clario rem putem. Nam in Theophrasto tam est eloquendi nitor ille diuinus, ut ex eo quoque nomē traxisse dicatur. Minus indullere eloquentiæ Stoici veteres, sed cum honesta suaferunt, tum in eligendo probandōque quod instituerant, plurimum valuerunt: rebus tamē acuti magis, quā (id quod sane non affectant) oratione magnifici. ¶ Idem nobis per Romanos quoque auctores ordo ducendus est. Itaque ut apud illos Homerus, sic apud nos Virgilius auspiciatissimum dederit exordium, omnium generis eius poetarum Græcorum nostrorūque illi haud dubiē proximus. Utar enim verbis iisdem, quæ ab Afro Domitio iuuenis excepi: qui mihi interroganti, quem Homero crederet maxime accedere, Secundus, inquit, est Virgilius, propior tamen primo quā tertio. Et hercle ut illi naturæ cælesti atque immortalī cesserimus, ita curæ & diligentiæ vel ideo in hoc plus est, quod ei fuit magis laborandum, & quantum eminentioribus vincimur, fortasse æqualitate pensamus. Cæteri omnes longē sequuntur. Nam Macer & Lucretius legendi quidem, sed non ut phrasin, id est corpus eloquentiæ faciunt: elegantes in sua quisque materia, sed alter humilis, alter difficilis. Attacinus Varro in iis per quæ nomen est assecutus, interpret operis alieni, non spernendus quidem verum ad augendam facultatem dicendi parum locuples. Ennius sicut sacros vetustate lucos adoremus: in quibus grandia & antiqua robora iam non tantam habent speciem, quantam religionem. Propiores alii, atque ad hanc phrasin de qua loquimur, magis viles. Lasciuus quidem in heroicis quanquam Ouidius, & nimium amator ingenii sui, laudandus tamen parcus. Cornelius autem Sæuerus, etiam si versificator quā poeta melior, si tamen ut est dictum, ad exēplar primi libri bellum Siculum perscripsisset, vendicaret sibi iure secundum locum. Sed eum consummari mors immatura non passa est. puerilia tamen eius opera & maximam indolem ostendunt, & admirabilem præcipuē in ætate illa recti generis voluntatem. Multum in Valerio Flacco nuper amissimus. Vehemens & poeticum ingenium Saleii Bassi fuit, nec ipsum senectute maturuit. Rabirius, ac Pedo non indigni cognitione, si vacet. Lucanus ardens, & sententiis clarius.

Historiographi.
Thucydides
Herodotus.
Theopompus.

*
Philistus.
Ephorus.
Clitarchus.
Timagenes.

Xenophon.
Oratores.
Demosthenes.
Aeschines.

Hyperides.
Lysias.
Iſocrates.

Phalerus.
Demetrius.
Philosophi.
Plato.

Pedestris oratio.
Xenophon.

Aristoteles.
Theophrastus.

Stoici.

LATINI
auctores.
Virgilius.

Macer.
Lucretius.
Varro.
Ennius.

Ouidius.
Cornelius Sæuerus.

Val. Flaccus.
Saleius Bassus.
Rabirius.
Pedo.

Lucanus.

rissimus, & vt dicam quod sentio, magis oratoribus q̄ poetis annumerandus. Hos nominauimus, quia Germanicum Augustum, ab institutis studiis deflexit cura terrarū, parūque diis visum est esse eum maximū poetarum. Quid tamē iis ipsi eius operibus, in quā donatus imperio iuuenis successerat, sublimius, doctius, omnibus deniq; numeris præstantius? Quis enim caneret bella melius, q̄ qui sic gerit? quem præsidēs studiis deæ propius audirent? cui magis suas artes aperiret familiarē nomen Mineræ? Dicent hæc plenius futura secula. Nunc enim cæterarum fulgore virtutū laus ista præstringitur. Nos tamē sacra literarū colentes, feras Cæsar, si non tacitum hoc præterimus, & Virgiliano certe versū testamur, Inter victrices hederam tibi serpere lauros. ¶ Elegia Græcos quoque prouocamus, cuius mihi tersus atque elegans maxime videtur auctor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ouidius vtroque lasciuior, sicut durior Gallus. ¶ Satyra quidem tota nostra est, in qua primus insignem laudem adeptus est Lucilius, qui quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, vt eum non eiusdem modo operis auctoribus, sed omnibus poetis præferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulenum, & esse aliquid quod tollere possis, putat. Nam eruditio in eo mira, & libertas, atque inde acerbitas, & abunde salis. Multo est terrior, ac purus magis Horatius, & ad notādos hominum mores præcipuus. Multum & veræ gloriæ, quamuis vno libro, Persius meruit. Sunt clari hodie quoque & qui olim nominabuntur. Alterum illud est & prius Satyræ genus, quod nō sola criminum varietate mixtum condidit Terentius Varro vir Romanorum eruditissimus. Plurimos hic libros & doctissimos composuit, peritissimus linguæ latinæ, & omnis antiquitatis, & rerum Græcarum nostrarūque, plus tamen scientiæ collaturus quā eloquentiæ. ¶ Iambus non sane à Romanis celebratus est vt proprium opus à quibusdam interpositus, cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio, quanquam illi epodos interuenire non reperiatur. ¶ At lyricorum idem Horatius ferè solus legi dignus. Nam & insurgit aliquando, & plenus est iucunditatis & gratiæ, & variis verbis & figuris felicissime audax. Si quem adiciere velis, is erit Cæsius Bassus, quem nuper vidimus, sed eum longe præcedunt ingenia viuientium. ¶ Tragediæ scriptores Accius atque Pacuuius clarissimi, gravitate sententiarum verborūque pondere & auctoritate personarum. Cæterum nitor & summa in excolendis operibus manus, magis videri potest temporibus quā ipsi defuisse. Virium tamen Accio plus tribuitur: Pacuuium videri doctiorem, qui esse docti affectant, volant. Iam Varii Thyestes cuiuslibet Græcorum comparari potest. Ouidii Medea videtur mihi ostendere, quantum vir ille præstare potuerit, si ingenio suo temperare quā iudulgere maluisset. Eorum quos viderim, longe princeps Pomponius Secundus, quem senes parum tragicum putabant, eruditione ac nitore præstare consitebantur. ¶ In comædia maxime claudicamus: licet Varro musas Aepistoloni sententia, Plautino dicat sermone locuturas fuisse, si latine loqui vellet: licet Cæcilium veteres laudibus ferant: licet Terentii scripta ad Scipionem Africānum referantur. Quæ tamen sunt in hoc genere elegantissima, & plus adhuc habitura gratiæ, si intra versus trimetros stetissent. Vix leuem consequimur umbram, adeo vt mihi sermo ipsè Romanus non recipere videatur illam solis concessam Atticis venerem, quando eam ne Græci quidem in alio genere linguæ obtinuerint. Togatis excellit Afranius, vtinamque non inquinasset argumenta puerorum scedis amoribus, mores suos fassus. ¶ At historia non cesserit Græcis. nec opponere Thucydidi Sallustium verear, nec indignetur sibi Harodotus æquari T. Livium, cum in nar-rando miræ iucunditatis, clarissimique candoris, tum in concionibus supra quā narrari potest eloquentem: ita dicuntur omnia cum rebus, tum personis accommodata: sed affectus quidē, præcipuè eos qui sunt dulciores, vt parcissimè dicam, nemo historicorum commédauit magis. Ideoque immortalē illam Sallustii velocitatem, diuersis virtutibus consecutus est. Nā mihi egregiè dixisse videtur Seruilius Nouianus, pares eos magis quā similes, qui & ipse à nobis auditus est, clarus ingenio, & sententiis crebrior, sed minus expressus quā historiæ auctoritas postulat. quam paulum ætate præcedens eum Bassus Aufidius egregie vtique in libris belli Germanici præstitit, genere ipso probabilis in omnibus, sed in quibusdam viribus minor. Superest adhuc, & exornat ætatis nostræ gloriam vir seculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intel-ligitur. Habet amatores, nec imitatores, vt libertas quāquam circumsis quæ dixisset, ei nocuerit. Sed elatum abunde spiritum & audaces sententias deprehendas etiam in iis quæ manent. Sunt & alii scriptores boni, sed nos genera degustamus, non bibliothecas excutimus. ¶ Oratores uel præcipue latinam eloquentiam parem facere Græcæ possunt. Nam Ciceronem cuiusque eorū fortiter opposuerim. Nec ignoro quantā mihi concitè pugnā, cū præsertim id nō sit propositi, ut eū Demostheni cōparē hoc tēpore. Neq; enim attinet, cū Demosthenem in primis legendum, uel ediscendum potius putē. Quorum ego uirtutes plerasq; arbitror similes, consiliū, ordinem diui-

dendi, præparandi, probandi ratione, omnia denique quæ sunt inuentionis. In eloquendo est aliqua diuersitas: densior ille, hic copiosior: ille cõcludit astrictus, hic latius pugnat: ille acumine semper, hic frequenter & pondere: illi nihil detrahi potest, huic nihil adici: curæ plus in illo, in hoc natura. Salibus certe & cõmiseratione, qui duo plurimû affectus valent, vincimus. Et fortasse epilogos illi mos ciuitatis abstulerit, sed & nobis illa quæ Attici miratur, diuersa Latini sermonis ratio minus permiserit. In epistolis quidem, quanquam sunt vtriusque, nulla cõtentio est. Cedendum vero in hoc, quod & ille prior fuit, & ex magna parte Ciceronẽ, quantus est, fecit. Nã mihi videtur M. Tullius cû se totû ad imitationẽ Græcorû cõtulisset, effinxisse vim Demosthenis, copiã Platonis, iucunditatẽ Isocratis. Nec vero quod in quoque optimû fuit, studio cõsecutus est tantum, sed plurimas vel potius omnes ex seipso virtutes extulit, immortalis ingenii beatissima vbertate. Nõ enim pluuias (vt ait Pindarus) aquas colligit, sed viuo gurgite exundat, dono quodam Prouidentia: genitus, in quo totas vires suas eloquẽtia experiretur. Nam quis docere diligentius? mouere vehementius potest? cui tanta vnquam iucunditas affuit? vt ipsa illa quæ extorquet, impetrare eum credas: & cum transuersum vi sua iudicem ferat, tamen ille non rapi videatur, sed sequi. Iam in omnibus quæ dicit tanta auctoritas inest, vt dissentire pudeat: nec aduocati studium, sed testis aut iudicis afferat fidem. Tum interim hæc omnia, quæ vix singula quisquam intentissima cura consequi posset, fluunt illaborata: & illa qua nihil pulchrius auditu est oratio, præ se fert tamẽ felicissimam facilitatẽ. Quare nõ immerito ab hominibus ætatis suæ regnare in iudiciis dictus est: apud posteros vero id consecutus, vt Cicero iam non hominis nomen, sed eloquentia habeatur. Huc igitur spectemus, hoc propositû nobis sit exemplû: ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit. Multa in Asinio Pollione inuentio, summa diligentia, adeo vt quibusdam etiã nimia videatur, & consilii & animi satis, à nitore & iucunditate Ciceronis ita longe abest, vt videri possit seculo prior. At Messala nitidus & candidus, & quodãmodo præ se ferens in dicendo nobilitatem suã, viribus minor. C. Vero Cæsar si foro tantum vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur. tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio, vt illum eodem animo dixisse, quo bellauit, appareat. Exornat tamen hæc omnia mira sermonis, cuius proprie studiofis fuit, elegantia. Multû ingenii in Cælio, & præcipuẽ in accusando, multa vrbinitas, dignusque vir cui & mēs melior & vita longior cõtigisset. Inueni qui Caluū præferrent omnibus, inueni qui cõtra crederent eũ nimia contra se calumnia verû sanguinẽ perdidisse. Sed est & sancta & grauis oratio, & castigata & frequenter vehemens quoque. Imitator autẽ est Atticorum, fecitque illi properata mors iniuriam, si quid adiecturus nõ si quid detracturus fuit. Et Seruius Sulpitius insignẽ nõ immerito famã tribus orationibus meruit. Multa si cum iudicio legatur, dabit imitatione digna Cassius Severus, qui si cæteris virtutibus colorem & grauitatem orationis adiecisset, ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenii plurimum est in eo, & acerbitas mira, & vrbinitas, & vis summa: sed plus stomacho quàm consilio dedit. præterea vt amari sales, ita frequenter amaritudo ipsa ridicula est. Sunt & alii multi differti, quos persequi longum est. Eorum quos viderim, Domitius Afer, & Iulius Africanus longe præstantissimi: verborû arte ille, & toto genere dicendi præferendus, & quẽ in numero veterû loca re nõ timeas: hic cõticator, sed in cura verborû nimius, & cõpositione nõnunq̃ longior, & trãstitionibus parû modicus. Erant clara & nuper ingenia. Nã & Trachallus plerûq̃ sublimis, & satis apertus fuit, & quem velle optima crederes, auditus tamen maior. Nam & vocis quantã in nullo cognoui felicitas, & pronũciatio vel scenicis suffectura, & decor, omnia denique ei quæ sunt extra, superferunt. Et Vibius Crispus compositus, & iucundus, & delectationi natus, priuatis tamen causis quàm publicis melior. Iulio Secundo, si longior cõtigisset ætas, clarissimû profecto nomen oratoris apud posteros foret. Adiecisset enim atque adiciebat cæteris virtutibus suis quod desiderari potest. Id est autem vt esset multo magis pugnax, & sæpius ad curam rerum ab elocutione respiceret. Cæterum interceptus quoque magnum sibi vendicat locum. Ea est sacundia, tanta in explicando quod velit, gratia, tam candidû, & lene, & speciosum dicẽdi genus, tãta vbertas, tanta quæ assumpta sunt, proprietates, tanta etiã in quibusdam ex periculo petitis significantia. Habebunt qui post nos de oratoribus scribent, magnã eos qui nunc vigent materiã vere laudandi. Sunt enim summa hodie, quibus illustratur forum, ingenia. Nãque & consummati iam patroni veteribus æmulantur, & eos iuuenum ad optima tendentiũ imitatur ac sequitur industria. ¶ Superflui qui de philosophia scripserunt, quo in genere paucissimos adhuc eloquentes litera Romana tulit. Idem igitur M. Tullius, qui vt vbique, etiam in hoc opere Platonis æmulus extitit. Egregius vero multoque quàm in orationibus præstantior Brutus, sufficit ponderi rerum, scias eũ sentire quæ dicit. Scripsit non parum multa Cornelius Celsus Septicos secutus, non sine cultu ac nitore. Plancus in Stoicis rerum cognitioni vtilis. In Epicureis levis quidem, sed non iniucundus tamen au-

Ciceronis
laudes.Asinius
Pollio.Messala.
C. Cæsar.
Cic. in Bru.Cælius.
Calvus.Seruius
Sulpitius.
Cassius
Seuerus.Domitius
Afer.
Iulius Afri
canus.
TrachallusVibius
Crispus.
Iulius Secun
dus.Philosophi
latini.Tullius.
Brutus.
Cor. Celsus
Plancus.

Catius.
Seneca.

ator est Catius. Ex industria Senecam in omni genere eloquentiæ distuli propter vulgatam falsò de me opinionem, quia damnare eum, & iniustum quoque habere sum creditus. Quod accidit mihi, dum corruptum, & omnibus vitiis fractum dicendi genus reuocare ad seueriora iudicia contēdo. Tum autem fere solus hic in manibus adolescentium fuit, quem non equidem omnino conabar excutere, sed potioribus præferri non sinebam, quos ille non destitit incescere, cum diuersi sibi conscius generis, placere se in dicendo posse, in quibus illi placerent, diffideret. Amabant autem eum magis quàm imitabantur: tantumque ab eo desuebant, quantum ille ab antiquis descēderat. Foret enim optādum, pares aut saltem proximos illi viro fieri. Sed placebat propter sola vitia, & ad ea se quisque dirigebat effingenda, quæ poterat. Deinde cum se iactaret, eodem modo dicere Senecam infamabat. Cuius & multæ alioqui & magnæ virtutes fuerunt, ingeniu facile & copiosum, plurimum studii, & multarum rerum cognitio: in qua tamen aliquando ab iis quibus inquirenda quædam mandabat, deceptus est. Tractauit etiam omnē ferè studiorum materiā. Nau & orationes eius, & poemata & epistolæ, & dialogi feruntur. In philosophia parum diligēs, egregius tamen vitiatorum insectator fuit. Multæ in eo clarique sententiæ, multa etiam morum gratia legenda: sed in eloquendo corrupta pleraque, atque eo perniciosissima, quòd abūdant dulcibus vitiis, Velles eū suo ingenio dixisse, alieno iudicio. Nā si aliqua contēpisset, si parū concupisset, si non omnia sua amasset, si rerum pondera minutissimis sententiis non fregisset, cōsensu potius eruditorum, quàm puerorum amore comprobaretur. Verum sic quoque iam robustis, & seueriore genere satis firmatis legendus, vel ideo quòd exercere potest vtrumque iudicium. Multa enim (vt dixi) probanda in eo, multa etiam admiranda sunt: eligere modo curæ sit, quod vtiā ipse fecisset. Digna enim fuit illa natura, quæ meliora vellet, quæ quod voluit effecit.

DE IMITATIONE.

CAP. II.

Imitatio uti
lis est, sed
per se non
sufficit.

E

X his cæterisque lectioni dignis auctoribus & uerborum sumenda copia est, & uarietas figurarum, & componendi ratio, tum ad exemplum uirtutum omnium mens dirigenda. Neque enim dubitari potest, quin artis pars magna contineatur imitatione. Nam ut inuenire primum fuit, estque præcipuū, sic ea quæ benè inuenta sunt, utile sequi. Atque omnis uitæ ratio sic constat, ut quæ probamus in aliis

facere ipsi uelimus. Sic literarum ductus, ut scribendi fiat usus, pueri sequuntur: sic musici nocem docentium, pictores opera priorum, rustici probatam experimento culturam in exemplum tuentur. Omnis denique disciplina: initia ad propositum sibi præscriptum formari uidemus. Et hercule necesse est, aut similes bonis, aut dissimiles finibus. Similem raro natura præstat, frequēter imitatio. Sed hoc ipsum quod tanto faciliorem nobis rationem rerum omnium facit, quàm fuit iis qui nihil quod sequerentur habuerunt, nisi caute & cum iudicio apprehenditur, nocet. Ante omnia igitur imitatio per se ipsa non sufficit, uel quia pigri est ingenii contentum esse iis quæ sunt ab aliis inuenta. Quid enim futurum erat temporibus illis quæ sine exemplo fuerunt, si homines nihil nisi quod iam cognouissent, faciendum sibi, aut cogitandum putassent? Nempe nihil fuisset inuentum. Cur igitur nefas est reperiri aliquid à nobis, quod ante non fuerit? An illi rudes sola mētis natura ducti sunt in hoc ut tam multa generarent, nos ad quærendum non eo ipso cōcitemur, quòd certe scimus inuēisse eos qui quæsierint? Et cum illi qui nullum cuiusquam rei habuerūt magistrum, plurima in posteros tradiderint, nobis usus illarum rerum ad eruēdas alias non proderit: sed nihil habebimus nisi beneficii alieni: quemadmodum quidam pictores in id solū student, vt describere tabulas mensuris ac lineis sciant. Turpe etiam illud est, esse contentum id consequi, quod imiteris. Nam rursus quid erat futurum, si nemo plus effecisset eo quod sequebatur? Nihil in poetis supra Liuium Andronicum, nihil in historiis supra pontificum annales haberemus: ratibus adhuc nauigaremus: non esset pictura nisi quæ lineas modo extremas umbræ, quam corpora in sole fecissent, circumscriberet. At si omnia percerneas, nulla sit ars qualis inuēta est, nec intra initium stetit: nisi forte nostra potissimum tempora damnamus huius infelicitatis, vt nunc demum nihil crescat. Nihil enim crescit sola imitatione. Quod si prioribus adicere fas non est, quomodo sperare possumus vllum oratorem perfectum? cum in iis quos maximos adhuc nouimus, nemo sit inuentus, in quo nihil aut desideretur, aut reprehendatur. Sed etiam qui summam non appetent, contendere potius, quàm sequi debēt. Nam qui agit vt prior sit, forsitan etiam si non transierit, æquabit. Eum vero nemo potest æquare, cuius vestigiis sibi vtique insistendum putat. Necesse est enim semper sit posterior, qui sequitur. Adde quòd plerūque facilius est plus facere, quàm idem. Tantā enim difficultatem habet similitudo, vt ne ipsa quidem natura in hoc ita valuerit, vt non res quæ siuillimæ videātur, ytique discrimine aliquo discernantur. Adde quòd quicquid alteri simile est, necesse est minus sit eo quod imitatur, vt umbra corpore, & imago facie, & actus hi

strionum veris affectibus. Quod in orationibus quoque euenit. Namque iis quæ in exemplum assumimus, subest natura, & vera vis: contra omnis imitatio ficta est, & ad alienum propositum accommodatur. Quo fit, ut minus sanguinis ac virium declamationes habeant, quam orationes: quæ in illis vera, in his assimilata materia est. Adde quæ quæ in oratore maxima sunt, imitabilia non sunt, ingenium, inuentio, vis, facilitas, & quicquid arte non traditur. Ideoque plerique cum verba quædam ex orationibus excerpserunt, aut aliquos compositionis certos pedes, mire à se quæ elegerunt, effingi arbitrantur: cum verba intercidant, inualecantque temporibus, ut quorum certissima sit regula in consuetudine, eaque non sua natura sint bona aut mala (nam per se soni tantum sunt) sed prout opportune propriæque aut secus collocata sunt, & compositio cum rebus accommodata sit, tum ipsa varietate gratissima. ¶ Quapropter exactissimo iudicio circa hanc partem studiorum examinanda sunt omnia. Primum quos imitemur. Nam sunt plurimi, qui similitudinem pessimi cuiusque & corruptissimi concupierunt. Deinde in ipsis quos elegerimus, quid sit ad quod efficiendum nos comparemus. Nam in magnis quoque auctoribus incidunt aliqua vitiosa, & à doctis inter ipsos etiam mutuo reprehensa. atque utinam tam bona imitantes dicerent melius, quam mala peius dicunt. Nec vero saltem iis quibus ad euitanda vitia iudicii satis fuit, sufficiat imaginem virtutis effingere, & solam, ut sic dixerim, cutem, vel potius illas Epicuri figuras, quas è summis corporibus dicit effluere. Hoc autem iis accidit, qui non introspectis penitus virtutibus ad primum se velut aspectum orationis aptarunt: & cum iis felicissime cessit imitatio, qui verbis atque numeris sunt non multum differentes, vim dicendi atque inuentionis non assequuntur: sed plerumque declinant in peius, & proxima virtutibus vitia comprehendunt, fiuntque pro grandibus tumidi, pressis exiles, fortibus temerarii, latis corrupti, compositis exultantes, simplicibus negligentes. Adeoque qui horridè atque in compositè quidlibet frigidum & inane extulerint, antiquis se pares credunt: qui carent cultu atque sententiis, Atticis: qui præcis conclusionibus obscuri, Sallustium atque Thucydide superant: tristes & ieiuni, Pollionem æmulantur, ociosi & supini, si quid modo legis circū duxerunt, iurant ita Ciceronem loquuturū fuisse. Noueram quosdam, qui se pulchrè expressisse genus illud huius celestis in dicendo viri sibi videretur, si in clausula posuissent, esse videatur. ¶ Ergo primum est, ut quod imitaturus est quisque, intelligat: & quare bonum sit, sciat. Tum in suscipiendo onere consulat suas vires. Nam quia quædam sunt inimitabilia, quibus aut infirmitas naturæ non sufficiat, aut diuersitas repugnet, ne cui tenue ingenium erit, sola velit fortia & abrupta: cui forte quidem, sed indomitum, amore sublimitatis & vim suam perdat, & elegantiā quam cupit, non persequatur. Nihil est enim tam indecens, quam cum mollia dura fiunt. Atque ego illi præceptorī, quem institueram in lib. ii. tradidi non ea sola docenda esse, ad quæ quemque discipulorum natura compositum videret. Nam is & adiuuare debet quæ in quoque eorum inuenerit bona, & quantum fieri potest, adicere quæ defunt, & emendare quædam & mutare. Rector enim est aliorum ingeniorū atque formator. difficilius est naturam suā fingere. Sed ne ille quidē doctor, quāquā omnia quæ recta sunt velit esse in suis auditoribus quā pleniſſima, in eo tamen cui naturā obſtare viderit, laborabit. ¶ Id quoque vitandum, in quo magna pars errat, ne in oratione poetas nobis & historicos, in illorum operibus oratores aut declamatōres imitandos putemus. Sua cuique proposita lex, suus cuique decor est. Nec comœdia in cothurnos assurgit, nec contra tragicæ loco ingreditur. Habet tamen omnis eloquentia aliquid commune. Id imitemur, quod commune est. ¶ Etiam solet hoc incōmodi accedere iis, qui se vni alicui generi dederūt, ut si asperitas iis placuit alicuius, hanc etiam in leni ac remisso causarum genere non exuant: si tenuitas ac nuditas, in asperis gravibusque causis ponderi rerum parum respondeant. Cum sit diuersa non causarum modo inter seipsas conditio, sed in singulis etiam partium causæ: sintque alia leniter, alia asperè, alia concitatè, alia remisse, alia docendi, alia mouendi gratia dicenda, quorum omnium dissimilis atque diuersa inter se ratio est. ¶ Itaque ne hoc quidem suaserim, vni se alicui propriè quem per omnia sequatur, addicere. Longe omnium perfectissimus Græcorum Demosthenes, aliquid tamen aliquo in loco melius alii: plurima ille, sed non qui maxime imitandus, etiam solus imitandus est. Quid ergo? non est satis omnia sic dicere quomodo M. Tullius dixit? Mihi quidem satis esset, si omnia consequi possem. Quid tamē noceret vim Cæsaris, asperitatem Cælii, diligentiam Pollionis, iudicium Calui, quibusdam in locis assumere? Nam præter id quod prudentis est, quod in quoque optimum est, si possit, suum facere, tum tanta rei difficultate, vnum intuentes vix aliqua pars sequitur. Ideoque cum totum exprimere quem elegeris penè sit homini incōcessum, pluriū bona ponamus ante oculos, ut aliud ex alio hæreat, & quod cuique conueniat, aptemus. ¶ Imitatio autem (nā sæpius idem dicā) nō sit tantū in verbis. Illic intendēda mens, quantum fuerit illis viris decoris in rebus atque personis, quod consiliū, quæ dispositio, quā omnia etiam

Primo spectandum & quos imitemur, & quæ in re.

Intelligēdū id quod imitari uelis, & pro modo viri suscipiendum.

Decorū materię seruandū.

Non uni soli inherēdū sed plures proponendos.

Quæ in imitando spectanda.

quæ delectationi videatur data, ad victoriam spectent, quid agant procemio, quæ ratio, & quam varia narrandi, quæ vis probandi ac refellendi, quanta in affectibus omnis generis mouendis scientia, quantaque laus ipsa popularis utilitatis gratia assumpta. quæ tum est pulcherrima, cum sequitur, non cum accersitur. Hæc si præuiderimus, tum verè imitabimur. Qui uero etiam propria his bona adiecerit, ut suppleat quæ deerant, circuncidat siquid redundabit, is erit (quem quærimus) perfectus orator: quem nunc consummari potissimum oportebat, cum tanto plura exempla bene dicendi super sunt, quam illis qui adhuc summi sunt, contigerunt. Nam erit hæc quoque laus eorum, ut priores superasse, posteros docuisse dicantur.

QVIS MODVS SCRIBENDI SIT. CAP. III.

De ora. i.

Hæc quidem auxilia extrinsecus adhibentur: in iis autem quæ nobis ipsis paranda sunt, ut laboris, sic utilitatis etiam longe plurimum affert stilus. Nec immerito M. Tullius hunc optimum effectorem ac magistrum dicendi vocat. Cui sententiæ personam L. Crassi in disputationibus quæ sunt de oratore assignando, iudicium suum cum illius auctoritate coniunxit. Scribendum ergo quam diligentissime, & quâ plurimum. Nam ut terra altius effossa generandisq; seminibus fecundior fit, sic profectus à summo petitus, studiorum fructus effundit vberius, & fidelius continet. Nā sine hac quidē conscientia, ipsa illa ex tēpore dicendi facultas inanē modo loquacitatē dabit, & verba in labris nascētia: illic radices, illic fundamenta sunt, illic opes, velut sanctiore quodam arario reconditæ, vnde ad subitos quoq; casus, cū res exigit, proferatur. Vires faciamus ante omnia, quæ sufficiant labori certaminum, & vsu non exauriantur. Nihil enim rerum ipsa natura voluit magnū effici cito, proposuitque pulcherrimo cuique operi difficultatē: quæ nascendi quoq; hanc fecerit legem, ut maiora animalia diutius visceribus parentū continerentur. ¶ Sed cū sit duplex questio, quo modo, & quæ maxime scribi oporteat, iam hinc ordinem sequar. Sit primo vel tardus, dum diligens stilus: quæramus optima, nec protinus se offerētibus gaudeamus: adhibeatur iudicium inuentis, dispositio probatis. Delectus enim rerum verborūq; habendus est, & pondera singulorum examinanda. Postea subeat ratio collocandi: versenturque omni modo numeri, non ut quodque se proferet verbum occupet locum. Quæ quidem ut diligentius exequamur, repetenda sæpius erunt scriptorum proxima. Nam præter id, quod sic melius iunguntur prioribus sequētia, calor quoq; ille cogitationis, qui scribendi mora refrigit, recipit ex integro vires, & velut repetito spatio sumit impetū. quod in certamine salendi fieri videmus, ut conatum longius petant, & ad illud quo cōtenditur spatiū, cursu ferantur: utque in iaculando brachia reducimus, & expulsi tela neruos retro tendimus. Interim tamen, si fuerit flatus, dāda sunt vela, dum nos indulgentia illa non fallat. Omnia enim nostra dum nascuntur placēt: alioqui nec scriberetur. Sed redeamus ad iudicium, & tractemus suspectam facilitatem. Sic scripsisse Sallustium accepinus, & sane manifestus est etiam ex opere ipso labor. Virgilium quoque paucissimos die cōposuisse versus, auctor est Varrus. Oratoris quidem alia conditio. Itaque hanc moram & sollicitudinem in iis impero. Nam primum hoc constituendum, hoc obtinendum est, ut quā optime scribamus: celeritatē dabit cōsuetudo. Paulatim res facilius se ostendēt, verba respondebunt, compositio sequetur, cuncta deniq; ut in familia bene instituta, in officio erunt. Sūma hæc est rei, cito scribēdo nō fit ut bene scribatur, bene scribendo fit ut cito. Sed tū maxime cū facilitas illa cōtingit, q̄ nouos impetus dabit. Nec enim rursus eos qui robur aliquod in stilo fecerūt, ad infelicē calūniādi se poenā alligādos puto. Nā quo modo sufficere ciuilibus officiis possit, qui singulis actio-

Vitia in utraque parte.

num partibus insenscat? ¶ Sunt autem quibus nihil sit satis, omnia mutare, omnia aliter dicere quā occurrit, velint: increduli quidam, & de ingenio suo pessime meriti, qui diligentiam putāt facere sibi scribendi difficultatem. Nec prōptum est dicere, utros peccare validius putem, quibus omnia sua placent, an quibus nihil. Accidit etiam ingeniosis adolecentibus frequenter, ut labore consumantur, & in silentium vsque descendant nimia bene dicendi cupiditate. Qua de re meminisse mihi Iulium Secundū illum equalem meū, atque à me, ut notū est, familiariter amatum, miræ faciundæ virum, infinitæ tamen curæ, quid esset sibi à patre suo dictum. Is fuit Iulius Florus in eloquentia Galliarū (quoniam ibi demū exercuit eam) princeps, alioqui inter paucos disertus, & dignus illa propinquitate. Is cum secundum scholæ adhuc operatum, tristem forte vidisset, interrogauit, quæ causa frontistam obductæ: nec dissimulauit adolecens, tertium iam diem esse, ex quo omni labore materiæ ad scribendum destinatæ non inueniret exordium: quo sibi nō præsens tantum dolor, sed etiam desperatio in posterum fieret. Tum Florus arridens, Nunquid tu, inquit, melius dicere vis q̄ potes? Ita se res habet, curādum est ut q̄ optime dicamus: dicendū tamen

pro facultate. Ad profectum enim opus est studio, non indignatione. Vt possimus autem scribere etiam plura celerius, non exercitatio modo præstabit, in qua sine dubio multum est, sed etiam ratio: si non resupini spectantēque testum, & cogitationem murmure agitantē expectauerimus quid obueniat, quid res poscat, quid personam deceat, quod sit tempus, qui iudicis animus intui- ti, humano quodam modo ad scribendum accesserimus. Sic nobis initia, & quæ sequuntur, natu- ra ipsa præstabit. Certa sunt enim pleraque, & nisi conuincamus, in oculos incurrunt. Ideo nec in- docti, nec rustici diu quarunt vnde incipiant: quo pudendum est magis, si difficultatem facit do- ctrina. Non ergo putemus semper optimum esse, quod latet, ne immutescamus: alioqui nihil dicendum videatur, nisi quod non inuenimus. ¶ Diversum est huic eorum vitium, qui primo quasi decurrere per materiam stilo quàm velocissimo volunt, & sequentes calorem atque impe- tum, ex tempore scribunt. hanc syluam vocant. Repetunt deinde, & componunt quæ effuderant, sed verba emendantur: & numeri manent in rebus temere congestis, quæ fudit leuitas. Protinus ergo adhibere curam rectius erit, atque ab initio sic opus ducere, vt cælandum, non ex integro fa- bricandum sit. Aliquando tamen affectus sequimur, in quibus ferè plus calor quàm diligentia va- let. ¶ Satis apparet ex eo quod hanc scribentium negligentiam damno, quid de illis dictandi deli- cius sentiam. Nani in stilo quidem quamlibet properato dat aliquam cogitationi moram non cō- sequens celeritatem eius manus. Ille cui dictamus vrget, atque interim pudet etiam dubitare, aut resistere, aut mutare, quasi consciū infirmitatis nostræ timentes. Quo fit, vt non rudia tantum & fortuita, sed impropria interim, dum sola est connectendi sermonis cupiditas, effluant, quæ nec scribentium curam, nec dicentium impetum consequantur. At idem ille qui excipit, si tardi- or in scribendo, aut inertior in legendo, velut offensator fuerit, inhibetur cursus, atque omnis quæ erat conceptæ mentis intentio, mora, & interdum iracundia excutitur. Tum illa quæ alio- rem animi motum sequuntur, quæque ipsa animum quodam modo concitant, quorum est iac- tare manum, torquere vultum, simul vertere latus, & interim obiurgare, quæque Petrus notat, cum leniter dicendi genus significat. Nec pluteum (inquit) cedit, nec demorsos sapit vngues, etia Satyr. 1.
ridicula sunt, nisi cum soli sumus. ¶ Denique vt semel, quod est potentissimum, dicam, secre- Locus secre-
tum in dictando, atque liberum arbitris locum, & quàm altissimum silentium scribentibus ma- tus eligen-
ximè conuenire nemo dubitauerit. Non tamen protinus audiendi, qui credunt aptissima in hoc dus.
nemora syluæque, quod illa cæli libertas locorumque amenitas sublimen animū, & beatiorē spiritum parent. Mihi certe iocundus hic magis, quàm studiorum hortator videtur esse secessus. Namque illa ipsa quæ delectant, necesse est auocent ab intentione operis destinati. Neque enim se bona fide in multa simul intendere animus totum potest: & quocunque respexerit, definit intue- ri quod propositum fuerat. Quare sylvarum amenitas, & præterlabentia flumina, & inspirantes ramis arborum aura, volucrumque cantus, & ipsa latè circumspectiendi libertas, ad se trahunt: vt mihi remittere potius voluptas ista videatur cogitationem, quàm intēdere. Demosthenes melius, qui se in locum, ex quo nulla exaudiri vox, nihilque prospici posset, recondebat, ne aliud agere me- tem cogenter oculi. Ideoque lucubrantē silentium noctis, & clausum cubiculum, & lumen vnū velut tectos maximè teneat. ¶ Sed cum in omni studiorū genere, tum in hoc præcipuè bona va- letudo, quæque eam maximè præstat, frugalitas necessaria est, cum tempora ab ipsa rerum natura ad quietem refectionemque nobis data, in acerrimū laborem conuertimus. Cui tamen non plus it- rogandum est, q̃ quod somno supererit, haud deerit. Obstat enim diligentia scribendi etiam fati- gatio: & abundè, si vacet, lucis spacia sufficiunt: occupatos in noctem necessitas agit. Est tamen lu- cubratio, quoties ad eam integri ac refectionis venimus, optimum secreti genus. ¶ Sed silētium, & se- cessus, & vndique liber animus, vt sunt maximè optanda, ita non possunt semper cōtingere. Ideo- que non statim si quid obstreper, abiiciendi codices erunt, & deplorandus dies: verum incommo- dis repugnandum, & hic faciendus vsus, vt omnia quæ impediunt, vincat intentio: quam si tota mente in opus ipsum direxeris, nihil eorum quæ oculis vel auribus incurfant, ad animum perue- nient. An vero frequenter etiam fortuita hoc cogitatio præstat, vt obuios non videamus, & itinere deeremus, non consequemur idem si & voluerimus? Non est indulgendum causis deficiæ. Deficiæ re-
Nam si non nisi refectionis, non nisi hilares, non nisi omnibus aliis curis vacantes, studendum existi- mouenda.
mauerimus, semper erit propter quod nobis ignoscamus. Quare in turba, itinere, conuiuio etiam faciat sibi cogitatio ipsa secretum. Quid alioqui fiet, cum in medio foro, tot circumstantibus iu- diciis, iurgis, fortuitis etiam clamoribus, erit subito continua oratione dicendum, si particulas quas caris mandamus, nisi in solitudine reperire non possumus? Propter quæ ille idem tatus ama- tor secreti Demosthenes, in littore, in quod maximo cum sono fluctus illideret, meditans con- suecebat concionū fremitus nō expandere. ¶ Illa quoque minora (sed nihil in studiis parū est) nō

In ceteris scri-
bendum.

sunt trāseunda, scribi optimē caris, in quibus facillima est ratio delendi: nisi forte visus infirmior membranarū potius vsum exiget, quā vt iuuant aciem, ita crebra relatione, quoad intinguntur ca- lami, morantur manū, & cogitationis impetū frangunt. Relinquenda autem in vtrolibet genere vacua: tabellæ, in quibus libera adiiciendi sit excursio. Nam interim pigritiā emendanti angustia faciunt, aut certe nouorū interpositione priora cōfunduntur. Ne latas quidē vltra modū esse cæ- ras velim, expertus iuuenem studiosum aliqui prælongos habuisse sermones, quia illos numero versū metiebatur: idq; vitiū, quod frequenti admonitione corrigi non potuerat, mutatis codici- bus esse sublatū. Debet vacare etiā locus in quo notentur, quæ scribentibus solent extra ordinem, id est ex aliis, q̄ qui sunt in manibus, locis occurrere. Irrumpunt enim optimi nonnunquā sensus, quos neque inlerere oportet, nec differre tutum est: quia interim elabūtur, interim memoriæ suæ intentos ab alia inuentione declinant. Ideoque optimē sunt in deposito.

DE EMENDATIONE.

CAP. IIII.

Equitur emendatio, pars studiorum longe vtilissima. Neq; enim sine causa cre- ditum est, stilum non minus agere cum delet. Huius autem operis est adicere, detrachere, mutare. Sed facilius in iis simpliciūque iudicium, quæ replenda vel deicienda sunt, premere vero tumentia, humilia extollere, luxuriantia astrin- gere, inordinata digerere, soluta componere, exultantia coercere, duplicis ope- ræ. Nam & damnanda sunt quæ placuerant, & inuenienda quæ fugerāt. ¶ Nec dubium est, opti- mum esse emendandi genus, si scripta in aliquot tempus reponantur, vt ad ea post interuallum vel- lut noua atque aliena redeamus, ne nobis scripta nostra quasi recentes foetus blandiantur. Sed ne- que hoc contingere semper potest, præsertim oratori, cui sæpius scribere ad præsentes vsus necesse est. Et ipsa emendatio finem habet. Sunt enim qui ad omnia scripta tanquam vitiosa redeant, & quasi nihil fas sit rectū esse quod primum est, melius existiment quicquid est aliud: idque faciant, quoties librum in manus resumplerint, similes medicis etiam integra secantibus. Accidit itaque vt cicatricosa sint & exanguia, & cura peiora. Sit ergo aliquādo quod placeat, aut certe quod suf- ficiat, ut opus poliat lima, non exerat. ¶ Temporis quoque esse debet modus. Nam quod Cinnæ Smyrnam nouem annis accipimus scriptam, & Panegyricum Isocratis, qui parcissimē, decem an- nis dicunt elaboratum, ad oratorem nihil pertinet: cuius nullum erit, si tam tardum fuerit auxi- lium.

QVAE SCRIBENDA SVNT PRAECIPVE.

CAP. V.

Roximum est vt dicamus, quæ præcipuē scribenda sint. Hoc exuberātis quidem est operis, vt explicemus quæ sint materiae: quæ prima aut secunda, aut deinceps tractanda sint. Nam id factum est etiam primo libro, quo puerorum: & secūdo, quo iam robustiorum studiis ordinem dedimus. Sed de quo nunc agitur, vnde co- pia & facilitas maximē veniat. ¶ Vertere græca in latinum veteres nostri ora-

P

Vertenda
græcā in la-
tinum.

tores optimum iudicabant. Id se L. Crassus in illis Ciceronis de Oratore libris dicit factitasse. Id Cicero sua ipse persona frequentissimē præcipit. Quin etiā libros Platonis atq; Xenophontis edi- dit hoc genere trāslatos. Marco id Messalæ placuit, multa que sunt ab eo scriptæ ad hunc modum orationes: adeo vt etiam cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis subtilitate contēderet. Et manifesta est exercitationis huiusce ratio: nam & rerum copia Græci auctores abun- dant, & plurimū artis in eloquentiā intulerunt, & hos trāsferentibus, verbis vti optimis licet. Om- nibus enim vtimur nostris. Figuras vero quibus maximē ornatur oratio, multas & varias excogi- tandi etiam necessitas quædam est: quia plerunque à Græcis Romana dissentiant. ¶ Sed etiam illa ex Latinis conuersio, multum & ipsa contulerit. Ac de carminibus quidem neminem credo dubi- tare, quo solo genere exercitationis dicitur vsus esse Sulpitius. Nam & sublimis spiritus attollere orationem potest, & verba poetica libertate audaciora, præsumunt eandem proprie dicendi facul- tatem. Sed & ipsis sententiis adicere licet oratorum robur, & omīssa supplere, & effusa subtrin- gere. Neque ego παρὰ τὸ γένος esse interpretationem tantum volo, sed circa eosdē sensus certamen atque æmulationem. ¶ Ideoque ab illis dissentio, qui vertere orationes latinas vetant, quia opti- mis occupatis, quicquid aliter dixerimus, necesse sit esse deterius. Nam neque semper est desperan- dum aliquid illis quæ dicta sunt melius posse reperiri: neque adeo ieiunam ac pauperem natura eloquentiam fecit, vt vna de re bene dici nisi semel non possit. Nisi forte histrionū multa circa vo- ces easdē variē gestus potest, orandi minor vis, vt dicatur aliquid, præter quod in eadem materia nihil dicendum sit. Sed esto, neque melius quod inuenimus esse, nec par, est certe proximis locus. An non ipsi nos bis ac sæpius de eadem re dicimus, & quidem continuas nōnunquam sententias? Nisi forte contendere nobiscū possumus, cum aliis non possumus. Nam si vno tantū genere bene dicitur,

Latina in se
ipsa vertē-
da.

dicetur, fas erit existimari præclusam nobis à prioribus viam in dicendo. Nunc vero innumerabiles sunt modi, plurimæque eodem viæ ducunt: sua breuitati gratia, sua copiae, alia trāsatis virtus, alia propriis. Hoc oratio recta, illud figura declinata commendat. Ipsa denique vtilissima est exercitationi difficultas. Quid, quod auctores maximi sic diligentius cognoscuntur? Non enim scripta, lectione secuta transcurrimus, sed tractamus singula, & necessario introspicimus, & quantum virtutis habeant vel hoc ipso cognoscimus, quod imitari non possumus. ¶ Nec aliena tantum transferre, sed etiam nostra pluribus modis tractare proderit, vt ex industria sumamus sententias quasdam, easque versemus quæ numerosissime, velut eadem cæra aliæ atque aliæ formæ duci solent. Plurimum autem parari facultatis existimo ex simplicissima quaque materia. Nam in illa multiplici personarum, causarum, temporum, locorum, dictorum, factorum diuersitate facile delitescet infirmitas, tot se vndique rebus, ex quibus aliqua apprehendas, offerentibus. Illud virtutis indicium est, fundere quæ natura contracta sunt, augere parua, varietatem similibus, voluptatem expositis dare, & bene dicere multa de paucis. In hoc optimè facient infinitæ quæstiones, quas vocari Theſeis diximus, quibus Cicero iam princeps in rep. exerceri solebat. His confinis est destructio & confirmatio sententiarum. Nam cum sit sententia decretum quoddam atque præceptum, quod de reo idem de iudicio rei quæri potest. Tum loci communes, quos etiam scriptos ab oratoribus scimus. Nam qui hæc recta tantum, & in nullos flexus recedentia copiose tractauerit: vtique in illis plures excursus recipientibus magis abundabit, eritque in omnes causas gratus. Omnes enim generalibus quæstionibus cōstant. Nam quid interest, Cornelius Trib. pl. quod codicem legerit, reus sit, an quæramus violetur ne maiestas, si magistratus rogationem suā populo ipse recitauerit? Milo Clodii rectè ne occiderit, veniat in iudicium, an oporteat ne infidiatorem interfici, vel perniciosum reip. ciuem etiam si non infidietur? Cato Martiam honestè ne tradiderit Hortensio, an conueniat nec ne talis bono viro? De personis indicatur, sed de rebus contenditur. ¶ Declamationes vero quales in scholis rhetorum dicuntur, si modo sunt ad veritatem accommodatæ, & orationibus similes, non tantum dum adoleſcit profectus, sunt vtilissimæ, quæ inuentionem & dispositionem pariter exercet, sed etiam cum est consummatus, ac iam in foro clarus. Alitur enim atque enitescit velut pabulo latiore facundia, & assidua contentionum asperitate fatigata renouatur. Quapropter historia non nunquam vbertas in aliqua exercendi stili parte ponenda, & dialogorum libertate gestiendū. Ne carmine quidem ludere contrariū fuerit, sicut athletæ remissa quibusdam temporibus ciborum atque exercitationum certa necessitate, ocio & iucundioribus epulis reficiuntur. Ideoque mihi videtur M. Tullius tantum intulisse eloquentiæ lumen, quod in hos quoque studiorum secessus excurret. Nam si nobis sola materia fuerit ex litibus, necesse est deteratur fulgor, & dureſcat articulus, & ipse ille mucro ingenii quotidiana pugna retundatur. ¶ Sed quemadmodum forensibus certaminibus exercitatos, & quasi militantes reficit ac reparat hæc velut sagina dicendi, sic adolescentes non debent nimium in fallacrerum imagine detineri, & inanibus simulacris: vsque adeo vt difficile ab iis digressos sit assuefacere, ne ab illa in qua prope consenuerint umbra, vera discrimina velut quendam solem reformident. Quod accidisse etiam Porcio Latroni, qui primus clari nominis professor fuit, traditur: vt cum ei summam in scholis opinionem obtinenti causa in foro esset oranda, impense petierit, vti subſellia in basilicam transferretur: ita illi calum nouum fuit, vt omnis eius eloquentia contineri tecto ac parietibus videretur. Quare iuuenis, qui rationem inueniendi eloquendi quæ à præceptoribus diligenter acceperit, quod non est infiniti operis, si docere sciant, & vel exercitationem quoque modicam fuerit consecutus, oratorem sibi aliquem (quod apud maiores fieri solebat) deligat, quæ sequatur, quem imitetur, iudiciis intersit quæ plurimis, & sit certaminis cui destinatur frequens spectator, tum causas vel easdem quas agi audierit, stilo & ipse cōponat, vel etiam alias, veras modo, & vtrunque tractet, & quod in gladiatoribus fieri videmus, in rebus actis exerceatur, ut fecisse Brutum diximus pro Milone. Melius hoc quæ rescribere veteribus orationibus, ut fecit Sextus contra Ciceronis actionem habitam pro eodem, cum alteram partem satis nosse non posset ex sola defensione. Citius autem sic idoneus erit iuuenis, quem præceptor coegerit in declamando quæ simillimum esse veritati, & per totas ire materias, quarum nunc facillima & maximè fauorabilia decerpunt. Obstat huic (quod secundo libro posui) serè turba discipulorum, & consuetudo classium certis diebus audiendarum, non nihil etiam persuasio patrum numerantium potius declamationes, quæ æstimationum. Sed quod dixi primo (ut arbitror) libro, nec ille se bonus præceptor maiore numero, quæ sustinere possit onerabit, & nimiam loquacitatem recidet, ut omnia quæ sunt in controuersia, non (ut quidam uolunt) quæ in rerum natura dicantur, & uel longiore potius dierum spatio laxabit dicendi necessitatem, uel materias diuidere permittet. Vna enim diligenter effecta plus proderit, quam plures inchoatæ, & quasi degustatæ. Propter quod accidit, ut nec suo loco quicquid ponatur,

De declamatio.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

nec illa quæ prima sunt seruent suam legem, iuuenibus flosculos omnium partiū in ea quæ sunt dicturi congerentibus: quo fit, vt timentes ne sequentia perdant, priora confundant.

DE COGITATIONE.

CAP. VI.

P

Roxima stilo cogitatio est, quæ & ipsa vires ab hoc accipit, & est inter scribēdi laborem, extemporalemq; fortunā media quædā, & nescio an vsus frequentissimī. Nam scribere, nec vbiq; nec semper possumus, cogitationi temporis ac loci plurimū est. Hæc paucis admodum horis magnas etiam causas complectitur.

Hæc quoties intermissus est somnus, ipsis noctis tenebris adiuuatur. Hæc inter medios rerum actus aliquid inuenit vacui, nec ocium patitur. Neque vero rerum ordinem modo (quod ipsum satis erat) intra se ipsa disponit: sed verba etiam copulat, totāque ita contextit orationem, vt ei nihil præter manum desit. Nam memoriæ quoque plerunque inhæret fidelius, quod nulla scribendi securitate laxatur. ¶ Sed ne ad hanc quidem vim cogitandi perueniri potest, aut subito, aut cito. Nam primū facienda multo stilo forma est, quæ nos etiam cogitantes sequatur. tum assumendus vsus paulatim, vt pauca primum complectamur animo, quæ reddi fideliter possint, mox per incrementa tam modica, vt onerari se labor ille non sentiat, augenda vsu, & exercitatione multa continenda est, quæ quidē maxima ex parte memoria constat: ideoque aliqua mihi in illum locum differenda sunt. Eo tamen peruenit, vt is cui non refragetur ingenium, acri studio adiutus tantum consequatur, vt ea etiam quæ cogitarit, quæque scripserit atque edidicerit, in dicendo fidem seruet. Cicero certe Græcorum Metrodorum Sceptium, & Eriphylum Rhodium, nostrorūque Hortensium tradidit, quæ cogitauerant ad verbum in agendo retulisse. Sed si forte aliquis inter dicendum effulserit extemporalis color, non superstitiosè cogitatis demum est inhærendum. Neque enim tantum habent curæ, vt non sit dandus & fortunæ locus, cum sæpē etiā scriptis ea quæ subito nata sunt, inserantur. Ideoque totum hoc exercitationis genus ita instituentum est, vt & digredi ex eo, & redire in id facile possimus. Nam vt primum est domo afferre paratam dicendi copiam & certam, ita refutare temporis munera longē stultissimum est. Quare cogitatio in hoc præparetur, vt nos fortuna decipere non possit, adiuuare possit. Id autem fiet memoriæ viribus, vt ea quæ complexi animo sumus, fluant secuta, ne sollicitos & respicientes, & vna spe suspensos recordationis non sināt præuidere. alioqui vel extemporalem temeritatem malo, quā male coherētem cogitationem. Peius enim quaritur rectorus, quia cum illa desideramus, ab aliis auertimur, & ex memoria potius repetimus, q̄ ex materia. Plura sunt autem si vtrunque querendum est, quæ inueniri possunt, quā quæ inuenta sunt.

QVEMADMODVM EXTEMPORALIS FACVLITAS

paretur & contineatur.

CAP. VII.

M

Aximus vero studiorum fructus est, & velut præmium quoddam amplius longi laboris extempore dicendi facultas: quam qui non erit consecutus, mea quidem sententia ciuilibus officiis renunciat, & solam scribendi facultatem potius ad alia opera conuertet. Vix enim bonæ fidei viro conuenit, auxilium in publicū polliceri, quod præsentissimis quibusque periculis desit, vt indicare portū, ad quē nauis accedere, nisi lenibus ventis vecta, non possit. Siquidem innumerabiles accidunt subitæ necessitates vel apud magistratus, vel representatis iudiciis continuo agendi: quarum si qua non dico cuiusque innocentium ciuium, sed amicorum atque propinquorum alicui euenerit, statim ne mutus, & salutarem petentibus vocem, statimque si nō succurratur, perituris, moras & secessum & silentium quæret, dum illa verba fabricentur, & memoriæ incidāt, & vox ac latus præparetur? Quæ vero patitur hoc ratio, ut quisq; sit orator imparatus ad casus? Quid cum aduersario respondendum erit, fiet? Nam sæpē ea quæ opinati sumus, & contra quæ scripsimus, fallunt, ac tota subito causa mutatur. Atque vt gubernatori ad incursus tempestatum, sic agentī ad varietatem causarum ratio mutanda est. Quid porro multus stilius, & assidua lectio, & longa studiorū ætas facit, si manet eadem quæ fuit incipientibus difficultas? Perisse profecto confitendum est præteritū laborem, cui semper idem laborandum est. Neque ego hoc ago, vt extempore dicere malit, sed vt possit. ¶ Id autem maxime hoc modo consequemur. Nota sit primum dicendi via. Neque enim prius contingere cursus potest, q̄ scierimus quō sit, & quā perueniendum. Nec satis est non ignorare quæ sint causarum iudicialium partes, aut questionum ordinem rectè disponere, quanquā ista sunt præcipua: sed quid quoque loco primum sit, quid secundum, ac deinceps: quæ ita sunt natura copulata, vt mutari aut interuelli sine confusione non possint. Quisquis autem viam discet, ducetur ante omnia rerum ipsa serie, velut duce: propter quod homines etiam modicè exercitati, facillimè tenorem in narrationibus seruant. Deinde quid quoque loco quærent, scient, nec circumspe-

Quid faciendum.

circumſpectabūt, nec offerentibus ſe aliunde ſenſibus turbabuntur: nec confundent ex diuerſis oratione velut ſaltantes huc, illuc, nec vſquam inſiſtentes. Poſtremo habebunt modū & finem, qui eſſe citra diuiſionem nullus poteſt. Expletis pro facultate omnibus quæ propoſuerint, perueniſſe ſe ad vltimum ſentient. ¶ Et hæc quidem ex arte, illa vero ex ſtudio, vt copiam ſermonis optimi, quemadmodum præceptum eſt, cōparemus: multo ac fideli ſtilo ſic formetur oratio, vt ſcripto-
rum colorem etiam ea quæ ſubito effuſa ſint reddant, vt cum multa ſcripſerimus etiā quā multa dicamus. Nam conſuetudo & exercitatio facilitatem maximè parit: quæ ſi paulum intermiſſa fuerit, non velocitas illa modo tardatur, ſed *ὀργή* ipſum coit atque concurrat. Quanquā enim opus eſt naturali quadā mobilitate animi, vt dū proxima dicimus ſtruere vltiora poſſimus, ſemperq; noſtrā uocem prouiſa & formata cogitatio excipiat, uix tamen aut natura aut ratio in tam multiplex officiū diducere animū queat, ut inuentioni, diſpoſitioni, elocutioni, ordini uerborum rerumq; tum iis quæ dicit, quæ ſubiūcturus eſt, quæ ultra ſpectanda ſunt, adhibita uocis, pronunciationis, geſtus obſeruatione una ſufficiat. Longè enim præcedat oportet intentio ac præſes agat: quantūq; dicendo cōſumitur, tantū ex vltimo prorogetur, vt donec perueniamus ad finē, non minus proſpectu procedamus q̄ gradu, ſi non interſiſtentes offendantēſq; breuia illa, atq; con-
ciſa ſingulantū modo eiecturi ſumus. Eſt igitur vſus irrationabilis quidā, quē Græci *ἄλογον τριβὴν* vocant, quo manus in ſcribendo decurrit, quo oculi totos ſimul in lectione verſus, flexūſque eorū, & tranſitus intuetur, & ante ſequentia vident, q̄ priora dixerunt. Quo cōſtant miracula illa in ſcenis piliorū ac ventilatorū, vt ea quæ emiſerint vltro venire in manus credas, & qua iubetur decurrere. Sed hic vſus ita proderit, ſi ea de qua locuti ſumus ars anteceſſerit, vt ipſum illud quod in ſe rationem non habet, in ratione verſetur. Nam mihi ne dicere quidē videtur, niſi qui diſpoſitē, ornatē, copioſe dicit. Sed nec tumultuarii nec fortuiti ſermonis contextū mirabor vnq̄, quem iurgantibus etiā mulierculis ſuperfluere video: quem ſi calor & ſpiritus tulit (frequēter enim accidit, vt ſucceſſum extemporalem conſequi cura non poſſit) Deum tunc affuiſſe, cū id eueniſſet, veteres oratores (vt Cicero dicit) aiebant. Sed ratio manifeſta eſt. Nā bene concepti affectus, & recentes rerū imagines continuo impetu feruntur, quæ nonnunq̄ mora ſtili refrigeſcūt, & dilata nō reuertuntur. Vtiq; vero cū infelix illa verborū cauillatio acceſſit, & curſus ad ſingula veſtigia reſtitit, non poteſt ferri contorta viſ. Sed vt optimè vocum ſingularum cedat electio, non continua ſed cōpoſita eſt. ¶ Quare capiendæ ſunt illæ, (de quibus dixi) rerū imagines, quas vocari *φαντασίαις* Phantaſiæ, indicauimus, omniāq; de quibus dicturi erimus, perſonæ, quaſtiones, ſpes, metus, habenda in oculis, in affectus recipienda. Peſtus eſt enim quod diſertos facit, & viſ mentis. Ideoq; imperitis quoq; ſi modo ſunt aliquo affectu cōcitati, verba non deſunt. ¶ Tū intendendus animus, non in aliquā rem vnā, ſed in plures ſimul cōtinuas: vt ſi per aliquā rectam viam mittamus oculos, ſimul omnia quæ ſunt in ea, circūq; intuemur, nō vltimum tantū videmus, ſed vſq; ad vltimū. ¶ Addit ad dicendū etiam pudor ſtimulos, habet & dicendorū expectata laus: mirūq; videri poteſt, q̄ cum ſtulus ſecreto gaudeat, atq; omnes arbitros reformidet, extemporalis actio auditorum frequentia, vt miles congeſtu ſignorū excitatur. Nāq; & difficiliorem cogitationem exprimit, & expellit dicendi neceſſitas, & ſecundos impetus auget placendi cupido. Adeo præmiū omnia expectant, vt eloquentia quoq; q̄ plurimū habet in ſe voluptatis, maximè tamen præſenti fructu laudis opinio-
niſq; ducatur. ¶ Nec quiſquā tantū fidat ingenio, vt id ſibi ſperet incipiēti ſtatim poſſe cōtingere. Sed ſicut in cogitatione præcepimus, ita facultatem quoq; extemporalem à paruis initiis paulatim perducemus ad ſummam, quæ nec perſici, nec contineri niſi uſu poteſt. Caterum peruenire eo debet, ut cogitatio non utique melior ſit ea, ſed tutior, cum hanc facilitatem non in proſa modo multi ſint confeſcuti, ſed etiam in carmine, ut Antipater Sidonius, & Licinius Archias. Credendum enim Ciceroni eſt: non quia noſtris quoque temporibus non & fecerint quidā hoc & faciant: quod tamen ipſum non tam probabile puto (neque enim habet aut uſum res, aut neceſſitatem) quā exhortandis in hanc ſpem qui foro præparantur, vtile exemplum. ¶ Neq; vero eſſe vnq̄ tantā fidutiā facilitatis uelim, ut nō breue ſaltē tēpus, quod nuſq̄ ferē decrit, ad ea quæ dicturi ſumus deſpicienda ſumamus. Quod quidē in iudiciis ac foro datur ſemper. Neq; enim quiſq; eſt, qui cauſam quā non didicerit, agat. Declamatores quoſdā peruerſa ducit ambitio, ut expoſita cōtro-
uerſia protinus dicere uelint: quin etiā quod eſt in primis friuolū ac ſcenicū, uerbum petant quo incipiant. Sed tam contumelioſos in ſe ridet inuicem eloquentia, & qui ſtultis eruditi uideri uolunt, ſtulti eruditus uidentur. Si qua tamen fortuna tam ſubitā fecerit agendi neceſſitatem, mobiliore quodam opus erit ingenio, & uis omnis intendenda rebus, & in præſentia remittendum aliquid ex cura uerborū. Si ſequi utrunque non dabitur, tum & tardior pronuntiatio moras habet, & ſuſpenſa ac ueluti dubitans oratio, ut tamen deliberare, non hæſitare uideamur. Hoc dū egredi

Studium.

Phantaſia.

Intentio.

Pudor.

Facultas diſ-
ſicilis.Meditatio
adhibenda.

mur è portu, si nos nondum aptatis satis armamentis aget uentus: deinde paulatim simul euntes aptabimus vela, & disponemus rudentes, & impleri sinus optabimus. Id potius, q̃ se inani verborũ torrenti dare quasi tempestatibus, quo uolent auferendum. Sed non minore studio cõtinetur hæc facultas, q̃ paratur. Ars enim semel percepta non labitur, stilus quoque intermissione paulum admodum de celeritate perdit, promptum hoc & in expedito positũ exercitatione sola continetur. Hac uti sic optimum est, ut quotidie dicamus audientibus pluribus, maximè de quorũ sumus iudicio ac opinione solliciti. Rarum est enim ut satis se quisquã vereatur. Vel soli tamen dicamus potius, q̃ non omnino dicamus. Est alia exercitatio cogitandi, totãq; materias vel silentio, dũ tamen quasi dicat intra seipsum, persequendi: quæ nullo non & tempore & loco, quando non aliud agimus, explicari potest, & est in parte utilior q̃ hæc proxima. Diligentius enim componitur, q̃ illa in qua contextum dicendi intermittere veremur. Rursus illa prior plus confert vocis firmitate, oris facilitate, motu corporis, qui & ipse (ut dixi) excitat oratorem, & iactatione manus, pedis suppletionem, sicut cauda leones facere dicuntur, hortatur. Studendũ uero semper & ubique. Neque enim ferè tam ullus est dies occupatus, ut nihil lucrativæ (ut Cicero Brutũ facere tradit) opera: ad scribendum, aut ad legendũ, aut ad dicendũ rapi aliquo momento tẽporis possit. Siquidem C. Carbo etiã in tabernaculo solebat hac uti exercitatione dicendi. Ne id quidem tacendũ est, quod eidẽ Ciceroni placet, nullum nostrũ usquam negligentem esse sermonẽ: quicquid loquemur, ubique; sit pro sua scilicet portione perfectũ. Scribendũ certe nunq̃ est magis, q̃ cum multa dicimus extempore. Ita enim seruabitur pondus, & intrans illa verborũ facilitas in altum reducetur: sicut rustici proximas vitis radices amputant quæ illam in summũ solum ducant, ut inferiores penitus descendendo firmentur. Ac nescio an utrunque cum cura & studio fecerimus, inuicem proficit, ut scribendo dicamus diligentius, dicendo scribamus facilius. Scribendum ergo quoties licebit: si id non dabitur, cogitandum: ab utroque exclusi, debent tamen adniti, ut neque deprehensus orator, neque litigator destitutus esse videatur. Plerunq; autem multa agentibus accidit, ut maximè necessaria, & utique initia scribant: cetera quæ domo afferunt, cogitatione cõplectantur, subitis ex tempore occurrant. Quod fecisse M. Tullium cõmentariis ipsius apparet. Sed feruntur aliorũ quoq; & inuenti forte, ut eos dicturus, quisq; cõposuerat, & in libros digessi, ut causerũ quæ sunt actæ à Sernio Sulpitio, cuius tres orationes extant. Sed hi, de quibus loquor, cõmentarii ita sunt exacti, ut ab ipso mihi in memoriã posteritatis videantur esse compositi. Nam Ciceronis ad præfens modo tempus aptatos libertus Tiro contraxit: quos non ideo excuso, quia non probem, sed ut sint magis admirabiles. In hoc genere prorsus recipio hanc breuem annotationem, libellõsque qui vel manu teneantur, & ad quos interim respicere fas sit. Illud quod Ienas præcipit, displicet mihi, quæ scripserimus, in summas siue cõmentarios & capita conferre. Facit enim & discendi negligentia hæc ipsa fiducia, & lacerat ac deformat orationem. Ego autem ne scribendũ quidem puto, quod nõ finis memoria profecturi. Nam hoc quoque accidit, ut reuocet nos cogitatio ad illa elaborata, nec sinat præsentem fortunam experiri. Sic anceps inter utrunque animus aestuat, cum & scripta perdit, & nõ quærat noua. Sed de memoria destinatus est proximo libro locus, nec huic parti subiungendus, quia sunt alia prius nobis dicenda.

M. Fabii Quintiliani de institu-

TIONE ORATORIA LIB. XI.

DE APTE DICENDO. CAP. I.

ARATA, sicut superiore libro cõtinetur, facultate scribendi cogitandique, & ex tempore etiam cum res poscet orandi, proxima est cura ut dicamus aptè: quam uirtutem elocutionis quartam Cicero demonstrat, quæque est meo quidem iudicio maximè necessaria. Nam cum sit ornatus orationis uariis & multiplex, conueniatque aliis aliis, nisi fuerit accommodatus rebus atque personis, non modo non illustrabit eam, sed & destruet, & uim rerum in contrarium uertet. Quid enim prodest esse uerba & latina, & significantia, & nitida, figuris etiam numerisque elabo-

rata, nisi cum iis in quæ iudicem duci formarique uolumus, consentiant? Si genus sublime dicendi paruis in causis, paruum limatũque grandibus, lætum tristibus, lenè asperis, minax supplicibus, summissum concitatis, trux atque uolentium iucundis adhibeamus: ut monilibus & margaritis, ac ueste longa, quæ sunt ornamenta sceminarum, deformentur uiri: nec habi-

tus tri-

tus triumphalis, quo nihil cogitari potest augustius, sceminas deceat. ¶ Hunc locū Cicero breuiter in tertio de O.atore libro perstringit: neque tamen videri potest quicquid omisisse, dicendo, Non omni causā, nec auditori, nec personā, nec tēpori congruere orationis vnū genus: nec ferē pluribus in oratore eadem. Sed illic L. Crassus, cum apud summos oratores, hominēque eruditissimos dicat, satis habet partem hanc uelut notare inter agnoscentes. Et hic Cicero alloquens Brutum testatur esse hæc ei nota, ideoque breuius à se dici, quā sit fufus locus, tracteturque à philosophis latius. Nos institutionē professi, non solum scientibus ista, sed etiā discētibz, tradidimus: ideoque paulo pluribus verbis debet haberi uenia. ¶ Quare notū sit nobis ante omnia, quid conciliando, APTE di-
docendo, mouēdo iudici cōueniat, quid quaque parte orationis petamus. Ita nec vetera, nec transla- cere.
ta, aut ficta uerba incipiendo, narrando, argumentando tractabimus, neque de currentis contexto nitore circuitus, ubi diuidentia erit causā, & in partes suas dirigenda, neque humile atque quotidianum sermonis genus, & cōpositione ipsa dissolutū epilōgis dabimus, nec iocis lachrymas, nec rursus lachrymas ubi opus erit miseratione, siccabimus. Nā ornatus omnis non tam sua quā rei cui adhibetur, conditione constat: nec plus refert quid dicas, quā quo loco. ¶ Sed totum hoc apte dicere, non elocutionis tantū genere constat, sed est cum inuētiōe cōmune. Nam si tantū habent etiam uerba momentū, quanto res ipsæ maius? Quarum quæ esset obseruatio, suis locis subinde subiciemus. ¶ Illud est diligentius docendū, eum demum dicere apte, qui non solum quid expediat, sed etiā quid deceat, inspexerit. Nec me fugit plerumque hæc esse coniuncta. Nam quod decet, ferē prod- Decorū ser-
dest: neque alio magis animi iudici cōciliari, aut si res in contrariū tulit, alienari solent. Aliquando uandum.
tamen & hæc dissentiant. Quoties autē pugnabunt, ipsam utilitatē vincet quod decet. Nam quis nescit nihil magis profuturū ad absolutionē Socrati fuisse, quā si esset usus illo iudiciali genere defensionis, & oratione summissa cōciliasset iudici animos sibi, crimēque ipsum sollicitē redarguisset? Verū id minimē eū decebat, ideoque sic egit, ut qui pœnā suā honoribus summis esset æstimatus. Maluit enim uir sapientissimus quod superesset ex uita sibi perire, quā quod præterisset. Et quādo ab hominibus sui temporis parū intelligebatur, posterorū se iudiciis referuauit, breui detrimento iam ultimā senectutis, æuū seculorū omnium consecutus. Itaque quis Lysias, qui tum in dicendo præstantissimus habebatur, defensionem illi scriptā obtulisset, uti ea noluit, cum bonā quidem, sed parum sibi conuenientem iudicasset. Quo uel solo patet, non persuadendi, sed bene dicendi finem in oratore seruandū, cum interim persuadere deforme sit. Non fuit hoc uile absolutioni: sed (quod est maius) homini fuit. Et nos secundum cōmunem potius loquendi consuetudinem, quā ipsam ueritatis regulam, diuisione hac utimur, ut ab ea quod deceat, utilitatē separemus. Nisi forte prior ille Aphricanus, quia patria cedere, quā cū Trib. pl. humillimo contendere de innocentia sua, maluit, inutiliter sibi uideretur consuluisse: aut P. Rutilius, uel cum illo penē Socratico genere defensionis est usus, uel cum reuocante eum P. Sylla manere in exilio maluit, quid sibi maximē conduceret nesciebat. Hi uero parua illa, quæ abiectissimus quisque animus utilia credit, si cum uirtute conferantur, despiciēda iudicauerunt, ideoque perpetua seculorum admiratione celebrantur. Neque nos finis tam humiles, ut quæ laudamus inutilia credamus. Sed hoc qualecūque discrimen raro admodum euenit. ¶ Cæterum idem ferē (ut dixi) in omni genere causarum & proderit & decebit. Est autem quod omnes & semper & ubique persuadere ac dicere honestē, honestēque facere deceat, contraque neminē unquam ullo in loco turpiter. Minora uero quæ sunt ex mediis, plerumque sunt talia, ut aliis sint concedenda, aliis non sint, aut pro persona, tempore, loco, causā, magis ac minus, Iactatio sui
uel excusata debeant uideri, uel reprehendenda. ¶ Cum dicamus autē de rebus, aut alienis, aut no- uitanda.
stris, diuidentia est ratio eorum, dum sciamus pleraque neutro loco cōuenire. In primis enim omnis sui uitiosa iactatio est, eloquentiæ tamen in oratore præcipuē: affertque audientibus non fastidium modo, sed plerumque etiā odium. Habet enim mens nostra natura sublime quiddam & erectum, & impatiens superioris. Ideoque abiectos aut submittentēs se libenter alleuamus, quia hoc facere tanquam maiores uidemur: & quoties discessit æmulatio, succedit humanitas. At qui se supra modum extollit, premere ac despiciere creditur: nec tam se maiore, quam minores cæteros facere. Inde inuidēt humiliores: nam hoc uitium est eorum, qui nec cedere uolunt, nec possunt contendere, rident superiores, improbant bonos. Plerumque uero deprehendas arrogantū fallacem de se opinionem, sed in ueris quoque sufficit conscientia. Reprehensus est in hac parte non mediocriter Cicero: quod is quidem rerū à se gestarum maior, quam eloquentiæ fuit in orationibus utique iactator. Ac plerumque illud quoque non sine aliqua ratione fecit. Aut enim tuebatur eos, quibus erat usus adiutoribus in opprimenda coniuratione: aut respondebat inuidiæ, cui tamen non fuit par, seruata patriæ pœnā passus exiliū, ut illorū quæ egerat in Consulatu frequens cōmemoratio, possit uideri non gloriæ magis quam defensionis data. Eloquentiā quidē eū plenissimā diuersæ partis aduocatis cō-

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

In diuin.

*Actio in de
cora fugien-
da.*

*Genus elo-
quentiae ad
personas, te-
poris, & cau-
sas accommo-
dandum.*

cederet, sibi nunq̃ in agendo immodicè arrogauit. Illius sunt enim, Siquid est in me ingenii iudices, quod sentio q̃ sit exiguū, &. Nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam cōparauī. Quinetiam contra Q. Cæciliū de accusatore in Verrem constituendo, quamuis multū esset in hoc quoq; momenti, vter ad agendū magis idoneus veniret, dicendi tamen facultatem magis illi detraxit q̃ arrogauit sibi: seq; non consecutū, sed omnia fecisse, vt posset eam consequi, dixit. In epistolis aliquando familiariter apud amicos, nonnunq̃ in dialogis, aliena tamen persona, verū de eloquentia sua dicit. ¶ Et aperte tamen gloriari, nescio an sit magis tolerabile, vel ipsa vitii huius simplicitate, q̃ illa iactatione peruersa, si abundans opibus, pauperem se neget, nobilis obscurū, & potens infirmū, q̃ si se disertus imperitū planè & infantem vocet. ¶ Ambitosissimū gloriandi genus est etiā deridere. Ab aliis ergo laudemur. Nam ipsos (ut Demosthenes ait) erubescere etiam cum ab aliis laudamur, decet. ¶ Neq; hoc dico, non aliquando de rebus à se gestis oratori esse dicendum, sicut eidem Demostheni pro Ctesiphonte: quod tamen ita emēdauit, vt necessitatem id faciendi ostenderet, inuidiāq; omnem in eum regeret, qui hoc se coegisset. Et M. Tullius sæpè dicit de oppressa coniuratione Catilinae, sed modo id virtuti Senatus, modo providentiæ deorum immortalū assignat: plerunq; contra inimicos atq; obtrectatores plus vendicat sibi. Erant enim tuenda cū obicerentur. In carminibus vtinā pepercisset, quæ non desierunt carpere maligni, Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ, &. O fortunatam natam me Consule Romā, &. Iouem illum à quo in consiliū deorum aduocatur, &. Miueruā quæ cum artes edocuit, quæ sibi ille secutus quædā Grecorum exempla permiserat. ¶ Verū eloquentiæ vt indecora iactatio, sic nonnunq̃ concedenda fiducia est. Nam quis reprehendat hæc, Quid putem? contemptū ne me? non video, nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenii, quid despiciere possit Antonius. Et paulo post apertius, An decertare mecū voluit contentione dicēdi? Hoc quidem beneficiū est. Quid enim plenius, quid vberius, q̃ mihi pro me, & contra Antonium dicere? ¶ Arrogantes & illi, qui se iudicasse de causa, nec aliter assuturos fuisse proponunt. Nam & inuiti iudices audiunt præsumentem partes suas, nec hoc oratori contingere inter aduersarios, quod Pythagoræ inter discipulos cōtigat, potest. Ipse dixit. Sed istud magis minūsvē vitiosum est pro personis dicētium. Defenditur enim aliquatenus, ætate, dignitate, auctoritate: quæ tamen vix in illo tanta fuerint, vt non hoc affirmationis genus temperandū sit aliqua moderatione, sicut omnia in quibus patronus argumētum ex seipso petet. Quod fuisse tumidius, si criminis loco esse negasset Cicero, equitis Romani esse filiū se defendente. Et ille fecit hoc etiā fauorabile, cōiungendo cum iudicibus dignitatem suam. Equitis autem Romani esse filium, criminis loco poni ab accusatoribus, neq; his iudicantibus oportuit, nec defendentibus nobis. ¶ Impudens, tumultuosa, iracunda actio omnibus indecora, sed vt quisq; ætate, dignitate, usu præcedit, magis in ea deprehendendus. Videas autem rixatores quosdam, neque iudicū reuerentia, neq; agendi more ac modo contineri. Ex quo ipso mentis habitu manifestū sit, tam in suscipiēdis q̃ in agendis causis nihil pensi habere. Profert enim mores plerunq; oratio, & animi secreta detegit. Nec sine causa Græci prodiderunt, vt viuat, queng; etiā dicere. ¶ Humiliora illa vitia, summissa adulatio, affectata scurrilitas, in rebus ac verbis parum modestis ac pudicis vilis pudor, in omni negotio neglecta auctoritas: quæ ferè accidunt iis, qui nimīū aut blandi esse, aut ridiculi volunt. ¶ Ipsum etiam eloquentiæ genus alios aliud decet. Nam neq; tam plenū & erectū, & audax, & præculturum senibus cōuenierit, quàm presūm, & mite, & limatum, & quale intelligi vult Cicero, cum dicit orationem suā cœpisse canescere: sicut vestibus quoq; non purpura coccōq; fulgentibus illa ætas satis apta sit. In iuuenibus etiam vberiora paulo & penè periclitantia feruntur. At in iisdem siccū, & sollicitum, & contractū dicendi propositū, plerunq; affectatione ipsa seueritatis inuisum est, quando etiā morum senilis auctoritas immatura in adolescentibus creditur. Simpliciora militares decent. Philosophiam ex professo (vt quidā faciunt) ostentantibus parum decori sunt plerique orationis ornatus, maximēq; ex affectibus, quos illi vitia dicunt. Verba quoque exquisitiora, & cōpositio numerosa tali proposito diuersa. Non enim solum illa lætiora, qualia à Cicerone dicuntur, Saxa atque solitudines voci respondent: sed etiam illa, q̃q̃ plena sanguinis, Vos enim iam Albani tumuli atque luci, vos inquam imploro atque testor, vosque Albanorū obrutæ aræ sacrorū Po. Ro. sociæ & æquales, non conueniāt barbæ illi atq; tristitia. At vir ciuilis verēq; sapiēs, qui se non ociosis disputationibus, sed administrationi reip. dediderit, à qua longissime isti qui philosophi vocātur, recesserūt, omnia quæ ad efficiendū oratione quod proposuerit valent, libetè adhibebit, cum prius quod honestū sit, efficere in animo suo constituerit. Et quod principes deceat, aliis non concesseris. Imperatorū ac triumphantū separata est aliqua ex parte ratio eloquentiæ, sicut Pōpeius abunde disertus rerū suarum narrator, & hic qui bello ciuili se interfecit Cato, eloquens Senator fuit. Idem dictū sæpè in alio

in alio liberum, in alio furiosum, in alio superbum est. Verba aduersus Agaménonem à Thersite habita ridentur. Da illa Diomedei, aliue cui pari, magnum animum ferre præ se videbuntur. Ego te, inquit, COS. putem L. Crassus Philippo, cum tu me non putes Senatorem? Vox honestissimæ libertatis, non tamen ferres quæcunque dicentem. Negat se magni facere aliquis poetarum, Cæsar ater an albus homo sit, infania. Verte, vt idem Cæsar de illo dixerit, arrogantia est. Maior in personis obseruatio est apud comicos tragicosque. Multis enim vtuntur & variis. Eadem & eorum qui orationes aliis scribebant, fuit ratio, & declamantium est. Non enim semper vt aduocati, sed plerumque vt litigatores dicimus. Verum etiam in iis causis, quibus aduocamur, eadem differentia diligenter est custodienda. Vtimur enim fitione personarum, & velut ore alieno loquimur, dādiq; sunt iis quibus vocem accommodamus, sui mores. Aliter enim P. Clodius, aliter Appius Cæcus, aliter Cæcilianus ille, aliter Terentianus pater fingitur. Quid asperius lictore Verris? Vt adeas tantū dabis. Quid fortius illo? Cuius inter ipsa verberum supplicia vna vox audiebatur, Ciuis Romanus sum. Quā dignæ Milonis in peroratione ipsa voces eo viro, qui pro rep. seditiosum ciuem toties compescuisset? quique infidias virtute superasset? Denique non modo quot in causa, totidem in prosopopoeia sunt varietates: sed hoc etiā plures, quod in his puerorum, feminarū, populorum, mutarum etiam rerum assumulamur affectus, quibus omnibus debetur suus decor. Eadem in iis pro quibus agemus, obseruanda sunt. Aliter enim pro alio saepe dicendum est, vt quisq; honestus, humilis, inuidiosus, fauorabilis erit, adiecta propositorum quoque, & anteaactæ vitæ differentia.

Incundissima vero in oratore humanitas, facilitas, moderatio, beneuolētia. Sed illa quoque diuersa bonum virum decent, malos odisse, publica vice commoueri, vltum ire scelera & iniurias: & omnia, vt initio dixi, honesta. Nec tantum quis, & pro quo, sed etiam apud quem dicas, interest. Facit enim & fortuna discrimen, & potestas: nec eadem apud principem, magistratum, Senatorem, priuatū tamen liberum ratio est: nec eodem sono publica iudicia, & arbitrorum disceptationes aguntur. Nam vt orantem pro capite sollicitudo deceat & cura, & omnes ad amplificandā orationem quasi machinæ, ita in paruis rebus indiciūque vana sint eadem. Rideatūque merito qui apud disceptatorem de re leuissima sedens dicturus vtatur illa Ciceronis confessione, non modo se animo commoueri, sed etiam corpore ipso perhorrescere. Quis vero nesciat quin aliud dicēdi genus poscat grauitas senatoria, aliud aura popularis: cum etiam singulis iudicantibus, non idē apud graues viros, quod leuiore: non idem apud eruditum, quod militarem ac rusticum deceat: sitque nonnunquam submittenda & contrahenda oratio, ne iudex eam vel intelligere vel capere non possit. Tempus quoque ac locus egent obseruatione propria. Nam & tempus tum latum, tum triste, tum liberum, tum angustum est. Atqui ad hæc omnia componendus orator, & loco publico priuato ne, celebri an secreto, aliena ciuitate an tua, in castris denique an foro dicas, interest plurimum: ac suam quicque formam, & proprium modum eloquentiæ poscit. Cum etiam in cæteris actibus vitæ non idem in foro, curia, campo, theatro, domi facere conueniat, & pleraque natura non sunt reprehendēda, atque ideo interim sunt necessaria, alibi q̄ mos permiserit, turpia habeantur. Illud iam diximus, quanto plus nitoris & cultus demonstratiuæ materia: vt ad delectationem audientium composita, quā quæ sunt in actu & contentione, suaforiæ iudicialisque permittant. Hoc adhuc adiiciendum, aliquas etiam quæ sunt egregiæ dicendi virtutes, quo minus deceant, effici conditione causarum. An quisquam tulerit reum in discrimine capitatis, præcipue qui apud victorem & principem pro se ipse dicat, frequenti translatione, fictis aut repetitis ex vetustate verbis, compositione quæ sit maxime à vulgari vsu remota, decurrētibus per riodis, q̄ latissimis locis sententiisque dicentem? Non perdant hæc omnia necessariū periclitanti sollicitudinis colorem, petendūque etiam innocentibus misericordiæ auxilium? Commoueat ne quisquam eius fortuna, quem tumidum, ac sui iactantem, & ambitiosum institorem eloquentiæ in ancipiti sorte videat? non, imo oderit reum verba aucupantem, & anxium de fama ingenii, & cui esse diserto vacet. Quod mirē M. Cælius in defensione causæ, qua reus de vi fuit, comprehendisse mihi videtur. Ne cui vestrum atque etiam omnium, qui ad rem agendam adsunt, mens aut vultus molestior, aut vox immoderatio aliqua, aut denique quod nimium est, iactantior gestus fuisse videatur. Atqui sunt quædam actiones in satisfactioe, deprecatione, confessione positæ: sententiolis ne flendum erit? Epiphonemata aut enthymemata exorabunt? non quicquid meris adicietur affectibus, omnes eorum diluet vires, & miserationem securitate laxabit? Age si de morte filii sui, vel iniuria (quæ morte sit grauior) dicendum patri fuerit, aut in narrando gratiam illam expositionis, quæ continget ex sermone puro atque dilucido, quæret, breuiter ac significanter ordinem rei protulisse contentus, aut argumenta diducet in digitos, & propositionum ac partitionum captabit leporem? & vt plerunque in hoc genere moris est, intentione omni remissa lo-

quatur? Quò fugerit interim dolor ille? ubi lachrymæ subfiterint? unde se in medium tam secura
 obferuatio artium miserit? Non ab exordio vsque ad vltimam vocem continuus quidam geni-
 tus: & idem tristitia vultus seruabitur? si quidem volet dolorem suum etiam in audientes trans-
 fundere: quem si vsquam remiserit, in animum iudicantium non reducet. Quod præcipue decla-
 mantibus: neque enim me poenitet ad hoc quoque opus meum, & curam susceptorum semel adole-
 scentium respicere) custodiendum est, quo plures in schola finguntur affectus, quos non ut aduo-
 cati, sed ut passim subimus. Cum etiam hoc genus simulari litium soleat, cum ius mortis à Senatu
 quidam, vel ob aliquam magnam infelicitatem, vel etiam poenitentiam petunt in quibus non so-
 lum cantare, quod vitium persuasit, aut lasciuire, sed ne argumentari quidem nisi mixtis, & qui-
 dem ita, ut in ipsa probatione magis emineant, affectibus decet. Nam qui intermittere in agendo
 dolorem potest, videtur posse etiam deponere. Nescio tamen an huius (de quo loquimur) decoris
 custodia maxime circa nos, contra quos dicimus, examinanda sit. Nam sine dubio in omnibus sta-
 tim accusationibus hoc agendum est, ne ad eas libenter descendisse videamur. Ideoque mihi illud
 Cassii Seueri non mediocriter displicet, Dii boni viuo: & quo me viuere iuuat, Asprenatem reum
 video. Non enim iusta ex causa uel necessaria videri potest postulasse eum, sed quadam accusandi
 voluptate. ¶ Præter hoc tamen quod est commune, propriam moderationem quadam causæ de-
 siderant. Quapropter & qui curationem bonorum patris postulat, doleat eius valetudine, & quā-
 libet graui filio pater obiecturus miseriam sibi ostendat esse hanc ipsam necessitatem: nec hoc
 paucis modo verbis, sed toto colore actionis, ut id eum non dicere modo, sed etiam vere dicere ap-
 pareat. Nec causanti pupillo sic tutor irascatur vnquam, ut non remaneant amoris vestigia, & sa-
 cra quadam patris eius memoria. Iam quo modo contra abdicantem patrem, querentem vxorē,
 agi causam oporteret, in libro (ut arbitror) septimo dixi. Quando etiam aduocati voce uti deceret,
 quartus liber, in quo procemii præcepta sunt, cōtinet. Esse & in verbis quod deceat, aut turpe sit,
 nemini dubium est. ¶ Vnum iam igitur huic loco, quod est sane summæ difficultatis, adicien-
 dum videtur, quibus modis ea quæ sunt in causa parum speciosa, quæque non dicere, si vtrumlibet
 esset liberum, maluissemus, non tamen sint indecora dicentibus. Quid asperiores habere fron-
 tem potest, aut quid aures hominum magis respuunt, quàm cum est filio filiisue aduocatis in ma-
 trem perorandum? Aliquando tamen necesse est, ut in causa Cluentii Habiti. Sed non semper illa
 via, qua contra Salliam Cicero vsus est: non quia non ille optime, sed quia plurimum refert, qua in-
 re, & quomodo lædat. Itaque illa cum filii caput palam impugnaret, fortiter fuit repellenda. Duo
 tamen quæ sola supererant, diuine Cicero seruauit. Primum, ne obliuisceretur reuerentiæ quæ pa-
 rentibus debetur: deinde, ut repetitis altius causis, diligentissime ostenderet, quàm id quod erat in
 matre dicturus, non oporteret modo fieri, sed etiam necesse esset. Primamque hæc expositio fuit, quā-
 quam ad præsentem quæstionem nihil pertinebat: adeo in causa difficili atque perplexa, nihil prius
 intuendum credidit quàm quid diceret. Fecit itaque nomen parentis non filio inuidiosum, sed ipsi
 in quam dicebatur. ¶ Potest tamen aliquando mater & in re leuiore, aut minus infesta contra fi-
 lium stare, tum lenior atque summissior decebit oratio. Nam & satisfacienda, aut nostram minue-
 mus inuidiam, aut etiam in diuersum eam transferemus: & si grauius dolere filium palam erit,
 credetur abesse ab eo culpam, fietque vltro miserabilis. ¶ Auertere quoque in alios crimen decet, ut
 fraude aliquorum concita credatur: & omnia nos passuros, nihil asperere dicturos, testandum, ut
 etiam si non possumus non conuiciari, nolle videamur. ¶ Etiam si quid abiiciendum erit, officiū
 est patroni, ut id filio inuito, sed fide cogente facere credatur. Ita poterit uterque laudari. Quod
 de matre dixi, de vtroque parente accipiendū est. Nam inter patres etiā filiosque, cū interuenisset
 emancipatio, litigatum scio. In aliis quoque propinquitatibus custodiendum est, ut inuito & ne-
 cessario, & parce iudicemur dixisse, magis autem aut minus, ut cuique personæ debetur reuerētia.
 ¶ Eadem pro libertis aduersus patronos obseruantia: & ut semel plura complectar, nunquam de-
 cebit sic aduersus tales agere personas, quo modo contra nos agi ab hominibus conditionis eius-
 dem, iniquo animo tulissemus. ¶ Præstat hoc aliquando etiam dignitatibus, ut libertatis nostræ
 ratio reddatur, ne quis nos aut petulantes in lædendis iis, aut etiam ambitiosos putet. Itaque Cice-
 ro quāquā erat in Cottā grauiissime dicturus, neque aliter agi P. Oppii causa poterat, longa tamen
 præfatione excusauit officii sui necessitatē. ¶ Aliquando etiam inferioribus, præcipueque adole-
 scentulis parcere, aut mederi decet. Vt itur hac moderatione Cicero pro Calio contra Atraciniū,
 ut eū non inimice corripere, sed penē patriæ monere videatur. Nam & iuuenis & nobilis, & non in-
 iusto dolore venerat ad accusandum. ¶ Sed in iis quidem in quibus uel iudici, uel etiam assistenti-
 bus ratio nostræ moderationis probari debet, minor est labor: illic plus difficultatis, ubi ipsos con-
 tra quos dicimus, ueremur ostendere. Duæ simul huiusmodi personæ Ciceroni pro Murena dicen-

Quomodo
 quæ natura
 indecora
 sunt, tracta-
 da, quod to-
 tū in perso-
 nis est spe-
 ctandum.

Personæ co-
 tra quas di-
 citur.

ti obstitit M. Catonis, Serviique Sulpitii: quàm decenter tamen Sulpitio cū omnes concessisset virtutes, scientiam petendi Consulatus ademit? Quid enim aliud esset quo se uictū homo nobilis, & iuris an tistes magis ferret? Vt uero rationē defensionis suæ reddat, cū se studuisse petitioni Sulpitii contra honorem Murenæ, non idem debere accusationi contra caput diceret? Quā molli autē articulo tractauit Catonem? cuius naturam summe admiratus, non ipsius uitio, sed Stoicæ sectæ, quibusdam in rebus factā duriorē uideri uolebat? Vt inter eos non forensem contentionē, sed studiosam disputationē crederes incidisse. ¶ Hæc est profecto ratio, & certissimum præceptorum genus, illius uiri obseruatio, ut cum aliquid detrachere salua gratia uelis, concedas alia omnia, in hoc solo uel minus peritū, quàm in cæteris, adiecta (si poterit fieri) etiā causa cur ita sit, uel paulo perti naciore, uel credulum, uel iratum, uel impulsū ab aliis. Hoc illis commune remedium est, si in tota actione æqualiter appareat nō honor modo, sed etiam charitas, præterea causa sit nobis iusta sic dicendi: neque id moderatē tantum faciamus, sed etiam necessario. ¶ Diuersum ab hoc, sed fa- *Personæ ini-* cilius cum hominum aut alioqui turpium, aut nobis inuisorum, quadam facta laudanda sunt. *mici aut ho-* Decet enim rem ipsam probare in qualicūque persona. Dixit Cicero pro Gabinio, & P. Vati- *minis parū* nio inimicissimis antea sibi hominibus, & in quos orationes etiam scripserat. Verum causa iusta *honesti si* fit fatendo, non se de ingenii fama, sed de fide esse sollicitum. Difficilior ei ratio in iudicio Cluen- *quod factū* tiano fuit, cum Scamandrū necesse haberet dicere nocentem, cuius egerat causam. Verū illud ele- *eius laudan-* gantissimē, cum eorum, à quibus ipse perductus esset, preces, tum etiam adolescentiam suam excu- *dum sit.* lat, detractus alioqui plus auctoritatis, si in causa præsertim suspecta, se eum esse, qui temerē no- centes reos susceperet, fateretur. ¶ Apud iudicem uero, quod aut propter alienum commodum *iudicis per-* in causa quam susceperimus, aut suum, ut persuadendi ardua ratio, ita dicendi expeditissima. Fidu- *ona.* tia enim iustitiæ eius, non causæ, nihil nos timere simulabimus. Ipse erit gloria inflandus, ut tanto clarior futura sit fides ac religio in pronunciando, quanto minus vel offensæ, vel uti- litati suæ indulserit. ¶ Hoc modo & apud eos à quibus appellatum erit (si forte ad eosdem remit- tentur) adicienda ratio, vel necessitatis alicuius, si id causæ cedit, vel erroris, vel suspicionis. Tutis- simum ergo poenitentia confessio, & satisfactio culpæ, perducendūque omni modo iudex ad iræ pudorem. Accidit etiam nonnunquam ut eandem causam de qua pronunciauit, cognoscat iterū: tū illud quidem cōmune, apud aliū nos iudicem disputaturos de illius sententia non fuisse. Neq; enim emendari ab alio quàm ipso fas esse. Cæterum ex causa ut quæq; permittit, aut ignorata quæ- dam, aut defuisse testes, aut quod timidissime, & si nihil aliud plane fuerit, dicendum est, patronos nō satisfecisse. Succurret etiam si apud alios iudices agetur, ut in secunda assertionem, aut in Centū- uirilibus iudiciis duplicibus parte victa: decentius erit quoties contigerit seruare iudicum pудо- rem, de qua re latius in probationum loco dictum est. ¶ Potest euenire, ut in aliis reprehendenda *Reprehen-* sint, quæ ipsi fecerimus: ut obiicit Tubero Ligario, quod in Africa fuerit. Et ambitus quidā dāna- *dendi ratio* ti, recuperandæ dignitatis gratia, reos eiusdem criminis detulerunt, ut in scholis luxuriantē patrē, *in aliis, quæ* luxuriosus iuuenis ipse accusat. Id qui decenter fieri possit equidem non inuenio, nisi aliquid repe- *ipse feceris.* riatur, quod inter sit, persona, ætas, tempus, causa, locus, animus. Tubero iuuenem se patri hæsisse, illum à Senatu missum non ad bellum, sed ad frumentum coemendum ait, ut primum licuerit à partibus recessisse. Ligarium & perseuerasse, & non pro Cn. Pompeio, inter quem & Casarem di- gnitatis fuerit contentio, cū saluā uterque rēp. uellet, sed pro Iuba atq; Afris inimicissimis po. Ro. stetit. Cæterum vel facillimum est ibi alienam culpam accusare, ubi fateris tuam. Verum id iam iudicis est, non actoris. Quod si nulla contingit excusatio, sola colorem habet poenitentia. Potest enim uideri satis emendatus, qui in odium eorū in quibus errauerat, ipse conuersus est. Sunt enim quidam, qui hoc natura ipsa rei non indecens faciunt, ut cum pater ex meretrice natus, & amet meretricem in matrimonium abdicat. Scholastica materia, sed non quæ non possit accidere. Hic igitur multa non deformiter dicet, vel quod omnium sit votum parentum, ut honestiores quàm sint ipsi liberos habeant. Nam & filia nata, meretrix eam mater pudicā esse uoluisset. Vel quod hu- milior ipse fuerit (licet enim hoc dicere) vel quod non habuerit patrē qui moneret: quin eo minus faciendum filio fuisse, ne renouaret domus pudorē, & exprobraret patri nuptias, matri prioris vi- tæ necessitatem, ne denique legem quādam suis quoque subinde liberis daret: & credibilis erit pro- pria quadam in illa meretrice turpitudine, quam nunc hic pater ferre non possit. alia prætereo. Ne- que enim nunc declamamus, sed ostendimus nonnunquam posse ipsis incommodis dicentem bene- ueri. ¶ Illic maior æstus, ubi quis pudēda queritur, ut stuprum præcipue in maribus, aut os pro- phanatum, non dico si loquatur ipse (Nam quid aliud ei quàm gemitus & fletus & execratio vitæ *Quomodo* conueniat: ut iudex intelligat potius dolorem illum quàm audiat) sed patrono quoque per simi- *pudenda si-* les affectus eundum erit, quia hoc iniuriæ genus uerecundius ineffectis quàm ausis. ¶ Molliēda *gnificanda*

*aut quæ
aspera sunt,
molienda.*

*Odiola for-
tunæ in se-
ctatio.*

*Indecorum
quicquid ni-
mum est.*

In Orat.

*Memoriæ
comendatio.*

*Vis memo-
riæ.*

est in plerisque alio colore asperitas orationis, ut Cicero de proscriptorum liberis fecit. Quid enim crudelius quam homines honestis parentibus ac maioribus natos à rep. summoeri? Itaque durum id esse summus ille tractandorum animorum artifex confitetur: sed ita legibus Syllæ coherere statum ciuitatis affirmat, ut iis solutis stare ipsa non possit. Asecutus itaque est, ut aliquid eorum quoque causa videretur facere contra quos diceret. Illud etiam in iocis monui, quam turpis esset fortunæ insectatio, & ne in totos ordines, aut gentes, aut populos petulantia incurreret. Sed interim fides patrocini cogit quædam de vniuerso genere aliquorum hominum dicere, vel libertinorum, vel militum, vel publicanorum, vel similiter aliorum: in quibus omnibus commune remedium est, ut ea quæ lædunt, non libenter tractare videaris: nec in omnia impetum facias, sed in id quod expugnandum est: & reprehendens, alia laude compenses. Si milites cupidos dicas esse, non mirum quod periculorum ac sanguinis maiora sibi deberi præmia putent: eosdem petulantes, & hoc fieri quod bellis magis quam paci assueverint. Libertinis detrahenda est auctoritas: licet iis testimonium reddere industriæ, per quam exierint de seruitute. Quod ad nationes externas pertinet, Cicero variè detractus Græcis testibus fidem, doctrinam iis concedit ac literas, sequæ eius gentis amator esse proficitur. Sardos contemnit, Allobrogas ut hostes insectatur: quorum nihil tunc cum diceretur, parum aptum aut remotum à cura decoris fuit. Verborum etiam moderatione detrahi solet, si qua est rei inuidia, si asperum dicas nimium seuerum, iniustum per suasionem labi, per tinacem ultra modum tenacem esse propositum, plerumque velut ipsos coneris ratione vincere, quod est molliissimum. Indecorum est super hæc omne nimium: ideoque etiam quod natura rei satis aptum est, nisi modo quoque temperetur, gratia perdit. Cuius rei observatio iudicio magis quodam sentiri, quam præceptis tradi potest, quantum satis sit, & quantum recipiant aures. Non habet hæc res mensuram, & quasi pondus, quia ut in cibis alia aliis magis cõplent. Adiciendum etiam breuiter videtur, quod ferè dicendi virtutes diuersissimæ, non solum suos amatores habeant, sed ab eisdem sæpe laudentur. Nam Cicero quodam loco scribit id esse optimum, quod cum te facile credideris cõsequi imitatione non possis. Alio vero, non se id egisse, ut ita diceret quomodo se quilibet posse consideret, sed quomodo nemo, quod potest pugnare inter se videri. Verum utrumque ac meritò laudatur. Causa enim modòque distat: quia simplicitas illa, & velut securitas in affectatæ orationis, mirè tenues causas decet. Maioribus illud admirabile dicendi genus magis conuenit. In utroque eminet Cicero, ex quibus alterum imperiti se posse consequi credent, neutrum qui intelligunt.

DE MEMORIA.

CAP. II.

Memoriæ quidam naturæ modo esse munus existimauerunt, estque in ea non dubiè plurimum, sed ipsa excolendo, sicut alia omnia augetur: & totus de quo diximus, adhuc inanis est labor, nisi ceteræ partes hoc velut spiritu continerentur. Nam & omnis disciplina memoria cõstat, frustra que docemur, si quicquid audimus, præterfluat, & exemplorum, legum, responsoꝝ, dictoꝝ, benèque factorum, quæ velut quasdam copias, quibus abundare, quasque in promptu semper habere debet orator, eadem illa vis repræsentat. Neque immerito thesaurus hic eloquentiæ dicitur. Sed non firmè tantum continere, verum etiam cito percipere, multa acturos oportet, nec quæ scripseris modo iterata lectione complecti, sed in cogitatis quoque rerum ac verborum contextum sequi, & quæ sint ab aduersa parte dicta meminisse, neque utique ea quo dicta sunt ordine refutare, sed opportunis locis ponere. Quid extemporalis oratio? non alio mihi videtur mentis vigore constare. Nam dum alia dicimus, quæ dicturi sumus intuenda sunt: Ita cum semper cogitatio ultra id quod est, longius quærat, quicquid interim reperit, quodammodo apud memoriam deponit, quod illa quasi quædam media manus acceptum ab inuentione tradit elocutioni. Non arbitror autem mihi in hoc immorandum, quid sit quod memoriam faciat, quæ plerique imprimi quædam vestigia nostri animo, quæ velut in gyris annulorum signa seruentur, existimant. Neque ero tam credulus, ut quasi habitu tardiorè firmiorèq; memoriâ fieri putè. Eius autè quod ad animâ pertinet, magis admirare naturâ, subito res vetustas tanto ex interuallo repetitas reddere se & offerre, nec tantum requirètib; sed etiâ sponte interim, nec vigilantibus, sed etiâ quiete cõpositis magis: eoque illa quoque animalia quæ carere intellectu videmus, meminèrunt & agnoscunt, & quilibet longo itinere diducta ad assuetas sibi sedes reuertuntur. Quid? non hæc varietas mira est, excidere proxima, vetera inhærere? hesternorum immemores, acta pueritiæ recordari? Quid? quæ quædam requisita se occultant, & eadem forte succurrunt: nec manet semper memoria, sed aliquando etiâ redit. Nesciretur tamè quanta vis esset eius, quanta diuinitas illa, nisi hoc lumè oradi extulisset: non enim rerum modo, sed etiâ verborum ordinem præstat: nec ea pauca cõtexit, sed durat prope in infinitum, & in longissimis actionibus prius audiendi patiètia, quæ memoriæ fides deficit. Quod & ipsum argumentum est, subesse artè aliquâ, iuariq; ratione natu-

ram, cum iidem docti facere illud, indocti & inexercitati non possimus: quanquam inuenio apud Platonem obitare memoria, vsum literarum: videlicet quod illa quae scriptis reposuimus, velut custodire definimus, & ipsa securitate dimittimus. Nec dubium est, quin plurimum in hac parte valeat mentis intentio, & velut acies luminum à prospectu rerum quas intuetur, non auersa. Vnde accidit, ut quae per plures dies scribimus ediscendi causa, cogitatione ipsa contineat. ¶ Artem autem memoriae primus ostendisse dicitur Simonides, cuius vulgata fabula est, cum pugili coronato carmen, quale componi victoribus solet, mercede pacta scripserat, abnegata ei pecuniae pars est, quod de more poetis frequentissimo digressus in laudes Castoris & Pollucis exierat: quapropter partem ab iis petere, quorum facta celebrasset, iubebatur: & persoluerunt, ut traditum est. Nā cum esset grande conuiuium in honorem eiusdem victoriae, atque adhibitus ei cenae Simonides, nuncio est excitus, quod cum duo iuvenes equis aduecti desiderare maiorem in modum dicebantur. Et illos quidem non inuenit, fuisse tamen gratos erga se exitu comperit. Nam vix eo limen egresso, trichinium illud supra conuiuias corrui, atque ita confudit, ut non ora modo oppressorū, sed membra etiam omnia requirentes ad sepulchrum propinqui, nulla nota possent discernere. Tū Simonides dicitur, memor ordine quo quisque discubuerat, corpora suis reddidisse. Est autem magna inter auctores dissensio, Glaucō ne Carystio, an Leocrati, an Agatharcho, an Scopae scriptum sit id carmen: & Pharsali fuerit haec domus, ut ipse quodam loco significare Simonides videtur, atque Apollodorus, & Eratosthenes, & Euphorion, & Larissaeus Eurypylus tradiderunt: an Granone, ut Apollas, Callimachus, quem secutus Cicero hanc famam latius fudit. Scopam nobilem Thessalum perisse in eo conuiuium constat, adicitur sororis filius: putant & ortos plerosque ab illo Scopae, qui maior aetate fuerit: quanquam mihi totum de Tyndaridis fabulosum videtur. Neque omnino huius rei meminit vsquam poeta ipse, profecto non taciturus de tanta sua gloria. Ex hoc Simonidis facto notatum videtur iuuari memoriam signatis animo sedibus, idque credere suo quisque experimento. Nam cum in loca aliqua post tempus reuerſi sumus, non ipsa agnoscimus tantum, sed etiam quae in iis fecerimus reminiscimur, personaeque subeunt, nonnunquam tacitae quoque cogitationes in mentem reuertuntur. ¶ Nata est igitur, ut in plerisque, ars ab experimento. Loca discunt, ut quam maxime spatiosa, multa varietate signata, domū forte magnā, & in multos ductā recessus. In ea quicquid nobile est animo diligenter affigitur, ut sine cūctatione ac mora partes eius omnis cogitatio possit percurrere. Et primus hic labor est, non haerere in occurſu. Plus enim quam firma debet esse memoria, quae aliam memoriam adiuuet. ¶ Tum quae scripserunt, vel cogitatione complectuntur, & alio signo quo moneantur notant: quod esse vel ex re tota potest, ut de navigatione, militia: vel ex verbo aliquo. Nam etiam excidentes vnius admonitione verbi in memoriam reponuntur. Sit autem signū navigationis, ut anchora: militiae, ut aliquid ex armis. Haec itaque digerunt, primum sensum vel locum vestibulo quasi assignant, secundum atrio, tum impluvia circumeunt, nec cubiculis modo aut exhedris, sed stratis etiam similibusque per ordinem committunt. ¶ Hoc facto cum est repetenda memoria, incipiunt ab initio loca haec recensere, & quod cuique crediderunt, reposcunt, & eorum imagine admonentur, ut quamlibet multa sint, quorum meminisse oporteat, fiant singula connexa quodam choro, ne errent coniungentes prioribus sequentia solo ediscendi labore. Quod de domo dixi, ut in operibus publicis, & in itinere longo, ut urbium ambitu, & picturis fieri potest. Etiam fingere sibi has imagines licet. ¶ Opus est ergo locis, quae vel finguntur, vel sumuntur imaginibus, vel simulachris, quae vti que fingenda sunt. Imagines notae sunt, quibus ea quae ediscenda sunt notamus: ut quomodo Cicero dicit, locis pro cara, simulacris pro literis utamur. Illud quoque ad verbum ponere optimū fuerit. Locis est utendum multis, illustribus, explicatis, modicis intervallis: imaginibus autem agentibus, acribus, insignitisque, quae occurrere, celeriterque percutere animū possint. ¶ Quo magis miror quomodo Metrodorus in xii. signis per quae sol meat, trecentos & sexagenos inuenerit locos. Vanitas nimirum fuit atque iactatio circa memoriam suam potius arte quam natura gloriantis. ¶ Equidem haec ad quaedam prodesse non negauerim, ut si rerum nomina multa per ordinem audita reddenda sint. Namque in iis quae didicerunt, locis reponunt res illas, mēsam (ut hoc utar) in vestibulo, in atrio puluinum, & sic cetera. deinde relegentes, inveniunt ubi posuerint. Et forsitan in hoc sunt adiuti, qui auctione dimissa, quid cuique vendidissent testibus argentariorum tabulis reddiderunt. Quod praestitisse Hortensium dicunt. ¶ Minus idem proderit in ediscendis, quae orationis perpetuae erunt. Nam & sensus non eandem imaginem quam res habent, cum alte oratione ediscenda.

Simonides
artificiose
memoriae in
uentor.

De orat. 2.

ARS ME-
moriae con-
firmanda.

Loca &
imagines.

Artificium
praescriptū
quatenus
utile. Nā id
improbat in
perpetua
oratione edi-
scenda.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

De orat. 2.

QVAE ratio
memoriae placeat
Fabio.

nes omniū, & loca scilicet infinita, per quae uerba, quae sunt in quinq; cōtra Verrē secūdā actionis libris, explicētur, ut meminerimus etiā omniū quali depositorū, nōne impediri quidē corū quae dicuntur decursum necesse est duplici memoriae cura? Nā quomodo poterūt copulata fluere, si propter singula uerba ad singulas formas respiciendū erit? Quare & Carneades & Scepſius (de quo modo dixi) Metrodorus, quos Cicero dicit vsos hac exercitatione, sibi habeant sua: nos simpliciora tradamus. ¶ Si longior cōplectenda memoria fuerit oratio, proderit per partes edificare (laborat enim maxime onere) & hae partes non sint perexiguae, alioqui nimis multae erūt, & eā distinguēt atq; concidēt. Nec utiq; certū imperauerim modū, sed maxime ut quisq; finietur locus. Ni forte tā sit numerosus, ut ipse quoq; diuidi debeat. Dandi sunt certi quidā termini ut contextū uerborū (qui est difficillimus) cōtineat crebra meditatio, partes deinceps ipsas repetitus ordo cōiungat. ¶ Non est inutile quo facilius hāreāt, aliquas apponere notas, quarū recordatio cōmoneat, & quasi excitet memoriā. Nemo enim ferē tā infelix, ut quod cuiq; loco signum destinauerit, nesciat: ut si erit tardus ad hoc, eo quoq; adhuc remedio utatur, ut ipsae excitet notae. Hinc est illa arte nō inutile attendere signa ad eos qui exciderūt sensus, anchoram (ut supra posui) si de naue dicendum esset: spiculum, si de praelio. Multum enim signa faciunt, & ex alia memoria venit alia, ut cū translatus annulus vel alligatus cōmoneat nos cur id fecerimus. ¶ Hae magis adhuc astringūt, quae memoriā ab aliquo simili transferrunt ad id quod continendū est, ut in nominibus, si Fabius forte sit tenendus, referamus ad illum cunctatorē, qui excidere non potest, aut ad aliquem amicū, qui idem vocetur, quod est facilius in Apris & in Vrsis, & Nasone aut Crispo, ut id memoriā affigatur, unde sunt nomina. ¶ Origo quoq; aliquando declinatorū tenendi magis causa est: ut in Cicrone, Verrio, Aurelio, si debet inseri. ¶ Illud neminē non iuuabit, iisdē quibus scripserit caris edificare. Sequitur enim uestiigiis quibusdā memoriā, & uelut oculis intuetur non paginas modo, sed uersus prope ipsos, qui tū dicit similis legenti. Iā uero si litura aut adiectio aliqua aut mutatio interueniat, signa sunt quaedā quae intuentes errare non possumus. ¶ Est ratio, ut illi de qua primū locutus sum arti nō dissimilis, ita (si quid me experimenta docuerūt) & expeditior & potentior, ediscere tacite. Nam id quoq; est, quod tū erat optimū, si non subirent uelut ociosum animū plerumque aliae cogitationes, propter quas excitandus est uoce, ut duplici motu iuuetur memoria, dicendi & audiēdi. Sed haec uox sit modica, & magis murmur. Qui autē legere alio ediscit, in parte tardatur, quae acrior est oculorū, quae auris sensus: in parte iuuari potest, quae cū semel aut bis audierit, continuo illi memoriā suā experiri licet, & cū legente cōtendere. ¶ Nā & alioqui id maximē faciendū est, ut nos subinde tentemus, quia continua lectio & quae magis & quae minus harent, aequaliter trāsit. In experiēdo teneas ne, & maior intētio est, & nihil superuacui temporis perit, quo etiā quae teneamus repeti solent, ita sola quae exciderūt retractantur, ut crebra reiteratione firmentur. quae solent hoc ipso maxime hāere, quae exciderunt. Illud edificēdo scribēdoq; commune est utriq; plurimū conferre bonā ualeitudinē, digestum cibum, animū cogitationibus aliis liberum. ¶ Verum etiam in iis quae scripsimus, cōplectendis multum ualent, & in iis quae cogitamus continendis propē sole, excepta quae potissima est exercitatione, diuisio & cōpositio. Nam qui rectē diuiserit, nunquā poterit in rerum ordine errare. Certa sunt enim non solum in digerēdis quāstionibus, sed etiam in exequendis, si modo rectē dicimus, prima, ac secūda, & deinceps: coharētq; omnis rerū copulatio, ut ei nihil nec subtrahi sine manifesto intellectu, nec inseri possit. An uero Scruola in lusu duodecim scruporum, cum prior calculū promouisset, essetq; victus, dū rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato errasset, recordatus rediit ad eū, quicum luserat, isque ita factū esse confessus est. Minus idē ordo ualebit in oratione, praesertim totus nostro arbitrio constitutus, cum tantum ille ualeat alternus? ¶ Etiam quae bene cōposita erunt, memoriā serie sua ducēt. Nam sicut facilius uersus edificimus quae prosam orationem, ita prosam iunctam quae dissolutam. Sic cōtingit, ut etiā quae ex tempore uidebantur effusa, ad uerbum repetita reddantur, quod meae quoq; mediocritatē memoriā sequebatur, quando interuentus aliquorum, qui hunc honorem mererentur, iterare declamationis partem coegisset. Nec est mendacio locus, saluis qui interfuerunt. ¶ Siquis tamē uñā maximāque à me artem memoriā quarat, exercitatio est, & labor, multa edificare, multa cogitare, & (si fieri potest) quotidie, potissimum est. Nihil aequale uel augeatur cura, uel negligentia intercedit. Quare & pueri statim, ut praeci, quae plurima ediscant, & quaecunque aetas operam iuuādā studio memoriā dabit, deuoret initio tedium illud & scripta & lecta sapius reuoluendi, & quasi eūdem cibum remādendi. Quod ipsum hoc fieri potest leuius, si pauca primum, & quae tedium nō afferant, coeperimus edificare, tum quotidie adiciere singulos uersus, quorū accessio labori sensum incrementi non afferat, in summam ad infinitum usque perueniat, & poetica prius, tum oratorū nouissime etiam solutiora numeris, & magis ab usu dicendi remota, qualia sunt iuriscōsultorum.

Sūma nō in
edificēdo,
exercēdaq;
memoria.

Difficiliora enim debent esse quæ exercent, quo sit leuius ipsum illud in quod exercent, vt athletæ ponderibus plumbeis assuetiunt manus, quibus vacuis & nudis in certamine vtendum est.

¶ Non omitam etiam quod quotidianis experimentis deprehenditur, minime fidelem esse paulo tardioribus ingenii recentem memoriam. Mirum dictum est, nec in promptu ratio, quantum nox interposita afferat firmitatis, siue requiescit labor ille, cuius sibi ipsa fatigatio obstabat, siue maturatur ac coquitur, seu firmissima eius pars est recordatio, quæ statim referri non poterat, cõtextuntur postero die: confirmaturque memoriam idem illud tempus, quod esse in causa solet obliuionis. Etiam illa præuolox ferè cito effluit, & velut præfenti officio functa nihil in posterum debeat, tanquam dimissa discedit. Nec est mirum magis harere animo, quæ diutius affixa sint. ¶ Ex Quatenus hac ingeniorum diuersitate nata dubitatio est, an ad verbum sit ediscendum dicturis, an vim ediscendum. modo rerum atque ordinem complecti satis sit, de quo sine dubio non potest in vniuersum pronunciari. Nam si memoria suffragatur, tempus non desit, nulla me velim syllaba effugiat, alio qui etiam scribere sit superuacuum. Idque præcipue à pueris obtinendum, atq; in hanc consuetudinem memoria exercitatione redigenda, ne nobis discamus ignorare. Ideoq; admoneri, & ad libellum respicere vitiosum, qd libertatem negligentiæ facit: nec quisq; se parum tenere iudicat, quod ne sibi excidat non timet. Inde interruptus actionis impetus, & resistens ac salebrosa oratio, & qui dicit ediscendi similis, etiam omnem bene scriptorum gratiam perdit, vel hoc ipso qd scripsisse se confitetur. Memoria autem facit & prompti ingenii famam, vt illa quæ dicimus non domo attulisse, sed ibi protinus sumpsisse videamur, quod oratori & ipsi causæ plurimum confert. Nam & magis miratur, & minus timet iudex, quæ nõ putat aduersus se præparata. Ideoq; in actionibus inter præcipua seruandum est, vt quædam etiam quæ optime iunximus, velut soluta enūciemus, & cogitantibus nonnunq; & dubitantibus similes quærere videamur, quæ attulimus. Ergo quid sit optimum, neminem fugit. ¶ Si vero aut memoria natura durior erit, aut non suffragabitur tempus etiam inutile erit ad omnia se verba alligare, cum obliuio vnius eorum cuiuslibet, aut deformem hæitationem, aut etiam silentium inducat. Tutiusque multo comprehensis animo rebus ipsis, libertatem sibi eloquendi relinquere. Nã & inuitus perdit quisque id quod elegerat verbum, nec facile reponit aliud, dū id quod scripserat, quærit. Sed ne hoc quidem infirmæ memoriæ remedium est, nisi in iis qui sibi facultatem aliquam dicendi ex tẽpore parauerunt. ¶ Quod si cui vtutque defuerit, huic omittre totum actionum laborem, ac si quid in literis valet, ad scribendum potius suadebo conuertere. Sed hæc rara infelicitas erit. ¶ Cæterum quantum natura studiõque valeat memoria, vel Themistocles testis, quem vnum intra annum optime locutum esse Persice constat: vel Mithridates, cui duas & viginti linguas, quot nationibus imperauit, traditur notas fuisse: vel Crassus ille diues, qui cum Asiæ præfesset, quinq; Græci sermonis differentias sic tenuit, vt qua quisque apud eum lingua postulasset, eadem ius sibi redditum ferret: vel Cyrus, quem omnium militum tenuisse creditum est nomina. Quin semel auditos quamlibet multos versus protinus dicitur reddidisse Theodectes. Dicebantur etiam esse nunc qui facerent, sed mihi nõquam vt ipse interesset contigit: habenda tamen fides est vel in hoc, vt qui crediderit, & speret.

DE PRONNCIATIONE. CAP. III.

Ronunciatio à plerisque actio dicitur, sed prius nomen à voce, sequens, à gestu videtur accipere. Namq; actionem Cicero alias quasi sermonem, alias eloquentiam Pronunciatio siue Actio. quandã corporis dicit. Idẽ tamen duas eius partes facit, quæ sunt eadẽ pronunciationis, voce atq; motum. Quapropter vtraq; appellatione indifferenter vti licet. Habet autẽ res ipsa quandã in orationibus vim ac potestatem. Nec enim rã refert qualia sint, quæ intra nosmetipsos composuimus, q̃ quo modo efferantur. Nã ita quisque vt audit, mouetur. Quare nec probatio vlla quæ aliquo modo venit ab oratore, tam firma est, vt nõ perdat vires suas nisi adiuvetur asseueratione dicentis. Affectus omnes languescant necesse est, nisi voce, vultu, totius prope habitu corporis inardescunt. Nã cū hæc omnia fecerimus, felices: tamen si nostrũ illum ignẽ iudex cõceperit, ne dū eũ supini securiq; moueamus, & ipse nostra oscitatione soluat. Documento sunt vel scenici actores, qui & optimis poetarum tantũ adiiciũt gratiæ, vt nos infinite magis eadem illa audita q̃ lecta delectent, & vilissimis etiam quibusdam impetrent aures, vt quibus nullus est in bibliothecis locus, si etiã frequens in theatris. Quod si in rebus quas fictas esse scimus, & inanes, tantum pronunciatio potest, vt iram, lachrymas, sollicitudinem afferat, quanto plus valeat necesse est ubi & credimus? Equidem vel mediocrem orationem commendatam vitibus actionis affirmauerim plus habituram esse momenti, quàm optimam eadem illa destitutam. Siquidem & Demosthenes quid esset in toto genere dicendi summum, interrogatus, pronunciationi palmam dedit, eidẽque secundum ac tertium locum, donec ab eo quærì desie-

rit: vt eam videri possit non præcipuam, sed solam iudicasse. Ideoque ipse tam diligenter apud Andronicum Hypocriten studuit, vt admirantibus eius orationem Rhodiis, non immerito Aeschines dixisse videatur, Quid si ipsum audissetis? Et M. Cicero vnam in dicendo actionem dominari putat. Hac Cn. Lentulum plus opinionis consecutum, quam eloquentia tradit. Eadem C. Gracchum in defenda fratris nece totius Po. Ro. lachrymas concitasse. Antonium & Crassum multum valuisse, plurimum vero Q. Hortensium: cuius rei fides est, quod eius scripta tantum intra famam sunt, qui diu princeps oratorum, aliquando æmulus Ciceronis existimatus est, nouissime quoad vixit secundus, vt appareat placuisse aliquid eo dicente, quod legentes non inuenimus. Et hercle cum valeant multum verba per se, & vox propriam vim adiciat rebus, & gestus motusque significet aliquid, profecto perfectum quiddam fieri, cum omnia coierint, necesse est. ¶ Sunt tamen qui rudem illam, & qualem impetus cuiusque animi tulit, actionem iudicent fortio rem, & solam viris dignam, sed non alii fere, quam qui etiam in dicendo curam, & artem, & nitorem, & quicquid studio paratur, ut affectata, & parum naturalia solent improbare, vel qui verborum atque ipsius etiam soni rusticitate, vt L. Cottam dicit Cicero fecisse, imitationem antiquitatis affectant. Verum illi persuasionem sua fruuntur, qui hominibus vt sint oratores, satis putant nasci: nostro labori dent veniam, qui nihil credimus esse perfectum, nisi ubi natura cura iuuetur. In hoc igitur non contumaciter consentio, primas partes esse naturæ. Nam certe bene pronunciare non poterit, cui aut in scriptis memoria, aut in iis quæ subito dicenda erunt, facilitas prompta defuerit, nec si inemendabilia oris incommoda obstant. Corporis etiam potest esse aliqua tanta deformitas, vt nulla arte vincatur. Sed ne vox quidem nisi liberalis, actionem habere optimam potest. Bona enim firmag, vt volumus, vt licet: mala vel imbecilla & inhibet multa, vt insurgere, exclamare: & aliqua cogit, vt summittere, deflectere, & raucas fauces ac latus fatigatum deformi cantico reficere. Sed nos de eo nunc loquamur, cui non frustra præcipitur. ¶ Cum sit autem omnis actio, vt dixi, in duas diuisa partes, vocem gestumque: quorum alter oculos, altera aures mouet, per quos duos sensus omnis ad animum penetrat affectus, prius est de voce dicere, cui etiam gestus accommodatur. ¶ In ea prima obseruatio est, qualem habeas: secunda, quo modo vtaris. ¶ Natura vocis spectatur quantitate & qualitate, Quantitas est simplicior. In summa enim grandis aut exigua est: sed inter has extremitates media sunt species, & ab ima ad summam, ac retro, multi sunt gradus. Qualitas magis varia. Nam est & candida, & fusca, & plena, & exilis, & lenis, & aspera, & contracta, & fusa, & dura, & flexibilis, & clara, & obtusa. Spiritus etiam longior breuiorque. ¶ Nec causas cur quicque eorum accidat, persequi proposito operi necessarium est: eorum ne sit differentia in quibus aura illa concipitur, an eorum per quæ velut organa meat, an ipsi propria natura, an prout mouetur, lateris pectorisve firmitas an capitis plus adiuuet. Nā opus est omnibus, sicut non oris modo suauitate, sed narium quoque, per quas quod superest vocis egreditur. Dulcis tamen esse debet nō ex probrans sonus. ¶ Vtendi voce multiplex ratio. Nam præter illam differentiam, quæ est triperpita, acuta, grauis, flexa: tum intentis, tum remissis, tum elatis, tum inferioribus modis opus est, spatiis quoque lentioribus aut citatoribus: sed iis ipsi media interiacent multa: & vt facies, quamquam ex paucissimis constat, infinitam habet differentiam, ita vox, & si paucas quæ nominari possent continet species, propria cuique est, & non hæc minus aures, quam oculis illa dignoscitur. ¶ Augentur autem sicut omnia, ita vocis quoque bona, cura, & negligentia minuuntur. Sed cura non eadem oratoribus, quæ phanascis, conuenit: tamen multa sunt vtriusque communia, firmitas corporis, ne ad spadonum, & mulierum, & ægrorum exilitatem vox nostra tenuetur, quod ambulatio, vinctio, veneris abstinentia, facilis ciborum digestio, id est frugalitas, præstat. Præterea vt sint fauces integræ, id est molles ac lenis, quarum vitio & frangitur, & obscuratur, & exasperatur, & scinditur vox. Nam vt tibiæ eodem spiritu accepto alium clausis, alium apertis foraminibus, alium non satis purgatæ, alium quasæ sonum reddunt, ita fauces tumentes stranguant uocem, obtusa: obscurant, rasa: exasperant, conuulsa: fractis sunt organis similes. Finditur etiam spiritus obiectu aliquo, sicut lapillo tenues aquæ, quarum fluxus etiam si ultra paulum coit, aliquid tamen caui relinquit post id ipsum quod offenderat. Humor quoque uocem ut nimius impedit, ita consumptus destituit. Nā ut fatigatio corpora, non ad præsens modo tempus, sed etiam futurum afficit. Sed vt communiter & phanascis, & oratoribus necessaria est exercitatio, qua omnia conualescunt, ita curæ non idem genus. Nā neque certa tempora ad spatiadum dari possunt tot ciuilibus officiis occupato, nec præparare ab imis sonis uocē ad summos, nec semper à cōtentione cōcedere licet, cū pluribus iudiciis saepe dicendū sit. Ne ciborum quid est eadē obseruatio. Nō enim tam molli teneraque uoce, quā forti ac durabili opus est. Cū illi omnes etiā altissimos sonos leniāt cūtu oris, nobis pleraque asperæ sint cōcitateque dicēda, & uigiladæ noctes, & fuligo lucubrationum

Improbatio
erroris quo
rundam.

PRO omn-
ciatio in uo-
ce & gestu.

VOX IN
natura &
usu spectan-
da.

VSVS VO-
cis.

Vox quo-
modo curā-
da.

bibenda, & in sudata veste durandum. Quare vocem delitiis non molliamus, nec imbuamur ea consuetudine, quæ duratura non sit: sed exercitatio eius talis sit, qualis usus: nec silentio subfidat, sed firmetur consuetudine, qua difficultas omnis leuatur. ¶ Ediscere autem quo exercearis, erit optimum, (nam extempore dicenti auocatur cura vocis ille, qui ex rebus ipsis cōcipitur, affectus) & ediscere quàm maximè varia, quæ & clamorem, & disputationem, & sermonem, & flexus habeant, vt simul in omnia paremur. Hoc satis est, alioqui nitida illa, & curata vox insolitū laborē recusabit, vt assueta gymnasiis, & oleo corpora, quālibet sint in suis certaminibus speciosa atq; robusta, si militare iter, fascesque, & vigilas imperes, deficiant, & quærant vnctores suos nudūque sudorem. Illa tamen in hoc opere præcipi quis ferat? vitandos soles atque ventos, & nubila etiā ac siccitates. Ita si dicendū in sole, aut ventoso, humido calidove die fuerit, reos deferemus? Nā crudū quidem, aut saturum, aut ebrium, aut eiecto modo vomitu, quæ cauenda quidā monent, declamare neminem, qui sit mentis compos, puto. Illud non sine causa est ab omnibus præceptū, vt paratur maximè voci in illo à pueritia in adolescentiam transitu, quia naturaliter impeditur: non, vt arbitror, propter calorem, quod quidam putauerunt, (nam est maior in aliis) sed propter humorem potius. Nam hoc ætas illa turgescit. Itaque nares etiam, ac pectus, eo tempore tument, atque omnia velut germinant, eoque tenera & iniuriæ obnoxia. ¶ Sed vt ad propositū redeam, iam cōfirmatæ constitutæque vocis genus exercitationis optimū duco, quod est operi simillimum, dicere quotidie sicut agimus. Nanque hoc modo non vox tantum confirmatur & latus, sed etiam corporis decens & accommodatus orationi motus componitur. Non alia est autem ratio pronūciationis, quàm ipsius orationis. ¶ Nam vt illa emendata, dilucida, ornata, apta esse debet, ita hæc quoque emendata erit, id est, vitio carebit, si fuerit os facile explanatū, iucundum, vrbānum, id est, in quo nulla neque rusticitas, neque peregrinitas resonet. Non enim sine causa dicitur barbarum Græcūve. Nam sonis homines, vt ara tinnitu dignoscimus. Ita fiet illud quod Ennius probat, cū dicit suauiloquenti ore Cethegum fuisse: non quod Cicero in iis reprehendit, quos ait latrare non agere. Sunt enim multa vitia, de quibus dixi, cum in quadam primi libri parte puerorum ora formare, opportunius ratus in ea ætate facere illorum mentionem in qua emendari possunt. Itaque si ipsa vox primum fuerit (vt sic dicam) sana, nullum eorum de quibus nunc dixi, patietur incommodum: deinde non subfurda, rudis, immanis, dura, rigida, varia, prapinguis, aut tenuis, inanis, acerba, pusilla, mollis, effeminata. Spiritus, nec brevis, nec parum durabilis, nec in receptu difficilis. ¶ Dilucida vero erit pronūciatio primū, si verba tota exegerit, quorū pars deuorari, pars destitui solet; plerisque extremas syllabas non proferentibus, dum priorū sono indulgent. Vt autē est necessaria verborū explanatio, ita omnes cōputare, & velut annumerare literas molestū, & odiosum. Nā & vocales frequentissimè coeunt, & consonantiū quædam in sequente vocali dissimulantur. vtriusque exemplum posuimus, Multum ille & terris. Vitatur etiam durior inter se cōgressus, vnde pellexit, & collegit, & quæ alio loco dicta sunt. Ideoque laudatur in Catullo suaui appellatio literarū. ¶ Secundū est, vt sit oratio distincta, id est vt qui dicit, & incipiat vbi oportet, & desinat. Obseruandum etiam quo loco sustinendus, & quasi suspendendus sermo sit, quod Græci *ὑποσπασθῆναι*, vel *ὑποσπασθῆναι*, vel *ὑποσπασθῆναι* vocant, quo deponendus. Suspēditur, Arma, virūque cano, quia illud virum, ad sequentia pertinet, ut sit, virum Troiæ qui primus ab oris, & hic iterū. Nam etiam si aliud est vnde uenit quàm quō uenit, non distinguendum tamen, quia utrumque eodem uerbo continetur, uenit. tertio Italiam, quia interiectio est, Fato profugus, & continuum sermonem qui faciebat, Italiam, Lavinæque, diuidit, ob eandemque causam, quarto profugus, deinde Lavinæque uenit Littora, ubi iam erit distinctio, quia inde alius incipit sensus. Sed in ipsis etiam distinctionibus tempus, alias breuius, alias longius dabimus. Interest enim sermonem finiri, an sensum. Itaque illam distinctionem Littora, protinus altero spiritus initio insequar, cum illuc uenero. Atque altæ moenia Romæ, deponam & morabor, & nouum rursus exordium faciam. Sunt aliquando & sine respiratione quædam moræ etiam in periodis: ut in illa, In cœtu uero Populi Romani, negotium publicum gerens, magister equitum, & cætera. Multa habent membra. Sensus enim sunt alii atque alii: & sicut una circūductio est, ita paulum morandum in iis interuallis: nō interruptendus est contextus, & e contrario spiritum interim recipere sine intellectu moræ necesse est quo loco quasi surripiendus est, alioqui si in scite recipiatur, non minus afferat obscuritatis, quàm uitiosa distinctio. Virtus autem distinguendi fortasse sit parua, sine qua tamen esse nulla alia in agendo potest. ¶ Ornata est pronūciatio, cui suffragatur uox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, secans æra, auribus sedens. Est enim quædam ad auditum accommodata, non magnitudine, sed proprietate ad hoc uelut tractabilis, utiq; habens omnes in se, qui desiderantur, sonos intentionesque, & toto (ut aiunt) organo instructa, cui aderit lateris firmi-

Exercitatio
uocis.

VOX AD
orationē ac-
commodan-
da, ut sit e-
mendata, di-
lucida, orna-
ta, apta.

Dilucida
pronūcia-
tio.

Ornata pro
nūciatio.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

Pronunciatio
tenenda æ-
qualiter,
ac pro rerū
et uerborū
natura ua-
rianda.

tas, spiritus cum spatio pertinax, tum labori non facile cessurus. Neque grauissimus autem in musica sonus, nec acutissimus orationibus conuenit. Nam & hic parum clarus, nimiumque plenus nullum asferre animis motum potest: & ille prætenus & immodicæ claritatis, cum est ultra verum, tum neque pronuntiatione flecti, nec diutius ferre intentionem potest. Nam vox ut nervi, quo remissior hoc & grauior & planior: quo tensior, hoc tenuis & acuta magis est. Sic ima vim non habet, summa rumpi periclitatur. Mediis igitur utendum sonis: ique, cum augenda intentio est, excitandi: cum summittenda, sunt temperadi. ¶ Nam prima est obseruatio recte pronuntiandi, æqualitas, ne sermo subsulet imparibus spatiis ac sonis, miscens longa breuibus, graui acutis, elata summissis, & inæqualitate horum omnium, sicut pedum, claudicet sermo. ¶ Secunda varietas est, quæ solum est pronuntiatio. Ac ne quis pugnare inter se putet æqualitatem & varietatem, cum illi virtuti contrarium sit vitium inæqualitas, huic qui dicitur *μωροειδής*, quasi quidam vnus aspectus. Ars porro variandi cum gratiâ præbet, ac renouat aures, tum dicentem ipsa laboris mutatione reficit, ut standi, ambulandi, sedendi, iacendi vices sunt, nihilque eorum pati vnū diu possumus. ¶ Illud vero maximum (sed id paulo post tractabimus) quod secundum rationem rerum de quibus dicimus, animorumque habitus, conformanda vox est, ne ab oratione discordet. Vitemus igitur illam quæ Græcè *μωροτομία* vocatur, vna quædam spiritus ac soni intentio, non solum ne dicamus omnia clamorose, quod insanū est: aut intra loquendi modū, quod motu caret: aut submisso murmure, quo etiam debilitatur omnis intentio: sed ut in iisdem partibus, iisdemque affectibus, sint tamen quædam non ita magnæ vocis declinationes, prout aut verborū dignitas, aut sententiarum natura, aut depositio, aut inceptio, aut transitus postulat, ut qui singulis pinxerunt coloribus, alia tamen eminentiora, alia reductiora fecerunt, sine quo ne membris quidē suas lineas dedissent. Proponamus enim nobis illud Ciceronis in oratione nobilissima pro Milone principium, nonne ad singulas penē distinctiones, quamuis in eadem facie, tamen quasi vultus mutandus est? Etsi vereor iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere. Etiam si est toto proposito contractum atque submissum, quia & exordium est, & solliciti exordium, tamen fuerit necesse est aliquid plenius & erectius, dum dicit, Pro fortissimo viro dicere, quàm, Etsi vereor, & Turpe sit, & Timere. Iam secunda respiratio increseat oportet, & naturali quodam conatu, quo minus pauidè dicimus quæ sequuntur, & quo magnitudo animi Milonis ostēditur. Minimèque deceat, cum T. Annii ipse magis de re publica salute quàm de sua perturbetur. Deinde quasi obiurgatio sui est, Me ad eius causam parem animi magnitudinem asferre non posse. Tum inuidiosiora, Tamen hæc noui iudicii noua forma terret oculos. Illa vero iam penē apertis (ut aiunt) tibiis, Qui quocunq; inciderunt veterem consuetudinem fori, & pristinū morem iudiciorū requirunt. Nam sequens latum etiā atq; effusum est. Non enim corona cōfessus vester cinctus est ut solebat. Quod notaui, ut appareret non solum in membris causæ, sed etiā in articulis esse aliquam pronuntiandi varietatem: sine qua nihil, nec minus, nec maius est. ¶ Vox autem ultra vires vrgenda nō est. Nam & suffocata sapē, & maiore nisu minus clara est, & interim elisa in illum sonū erumpit, cui Græci *κλασμός* nomen ab immaturo gallorum cantu dederunt. Nec volubilitate nimia confundenda quæ dicimus, quæ & distinctio perit & affectus, & nonnunquam etiam verba aliqua sui parte fraudantur. Cui contrarium est vitium nimie tarditatis. Nam & difficultatem inveniendi fatetur, & segnitia soluit animos, & in quo est aliquid, temporibus præfinitis aquam perdit. ¶ Promptum sit os, non præceps, moderatum, non lentum. ¶ Spiritus quoque nec crebro receptus concidat sententiam, nec eo vsque trahatur, donec deficiat. Nā & deformis est consumpti illius sonus, & respiratio sub aqua diu pressi similis, & receptus longior, & non opportunus, ut qui fiat non ubi volumus, sed ubi necesse est. Quare longiorem dicturis periodum colligendus est spiritus, ita tamen, ut id neque diu, neq; cū sono faciamus, neq; omnino ut manifestū sit, reliquis partibus optime inter iuncturas sermonis reuocabitur. Exercendus autem est, ut sit q̄ longissimus: quod Demosthenes ut efficeret, scandens in aduersum continuabat quàm posset plurimos versus. Idem quo facilius verba ore libero exprimeret, calculos lingua uoluēs dicere domi solebat. Est interim & longus, & plenus, & clarus satis, spiritus nō tamen firmæ intentionis, ideoq; tremulus, ut corpora quæ aspectu integra nervis parū sustinentur. id Græci *βραχύν* uocant. Sunt qui spiritū cum stridore per raritatem dentium non recipiunt, sed resorbent. Sunt qui crebro anhelitu, & introrsum etiam clare sonante, imitentur iumenta onere & iugo laborantia. Quod affectant quoq; tanq̄ inuentionis copia urgeantur, maioreq; uis eloquentiæ ingruat, quàm quæ emitti faucibus possit. ¶ Est aliis concursus oris, & cū uerbis suis colluctatio. ¶ Iā tussire & expuere crebro, & ab imo pulmone pituitā trochleis adducere, & oris humore proximos spargere, & maiore partē spiritus in loquendo per nares effundere, etiā si non utiq; uocis sunt uitia, quia tamen propter uocē accidunt, potissimū huic loco

De orat. 1.

loco subiiciantur. ¶ Sed quodcumq; ex iis vitiū magis tulerim, q̄ quo nunc maximè laboratur in causis omnibus scholisq; cātandi: quod inutilius sit an foedius, nescio. Quid enim minus oratori conuenit, q̄ modulatio scēnica, & nonnunq; ebriorū, aut comessantiū licentiæ similis? Quid vero mouendis affectibus contrariū magis, q̄ cum dolendum, irascendū, indignandum, cōmiserandum sit, non solum ab iis affectibus, in quos inducendus est iudex, recedere, sed ipsam fori sanctitatē ludorum talariū licentia soluere? Nam Cicero illos ex Lycia & Caria rhetores penè cantare in epilogis dixit. Non etiam cantandi seueriorem paulo modū excessimus. Quisquā ne, non dico de homicidio, sacrilegio, patricidio, sed de calcolis certe atq; rationibus: quisquā deniq; (vt semel finia) in lite cantat? Quod si omnino recipiendū est, nihil causæ est cur non illam vocis modulationem fidibus ac tibiis, immo mehercules, quod est huic deformitati propius, cymbalis adiuuemus. Facimus tamen hæc libenter. Nam nec cuiquā sunt iniucunda quæ cantant ipsi, & laboris in hoc, q̄ in agendo minus est. Et sunt quidā qui secundū alia vitæ vitia, etiam hac vbiq; audiendi quod aures mulceat, voluptate ducantur. Quid ergo non & Cicero dicit esse aliquē in oratione tantum obsecuriorem? Et hoc quodā naturali vitio venit. Ostendam non multo post, vbi & quatenus recipiendus sit hic flexus, & cantus quidem, sed (quod pleriq; intelligere nolunt) obscurior. ¶ Iam enim tempus est dicendi quæ sit apta pronuntiatio, quæ certè ea est, quæ iis de quibus dicimus, accommodatur, quod quidē maxima ex parte præstant ipsi motus animorum, sonatq; vox vt feritur. Sed cū sint alii veri affectus, alii ficti & imitati, veri naturaliter erumpunt, vt dolentiū, irascentiū, indignantiū, sed carent arte, ideoq; non sunt disciplinæ traditione formandi: contra qui effinguntur imitatione, artem habent, sed hi carent natura, ideoq; in iis primū est bene affici, & concipere imagines rerum, & tanq̄ veris moueri, sic velut media vox, quem habitū à nobis acceperit, hunc iudicum animis dabit. Est enim mentis index, & velut exemplar, ac totidem quot illa mutationes habet. Itaq; lætis in rebus plena, simplex, & ipsa quodam modo hilaris fuit: at in certamine erecta totis viribus, & velut omnibus nervis intenditur. Atrox in ira & aspera ac densa, & respiratione crebra. Neq; enim potest esse longus spiritus, cū immoderate effunditur. Paulum in inuidia facienda lentior, quia non ferè ad hanc nisi inferiores confugiunt: at in blandiendo, satendo, satisfaciendo, rogando, lenis & submissa. Suadentium, & monentium, & pollicentium, & consolantium grauis, in metu & verecundia contracta, adhortationibus fortis, disputationibus teres, miseratione flexa & flebilis, & consulto quasi obscurior: at in egressionibus fulsa & securæ claritatis, in expositione ac sermonibus recta, & inter acutum sonum & grauem media. Attollitur autem concitatis affectibus, compositis descendit, pro vtriusq; rei modo altius vel inferius. Quid autem quisque in dicendo postulet locus, paulum differam, vt de gestu prius dicam, qui & ipsi voci consentit, & animo cum ea simul paret. ¶ Is quantum habeat in oratore momenti: satis vel ex eo patet, quod pleraq; etiā citra verba significat. Quippe non manus solum, sed nutus etiam declarat nostram voluntatem, & in mutis pro sermone sunt, & salutatio frequenter sine voce intelligitur atque afficit, & ex vultu ingressuque perspicitur habitus animorum, & animalium quoque sermone carentium ira, læticia, adulatio, & oculis, & quibuscum aliis corporis signis deprehenditur. Nec mirū si ista, quæ tamen in aliquo posita sunt motu, tantum in animis valent, cum pictura tacens opus, & habitus semper eiusdem, sic in intimos penetret affectus, vt ipsam vim dicendi nonnunquam superare videatur. Contra si gestus ac vultus ab oratione dissentiant, tristitia dicamus hilares, affirmemus aliqua renuentes, non auctoritas modo verbis, sed etiam fides desit. Decor quoq; à gestu atq; à motu venit. Ideoq; Demosthenes grande quoddā speculum intuens cōponere actionem solebat. Adeo quis fulgor ille sinistras imagines reddat, suis demum oculis credidit, quod efficeret. ¶ Præcipuū vero in actione sicut in corpore ipso, caput est, cum ad ipsum de quo dixi decorem, tum etiam ad significationem decoris illa sunt, vt sit primo rectum & secundum naturam. Nam & deiecto humilitas, & supino arrogantia, & in lateris inclinato languor, & præduro ac rigente barbaria quædā mentis ostenditur: Tum accipiat aptos ex ipsa actione motus, vt cum gestu cōcordet, & manibus ac lateribus obsequatur. Aspectus enim semper eodem vertitur quò gestus, exceptis quæ aut dammare, aut non concedere, aut à nobis remouere oportebit, vt idem illud vultu uideamur auersari, manu repellere. Dii talem teris auertite pestem. Haud equidem tali me dignor honore. Significat uero plurimis modis. Nam præter annuendi, renuendi, confirmandiq; motus, sunt & uerecundiæ, & dubitationis, & admirationis & indignationis noti, & communes omnibus. Solo tamen eo facere gestum scēnici quoque doctores uitiosum putauerunt. Etiam frequens eius nutus non caret uirio, adeo iactare id, & comas excutiētē rotare phanaticum est. ¶ Dominatur autem maximè vultus. Hoc supplices, hoc minaces, hoc blandi, hoc tristes, hoc hilares, hoc erecti, hoc submissi sumus, hoc pendent homines, hunc intuentur, hunc spectant etiā anteq̄ dicamus, hoc quodā ama-

Pronuntiatio apta.

DE GESTU pronuntiationis.

Caput.

Vultus.

mus, hoc odimus, hoc plurima intelligimus: hic est sæpè pro omnibus verbis. Itaque in iis quæ ad scenam componuntur fabulis, artifices pronunciandi à personis quoque affectus mutuuantur, vt sit Niobe in tragedia tristic, atrox Medea, attonitus Ajax, truculentus Hercules. In comædiis vero præter aliam obseruationem, qua serui, lenones, parasiti, rustici, milites, vetula, meretricula, ancilla, senes austeri ac mites, iuvenes seueri ac luxuriosi, matronæ, puellæ, inter se discernuntur: Pater ille cuius præcipuæ partes sunt, quia interim concitatus, interim lenis est, altero erecto, altero composito est supercilio: atque id ostendere maximè Latinis actoribus moris est, quod cum iis quas agunt partibus congruat. ¶ Sed in ipso vultu plurimum valent oculi, per quos maximè animus emanat, vt citra motum quoque, & hilaritate enitescant, & tristitia quoddam nubilum ducant. Quinetiam lachrymas iis natura mentis indices dedit, quæ aut erumpunt dolore, aut lætitia manant. Motu vero intenti, remissi, superbi, torui, mites, asperi fiunt, quæ vt actus poposcerit finguntur. Rigidi vero & extenti, aut languidi & torpentes, aut stupentes, aut lasciuī & mobiles, aut natantes, & quadam voluptate suffusi, aut limi, & (vt sic dicam) venerei, aut poscentes aliquid pollicentesve nonnunquam esse debebunt. Nam opertos compressosve eos in dicendo, quis nisi planè rudis & stultus habeat? Et ad hæc omnia exprimenda in palpebris etiā & in genis est quoddam deseruiens iis ministerium. Multum & supercilii agitur. Nam & oculos formant aliquatenus, & fronti imperant. His contrahitur, attollitur, demittitur, vt nulla res in ea plus valeat. Sanguis ille, qui mentis habitu mouetur, & cum infirma verecundia cutem accipit, effunditur in ruborem, cum metu refugit, abit omnis, & pallore frigescit, temperatus medium quoddam serenum efficit. Vitium in superciliiis, si aut immota sunt omnino, aut nimium mobilia, aut inæqualitate (vt modo de persona comica dixeram) dissident, aut contra id quod dicimus finguntur. Etenim contractis tristitia, diductis hilaritas, remissis pudor ostenditur. Annuendi quoque renuendive ratione demittuntur aut alleuantur. ¶ Naribus labrisque non ferè quicquam decenter ostendimus, tametsi derisus, contemptus, fastidium significari solet. Nam & corrugare nares (vt Horatius ait) & inflare, & mouere, & digito inquietare, & impulsu subito spiritum excutere, & diducere sæpius, & plana manu resupinare, indecorum est, cum emunctio etiam frequentior non sine causa reprehendatur. Labra & porriguntur male, & scinduntur, & astringuntur, & diducuntur, & dentes nudant, & in latus ac penè ad aurem trahuntur, & velut quodam fastidio replicantur, & pendent, & vocem tantum altera parte dimittunt. Lambere quoque ea & mordere deformis est, cum etiam in efferendis verbis, modicus esse eorum debeat motus. Ore enim magis quàm labris loquendum est. ¶ Cervicem erectam oportet esse, non rigidam aut supinam. Collum diuersa quidem, sed pari deformitate contrahitur & tenditur, sed tenso subest & labor, tenuaturque vox ac fatigatur. Afixum pectori mētum minus claram, & quasi latiore pressio gutture facit. Humero-rum raro decens alleuatio atque contractio est. Breuiatur enim ceruix, & gestum quendam humilem atque seruiilem, & quasi fraudulentum facit, cum se in habitu adulationis, admirationis, metus, fingunt. ¶ Brachii moderata proiectio remissis humeris atque explicantibus se in proferenda manu digitis, continuos & decurrentes locos maximè decet. At cum speciosius quid vberiusque dicendum est, vt illud, Saxa atque solitudines voce respondent, expatiatur in latus, & ipsa quodāmodo in se cū gestu fundit oratio. ¶ Manus vero sine quibus tranca esset actio ac debilis, vix dici potest, quot motus habeant, cum penè ipsam verborū copiam persequantur. Nam cæteræ partes loquentem adiuvant, hæc (prope est vt dicam) ipsæ loquuntur. An non iis poscimus? pollicemur? vocamus? dimittimus? minamur? supplicamus? abominamur? timemus? interrogamus? negamus? gaudium, tristitiam, dubitationem, confessionem, penitentiā, modum, copiam, numerum, tempus, ostendimus? Non eadem concitant? supplicant? inlubent? probant? admirantur? verecundantur? non in demonstrandis locis atque personis aduerbiorum atque pronominum obtinent vicem? vt in tanta per omnes gentes nationesque linguæ diuersitate hic mihi omnium hominum communis sermo videatur. ¶ Et ii quidem de quibus sum locutus, cum ipsis vocibus naturaliter exeunt gestus, alii sunt qui res imitatione significant, vt si ægrum tentantis venas medici similitudine, aut citharædum formati ad modum percutientis nervos manibus ostendas, quod est genus quā longissime in actione fugiendum. Abesse enim plurimum à saltatore debet orator, vt sit gestus ad senium magis quàm ad verba accommodatus: quod etiam histrionibus paulo grauioribus facere moris fuit. Ergo vt ad se manum referre cum de se ipso loquatur, & in eum quem demonstrat intendere, & aliqua his similia permiserim, ita non effingere status quosdam, & quicquid dicet, ostendere. Neque id in manibus solum, sed in omni gestu ac voce seruandum est. Non enim aut in illa periodo, Stetit soleatus Prætor Populi Romani, inclinatio incumbētis in mulierculam Verris effingenda est: aut in illa, Cædebatur in medio foro Messanæ, motus laterum, qualis esse ad verbera solet, tor-

Oculi.

Palpebræ.
Genæ.
Supercilia.

Nares &
Labra.

Cervix, col-
lum, & hu-
meri.

Brachium.

Manus.

Imitatio ge-
sticularum in-
ciosā.

Act. 7.

let torquendus: aut vox qualis dolore exprimitur, eruenda. Cum mihi concedi quoque pessime facere videantur, qui etiam si iuuenem agant, cum tamen in expositione, aut senis sermo, ut in Hydræ prologo: aut mulieris, ut in Georgo, incidit, tremula vel effeminata voce pronunciat. Adeo in illis quoque est aliqua vitiosa imitatio, quorum ars omnis constat imitatione. ¶ Est autem gestus ille maxime communis, quo medius digitus in pollicem contrahitur explicitis tribus, & principii vtilis, cum leni in vtrunque partem motu modice prolatus, simul capite atque humeris sensim ad id quo manus feratur obsecundantibus, & in narrando certus, sed tum paulo productior, & in exprobrando, & in arguendo acer atque instans. Longius enim partibus iis & liberius exeritur. Vitiosè vero idem sinistrum quasi humerum petens in latus agi solet, quod adhuc peius aliqui transuersum brachium proferunt, & cubito pronunciant. Duo quoque medii sub pollicem veniunt, & est hic adhuc priore gestus instantior, principio & narrationi non accommodatus. At cum tres contracti pollice premuntur, tum digitus ille, quo usum optime Crassum Cicero dicit, explicari solet. Is in exprobrando & indicando (vnde ei nomen est) valet, & alleuata ac spectante numerum manu paulum inclinatus affirmat. Versus in terrâ & quasi pronus vrget, aliquando pro humero est. Idem summo articulo vtrinq; leniter apprehensio, duobus modice curuatis, minus tamen minimo, aptus ad disputandum est. Acrius tamen argumentari videntur, qui mediū articulū potius tenent, tanto contractioribus vltimis digitis, quanto priores descenderunt. Est & ille verecundæ actioni aptissimus, quo primis leuiter in summū coeuntibus digitis, non procul ab ore aut pectore fertur ad nos manus, & deinde prona ac paululū prolata laxatur. Hoc modo cœpisse Demosthenem credo in illo pro Ctesiphonte timido summissq; principio: sic formatam Ciceronis manū, cum diceret, Si quid est in me ingenii iudices, quod sentio quā sit exiguū. Eadem aliquatenus liberius deorsum spectatibus digitis colligitur in os, & fufius paulo in diuersa resoluitur, ut quodā modo sermonē ipsum proferre videatur. Binos interim digitos distinguimus, sed non inserto pollice, paulum tamen inferioribus intra spectantibus, sed ne illis quidem tensis qui supra sunt. Duo interim extremi palmam circa ima pollicis premunt, ipse prioribus ad medios articulos iungitur, interim quartus obliquè reponitur, interim quatuor remissis magis quā tensis, pollice intus inclinato, habilem in latus demonstrando aut distinguendo quæ dicimus manum facimus, cum supina in sinistrum latus, prona in alterum fertur. Sunt & illi breues gestus, cum manus leuiter pandata, qualis vouentiū est, paruis interuallis, & subassentientibus humeris mouetur, maximè apta parçè & quasi timidè loquentibus. Est admirationi conueniens ille gestus, quo manus modice supinata, ac per singulos à minimo collecta digito redeunte flexu simul explicatur atq; cōuertitur. Nec vno modo interrogantes gestum cōponimus, plerunq; tamen vertentes manū, vtcunq; composita est. Pollici proximus digitus, mediusq; contingens quæ dexter est, vnguem pollicis summo suo iungens, remissis cæteris, est & approbantibus, & narrantibus, & distinguendis decorus. Cui non dissimilis, sed cōpressis tribus digitis, quo nunc Græci plurimū vtuntur etiam vtraque manu, quoties enthymemata suo gestu velut cornu tundūt cæsum. Manus lenior promittit & assentatur, citatior hortatur, interim laudat. Est & ille vrgēs orationem gestus vulgaris magis quā ex arte, qui contrahit alterno celeriq; motu, & explicat manū. Est & illa caua, & rara, & supra humeri altitudinem elata cum quodam motu velut hortatrix manus à peregrinis scholis iam prope recepta. Tremula scenica est. Digitos cum summi coierunt, ad os referre, cur quibusdam displicuerit, nescio. Nam id & leuiter admirantes, & interim subita indignatione velut pauescentes & deprecantes, facimus. Quin compressam etiam manum in signum poenitentiae vel iræ, pectori admoouemus, vbi vox vel inter dentes expressa non dedecet. Quid nunc agam? quid faciam? Auerſo pollice demonstrare aliquid, receptum magis puto, quā oratori decorū. Sed cum omnis motus sex partes habeat, septimūsq; sit ille qui in se redit orbis, vitiosa est vna circunuersio, reliqui ante nos, & dextra læuaque, & sursum & deorsum aliquid ostendūt, in posteriora gestus non dirigitur. Interim tamen velut reiici solent. Optime autem manus à sinistra parte incipit, in dextra deponitur, sed ut deponere non vt ferire videatur: quanquam & in fine interim cadit, ut cito tamen redeat, & nonnunquam resilit, vel negantibus nobis, vel admirantibus. Hic veteres artifices illud rectè adiecerunt, ut manus cum sensu & inciperet, & deponeret. Alioqui enim aut ante vocem erit gestus, aut post vocem, quod est vtrunque deforme. In illo lapsi nimia subtilitate sunt, quod interuallum motus tria verba esse uoluerunt, quod nec obseruatur, nec fieri potest, sed illi quasi mensuram tarditatis celeritatisque aliquam esse uoluerunt, nec immeritò, ne aut diu ociosa esset manus, aut (quod multi faciunt) actionem continuo motu conciderent. Aliud est quod & sit frequentius, & magis fallit. Sunt quædam latentes sermonis percussiones, & quasi aliqui pedes, ad quos plurimorum gestus cadit, ut sit unus motus, Nouum crimen: alter, C. Cæsar: ter-

Digiti.

Index.
Crassi.

Pro Archia.

tius, Et ante hanc diem: quartus, Inauditum: deinde, Propinquus meus: &, Ad te Quintus Tubero detulit. Vnde id quoque fuit vitium, vt iuuenes cum scribunt, gestu prae modulati cogitationem sic componant, quomodo casura manus sit. Inde & illud vitium, vt gestus qui in fine dexter esse debet, in sinistram frequenter desinat. Melius illud, cum sint in sermone omnia breuia quadam membra, ad quae si necesse sit, recipere spiritum liceat, ad hanc gestum disponere: vt puta, Notuum crimen C. Caesar, habet per se finem quendam suum, quia sequitur coniunctio: deinde, Et ante hanc diem inauditum, satis circumscriptionem est. Ad hanc commodanda manus est, idque dum eruperit prima & composita actio. At vbi iam calor eam concitauerit, etiam gestus cum ipsa orationis celeritate crebretur. Aliis locis citata, aliis pressa conueniet pronuntiatio. Illa transcurrimus, congerimus, festinamus: hac instamus, inculcamus, infigimus. Plus autem affectus habent lentiora. Ideoque Roscius citatior, Aesopus grauior fuit: quod ille comcedias, hic tragecedias egit. Eadem motus quoque observatio est. Itaque in fabulis iuuenum, senum, militum, matronarum grauior ingressus est, serui, ancillae, parasiti, piscatores citatius mouentur. Tolle autem manum artifices supra oculos, demitti infra pectus vetant, adeo a capite eam petere, aut ad imum ventrem deducere vitiosum habetur. At sinistram intra humerum promouere, ultra non decet. Sed cum auersantes in laeuam partem velut propellemus manum, sinister humerus proferendus, vt cum capite ad dextram ferente consentiat. ¶ Manus sinistra nunquam sola recte gestum facit, dextrae se frequenter accommodat, siue in digitos argumenta digerimus, siue auersis in sinistram palmis abominamur, siue obicimus aduersas, siue in latus vtrumque distendimus, siue satisfacientes, aut supplicantes. Diuersi sunt autem ii gestus, siue summittimus, siue adorantes attollimus, siue aliqua demonstrationi, aut inuocationi protendimus, Vos Albani tumuli atque luci. aut Gracchanum illud, Quod me miser conferat? quod vertam? in capitolium ne? at fratris sanguine redundat. an domum matrem ne vt miseram lamentantemq; videam & abiectam? Plus enim affectus in iis iuncta exhibent manus. In rebus paruis, tristibus, mitibus, breues: magnis, latis, atrocibus, extensiores sunt. ¶ Vitia quoque earum subiicienda sunt, quae quidem accidere etiam exercitatis actoribus solent. Nam gestu poculum poscentis, aut verbera minantis, aut numeru quingentoru pollice flexo efficietis, quae sunt a quibusdam scriptoribus notata, ne in rusticis quidem vidi. At vt brachio exerto introspectiatur latus, vt manum alius ultra sinum proferre non audeat, alius in quantum patet longitudo protendat, aut ad tectum erigat, aut repetito ultra laeuum humeru gestu ita in tergum flagellet, vt consistere post eum parum tutum sit, aut sinistram ducat orbem, aut temere sparsa manu in proximos offendat, aut cubitu vtrumq; in diuersum latus ventilet, saepe scio euenire. Solet esse & pigra, & trepida, & secanti similis, interim vncis etiam digitis, aut a capite deiciatur, aut eadem manus supinata in superiora iactetur. Fit & ille habitus, qui esse in statu pacificator solet, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachio ab aure praetenso, manum infesto pollice extendit: qui quidem maximè placet iis, qui se dicere sublata manu iactant. Adicias licet eos qui sententias vibratis digitis iaculantur, aut manu sublata denunciant, aut (quod per se interim recipiendum est) quoties aliquid ipsis placuit, in vngues eriguntur. sed vitiosum id faciunt, aut digito quanto plurimum possunt erecto, aut etiam duobus, aut vtraque manu ad modum aliquid portantium composita. ¶ His accedunt vitia non naturae, sed trepidationis, cum ore concurrente rixari, si memoria fefellerit, aut cogitatio non suffragetur, quasi faucibus aliquid obsterit insonare, in aduersum tergere nares, obambulare sermone imperfecto, resistere subito, & laudem poscere silentio, quae omnia persequi propè infinitum est. Sua enim cuique sunt vitia. Pectus ac venter ne proiciatur, observandum. Pandant enim posteriora, & est odiosa omnis supinitas. Latera cum gestu consentiant. Facit enim aliquid & totius corporis motus, adeo vt Cicero plus illo agi, q̃ manibus ipsis putet. Ita enim dicit in Oratore, Nullae argutiae digitorum, non ad numerum articulus cadens, trunco magis toto se ipse moderans, & virili laterum flexione. Femur ferire, quod Athenis primus fecisse creditur Cleon, & vilitatum est, & indignantes decet, & excitat auditorem. Idque in Callidio Cicero desiderat. Non frons, inquit, percussa, non femur, pedum (quod nimum est) nulla suppositio: q̃q̃ (si licet) de fronte dissentio. Nam etiam complodere manus scenicum est, & pectus cadere. Illud quoque raro decebit, caua manu summis digitis pectus appetere, si quando nosmetipsos alloquimur, cohortantes, obiurgantes, miserantes. quod si quando fiet, togam quoque inde remouere non decebit. ¶ In pedibus observantur status & incelsus. Prolato dextero stare, & eandem manum ac pedem proferre, deformis est. In dextrum incumbere interim datur, sed a quo pectore, qui tamen comicus magis q̃ oratorius gestus est. Male etiam in sinistru pedem insistentiu dexter aut attollitur, aut summis digitis suspeditur. Varicare supra modum, & in stando deformis est, & accedente motu propè obscenū. Procurfio opportuna, brevis, moderata, rara, conuenit etiam & ambulatio quadam

Sinistra manus.

De orat. 3.

Vitia manuum.

Alia vitia.

De cla. ora.

De pedum gestu.

quædam propter immodicas laudationum moras: quanquam Cicero rarum incessum, neque ita longum probat. Discursare vero, & quod Domitius Apher de Sura Manilio dixit satagere, ineptissimum. Urbanæque Flavius Virginius interrogauit de quodam suo antiphiliste, quot millia passuum declamasset. Præcipi & illud scio, ne ambulantes auertamur à iudicibus, sed sint obliqui pedes ad concilium nobis respicientibus. Id fieri iudiciis priuatis non potest. Verum & breuiora sint spatia, nec auersi diu simus, interim tamen recedere sensim datur. Quidam & resiliunt, quod est planè ridiculum. Pedis suppositio ut loco est opportuna (ut ait Cicero) in contentionibus, aut incipiendis, aut finiendis, ita crebra & inepti est hominis, & desinit iudicem in se conuertere. Est & illa indecora in dextrum ac laeuum latus vacillatio alternis pedibus insistentium. Longissimè fugienda mollis actio, qualem in Tityo Cicero dixit fuisse. Vnde & saltationis quoddam genus Tityus est appellatum. Reprehendenda est & illa frequens, & concitata in utramque partem nutatio, quam in Curione patre irrisit & Iunius, quarens quis è lintre loqueretur, & Sicinius. Nam cum assidente collega qui erat propter valetudinem & deligatus, & pluribus medicamentis propter dolorem artuum delibutus, multum se Cario ex more iactasset, Nunquàm, inquit, Octauus collega tuo gratiam referes: qui nisi fuisset istic, hodie te muscæ comedissem. Iactantur & humeri, legæ tuo gratiam referes: qui nisi fuisset istic, hodie te muscæ comedissem. Iactantur & humeri, quod vitium Demosthenes ita dicitur emendasse, ut cum in angusto quodam pulpito stans diceret, hasta humero dependens immineret, ut si calore dicendi vitare id excidisset, offensione illa comoneretur. Ambulantem loqui ita demum oportet, si in causis publicis, in quibus sunt multi iudices, quod dicimus, quasi singulis inculcare peculiariter velimus. Illud vero refellendum, quod quidam reiecta in humerum toga, cum dextra sinum vsque ad lumbos reduxerunt, ut sinistra gestum facientes spatientur & fabulentur, cum etiam laeuam restringere prolata longius dextra sit odiosum. Vnde moneor ut ne id quidem trāseam ineptissimè fieri, cum inter moras laudationum, aut in aurem alicuius loquuntur, aut cum sodalibus iocantur, aut nonnunquam ad libentarios suos ita respiciunt, ut sportulam distare videantur. Inclinari ad iudicem cum doceas, utique si id de quo loquaris sit obscurius, decet. Incumbere aduocato aduersis subfelliis sedenti, contumeliosum est. Reclinari etiam ad suos, & manibus sustineri, nisi planè iusta fatigatio est, delicatum, sicut palam moneri excidentis, aut legere. Nam in his omnibus & vis illa dicendi soluitur, & frigescit affectus, & iudex parum sibi præstari reuerentiæ credit. Transire in diuersa subfella parum verecundum est. Nam & Cassius Seuerus urbanè aduersus hoc facientes, lineam poposcit. Et si aliquando concitate itur, nunquam non frigide reditur. ¶ Multa ex iis quæ præcipimus mutari necesse est ab iis qui dicunt apud tribunalia. Nam & vultus erectior, ut eum apud quem dicitur spectet: & gestus, ut ad eundem tendens elatior sit, necesse est, & alia quæ occurrere etiam me tacente omnibus possunt. Itemque ab iis qui sedentes agent. Nam & fere fit hoc in rebus minoribus: & iidem impetus actionis esse non possunt, & quædam vitia sunt necessaria. Nam & dexter pes à læua iudicis sedentis proferendus est, & ex altera parte multi gestus necesse est in sinistram eant, ut ad iudicem spectent. Equidem plerisque & ad singulas clausulas sententiarum video assurgentes sibi, & nonnullos subinde aliquid etiam spatientes, quod an deceat ipsi viderint, cum id faciunt, non sedentes agunt. Bibere, aut etiam esse inter agendum, quod multis moris fuit, & est quibusdam, ab oratore meo procul absit. Nam si quis aliter dicendi onera perferre non possit, non ita miserum est non agere, potiusque multo, quam & operis & hominū contemptum fateri. ¶ Cultus non est proprius oratoris aliquis, sed magis in oratore cōspicitur. Quare fit (ut in omnibus honestis debet esse) splendor & virilis. Nam & toga, & calceus, & capillus, tam nimia cura, quæ negligentia sunt reprehendenda. Est aliquid in amictu, quod ipsum aliquatenus temporum conditione mutatum est. Nam veteribus nulli sinus, perquam breues post illos fuerunt. Itaque & gestu necesse est vsos esse in principiis eos alio, quorum brachium sicut Græcorum, veste continebatur. Sed nos de presentibus loquimur. ¶ Cui laticlavii ius non erit, ita cingatur, ut tunica prioribus oris infra genua paulum, posterioribus ad medios poplites vsque perueniant. Nam infra mulierum est, supra centurionum. Ut purpurea rectè descendant, levis cura est. Notatur interim negligentia. Latum habentium clauum modus est, ut sit paulum cinctis summissior. ¶ Ipsam togā rotundā esse, & apte casam velim. Aliter enim multis modis fiet enormis. Pars eius prior mediis cruribus optimè terminatur, posterior eadē portione altius quæ cinctura. Sinus decetissimus, si aliquāto supra imam toga fuerit, nunquā certe sit inferior. Ille qui sub humero dextro ad sinistrum obliquè ducitur, velut balteus, nec stragulet, nec si uat. Pars togæ quæ postea imponitur, sit inferior: nam ita & sedet melius, & cōtinetur. Subducenda etiā pars aliqua tunica, ne ad lacertum in actu redeat, tū sinus iniiciendus humero, cuius extremā oram reiecisisse non dedecet. Operiri autem humerum cum toto iugulo non oportet. Alioqui amictu fiet angustus: & dignitatē, quæ est in latitudine pectoris, perdet. Sinistrum brachium eo vsque allenandū est,

De orat. 1.

De orat. 3.

De cla. ora.

De cla. ora.

Quid sedentes deceat.

DE CVL. tu oratoris.

Cinctura.

Togæ habitus.

ut quasi normalem illum angulum faciat, super quod ora ex toga duplex æqualiter sedeat. Manus non impleatur annulis, præcipuè medios articulos non transeutibus: cuius erit habitus optimus, alleuato pollice, & digitis leuiter inflexis, nisi si libellum tenebit, quod non utique captandum est. Videtur enim fateri memoriæ diffidentiam, & ad multos gestus est impedimento. Togam veteres ad calceos vsque demittebant, vt Græci pallium. Idque vt fiat, qui de gestu scripserunt circa tēpora illa, Plotius Nigidiusque præcipiunt. Quo magis miror Plinii Secundi docti hominis, & in hoc vtique libro penè etiam nimium coriosi, perſuasiōe, qui solitum id facere Ciceronem velandum varicum gratia tradit, cum hoc amictus genus in statu is eorum quoque, qui post Ciceronem fuerunt, appareat. Palliolum sicut fascias quibus crura vestiuntur, & focalia, & aurium ligamenta sola exculare potest valetudo. ¶ Sed hæc amictus obseruatio, dū incipimus, procedente vero actu iam penè ab initio narrationis sinus ab humero recte velut spontè dilabitur, & cum ad argumenta ac locos ventum est, reiciere à sinistro togam, deicere etiam, si hæreat, sinum conueniat. Lænam à faucibus ac summo pectore abducere licet. Ardent enim iam omnia, & vt vox vehemētiōr ac magis varia est, sic amictus quoque habet actum quandam velut præliantem. Itaque vt lænam inuoluere toga, & incingi, penè furiosum est, sinum vero in dextrum humerum ab imo reicere, solum ac delicatum est, hūntque adhuc peius aliquo: ita cur laxiorem sinum sinistro brachio non subiiciamus? Habet enim acre quiddam atque expeditum, & calori cōcitationique non inhabile. Cum vero magna pars est exhausta orationis, vtique afflante fortuna penè omnia decer, sudor ipse & fatigatio, & negligentior amictus, & soluta ac uelut labens vndique toga. Quo magis miror hanc quoque succurrisse Plinio curam, vt ita sudario frontem siccare iuberet, ne comæ turbarentur, quas componi post paulum, sicut dignum erat, grauius & seuerius vetuit. Mihi vero illæ quoque turbatæ præ se ferre aliquid affectus, & ipsa obliuione curæ huius commendari videntur. At si incipientibus ac paulum progressis decidat toga, non reponere eam prorsum negligentis aut pigri, aut quo modo debeat amicti nescientis est. ¶ Hæc sunt vel illustramēta pronūciationis, vel vitia, quibus propositis multa cogitare debet orator. Primum quid, apud quos, quibus præsentibus sit acturus. Nam vt dicere alia aliis, & apud alios magis concessum est, sic etiam facere. Neque eadem in voce, gestu, incessu, apud Principem, Senatū, populum, magistratū, priuato, publico iudicio, postulatione, actione similiter decent. Quam differentiam subiicere sibi quisque, qui animū intenderit, potest, tum qua de re dicat, & efficere quid velit. ¶ Rei quadruplex obseruatio est. Vna in tota causa. Sunt enim tristes, hilares, sollicitæ, securæ, grandes, pusillæ, ut vix vnquam ita sollicitari partibus earum debemus, vt non summæ meminerimus. Altera quæ est in differentia partium, vt in procemio, narratione, argumentatione, epilogo. Tertia in sententiis ipsis in quibus secundum res & actus variantur omnia. Quarta in verbis, quorum vt est vitiosa, si efficere omnia velimus, imitatio: ita quibusdam nisi sua natura redditur, vis omnis auferitur. Igitur in laudationibus (nisi funebres erunt) gratiarum actione, exhortatione, similibusque, laeta & magnifica & sublimis est actio. Funebres conciones, consolationes, plerumque causæ reorum, tristes ac submissæ. In Senatu cōseruanda auctoritas, apud populum dignitas, in priuatis modus. De partibus causæ, & sententiis, & verbis, quæ sunt multiplicia, pluribus dicendū. ¶ Tria autem præstare debet pronūciatio, conciliet, perſuadeat, moueat, quibus natura cohæret, vt etiam delectet. Conciliatio ferè aut commendatione morum, qui nescio quo modo ex voce etiam atque actione perlucet, aut orationis suauitate cōstat. ¶ Perſuadendi vis asseueratione, quæ interim plus ipsis probationibus valet. An ista (inquit Callidio Cicero) si vera essent, sic à te dicerentur? & Tantum abest vt inflammaret nostros animos, somnum isto loco vix tenebamus. Fiducia igitur appareat, & constantia, vtique si auctoritas subest. ¶ Mouēdi autem ratio etiam aut in representandis est, leuiter consurgendum, tum in componenda toga, vel (si necesse erit) etiam ex integro iniicienda, duntaxat in iudiciis (Apud principem enim & magistratū ac tribunalia non licebit) paulum est commorandum, vt & amictus sit decentior, & protinus aliquid spatii ad cogitandum. Etiam cum ad iudicem nos conuerterimus, & consultus permiserit dicere, non protinus est erumpendum, sed danda brevis cogitationi mora. Mirè enim auditurum dicturi cura delectat, & iudex se ipse componit. Hoc præcipit Homerus Vlyssis exemplo, quem stetit oculis in terram defixis, immotūque sceptrō, priusquam illam eloquentiæ procellam effunderet, dicit. In hac cunctatione sunt quedam non indecentes (vt appellant scenici) moræ, caput mulcere, manum intueri, infringere articulos, simulare conatum, suspiratione sollicitudinem fateri, aut quod quemque magis decet, eoquid diutius si iudex nodum intendit animū. Status sit rectus: aequi & diducti paulum pedes, vel procedens minimo sinister: genua recta, sic tamen vt non extendantur. Humeri remissi, vultus seuerus,

Quis in amictu gestus adhibendus.

PRONUNCIATIO ad re & effectū dicendi accommodanda.

RES quadruplex.

Effectus conciliandi, perſuadendi, mouendi.

liad. 3.

seuerus, nō moestus, nec stupēs, nec languidus: brachia à latere modice remota, manus sinistra, quae supra demonstrauit: dextra cū iam incipiendum erit, paulum prolata ultra sinum. gestu q̄ mode strisimo, uelut expectans quādo incipiendum sit. Vitiosa enim sunt illa, intueri lacunaria, perferrica refaciē, & quasi improba facere, tendere confidentia uultum, aut quo sit magis toruus, superciliis astringere, capillos à fronte cōtra naturam retro agere, ut sit horror ille terribilis, tū id quod Græci frequētissime faciūt, crebro digitorum labrorūq; motu cōmentari, clare excreare, pedē alterū longe proferre, partem togæ sinistra tenere, stare diductum, uel rigidum, uel supinū, uel incuruū uel humeris, ut luctaturi solent, ad occipitiū ductis. ¶ Procemio frequētissime lenis cōuenit pronuntiatio. Nihil est enim ad conciliandū gratius uetecundia. Nō tamē semper. Nec enim uno modo dicūt exordia, ut docui. Plerūque tamē & uox tēperata, ac gestus modestus, & sedens humeris toga, & laterum lenis in utraq; partem motus, eodem spectantibus oculis, decebit. ¶ Narratio magis prolatam manum, amictum recidentem, gestum distinctum, uocē sermoni proximā, ac tantum apertiore, sonum simplicem frequētissime postulat in his duntaxat, Quintus igitur Liarius cum esset adhuc nulla belli fuspicio. &, A. Cluentius. Habitus pater humilce. Aliud in eadē poscent affectus uel concitati, Nubit genero socrus, uel flebiles, Cōstituitur in foro Laodicæ spectaculum acerbum & miserum toti Asiæ prouincia. ¶ Maxime uaria & multiplex actio est probationum. Nam proponere, partiri, interrogare, sermoni sunt proxima, & contradictionem sumere. Nam ea quoque diuersa propositio est. Sed hæc tamen aliquando irridentes, aliquando imitantes pronūciamus. Argumentatio plerūque agilior, & acrior, & instantior, cōsentientē orationi postulat etiam gestum, id est fortem celeritatem. Instandum quibuldā in partibus, & delanda oratio. ¶ Egressionē ferē lenes, & dulces, & remissæ, raptus Proserpinæ, Siciliæ descriptio. Cnei Pompeii laus. Neq; enim mirū, minus habere contentiōis ea quæ sunt extra quaestione. Mollior nonnunquā cū reprehensione diuersæ partis imitatio, Videor uidere alios intrantes, alios autem exeuntes, quosdā ex vino vacillantes. Vbi nō dissidens à uoce permittitur gestus. at quoq; in utrāq; partem tenera quadam, sed intra manus tamen, & sine motu laterū translatio. ¶ Accēdēdi iudicis plures sunt gradus. Summus ille, & quo nullus est in oratore acutior. Suscepto bello Cæsar, gesto etiam iā ex parte magna. Prædixit enim, Quātū potero uocē contēdam, ut populus hæc Romanus exaudiat. Paulū inferior, & habens aliquid etiam iucūditatis, Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharsalica gladius agebat? Pleniū adhuc & lētus, ideoq; dulcius, In cœtu uero populi Romani negotiū publicum gerens. Producentia omnia trahendāq; tum uocales, aperiendāq; sunt fauces. Pleniore tamē hæc canali fluunt, Vos Albani tumuli atq; luci. Nā cantici quidam habēt, sensimq; resupina sunt, Saxa atq; solitudines uoce respondēt. Tales sunt illæ inclinationes uocis, quas inuicem Demosthenes atq; Aeschines exprobrant, non ideo improbandæ. Cū enim uterque alteri obiciat, palam est utrumq; fecisse. Nam neq; ille per Marathonis, & Platearū, & Salaminis propugnatores recto sono iurauit, nec hic Thebas sermone defleuit. Est his diuersa uox, & penē extra organum, cui Græci nomen amaritudinis dederunt, supra modum ac penē naturam uocis humanæ acerbæ, Quin compescitis uocem istam indicem stultitiæ, testem prauitatis? Sed id quod excedere modum dixi, in illa parte prima est, Quin compescitis. ¶ Epilogus, si enumerationem rerū habet, desiderat quandam concisorum continuationem: si ad concitandos iudices est accommodatus, aliquid ex his quæ supra dixi: si placandos, inclinatum quandam lenitatem: si misericordia cōmouendos, flexum uocis & flebilem suauitatem, qua præcipue franguntur animi, quæq; est maxime naturalis. Nam etiam orbos uiduāsq; uideas in ipsis funeribus canoro quodam modo proclamantes. Hic etiā fusca illa uox, qualem Cicero fuisse in Antonio dicit, mire faciet. habet enim in se quod imitemur. Duplex est tamen miseratio, altera cum inuidia, qualis modo dicta de damnatione Philodami: altera cum deprecatione demissior. Quare etiam si est in illis quoq; cātus obscurior: In cœtu uero populi Romani. Nō enim hæc rixātis modo dixit. &, Vos Albani tumuli. Neq; enim quasi inclamaret aut detestaretur locutus est, tamen infinita magis illa flexa & circumducta sunt, Me miserū, me infelicē. &, Quid respōdebo liberis meis? &, Reuocare tu me in patriā potuisti Milo per hos, ego te in eadē patriā per eosdem retinere non potero? Et cum bona C. Rabinii vno festerio addicit, O meū miserū acerbūq; præconiū. Illa quoq; mirē facit in peroratione uelut deficientis dolore & fatigatione cōfessio, ut pro eodē Milone, Sed finis sit. Neq; enim præ lachrymiam loqui possum. Quæ similem uerbis habere debent etiam pronuntiationem. Possunt uideri alia quoque huius partis atque officii, reos excitare, pueros attollere, propinquos producere, vestes laniare, sed suo loco dicta sunt. Et quia in partibus causæ etiam aliis est uarietas, satis appareat accommodandam sententiis ipsis pronuntiationem, sicut ostendimus. ¶ Sed uerbis quoque, quod nouissimē dixeram, non semper, sed aliquando. An nō hæc misellus & pauperculus, submissa atq;

De partibus causæ ad quas pronuntiatio est accommodanda.

Lib. 7.
Quomodo ad uerba accommodanda.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

contracta: fortis, & vehemens, & latro, erecta & concitata voce dicenda sunt? Accedit enim vis & proprietates rebus tali astipulatione, quæ nisi adfit, aliud vox, aliud animus ostendat. Quid? quod eadem verba mutata pronuntiatione indicat, affirmant, exprobrant, negant, mirantur, indignantur, interrogant, irident, eleuant? Aliter enim dicitur, Tu mihi quodcunque hoc regni, & Cantado tu illum? Et, tu ne ille Aeneas? & , Meque timoris Arguetu Drance. Et ne morer, intra se quisque vel hoc, vel aliud quod volet, per omnes affectus verset, verum esse quod dicimus sciet. ¶ Vnum iam iis adiiciendum est, cum præcipue in actione spectetur decorum, sæpe aliud alios decere. Est enim latens quædam in hoc ratio, & inenarrabilis, & vt vere dictum est, caput esse artis decere quod facias: ita id nec sine arte est, nec totum arte tradi potest. In quibusdam virtutes non habent gratiam, in quibusdam vitia ipsa delectant. Maximos actores comædiarum Demetrium & Stratonem placere diuersis virtutibus vidimus. Sed illud minus mirum, quod alter deos, & iuuenes, & bonos patres, seruosque & matronas, & graues anus optimè: alter acres senes, callidos seruos, parasitos, lenones, & omnia agitatoria melius. Fuit enim natura diuersa. Nam vox quoque Demetrii iucundior, illius acrior erat. Annotanda magis proprietates, quæ transferri non poterant, manus iactare, & dulces exclamations theatri causâ producere, & in ingrediendo ventum concipere, & nonnunquam dextro latere facere gestus, quod neminem alium præter Demetrium decuit. Namque in hæc omnia, statura & mira specie adiuuabatur. Illum cursus & agilitas, & vel parum conueniens personæ risus, quem non ignarus rationis populo dabat, & contracta etiam ceruicula. Quicquid horum alter fecisset foedissimum videretur. Quare norit se quisque, nec tantum ex communibus præceptis, sed etiam natura sua capiat consilium formandæ actionis. Neque illud tamen est nefas, vt aliquem vel omnia vel plura deceant. ¶ Huius quoque loci clausula sit eadem necesse est quæ cæterorum est, regnare maxime modum. Non enim comædum esse, sed oratorem volo. Quare, nec in gestu persequemur omnes argutias, nec in loquendo distinctionibus, temporibus, effictionibus molestè vtetur: vt si sit in scena dicendum, Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem Cum accersor ultro? an potius ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias? Hic enim dubitatione moras, vocis flexus, varias manus, diuersos nutus actor adhibebit. Aliud oratio sapit, nec vult nimium esse condita. Actione enim constat, non imitatione. Quare non immerito reprehenditur pronuntiatio vultuosa, & gestulationibus molesta, & vocis mutationibus resultans. Nec inutiliter ex Græcis veteres transtulerunt, quod ab his sumptum Lenas Popilius posuit, esse hanc inociosam actionem. Optime igitur idem, qui omnia, Cicero præceperat, quæ supra ex Oratore posui. Quibus similia in Bruto de Marco Antonio dicit. Sed iam recepta est actio paulo agitatior etiam, & exigitur, & quibusdam partibus conuenit: ita tamen temperanda, ne dum actoris captamus elegantiam, perdamus viri boni & grauis auctoritatem.

MODVS
adhibendus.

M. Fabii Quintiliani de institutione ORATORIA LIBER DVODECIMVS.

Proœmium.

ENTVM est ad partem operis destinati longe grauissimam. Cuius equidem onus, si tantum opinione prima concipere potuissim, quanto me premi ferens sentio, maturius consuluissem vires meas. Sed initio pudor omittendi quæ promiseram tenuit: mox quando per singulas quoque partes labor cresceret, ne perderem quæ iam affecta erant, per omnes difficultates animo me sustentavi. Quare nunc quoque, licet maiori quam vnquam mole premar, tamen prospicienti finem mihi constitutum est vel deficere potius, quam desperare. Fefellit autem quod initium à paruis ceperamus, mox velut aura sollicitante prouecti longius, dum tantum nota illa, & plerisque artium scriptoribus tractata præcipimus, nec adhuc à littore procul videbamur, & multos circa velut iisdem se vêtis credere ausos habebamus. Iam cum eloquendi ratione nouissime reperta, paucissimisque tentata ingressi sumus, rarus qui iam procul à portu recessisset, reperiebatur. Postquam vero nobis ille, quem instituebamus, orator, à dicendi magistris dimissus, aut suo iam impetu fertur, aut maiora sibi auxilia ex ipsis sapientiæ penetralibus petit, quod in altum sumus ablati, sentire capimus. Nunc coelum vndique, & vndique pontus. Vno modo in illa immensa vastitate cernere videmur M. Tullium, qui tamen ipse quis tanta atque ita instructa naue hoc mare ingressus, contrahit vela, inhibetque remos, & de ipso demum genere dicendi, quo sit usus perfectus orator, satis habet dicere. At nostra temeritas, etiam mores ei co-

nabitur dare, & assignabit officia. Ita nec antecedit cōsequi possumus, & longius eundū est, vt res feret. Probabilis tamē cupiditas honestorū, & tutioris audaciæ est tētare, quibus paratior venia est.

NON POSSE ORATOREM ESSE NISI VIRVM BONVM. CAP. I.

IT ergo nobis orator, quē instituimus, iis qui à M. Catone finitur, vir bonus dicendi peritus. Verū id quod ille posuit prius, & ipsa natura potius ac maius est vtique vir bonus. Id nō eo tantum, q̄ si vis illa dicēdi malitiam instruxerit, nihil sit publicis priuatq; rebus perniciosius eloquētia: nōq; ipsi qui pro virili parte con-

ferre aliquid ad facultatē dicēdi conati sumus pessimē mereamur de rebus humanis, si latroni comparemus hæc arma, non militi. Quid de nobis loquor? Rerum ipsa natura in eo quod præcipue indulgisse homini videtur, quoque nos à cæteris animalibus separasse, non parens, sed nouerca fuerit, si facultatem dicendi sociam scelerū, aduersam innocentia, hostem veritatis inuenit. Mutos enim nasci, & egere omni ratione satius fuisset, q̄ providentiæ munera in mutuam perniciem conuerture. Longius tendit hoc iudicium meum. Neq; enim tantum id dico, eum qui sit orator, virum bonum esse oportere, sed ne futurum quidem oratorem nisi virum bonum. Nā certe, neq; intelligentiam concesseris iis, qui proposita honestorum ac turpium uia, peiorē sequi malint: neq; prudentiam, qui in grauissimas frequenter legū, semper uero malā conscientia pœnas à semetipsis improviso rerū exitu induantur. Quod si neminē malum esse nisi stultū eundē, non modo à sapientibus dicitur, sed vulgo quoq; semper est creditum, certe non fiet vnq̄ stultus orator. Adde q̄ ne studio quidē operis pulcherrimi vacare mēs, nisi omnibus vitiis libera potest. Primum q̄ in eodē pectore nullū est honestorum turpiūq; consortium: & cogitare optima si mul & deterriima, non magis est vnus animi, q̄ eiusdē hominis bonum esse ac malū. Tū illa quoq; ex causa, q̄ mentem tantæ rei intentam vacare omnibus aliis etiam culpa carētib; curis oportet. Ita demum enim libera, ac tota, nulla distringēte atq; alio ducēte causa, spectabit id solū ad quod accingitur. Quod si agrorum nimia cura, & sollicitior rei familiaris diligentia, venandi voluptas, & dati spectaculis dies, multū studiis auferunt (huic enim rei perit tempus quodcunq; alteri datur) quid putamus facturascupiditatem, auaritiā, inuidiam: quarum impotētissimæ cogitationes somnos etiā ipsos & illa per quietem visa perturbant. Nihil est enim tam occupatū, tam multiforme, tot ac tam variis affectibus cōcūsum atq; laceratum, q̄ mala mens. Nam & cum insidiatur, spe, curis, labore distringitur: & iam cū sceleris cōpos fuerit, sollicitudine, pœnitētia, pœnarum omnium expectatione torquetur. Quis inter hæc literis, aut vlli bonæ arti cultus? non hercle magis q̄ frugibus in terra sentibus ac rubis occupata. Age, non ad perferendos studiorum labores necessaria frugalitas? Quid ergo ex libidine ac luxuria spei? Non præcipue acuit ad cupiditatē literarum amor laudis? Num igitur malis esse laudē curæ putamus? Iam hoc quis non videt, maximā partem orationis in tractatu æqui boniq; consistere? Dicit ne de iis secundū debitam rerū dignitatem malus atque iniquus? Deniq; vt maximā partem quaestionis eximā, demus id quod nullo modo fieri potest, idē ingenii, studii, doctrinæ, pessimo atq; optimo viro, yter melior dicitur orator? nimirū qui homo quoq; melior. Non igitur vnq̄ malus idem homo, & perfectus orator. Non enim perfectū quicq̄, quo melius est aliud. Sed ne more Socraticorū nobismetipsis responsum finxisse videamur, sit aliquis adeo contra veritatē obstinatus, vt audeat dicere eodē ingenio, studio, doctrina præditū nihilo deteriore futurum oratorē malum virum q̄ bonum. Conuincamus huius quoq; amentia. Nā hoc certe nemo dubitabit, omnē oratorem id agere, vt iudici quæ posita fuerint, vera & honesta videantur. Vtrū hoc igitur facilius bonus vir persuadebit, an malus? Bonus quidē, & dicit sapius vera atq; honesta. Sed etiā si quādo aliquo ductus officio (quod accideret, vt mox docebimus, potest) falso hæc affirmare conabitur, maiore cū fide necesse est audiat. At malis hominibus ex contēptu opinionis, & ignorātia recti nonnunq̄ excidit ipsa simulatio. Inde immodestē proponūt sine pudore affirmāt. Sequitur in iis quæ certū est effici nō posse, deformis pertinacia & irritus labor. Nā sicut in vita, ita in causis quoq; spes improbas habet. Frequēter autē accidit, vt iis etiā vera dicentibus fides desit, videaturque talis aduocatus malæ causæ argumentum. ¶ Nunc de iis dicendū est, quæ mihi quasi conspiratione quadā vulgi reclamari videntur. Orator Demosthenes ne & Demosthenes. Atqui malū uirū accepimus. Non Cicero: atqui huius quoq; mores multi reprehenderunt. Quid agam? magna responsi inuidia subeunda, mitigandæ sunt prius aures. Mihi enim nec Demosthenes tam graui morum dignus videtur inuidia, & omnia quæ in eum ab inimicis congesta sunt credam, cum & pulcherrima eius in repub. consilia & finem uitæ clarum legam. Nec Marco Tullio defuisse video in ulla parte cuius optimi uoluntatem. Testimonio est actus nobilissime Consulatus, integerrime prouincia administrata, & repudiatus Vigintiuiatus, & civilibus bellis, quæ in ætate eius grauissima inciderunt, neq; spe, neq; metu declinatus animus quo mi-

nus optimis, id est, reip. se iungeret. Parū fortis uidetur quibusdā, quibus optime respōdit ipse, Nō se timidū in suscipiendis, sed in prouidēdis periculis: quod probauit morte quoq; ipsa, quā praeſtātiſſimo suscepit animo. Quod si defuit iis uiris summa uirtus, sic quārētibus an oratores fuerint, respōdebo, quo modo Stoici, si interrogētur an sapiēs Zeno, an Cleātes, an Chrysippus ipsi respōdeāt, magnos quidē illos ac uenerabiles, nō tamē id quod natura hominis summū habebat, cōsecutos. Nā & Pythagoras nō sapientē se, ut qui ante eū fuerūt, sed studiosum sapiētiae uocari uoluit. Ego tamē secundū cōmunē loquēdi consuetudinē saepe dixi, dicāq; perfectū oratorē esse Ciceronē ut amicos & bonos uiros, & prudētissimos dicimus uulgo, quorū nihil nisi perfectē sapiēti datur. Sed cū proprie, & ad legē ipsam ueritatis loquendū erit, eum quārā oratorē quē & ille quārebat. Quāquā enim stetit eū in fastigio eloquētiā fateor, ac uix quid adici potuerit inuenio, fortasse inuēturus quid adhuc abscissurū putē fuisse. Nā ferē sic docti iudicauerūt, plurimū in eo uirtutū, nōnihil fuisse uitiorū, & se ipse multa ex illa iuuenili abundātia coercuisse testatur, tamen quādo nec sapientis sibi nomen minime sui contēptor asseruit, & melius dicere certe data longiore uita, etate ad se cōponendū se ueriore potuisset, nō maligne crediderim defuisse ei summam illam, ad quā nemo propius accessit. Et licebat si aliud sentirē, fortius id liberūq; defendere. An uero M. Antonius neminē à se uisum eloquentē, quod tāto minus erat, professus est, ipse etiam M. Tullius quārēt adhuc eū, & tantū imaginatur ac fingit, ego non audeā dicere aliquid in hac quā superest aeternitate inueniri posse, eo quod fuerit perfectius? Transeo illos qui Ciceroni ac Demostheni ne in eloquentia quidē satis tribuūt: q̄q; neq; ipsi Ciceroni Demosthenes satis uideatur esse perfectus, quē dormire interm dicit: nec Cicero Caluōq; qui certe compositionē illius etiā apud ipsum reprehendunt: nec Afinio utriq; qui uitia orationis eius etiā inimice pluribus in locis insequūtur. Cōcedamus sane (quod minime natura patitur) repertū esse aliquē malum virū summe diſertū, nihilo tamē minus oratorē eum negabo. Nam nec omnibus qui fuerint manu prompti, uiri fortis nomen concesserim, quia sine uirtute intelligi non potest fortitudo. An ei qui ad defendendas causas aduocatur, nō est opus fide, quā nec cupiditas corrumpat, nec gratia auertat, nec metus frangat, sed proditorē, trāsſugam, prauaricatorē, donabimus oratoris illo sacro nomine? Quod si mediocribus etiā patronis cōuenit hac, quā uulgo dicitur bonitas, cur nō orator ille qui nōdum fuit, sed potest esse, tā sit moribus q̄ dicendi uirtute perfectus? Nō enim forensem quandā institutum operā, nec mercenariā uocē, nec (ut asperioribus uerbis parcamus) inutilem sane litiū aduocatū, quē deniq; caufidicū uulgo uocāt: sed virū cū ingenii natura praeſtante, tū uero tot pulcherrimas artes penitus mēte complexū, datū tandē rebus humanis, qualē nulla antea uetustas cognouerit, singularē perfectūq; vndiq; optima sentientē, optimēq; dicentē. In hoc quota pars erit, q̄ aut innoctēs tuebitur, aut improborū scelera cōpescet, aut in pecuniariis quaestionibus ueritati cōtra calumniā aderit? Sūmus ille quidē in iis quoq; fuerit, sed in maioribus clarius elucebit, cum regenda Senatus consilia, & popularis error ad meliora ducēdus. An nō talē quendā uidetur finxisse Virgilius, quē in seditione vulgi iā faces & saxa iaculātis, moderatorē dedit animi? Tū pietate grauē ac meritis si forte virū quē Conſpexere, silent, arrectūq; auribus adſtāt. Habemus igitur ante omnia virū bonū, post hac adiecit dicēdi peritū. Ille regit dictis animos & pectora mulcet. Quid? non in bellis quoq; idē ille uir, quē instituiumus si sit ad praliū miles cohortandus, ex mediis sapiētiae praeceptis orationē trahet? Nā quomodo pugnā inēutibus tot simul metus laboris, doloris, postremo mortis ipsius exciderint, nisi in eorū locum pietas, & fortitudo, & honesti praeſens imago successerit? Quā certe melius persuadebit aliis, qui prius persuaserit sibi. Prodit enim se, q̄libet custodiatur simulatio, nec vnq̄ tāta fuerit eloquēdi facultas, ut non titubet ac hāreat, quoties ab animo uerba disſentiunt. Vir autē malus, aliud dicat necesse est q̄ sentiat. Bonos nunq̄ honestus sermo deficiet, nunq̄ rerū optimarū (nam iidē etiā prudētes erūt) inuētio, quā etiā si lenociniis destituta sit, satis tamē natura sua ornatur, nec quicq̄ nō diſertē, quod honestē dicitur. Quare iuuetus, immo omnis aetas (neq; enim recte uolūtati serū tēpus est ullū) totis mētibus huc tendamus, in hoc elaboremus forſan, & cōsummāre cōtingat. Nā si natura nō prohibet, & esse virū bonū, & esse dicēdi peritū, cur nō aliquis etiā unus utrunq; cōsequi possit? cur autē nō se quisq; speret fore illū aliquē ad quod si uires ingenii nō suffecerint, tamen ad quem ipse modū processerimus, meliores erimus ex utroq; Hoc certe prorsus eximatur animo, rerū pulcherrimā eloquentiā cū uitis mētis posse miſceri. Facultas dicēdi, si in malos incidit, & ipsa iudicāda est malū, peiores enim illos facit, quibus cōtingit. ¶ Videor mihi audire quosdā (nec enim deerūt unq̄ qui diſerti esse q̄ boni malint) illa dicētes, Quid ergo tātū artis est in eloquētia? cur tu de coloribus, & difficultiū causarum defensione, nōnihil etiā de cōfesso loquutus es, nisi aliquādo uis & facultas dicēdi expugnat ipsam ueritatē? Bonus enim uir nō agit nisi bonas causas, eas porro etiam sine doctrina satis per se tuetur ueritas

Occurrit ob
iectioni, &
soluit.

pl a. Quibus ego cū de meo primū opere respōdero, etiā pro boni viri officio, siquādo eum ad defensionē nocentiū ratio duxerit, satisficiam. Pertractare enim quo modo aut pro falsis, aut etiam pro iniustis aliquādo dicatur, nō est inutile, vel propter hoc solū, vt ea facilius & deprehendamus & refellamus, quēadmodū remedia melius adhibebit, cui nota, quā nocent fuerint. Neq; enim acā demici cum in vtrāq; disserunt partē, non secundū alteram viuūt. Neq; Carneades ille, qui Romā audiēte Censorio Catone, nō minoribus viribus contra iustitiā dicitur disseruisse, q̄ pridie pro iustitia dixerat, iniustus ipse vir fuit. Verū & virtus quid sit, aduersā ei malitia detegit, & aequitas sit ex iniqui contemplatione manifestior, & plurima contrariis probantur. Debent ergo oratori sic esse aduersariorū nota consilia, vt hostiū Imperatori. Verū & illud quod prima propositione durū videtur, potest asserere ratio, vt vir bonus in defensione causā velit auferre aliquando iudici veritatem. Quod si quis à me proponi mirabitur (quanquā non est hæc mea proprie sententia, sed eorū quos grauissimos sapientiæ magistros ætas vetus credidit) sic iudicet, pleraq; esse quā nō tam factis q̄ causis eorū vel honesta fiant, vel turpia. Nam si hominē occidere sæpe virtus, liberos necare nōnunquā pulcherrimum est, alperiora quādam adhuc dictū, si cōmunis vtilitas exegerit, face re cōceditur: ne hoc quidē nudum est intueudū, qualem causam vir bonus, sed etiam quare, & quā mente defendat. Ac primū concedant mihi omnes oportet, quod Stoicorū quoq; alperimi consitentur, facturū aliquando bonū virum, vt mendaciū dicat, & quidē nonnunquā leuioribus causis, vt in pueris egrotantibus vtilitatis eorū gratia multa fingimus, multa nō facturi promittimus, nedū si ab homine occidēdo grassator auertendus sit, aut hostis pro salute patriæ fallendus, vt hoc quod alias in seruis quoq; reprehendendū est, sit alias in ipso sapiente laudandum. Id si constiterit, multa iā video posse euenire, propter quā orator bene suscipiat tale causā genus, quale remota ratione honesta nō suscepisset. Nec hoc dico, quia seueriores sequi placet leges pro patre, fratre, amico periclitantibus, tametsi nō mediocris hæsitatio est, hinc iustitiæ proposita imagine, inde pietatis, nihil dubii relinquamus. Sit aliquis infidiatūs tyrāno, atq; ob id reus, vtrū ne saluū cū nolet is qui à nobis finitur orator: an si tuendū susceperit, nō tam falsis defenderet, q̄ qui apud iudices malā causam tuetur? Quid si quādā benefacta dānaturus est iudex, nisi ea nō esse facta cōuicerimus, nō vel hoc modo seruabit orator, nō innocentē modo, sed etiam laudabilē ciuem? Quid si quādam iusta natura, sed cōditione temporū inutilia ciuitati sciemus? Nōne vtēmur arte dicendi bona qui dē, sed malis artibus simillima? Ad hoc nemo dubitabit, quin si nocētes mutari in bonā mentē aliquo modo possint, sicut posse interdū cōceditur, saluos esse eos magis ē rep. sit q̄ puniri. Si liqueat igitur oratori futurū bonum virū, cui vera obiciētur, nō id aget, vt saluus sit? Da nūc vt crimine manifesto prematur dux bonus, & sine quo vincere honeste ciuitas nō possit, nōne ei cōmunis vtilitas oratorē aduocabit? Certe Fabricius Corneliū Rufinū, alioqui & malum ciuē, & sibi inimicū, tamen quia vtilem sciebat ducē, imminente bello, palā Cōsulē suffragio suo fecit: atq; id admirantibus quibuscūq; respondit, à ciue se spoliari malle, q̄ ab hoste vanire. Ita si hic fuisset orator, nō defendisset eundē Rufinū vel manifesti peculatus reū? Multa dici possent similia, sed vel vnum, ex iis quodlibet sufficit. Non enim agimus, vt istud illi, quem formamus, viro sit sapē faciendū, sed vt si talis coegerit ratio, si tamen vera finitio, oratorem esse virū bonum dicendi peritum. Præcipere vero ac discere quomodo etiam probatione difficilia tractentur, necesse est. Nam frequenter etiam optimæ causæ similes sunt malis, & innocens reus multis verisimilibus premitur. Quo sit, vt eadem actionis ratione defendendus sit, quasi nocens esset. Iam innumerabilia sunt bonis causis malisq; cōmunia, testes, literæ, suspensiones, opiniones. Non aliter autē verisimilia, q̄ vera & confirmantur, & refelluntur. Quapropter vt reseret, si cōtetur oratio manente honesta voluntate.

COGNOSCENDA ESSE ORATORI QVIBVS

mores formentur.

CAP. II.

Vando igitur orator est vir bonus, is autē citra virtutē intelligi nō potest, virtus etiam si quodam impetus à natura sumit, tamē perficiēda doctrina est: mores autē omnia oratori studiis erūt excolendi, atq; omnis honesti iustiq; disciplina pertractāda, sine qua nemo nec uir bonus esse, nec dicēdi peritus potest: nisi forte accedamus iis, qui natura constare mores, & nihil adiuuari disciplina putant. Scilicet ut ea quidem, quæ manu fiunt, atque eorū contēptissima constentur egere doctoribus, virtutē uero, quā nihil homini quo ad deos immortales propius accederet, datū est, obuiā & illaboratā tātū quia nati sumus habeamus. Abstinens erit qui quid sit abstinentia ignorat? Et fortis qui metus, doloris, mortis, superstitionis, nulla ratione purgauerit? Et iustus, qui æqui boniq; tractatū, qui leges, quæ natura sunt omnib; data, quæq; proprie populis & gētibus cōstitutæ, nūc eruditore aliquo sermone tractauerit? O q̄ istud parū putat, quibus tā facile videtur. ¶ Sed hoc trāscō, de quo

Virtutis ratio, ut honeste uiuere possimus cognoscenda.

Philosophia

cognitio or
tori necessa-
ria.

Philosophia
rationalis,
moralis, na-
turalis.

cuius) oratio potest, totam complectitur. Nam si regitur providentia mundus, administranda certe bonis viris erit respub. Si divina nostris animis origo, tendendum ad virtutem, nec voluptatibus terreni corporis servendum. An hoc non frequenter tractabit orator? Iam de Augurum responsis, religionēque omni, de quibus maxima sæpe in Senatu consilia versata sunt, num erit ei differendum? Si quidem (vt nobis placet) futurus est vir idem civilis. Quæ denique intelligi saltē potest eloquentia hominis optima nescientis? Hæc si ratione manifesta non essent, exemplis tamē crederemus. Siquidem & Periclem, cuius eloquentiæ etiam si nulla ad nos monumenta venerunt, vim tamen quandam incredibilem cum historici, tum etiam liberrimum genus hominum comici veteres tradūt, Anaxagoræ Physici constat auditorem fuisse: & Demosthenem principem omnium Græciæ oratorum dedisse operam Platoni. Nam M. Tullius non tantum se debere scholis rhetorum, quantum Academicis spatiis frequenter ipse testatus est. Neq; se tāta in eo unq; fudisset ubertas, si ingenium suum concepto fori, non ipsius rerum naturæ finibus terminasset. ¶ Verū ^{Oratoris} ex hoc alia mihi quæstio exoritur, quæ scēta cōferre plurimū eloquētiæ possit, q̄q; ea nō inter multos potest esse cōtentio. Nā Epicurus in primis nos a seipse dimittit, qui fugere omnē disciplinam nauigatione q̄ uelocissima iubet. Neq; uero Aristippus summū in uoluptate corporis bonum ponens, ad hūc nos laborem adhorretur. Pyrrho quidem quas habere in hoc opere partes potest, cui iudices esse apud quos verba faciat, & reum quo loquatur, & Senatum in quo sit dicenda sententia, non liquebit? Academicam quidam uilissimam credunt, quod mos in utramque partem dissendi ad exercitationem forensium causarum proxime accedat. Adiciūt loco probationis, quod ea præstātissimos in eloquētia viros ediderit. Peripatetici studio quoq; se quodā oratorio iactant. Nā thesis dicere exercitationis gratia fere ab iis est institutum. Stoici sicut copiam nitoreq; eloquētiæ fere præceptoribus suis defuisse concedāt necesse est, ita nullos, aut probare acrius, aut concludere subtilius cōtendūt. Sed hæc inter ipsos, qui velut sacramēto rogati, vel etiā superstitione constructi, nefas ducūt a suscepta semel persuasione discedere. Oratori uero nihil est necesse in cuiusq; iurare leges. Maius enim est opus atq; præstantius ad quod ipse tēdit, & cuius est velut cādidas: siquidē est futurus tū vitæ, tum etiā eloquētiæ laude perfectus. Quare in exemplū bene dicendi faciliū quēq; proponit sibi ad imitandū, moribus uero formādis q̄ honestissimā præcepta, re cōtissimāq; ad virtutē viā deligit. Exercitatione quidē vtetur omni, sed tamē erit plurimus in maximis quibusq; ac natura pulcherrimis. Nā quæ potest materia reperiri ad grauiter copiosēq; dicendū magis abundās, q̄ de virtute, de rep. de providētia, de origine animorum, de amicitia? Hæc sunt quibus mēs pariter atq; oratio insurgāt, quæ vere bona, quid mitiget metus, coerceat cupiditates, eximat nos opinionibus vulgi, animūq; existimet cœlestē. Neq; ea solū quæ talibus disciplinis cōtinentur, sed magis etiā quæ tradita antiquitus, dicta ac facta preclare, & nosse, & animo semper agitare conueniet. Quæ profecto nusquam plura maioraq; , quā in nostrā ciuitatis monumentis reperientur. An fortitudinem, fidem, iustitiam, continentia, frugalitatem, contemptum, doloris ac mortis, melius alii docebunt quā Fabricii, Curii, Reguli, Decii, Mutii, aliūque innumerabiles? Quantum enim Græci præceptis valent, tantum Romani (quod est maius) exemplis. Tātūque non cognatis id ē rebus admoneri, qui non modo proximum tempus lucemque præsentē intueri satis credat, sed omnem posteritatis memoriam, spatium vitæ honestæ, & curriculum laudis existimet. Hinc mihi ille iustitiæ haustus bibat, hinc sumptam libertatem in causis atque consiliis præstet. Neque erit perfectus orator, nisi qui honeste dicere & sciet, & audebit.

NECESSARIAM IURIS CIVILIS ORATORI SCIENTIAM. CAP. III

Iuris quoque civilis necessaria huic viro scientia est, & morum ac religionū eius reipub. quam capeffet. Nam qualis esse sua or in consiliis publicis priuatisve poterit, tot rerum quibus præcipue ciuitas continetur, ignarus? Quo autem modo patronum se causarum non falso dixerit, qui quod in causis potentissimum, sit, ab altero petiturus, pene non dissimilis iis qui poetarum scripta pronunciant?

Nam quodammodo mandata perferet, & ea quæ sibi à iudice credi postulaturus est, aliena fide dicet, & ipse litigantium auxiliator egebit auxilio. Quod vt fieri nonnunquam minore incommodo possit, cum domi præcepta & composita, sicut & cætera quæ in causa sunt, in discendo cognita ad iudicem perferet, quid fiet in iis quæstionibus quæ subito inter ipsas actiones nasci solent? non deformiter respectet, & inter subsellia minores aduocatos interroget? Potest autem satis diligenter accipere, quæ tum audiet cum ei dicenda sunt: aut fortiter affirmare, aut ingenue pro suis dicere? Possit in actionibus, quid in altercatione, vbi occurrendum continuo, nec libera ad discendum mora est? Quid si forte peritus iuris ille nō aderit? quid si quis nō satis in ea re doctus, fallum aliquid subiecerit? Hoc enim est maximū ignorantia malum, q̄ credit eū scire qui moneat.

INSTITVTION VM ORATORIA RV M

Pragmatici

Neque ego sum nostri moris ignarus, oblitusve eorum qui velut ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant: neque idem Græcos quoque nescio factitasse, vnde nomen iis Pragmaticorū datum est. Sed loquor de oratore, qui non clamorem modo suum causis, sed omnia quæ profutura sunt debet. Itaq; eum nec inutilem si ad horam forte constiterit, neq; in testationibus faciendis esse imperitū velim. quis enim potius præparabit ea, quæ cum aget esse in causa velit? Nisi forte Imperatorem quis idoneū credit in præliis quidē strenuū & fortē, & omniū quæ pugnae poscit artificē, sed neq; delectus agere, nec copias cōtrahere atq; instruere, nec prospicere cōmeatus, nec locū capere castris scientē, prius est enim certe parare bella q̄ gerere. Atqui simillimus huic sit aduocatus, si plura quæ ad vincendū valent, aliis reliquerit. Cū præsertim hoc quod est maxime necessariū non tā sit arduum q̄ procul intuentibus fortasse videatur. Nāq; omne ius quod est certū, aut scripto, aut moribus constat. Dubium aequitatis regula examinandū est. Quæ scripta sunt, aut posita in more ciuitatis, nullam habent difficultatē, cognitionis enim sunt nō inuentionis: at quæ consultorū responsis explicantur, aut in verborum interpretatione sunt posita, aut in recti prauiq; discrimine. Vim cuiusq; vocis intelligere, aut cōmune prudentiū est, aut proprium oratoris, æquitas optimo cuiq; notissima est. Nos porro & bonū virū, & prudētē in primis oratorem putamus, qui cū se ad id quod est optimū natura direxerit, non magnopere cōmouebitur, si quis ab eo cōsultus dissentiet, cū ipsis illis diuersas inter se opiniones tueri cōcessum sit. Sed etiā si nosse quid quisq; senserit volet, lectio opus est, qua nihil est in studiis minus laboriosum. Quod si pleriq; desperata facultate agendi ad discendū ius declinauerūt, q̄ id scire facile est oratori, quod discūt qui sua quoq; confessione oratores esse non possunt: Verū & M. Cato cū in dicendo præfātissimus, tum iuris fuit idē peritissimus. Et Scauolæ Seruiq; Sulpitio concessa est etiam facundiæ virtus. Et M. Tullius nō modo inter agendū nūq̄ est destitutus sciētia iuris, sed etiā cōponere aliqua de eo coeperat, vt appareat posse oratorē nō discēdo tantū iuri vacare, sed etiā dicēdo. Verum ea quæ de moribus excolendis studiōq; iuris præcipimus, ne quis eo credat reprehēdēda, q̄ multos cognouimus, qui tædio laboris quē ferre tendētibus ad eloquētiā necesse est, confugerint ad hæc diuerticula deficiā: quorum alii se ad albū ac rubricas transiulerunt, & formularii, vel (vt Cicero ait) legulei quidam esse maluerunt, tanq̄ vtiliora eligentes ea, quorum solam facilitatem sequebantur: alii pigritiæ arrogātoris, qui subito fronte cōficta immisāq; barba, veluti despexissent oratoria præcepta, paulū aliquid federunt in scholis philosophorū, vt deinde in publico tristes, domi dissoluti, capta rent auctoritatē cōtēptu caterorū. Philosophia enim simulari potest, eloquentia non potest.

Formularii

NECESSARIAM ORATORI COGNITIO-

nem historiarum.

CAP. IIII.

In primis vero abūdare debet orator exemplorum copia, cum veterum, tū etiam nouorum: adeo vt non ea modo quæ conscripta sunt historiis, aut sermonibus velut per manus tradita, queq; quotidie aguntur, debeat nosse, verum ne ea quidem quæ sunt à clarioribus poetis ficta, negligere. Nam illa quidem priora, aut testimoniorum, aut etiam iudicatorum obtinent locum. Sed hæc quoq; aut vetustatis fide tuta sunt, aut ab hominibus magis præceptorum loco ficta creduntur. Sciat ergo quā plurima, vnde etiam senibus auctoritas maior est, q̄ plura nosse & vidisse creduntur, quod Homerus frequētissime testatur. Sed non est expectanda vltima ætas, cum studia præstent, vt quantum ad cognitionem pertinet rerum, etiam præteritis seculis uixisse videamur.

QVÆ SINT ORATORIS INSTRVMENTA. CAP. V.

AE C sunt quæ me redditurum promiseram instrumenta, non artis (vt quidam putauerunt) sed ipsius oratoris. Hæc arma habere ad manum, horum scientia debet esse succinctus accedente verborum figurarūque facili copia, & inuentionis ratione, & disponendi vsu, memoriæ firmitate, & actionis gratia. ¶ Sed plurimū ex iis valet animi præstantia, quam nec metus frāgat, nec acclamatio terreat, nec audientium auctoritas vltra debitam reuerentiam tardet. Nam vt abominanda sunt contraria iis vitia, confidentiæ, temeritatis, improbitatis, arrogantiae: ita citra cōstantiam, fidutiā, fortitudinem, nihil ars, nihil studium, nihil profectus ipse profuerit, vt si des arma timidus & imbellibus. ¶ Inuitus me hercle dico (quoniam & aliter accipi potest) ipsam verecundiam, vitium quidem, sed amabile, & quæ virtutes facillime generet: esse interim aduersam, multisque in causa fuisse, ut bona ingenii studiique in lucem non prolata, situ quodam secreti consumerentur. Sciat autem, si quis hæc forte minus adhuc peritus distinguendi vim cuiusque verbi, legat, non probitatem à me reprehendi, sed verecundiam, quæ est timor quidam reducens animum ab iis quæ facienda sunt. Inde confusio, & cœpti pœnitentiā, & subitum silentium. Quis porro dubitet vitiis ascribere affe-

Verecundia
interim ad-
uersa orato-
ri.

etum propter quem facere honestè pudet? Neq; ego rursus nolo eū qui sit dicturus, & sollicitū surgere, & colorem mutare, & periculum intelligere. quæ si non accident, etiam simulanda erunt: sed intellectus hic sit operis, non metus, moueamurque non concidamus. Optima est autem emendatio verecundiæ, fiducia: & quamlibet imbecilla frons magna conscientia sustinetur. ¶ Sunt & naturalia (vt supra dixi) quæ tamen & cura iuuantur, instrumenta, vox, latus, decor: quæ quidem tantum valent, vt frequenter famam ingenii faciant. Habuit oratores ætas nostra copiosiores, sed cum diceret eminere inter æquales Trachalus videbatur, ea corporis sublimitas erat, is ardor oculorū, frontis auctoritas, gestus præstātia, vox quidē, nō vt Cicero desiderat, penè tragædorū, sed super omnes, quos ego quidem audierim, tragædos. Certe cum in Basilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia vt moris est congerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum eum, & intellectum, & quod agentibus ceteris contumeliosum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus inemini. Sed hoc votum est, & rara felicitas: quæ si non ad sit, sane sufficiat ab iis quibus quis dicit, audiri. Talis esse debet orator, & hæc scire.

QVOD SIT INCIPIENDI CAVSAS AGERE TEMPVS. CAP. VI.

GENDI autem initium sine dubio secundum vires cuiusque sumendum est: neque ego annos definiam, cum Demosthenem puerum admodum actiones populares habuisse manifestum sit, Caluus, Cæsar, Pollio multum ante Quæstoriā omnes ætatem grauissima iudicia susceperint, Prætextatos egisse quosdam sit traditum, Cæsar Augustus duodecim natus annos auiam pro rostris laudauerit.

Modus mihi videtur quidam tenendus, vt neq; præpopere distingatur immatura frons, & quicquid est illud adhuc acerbum, proferatur. Nam inde & contemptus operis nascitur, & fundamēta iaciuntur impudentiæ, & (quod est vbique perniciosissimum) præuenit vires fiducia. Nec rursus differendum est tyrocinium in senectutem. Nam quotidie metus crescit, maiusque sit semper quod ausuri sumus, & dum deliberamus quando incipiendum sit, incipere iam serum est. Quare fructum studiorum viridem, & adhuc dulcem promi decet, dum & venia, & spes est, & paratus fauor, & audere nō dedecet: & si quid desit operi, supplet ætas: & si qua dicta sunt iuueniliter, pro in dolo accipiuntur: vt totus ille Ciceronis pro Sexto Roscio locus, Quid enim tam cōmune quāam spiritus viuus, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? Quæ cum sex & viginti natus annos summis audientium clamoribus dixerit, deferuisse tempore, & annis liquata iam senior idem fatetur. Et hercle quantumlibet secreta studia cōtulerint, est tamen proprius quidam fori profectus: alia lux, alia veri discriminis facies: plūsque si separet, vltus sine doctrina, quāam citra vsum doctrina valeat. Ideoque nonnulli senes in schola facti stupent nouitate cum in iudicia venerunt, & omnia suis exercitationibus similia desiderant. At illic & iudex tacet, & aduersarius obstreperit, & nihil temerè dictum perit, & si quid tibi ipse sumas, probandum est, & laboratam congestāque dierum ac noctium studio actionem aqua deficit, & omisso magna semper stādī tumore, in quibusdam causis loquendum, quod illi diserti minime sciūt. Itaq; nonnullos reperies, qui sibi eloquētiōres videantur, q̄ vt causas agant. Ceterū illum quē iuuenem tenerisq; adhuc viribus nitentē in forū deduximus, & incipere q̄ maxime facili ac fauorabili causā velim, vt catuli ferarū molliore præda saginātur, & nō utiq; ab hoc initio cōtinuare operā, & igenio adhuc alendo callū inducere, sed iam scientē quid sit pugna, & in quā rem studendū sit, refici atq; reuocari. Sic & tyrocinii metum dū facilius est audere, transferit, nec audendi facilitatem vsq; ad contemptum operis adduxerit. Vt fuit & hac ratione M. Tullius, & cum iā clarum meruisset inter patronos qui tunc erant, nomē, in Asiā nauigauit, seq; & aliis sine dubio eloquētiæ ac sapientiæ magistris, sed præcipue tamen Apollonio Molloni, quē Romæ quoq; audierat, Rhodi rursus formandū, ac velut recoquēdum dedit. Tum dignum operæ precii venit, cum inter se congruunt præcepta & experimenta.

QVÆ IN SVSCIPIENDIS CAVSIS ORATORI

obseruanda sint.

CAP. VII.

VM satis in omne certamen virium fecerit, prima ei cura in suscipiendis causis erit. In quibus defendere quidem reos profecto quāam facere vir bonus malet: non tamen ita nomen ipsum accusatoris horrebit, vt nullo neque publico neq; privato duci possit officio, vt aliquem ad reddendam rationem vitæ vocet. Nam & leges ipsæ nihil valent, nisi actoris idonea voce munitæ, & si pœnas scelerum expetere fas nō est, prope est ut scelera ipsa permissa sint, & licentiam malis dari certe contra bonos est. Quare neq; sociorum querelas, nec amici uel propinqui necem, nec erupturas in rempub. conspirationes inultas patietur orator: non pœnæ nocentium cupidus, sed emendandi uitia, corrigendiq; mores. Nam qui ratione traduci ad meliora non possunt, solo metu continētur. Itaq; ut

De orat.
perf.

Defendere
quāam facere
reos præ
stat, accusa
re tamē in
terdū decet.

accusatoriam vitam viuere, & ad defendendos reos præmio duci, proximum latrocinio est: ita pestem intestinam propulsare, cum propugnatoribus patriæ comparandum. Ideoque principes in repub. viri non detrectauerunt hanc officii partem: creditique sunt etiam clari iuuenes obfidem reip. dare malorum ciuium accusationem, quia nec odisse improbos, nec similitates prouocare, nisi ex fiducia bonæ mentis videbantur. Idque cum ab Hortensio, Lucullis, Sulpitio, Cicerone, Casare, plurimis aliis, tum ab utroque Catone factum est: quorum alter appellatus est sapiens, alter nisi crediderit fuisse, vix scio cui reliquerit huius nominis locum. Namque defendet omnis orator, idemque portum illum eloquentiæ suæ salutarem, non etiam piratis patefaciet, deduceturque in aduocationem maxime causa. Quoniam tamen omnes qui non improbè litigabunt, quorum certè bona pars est, sustinere non potest vnus, aliquid etiã commendantium personis dabit, & ipsorum qui iudicio decernent, aut optimi cuiusque voluntate moueatur. namque hos & amicissimos habebit vir bonus. Summouendum vero est vtrumque ambitus genus, vel potentibus contra humiles venditandi operam suam, vel illud etiam iactantius, minores vtique contra dignitatem attollè di. Non enim fortuna causas vel iustas vel improbas facit. ¶ Neque vero pudor obset, quo minus suscepta, cum melior uideretur, litem, cognita inter disceptandū iniquitate, dimittat, cum prius litigatori dixerit verum. Nam & in hoc maximum, si æqui iudices sumus, beneficium est, vt non fallamus vana spe litigantem. Neque enim dignus opera patroni, qui non vitur consilio. Et certe non conuenit ei quem oratorem esse volumus, iniusta tueri scientem. Nam si ex illis quas supra diximus causis falsum tuebitur, erit tamen honestū quod ipse faciet. ¶ Gratis ne ei semper agendū sit, tractari potest. Quod ex prima statim fronte diiudicare imprudentium est. Nam quis ignorat, quin id longe sit honestissimum, ac liberalibus disciplinis, & illo quem exigimus animo dignissimum, non vèdere operam, nec eleuare tanti benefici auctoritatem? Cum plerq; hoc ipso possint videri vilia, quòd præcium habent. Cæcis hoc (vt aiunt) satis clarum est, nec quisquam qui sufficientia sibi (modica autem hæc sunt) possidebit, hunc quæstum sine crimine sordium fecerit. At si res familiaris amplius aliquid ad vsus necessarios exigit, secundum omnium sapientium leges: patietur sibi gratiam referri, cum & Socrati collatum sit ad victum, & Zeno, Cleanthes, Chrysippus mercedes à discipulis acceptauerint. Neque enim video quæ iustior acquirèdi ratio, quàm ex honestissimo labore, & ab iis de quibus optime muerint, qui que si nihil inuicem præstant, indigni fuerint defensione. Quod quidem non iustum modo, sed necessarium etiam est, cum hæc ipsa opera, tempusque omni alienis negociis datum, facultatem aliter acquirendi recidunt. Sed tū quoque tenendus est modus: ac plurimum refert, & à quo accipiat, & quantum & quousque. Paciscè di quidem ille piraticus mos, & imponentium periculis præcia, procul abominanda negociatio, etiam à mediocriter improbis aberit: cum præsertim bonos homines bonasque causas tuenti non sit metuendus ingratus: qui si futurus, malo tamen ille peccet. Nihil ergo acquirere volet orator vltra quàm satis erit, ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet, sed mutua beneuolentia vtetur, cum sciat se tanto plus præstitisse: quia nec vanire hoc beneficium oportet nec perire. Denique vt gratus sit, ad eum magis pertinet qui debet.

*Causa ini-
qua, etiã cu
susceperis
deferenda.*

*Mercès qua
tenuis acci-
pienda.*

QVAE IN DISCENDIS CAUSIS ORATORI

obseruanda sunt.

CAP. VIII.

Proxima discendæ causæ ratio, quod est oratoris fundamentū. Neque enim quisquam tam ingenio tenui reperitur, qui cum omnia quæ sunt in causa diligenter cognouerit, ad docendum certe iudicem non sufficiat. Sed eius rei paucissimis cura est. Nam vt taceam de negligentibus, quorum nihil refert ubi litium cardo vertatur, dum sint quæ vel extra causam ex personis ac communi tractatu locorum occasionem clamandi largiantur. Aliquos & ambitio peruertit: qui partim tanquam occupati, semperque aliud habentes quod ante agendum sit, pridie ad se venire litigatorem, aut eadem matutina iubent, nunquam etiã inter ipsa subsellia didicisse se gloriantur: partim iactantia ingenii, vt res cito accepisse videantur, tenere se & intelligere penè prius quàm audiant mentiti, cum multa & diserte summisque clamoribus, quæ neque ad iudicem, neque ad litigatorem pertineat, decantauerunt, bene sudantes benèque comitati per forum reducuntur. ¶ Ne illas quidè tulerim delicias eorum, qui doceri amicos suos iubent: quanquam minus mali est, si illa saltè rectè discant, rectèque doceant. Sed quis discet tam bene quàm patronus? Quomodo autem sequester ille, & media litium manus, & quidem interpres impèdet æquo animo laborem in alienas actiones, cum dicturus ipse non sit? Pessimæ vero consuetudinis, libellis esse contentum, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, quia liti ipse non sufficit: aut aliquis ex eo genere aduocatorum, qui se non posse agere contentur, deinde faciunt id quod est in agendo difficillimum. Nā

qui iudicare quid dicendum, quid dissimulandum, quid declinandum, imitandumve, fingendum etiam sit, potest, cur non sit orator, quando quod difficilius est facit? Hi porro non tantum nocent, si omnia scriberent uti gesta sunt. Nunc consiliū & colores adiciunt, & aliqua peiora veris, quæ plerique cum acceperunt, mutare nefas habent, & velut themata in scholis posita custodiunt. Deinde deprehenduntur, & causam quam dicere ex suis litigatoribus noluerunt, ab aduersariis discunt. ¶ Liberū igitur demus ante omnia iis, quorum negotium erit, tempus ac locum, exhortemurque vltro, ut omnia quamlibet verbosè & vnde volent repetita ex tempore exponant. Non enim tam obest audire superuacua, quàm ignorare necessaria. Frequenter autem & vulnus, & re- *Causa quomodo ex litigatore discenda.* medium in iis orator inueniet, quæ litigatori in neutram partem habere momentum videbantur. Nec tanta sit acturo memoriæ fidutia, ut subscribere audita pigeat. Nec semel audisse sit satis, cogendus eadem iterum ac sæpius dicere litigator: non solum quia effugere aliqua prima expositione potuerunt, præsertim hominem (quod sæpè euenit) imperitum, sed etiam ut sciamus an eadem dicat. Plurimi enim mentiuntur, & tanquam non doceant causam sed agant: non ut cum patrono, sed ut cum iudice loquantur: Quapropter nunquam satis credendum est, sed agendus omnibus modis, et turbandus, & euocandus. Nam ut medicis non apparentia modo vitæ curanda sunt, sed etiam intuenienda quæ latent, sæpè ea ipsis qui sanandi sunt occultantibus, ita aduocatus plura quàm ostenduntur aspiciat. Nam cum, satis in audiendo patientiæ impenderit, in aliam rursus ei personam transeundum est, agendusque aduersarius, proponendum quicquid omnino excogitari contra potest, quicquid recipit in eiusmodi disceptatione natura. Interrogandus quàm infestissime, ac premendus. Nam dum omnia quærimus, aliquando ad verum, ubi minimè expectauimus, peruenimus. In summa, optimus est in discendo patronus incredulus. Promittit enim litigator omnia, testem populum, paratissimas consignationes, ipsum denique aduersarium quædam non negaturum. Ideoque opus est intueri omne litis instrumentum: quod videre non est satis, perlegendum erit. Nam frequentissime aut non sunt omnino quæ promittebantur, aut minus continent, aut cum alio aliquo nocituro permixta sunt, aut nimia sunt, & fidem hoc ipso detractura, quod non habent modum. Denique linum ruptum, aut turbata cæra, aut sine agnitione signa frequentè inuenies: quæ nisi domi excusseris, in foro inopinata decipient, plusque nocebunt destituta, quàm non promissa nocuissent. Multa etiā quæ litigator nihil ad causam pertinere crediderit, patronus eruet, modo per omnes quos tradidimus argumentorum locos eat: quos ut circumspectare in agendo, & attentare singulos minimè conuenit, propter quas diximus causas, ita etiam in discendo rimari necessarium est, quæ personæ, quæ tempora, quæ loca, instituta, instrumenta, ceteraque, ex quibus non tantum illud quod est artificiale probationis genus colligi possit, sed qui metuendi testes, quo modo sint refellendi. Nam plurimum refert, inuidia reus an odio an contemptu laboret: quorum ferè pars prima superiores, proxima pares, tertia humiliores premit. Sic causam perscrutatus, propofitis ante oculos omnibus quæ profint noceantve, tertiam deinde personam induat iudicis, fingatque apud se causam, & quod ipsum mouisset de eadem re pronunciatum, id potentissimum apud quencūque agetur existimet: & sic eum raro fallat euentus, aut culpa iudicis erit.

QVAE SERVANDA IN AGENDIS CAUSIS ORATORI SINT. CAP. IX.

QVAE sint in agendo seruanda, toto ferè opere executi sumus, pauca tamen propria huius loci, quæ non tam dicendi arte, quàm officiis agendi continentur, attingam. Ante omnia ne (quod plerisque accidit) ab utilitate eum causæ præsentis cupido laudis abducat. Nam ut gerentibus bella non semper exercitus per plana & amœna ducendus est, sed adeundi plerunque asperi colles expugnandæ ciuitates, quamlibet præcisè positæ montibus, aut operum mole difficiles, ita oratio gaudebit quidem occasione latius decurrendi, & æquo congressu campo, totas vires populariter explicabit: at si iuris anfractus, aut eruendæ veritatis latebras adire cogetur, non obequitabit, nec illis vibrantibus concitatisque sententiis velut missilibus vtetur, sed operibus, & cuniculis, & insidiis, & occultis artibus rem geret. Quæ omnia non dū sunt laudantur, sed cum facta sunt: vnde etiā minus cupidis opinionis, plus fructus venit. Nam cum illa dicendi vitiosa iactatio inter plausores suos detonuuit, resurgit veræ virtutis fortior fama, nec indices à quo sint moti dissimulat, & doctis creditur, nec est orationis vera laus, nisi cum finita est. ¶ Veteribus quidem etiā dissimulare eloquentiam fuit moris: idque M. Antonius præcipit, quo plus dicentibus fidei, minusque suspectæ aduocatorum insidiæ forent. Sed illa dissimulari quæ tum erat potuit: nondum enim tantum dicendi lumen accesserat, ut etiam per obstantia erumperet. Quare artes quidem, & consilio lateant, & quicquid

Eloquentiæ occultanda.

si deprehenditur perit, hæc tunc eloquentia secretum habet. Verborum quidem delectus, grauitas sententiarum, figurarum elegantia, aut non sunt, aut apparent. sed vel propter hoc ipsum ostendenda non sunt, quod apparent, aut si vnum ex duobus eligendum, causa laudetur potius quam patronus. Finem tamen hunc præstabit orator, vt videatur optimam causam optimè egisse. Illud certum erit, neminem peius agere, q̃ qui displicente causa placet. necesse est enim extra causam sit quod placet. Nec illo fastidio laborabit orator, non agendi causas minores, tanquã infra eum sint, aut detractura sit opinioni minus liberalis materia. Nam & suscipiendi ratio iustissima est, officium, & optandi etiam vt amici quàm minimas lites habeant, & abundè dixit bene, quisquis rei satisfecit. At quidam etiam si forte susceperint negocia paulum ad dicendum tenuiora, extrinsecus adducti ea rebus circumliniunt: ac si defecerint alia, conuiciis implent vacua causarum: si contingit, veris: si minus, fictis: modo sit materia ingenii, mereaturque clamorem dum dicitur. Quod ego adeo longe puto ab oratore perfectò, vt eum ne vera quidem obiecturum, nisi id causa exigat, credam. Ea est enim prorsus canina (vt ait Appius) eloquentia, censuram male dicendi subire, quod facientibus etiam male audiendi præsumenda patientia est. Nam & in ipsos fit impetus frequenter qui egerunt, & certe patroni petulantiam litigator luit. Sed hæc minora sunt ipso illo vitio animi, quo maledicus à malefico non distat, nisi occasione. Turpis voluptas & inhumana, & nulli audientium bona grata, à litigatoribus quidem frequenter exigitur, qui vltionem malunt, quàm defensionem. Sed neque alia multa ad arbitrium eorum facienda sunt. Hoc quidem quis hominũ liberi modo sanguinis sustineat, petulans esse ad alterius arbitrium? At qui etiam in aduocatos partis aduersi libenter nonnulli inuehuntur: quod nisi forte meruerint, & inhumanum est, respectu cõmunium officiorum, & cum ipsi qui dicit inutile (nam idem iuris responsuris datur) tum causæ contrarium, quia planè aduersarii fiunt & inimici, & quantuluncunq̃ iis virum est, contumelia augetur. Super omnia perit illa quæ plurimum oratori, & auctoritatis & fidei affert, modestia, si à viro bono in rabulam latratoremq̃ conuertitur, compositus non ad animum iudicis, sed ad stomachum litigatoris. Frequenter etiam species libertatis deducere ad temeritatem solet, non causis modo, sed ipsis quoque qui dixerunt periculosam. Nec immerito Pericles solebat optare, ne quod sibi verbum in mentem veniret, quo populus offenderetur. Sed quod ille de populo, id ego de omnibus sentio, qui tantundem possunt nocere. Nã quæ fortia dum dicuntur videbantur, ista cum læserunt vocantur. Nunc quia varium ferè propositum agerium fuit, & quorundam curatditatis, quorundam facilitas temeritatis crimine laborauit, quem credã fore in hoc oratoris modum tradere non alienum videtur. Afferet ad dicendũ curæ semper quantum plurimum poterit. neq̃ enim solum negligentis, sed & mali, & in suscepta causa perfidi ac proditoris est peius agere q̃ possit. Ideoque ne suscipiendæ quidem sunt causæ plures, q̃ quibus suffecturum se sciat. Dicit scripta quàm res parietur plurima, & vt Demosthenes ait, si continget, & sculpta. Sed hoc aut primæ actiones, aut quæ in publicis iudiciis post interiectos dies dantur, permiserint: at cum protinus respondendũ est omnia parari nõ possunt, adeo vt paulo minus promptis etiam noceat scripsisse, si alia ex diuerso q̃ opinati fuerunt, occurrerint. Inuiti enim recedunt à preparatis, & tota actione respiciunt, requiruntque num aliquid ex illis interuallis, atque ex tempore dicentis inseri possit, quod si fiat non coheret, nec cõmissuris modo vt in opere male iuncto hiantibus, sed ipsa coloris inæqualitate detegitur. Ita nec liber est impetus, nec cura contexta, & vtrunq̃ alteri obstat. Illa enim quæ scripta sunt, retinent animũ, non sequuntur. Itaq̃ in his actionibus omni (vt agricolæ dicunt) pede standũ est. Nã cũ in propositione ac refutatione causa cõsistat, quæ nostræ partis sunt scripta esse possunt, quæ etiã responsurũ aduersariũ certũ est, (est enim aliquãdo certum) pari cura refelluntur. Ad alia vnũ paratũ afferre possumus, vt causam bene nouerimus, alterũ ibi sumere, vt dicentẽ aduersariũ diligẽter audiamus. Licet tamen præcogitare plura, & animũ ad omnes casus cõponere, idq̃ est tutius stilo, quo facilius & omittitur cogitatio, & trãfertur. Sed siue in respondẽdo fuerit subito dicendũ, siue quæ alia ita exegerit ratio, nõq̃ oppressum se, ac deprehensum credet orator, cui disciplina & studiũ & exercitatio dederit vires etiã facilitatis, quẽq̃ armatũ semper, ac velut in procinctu stãtẽ, nõ magis vnq̃ in causis oratio, q̃ in rebz quotidianis ac domesticis sermo deficiet, nec se vnq̃ propter hoc oneri subtrahet, modo sit causæ discendæ tẽpus, nã cætera semper sciet.

DE GENERE DICENDI.

CAP. X.

Vperest vt dicam de genere orationis. Hic erat propositus à nobis in diuisione prima locus tertius, nam ita promiseram me de arte, de artifice, de opere dicturum. ¶ Cum sit autẽ rhetorices atque oratoris opus oratio, plurẽsq̃ eius formæ, sicut ostendã, in omnibus iis & ars est, & artifex, plurimũ tamen inuicem differunt, nec solũ specie, vt signũ signo, & tabula tabula, & actione actio, sed genere ipso

Modestior
ratori neces
saria.

Varium ge
nus dicendi.

S

ipſo, vt à Græcis Tuſcanicæ ſtatuae, & Aſianus eloquês Attico. ¶ Suos autem hæc operum genera quæ dico, ut auctores, ſic etiam amatores habent, atque ideo nondum eſt perfectus orator, ac neſcio an ars vlla, non ſolum quia aliud in alio magis eminet, ſed quòd non vna omnibus forma placuit, partim conditione vel temporum vel locorum, partim iudicio cuiuſque atque propoſito. ¶ Primi, quorum quidem opera nõ vetuſtatis modo gratia viſenda ſunt, clari pictores fuiſſe dicuntur Polygnotus atque Aglaophon, quorum ſimplex color tam ſui ſtudioſos adhuc habet, vt illa prope rudia, ac velut futuræ mox artis primordia, maximis, qui poſt eos extiterũt, auctoriſque præferantur, proprio quodam intelligendi (vt mea opinio fert) ambitu. Poſt Zeuſis atque Parrhaſius, non multum ætate diſtantes (circa Peloponneſia ambo tempora. nam cum Parrhaſio ſermo Socratis apud Xenophontem inuenitur) plurimum arti addiderunt. Quorum prior luminum ſombrarũque inueniſſe rationem, ſecundus examinaſſe ſubtilius lineas traditur. Nam Zeuſis plus membris corporum dedit, id amplius atque auguſtius ratus, atque (vt exiſtimant) Homerum ſecutus, cui validiſſima quæque forma etiam in ſceminis placet. Ille vero ita circunſcripſit omnia, vt eum legumlatorem vocent, quia deorum atque heroum effigies, quales ab eo traditæ, cæteri tanquam ita neceſſe ſit ſequuntur. Floruit autem circa Philippum, & vſque ad ſucceſſores Alexãdri, pictura præcipuè, ſed ex diuerſis virtutibus, nam cura Protogenes, ratione Pamphilus ac Melanthius, facilitate Antiphiſus, concipiendis viſionibus (quas *phantãſias* vocãt) Theo Samius, ingenio & gratia, quam ipſe in ſe maximè iactat, Apelles eſt præſtantiſſimus. Euphranorem admirandum facit, quòd cæteris optimis ſtudiis inter præcipuos, & pingendi fingendique idè mirus artifex fuit. Similis in ſtatu ſiſtentiſſima, nam & duriora, & Tuſcanicis proxima Calon atque Egeſias, iam minus rigida Calamis, molliora adhuc ſupradictis Myron fecit. Diligentia ac decor in Polycleto ſupra cæteros, cui quanquam à plerique tribuitur palma, tamen ne nihil detrahatur, deeſſe pondus putant. Nam vt humanæ formæ decorem addiderit ſupra verum, ita non expleuiſſe deorum auctoritatem videtur. Quin ætatem quoque grauiorem dicitur reſuſciſſe, nihil auſus vltra leues genas. At quæ Polycleto deſuerũt, Phidiæ atque Alcamini dantur. Phidias tamen diis quàm hominibus efficiendis melior artifex traditur, in ebore vero longe citra æmulum, vel ſi nihil niſi Mineruam Athenis, aut Olympium in Elide Iouem feciſſet, cuius pulchritudo adieciſſe aliquid etiam receptæ religioni videtur, adeo maietas operis deum æquauit. Ad veritatem Lyſippum & Praxitelem acceſſiſſe optimè affirmant. Nam Demetrius tanquam nimius in ea reprehenditur, & fuit ſimilitudinis quàm pulchritudinis amãtor. ¶ In oratione vero ſi ſpecies intueri velis, totidè penè reperies ingeniorum, quot corporum formas. Sed fuerunt quædam genera dicendi cõditione temporum horridiora, alioqui magnam iam vim ingenii præ ſe ferentia. Hinc ſunt Lælii, Africani, Catones, Gracchique, quos tu licet Polygnotos vel Calonas appelles. Mediam illam formam teneant L. Craſſus Q. Hortenſius. Tum deinde effloſceſcat non multum inter ſe diſtãtium tempore oratorum ingens proventus, hinc vim Cæſaris, indolem Cælii, ſubtilitatem Calidii, grauitatem Bruti, acumen Sulpitii, acerbitatem Caſſii, diligentiam Pollionis, dignitatem Meſſalæ, ſanctitatem Calui reperimus. In his etiam quos ipſi vidimus, copiam Senecæ, vires Africani, maturitatem Afri, iuconditatem Criſpi, ſonum Trachali, elegantiam Secundi. At M. Tullium non illum habemus Euphranorem circa plurium artium ſpecies præſtantem, ſed in omnibus quæ in quoque laudantur, eminentiſſimum. Quem tamen & ſuorum homines temporum inceſſere audebant, vt tumidiorem, & Aſianum, & redundantem, & in repetitionibus nimium, & in ſalibus aliquando frigidum, & in compoſitione fractum, exultantem, ac penè (quod procul abſit) viro molliorem. Poſtea vero quàm Triumviriſque proſcriptione conſumptus eſt, paſſim qui oderant, qui inuidebãt, qui æmulabantur, adulatores etiam præſentis potentia, non reſponſurum inuaſerunt. Ille tamen qui ieiunus à quibuſdã atque aridus habebatur, non aliter ab ipſis inimicis male audire, quàm nimis floribus & ingenii affluetia potuit. Falſum vtrunque, ſed tamen illa mentiendi propior occaſio. Præcipuè vero preſſerunt eum, qui videri Atticorum imitatores concupiebant. Hæc manus quaſi quibuſdam ſacris initiata, vt alienigenam, & virum ſuperſtitioſum, deuinctũque illis legibus inſequabantur. Vnde nunc quoque aridi, & exuſti, & exangues. Hi ſunt enim qui ſuæ imbecillitati ſanctitatis appellationem, quæ eſt maximè contrario, obtendant: qui quia clariorẽ vim eloquentiæ velut ſolem ferre non poſſunt, ymbra magni nominis deliteſcunt, quibus quia multa, & pluribus locis Cicero ipſe reſpondit, tutior mihi de hoc diſſerendi breuitas erit. ¶ Et antiqua quidẽ illa diuiſio inter Aſianos & Atticos fuit, cum hi preſſi & integri, contra inflati illi & inanes haberentur: in his nihil ſuperflueret, illis iudicium maximè ac modus deeſſet. Quod quidam, quorum & Santra eſt, hoc putant accididiſſe, quòd paulatim ſermone Græco in proximas Aſiæ ciuitates influente, nondum ſatis periti loquendi, facundiam concupierint, ideoque ea quæ propriè ſi-

*Cõfert ora-
tores picto-
ribus ac ſta-
tuariis quos
plures &
uarios arti-
ficiũ ratione
cõmemorat.*

*Redditio cõ-
parationis.*

Cicero.

*TRIA GE-
nera dicendi,
Atticum,
Aſianum,
Rhodium.*

gnari poterant, circuitu ceperint enunciare, ac deinde in eo perseverarint. Mihi autem orationis differentiam fecisse, & dicentium, & audientium naturam videntur, quod Attici limati quidem & emuncti, nihil inanè aut redundans ferebant. Asiana gens tumidior alioqui & iactantior vaniore etiam dicendi gloria inflata est. Tertium mox qui hæc diuidebant, adiecerunt genus Rhodium, quod velut medium esse, atque ex utroque mixtum voluit. Neque enim Attice pressi, neque asiane sunt abundantes: ut aliquid habere videantur gentis, aliquid auctoris. Aeschines enim qui hunc exilio delegerat locum, intulit eo studia Athenarum, quæ velut sata quædam cælo terraque degenerant, saporem illum atticum peregrino miscuerunt. Lenti ergo quidem ac remissi, non sine pondere tamen, neque fontibus puris, neque torrentibus turbidis, sed lenibus stagnis similes habentur.

Atticum genus optimum.

¶ Nemo igitur dubitauerit longe esse optimum genus Atticorum, in quo ut est aliquid inter ipsos commune, id est, iudicium acre tersumque, ita ingeniorum plurimæ formæ. Quapropter mihi falli multum videntur, qui solum esse Atticos credunt tennes, & lucidos, & significantes, sed quædam eloquentiæ frugalitate contentos, ac semper manum intra pallium continent. Nam quis erit hic Atticus? sit Lyfias, hunc enim amplectuntur amatores istius nominis modum. Non igitur iam usque ad Coccum & Antocidem remitemur? Interrogare tamen velim an Socrates attice dixerit. Nihil enim tam est Lyfias diuersum. Negabunt? At eius schola principes oratorum dedit. Quærat ut similibus aliquid. Hyperides atticus? certe. At plus indulsit voluptati. Træseo plurimos, Lycurgum, Aristogitona, & iis priores Isæum, Antiphotem: quos ut homines inter se genere similes, differentes dixeris specie. Quid ille cuius modo fecimus mentionem Aeschines? nonne iis lator, & audentior, & excelsior? Quid denique Demosthenes? non cunctos illos tennes & circumspectos sublimitate, vi, impetu, cultu, compositione superauit? non insurgit locis? non figuris gaudet? non translationibus nitet? non oratione ficta dat tacentibus vocem? non illud iusurandum, per casos in Marathone ac Salamine propugnatores reip. satis manifesto docet præceptorem eius Platonem fuisse? Quem ipsum num Asianum appellabimus, plerumque instinctus diuino spiritu vatibus comparamus? Quid Periclea? similem ne credimus Lyfiae gracilitati, quem fulminibus, & caelesti fragori comparant comici, dum illi conuiciantur? Quid est igitur, cur in iis demum qui tenui venula per calculos fluunt, Atticum saporem putent? ibi demum thymum redolere dicant? Quos ego existimo, si quod in iis finibus vberius inuenerint solum, fertiliorēve segetem, negaturos atticam esse, quod plus quam acceperit seminis reddat. Quia hanc eius terræ fidem Menander eludit. Itaque nunc si quis ad eas Demosthenis virtutes, quas ille summus orator habuit, tamen quæ defuisse ei, siue ipsius natura siue lege ciuitatis videntur, adiecerit, ut affectus concitatus moueat, audiam dicentem, non fecit hoc Demosthenes? & si quid exierit numeris aptius, fortasse non possit, sed tamen si quid exierit, non erit atticum? Melius de hoc nomine sentiant, credantque attice dicere, esse optime dicere. Atque in hac tamen opinione perseverantes Græcos magis tulerim. ¶ Latina mihi facundia, ut inuentione, dispositione, consilio, ceterisque huius generis artibus similis Græcæ, ac prorsus discipula eius videtur, ita circa rationem eloquendi vix habere imitationis locum. Namque ipsius est statim sonus dulcior, quando & iucundissimas ex Græcis literas & non habemus. Vocalem alteram, alteram consonantem, quibus nullæ apud eos dulcius spirant, quas mutuari solemus, quoties illorum nominibus utimur. Quod cum contingit, nescio quo modo hilarior protinus renidet oratio, ut in Zephyris Zopyrisque, quæ si nostris literis scribantur, surdum quiddam, & barbarum efficient sonum, & velut in locum earum succedēt tristes, & horridæ, quibus Græcia caret. Nam & illa quæ sexta est nostratum, penè non humana voce, vel omnino non voce potius inter discrimina dentium efflanda est, quæ etiam cum vocalem proximam accipit, quassâ quodam modo, utique quoties aliquam consonantem frangit, multo fit horridior. Aeolicæ quoque literæ, quæ ceruum seruumque dicimus, etiam si forma à nobis repudiata est, vis tamen nos ipsa persequitur. Duras & illa syllabas facit, quæ ad coniungendas demum subiectas sibi vocales est utilis, alias superuacua, ut equos ac equum scribimus, cum ipsæ etiam vocales duæ efficiant sonum, qualis apud Græcos nullus est, ideoque scribi illorum literis non potest. Quid quod pleraque nos illa quasi mugiente litera cudimus m, quæ nullum græcè verbum cadit? At illi iucundam, & in fine præcipue quasi tinnientem, illius loco ponunt, quæ est apud nos rarissima in clausulis. Quid quod syllabæ nostræ in b literam, & d innituntur? adeo aspere, ut plerique non antiquissimorum quidem, sed tamen veterum mollire tentauerint, non solum asperum pro abuersis dicendo, sed & in propositione b literæ absonam & ipsam subiiciendo. Sed accentus quoque cum rigore quodam, tum similitudine ipsa minus suaues habemus, quia vltima syllaba nec acuta nunquam excitatur, nec flexa circunducitur, sed in grauem, vel duas graues cadit semper. Itaque tanto est sermo Græcus Latino iucundior, ut nostri poetæ quoties dulce carmen esse voluerunt, illorum id nominibus

Latina facundia græcæ minime par, præsertim in eloquendo.

minibus exornent. His illa potentiora, quod res plurimae carent appellationibus, ut eas necesse sit transferre aut circūire, etiam in his quae denominata sunt, summa paupertas in eadem nos frequentissime reuoluit: at illis non verborum modo, sed linguarum etiam inter se differētum copia est. Quare qui à Latinis exigit illam gratiam sermonis Attici, det mihi in loquendo eandem iucunditatem & parem copiam. Quod si negatum est, sententias aptabimus iis vocibus quas habemus, nec rerum nimiam tenuitatem, ut non dicā pinguioribus, fortioribus certe verbis miscebimus, ne virtus utraque pereat ipsa confusione. Nam quo minus adiuuat sermo, rerum inuentione pugnandum est. Sensus sublimes variique eruantur. Per mouēdi omnes affectus erunt. Oratio translationum nitore illuminanda. Non possumus esse tam graciles, simus fortiores. Subtilitate vincimur, valeamus pondere. Proprietatis penes illos est certior copia, vincamus ingenio. Graecorum etiam minora suos portus habent, nos plerumque maioribus velis moueamur, validior spiritus sinus nostros tendat. Non tamen alto semper feremur, nam & littora interim sequēda sunt. Illis facilis per quaelibet vada accessus, ego aliquid non multo tamen altius in quo mea cymba non confidat inueniam. Neque enim si tenuiora haec ac pressiora Graeci melius, in eoque vincimur solo, & ideo in comediis non contendimus, prorsus tamen non omittenda pars haec orationis, sed exigenda ut optime possumus, possumus autem rerum & modo & iudicio esse similes, verborum gratia quā in ipsis nō habemus, extrinsecus cōdenda est. An nō in priuatis, & acutus, & nō asper, & non indistinctus, & non supra modum elatus M. Tullius? nō in M. Callidio insignis haec virtus? nō Scipio, Laelius, Cato in loquēdo velut attici Romanorum fuerūt? Cui porro non satis est quo esse melius nihil potest? ¶ Adhuc quidam nullam esse naturalem putant eloquentiā, nisi quae sit quotidiano sermoni simillima, quo cum amicis, coniugibus, liberis, seruis loquimur, contenti promere animi voluntatem, nihilque accersiti, & elaborati requirentes: quicquid huc sit adiectum, id esse affectationis, & ambitiosae in loquendo iactantiae, remotum à veritate, fictumque ipsorum gratia verborum quibus solum à natura sit officium attributum seruire sensibus, sicut athletarum corpora etiam si validiora fiant exercitatione, & lege quadam ciborum, non tamen esse naturalia, atque ab illa specie quae sit concessa hominibus, abhorrere. Quid enim, inquiunt, attinet circuitu res ostendere, & translationibus, id est, aut pluribus, aut alienis verbis, cum sua cuique sint assignata nomina? Denique antiquissimum quemque maximè secundum naturam dixisse contendunt, mox poetis similiores exitisse, etiā si parcius, simili tamen ratione falsa & impropria virtutes ducentes. ¶ Qua in disputatione non nihil veri est, ideoque non tam procul, quā sit à quibusdam, recedendum à propriis atque cōmunibus. Si quis tamen (ut in illo loco dixi compositionis) ad necessariā, quibus nihil minus est, aliquid melius adiecerit, non erit hac calumnia reprehendendus. Nam mihi aliam quandam videtur habere naturam sermo vulgaris, aliam viri eloquentis oratio: cui si res indicare modo satis esset, nihil ultra verborum proprietatem elaboraret: sed cum debeat delectare, mouere, in plurimas animum audientis species impellere, utetur iis quoque adiutoris, quae ab eadem sunt nobis concessa natura. Nam etiam lacertos exercitatione constringere, & augere vires, & colorem trahere naturale est. Ideoque in omnibus gentibus alius alio facundior habetur, & eloquendo dulcis magis. Quod si non eueniret, omnes pares essent, & idem omnes deceret. At loquuntur, & seruant personarum discrimen: ita quo quisque plus efficit dicendo, hoc magis secundū naturae eloquentiam dicit. Quapropter ne illis quidem nimium repugno, qui dandum putant non nihil esse temporibus atque auribus, nitidius aliquid atque affectatius postulantibus. Itaque non solum ad priores Catonem Gracchosque, sed ne ad hos quidem oratorem alligandum puto. Atque id fecisse M. Tullium video, ut cum omnia vtilitati, tum partem quandam delectationi daret, cum & ipsam se rem agere diceret (agebat autē maximè) litigatoris. Nam hoc ipso proderat quod placebat. Ad cuius voluptates nihil equidem quod addi possit inuenio, ne si sensus nos quidē dicamus plures. Neque enim fieri non potest salua tractatione causae, & dicendi auctoritate, si crebra haec lumina, & continua fuerint, ut non inuicem offecerint. Sed ne haecenus cedentem nemo insequatur ultra, do tempore ne crassa toga sit, non serica: ne intonsum caput, non in gradus atque annulos totum comptum: cum in eo qui se non ad luxuriam ac libidinem referat, eadem speciosiora quoque sint, quae honestiora. Ceterum hoc quod vulgo sententias vocamus (veteribus praecipue Graecis in usu non fuit, apud Ciceronem inuenio) dum rem contineant, & copia non redundant, & ad victoriam spectent, quis vtile neget? Feriunt animum, & vno ictu frequenter impellunt, & ipsa breuitate magis haerent, & dictione persuadent. At sunt qui haec excitatoria lumina etiā si dicere permittant, à componendis tamen orationibus excludenda arbitrentur. ¶ Quocirca mihi ne hic quidem locus intactus est omittendus, quod plures eruditorum aliam esse dicendi rationem, aliam scribendi putauerunt: ideoque in agendo clarissimos quosdam nihil posteritati mansurūque mox li-

Eloquentia
naturalis.

De dicendo
& scribendo.

teris reliquisse, ut Periclem & Demadem: rursus alios ad cōponendū optimos, actionibus idoneos non fuisse, ut Hōcratem: præterea in agendo plus impetus posse plerūq; & petitas uel paulo licētius uoluptates. Cōmouendos enim esse, docēdōq; animos imperitorū. At quod libris dedicatur, & in exēplum editur, tersum ac limatū, & ad legē ac regulā cōpositum esse oportere, quia ueniat in manus doctōrū, & iudices artis habeat artifices. Quin illi subtiles, ut similes, ac multi persuaserunt magistri, *παρὰ δ' αὖ γὰρ* dicendo, *ὑπὲρ μὲν* scribendo esse altius tradiderunt. Mihi unū atq; idem uidetur bene dicere, ac bene scribere, neq; aliud esse oratio scripta, q̄ monumentū actionis habitæ. Itaq; nullas non (ut opinor) debet habere uirtutes non dico nulla uitia. Nam imperitis placere aliquando quæ uitiola sunt scio. Quō different igitur q̄, si mihi des consilium iudicū sapientū, perq̄ multa recidam ex orationibus, non Ciceronis modo, sed etiā eius qui est strictior multo, Demosthenis. Neq; enim affectus omnino mouēdi erunt, nec aures delectatione mulcendæ, cum etiam procemia superuacua esse apud tales, Aristoteles existimet. Non enim trahentur iis illi sapientes: proprie & significanter rem indicare, probatione colligere satis est. Cū vero iudex detur aut populus aut ex populo, laturiq; sententiā indocti sapius, atq; interim rustici, omnia quæ ad obtinendū quod intendimus, prodesse credimus, adhibenda sunt, eaq; etiam cum dicimus promenda, & cum scribimus, ut doceamus quomodo dici oporteat. An Demosthenem male sic egisse ut scripsit, aut Ciceronem, aut eos præstantissimos oratores alio q̄ scriptis cognoscimus? Melius egerūt igitur an peius? nam si peius, sic potius oportuit dici ut scripserunt: si melius, sic oportuit scribi ut dixerunt. Quid ergo? semper sic aget orator ut scribit? si licebit, semper: q̄ si impediatur breuitate tempora à iudice data, multū ex eo quod potuit dici, recidetur, editio habebit omnia. Quæ autē secundū naturam iudicantiū dicta sunt, non ita posteris tradentur, ne uideātur propositi fuisse non temporis. Nam id quoq; plurimū refert, quo modo iudex audire uelit, atq; ei vultus sapē ipse rectus est dicentis, ut Cicero præcepit. Ideoq; instandū iis quæ placere intellexeris, resiliendū ab iis quæ nō recipiuntur. Sermo ipse qui facile iudicem doceat, optādus. Nec id mirum sit, cum etiā testīū personis aliqua mutētur. Prudenter enim, qui cū interrogasset rusticū testem, an Amphiona nosset, negante eo, detraxit aspirationem, breuiavitq; secundā eius nominis syllabam, & ille eum sic optimē norat. Huiusmodi casus efficiunt, & aliquādo dicatur aliter q̄ scribitur, cū dicere quomodo scribendū est, non licet. ¶ Altera est diuisio, quæ in tres partes & ipsa discedit, qua discerni posse etiā recte dicendi genera inter se videntur. Namq; vnū subtile, quod *ἰσχυρὸν* vocant: alterum grande atq; robustū, quod constituunt *ἀδύρῳ*: tertiū alii mediū ex duobus, alii floridū, nāq; id *ἐνθουσιῶδες* appellant, addiderunt, quorū tamen ea ferē ratio est, ut primū docendi, secundū mouendi, tertiū illud utroque nomīne delectandi, siue aliud interconciliandi præstare uideatur officiū. In docendo autem acumen, in interconciliando lenitas, in mouendo grauitas uideatur. Itaq; illo subtili præcipuē ratio narrādi probādiq; consistet, sed quod etiā detractis cæteris uirtutibus suo genere plenū. Medius hic modus, & trāslationibus crebrior, & figuris erit iucūdior, egressionibus amœnus, cōpositione aptus, sententiis dulcis, lenior tamen, ut amnis lucidus quidā, & uirentibus vtrinq; syluis inumbratus. At ille qui saxa deuoluat, & pontem indignetur, & ripas sibi faciat, multus & torrens iudicem vel nitentem contra feret, cogetq; ire qua rapit. Hic orator & defunctos excitabit, ut Appiū Cæcum, apud hunc & patria ipsa exclamabit, aliquandōq; Ciceronem in oratione contra Catilinam in Senatu alloqueretur. Hic & amplificationibus extollet orationem, & vi superlationum quoque eriget. Quæ charybdis tam vorax: & oceanus mediū fidius ipse. Nota sunt enim iam studiosis hæc lumina. Hic deos ipsos in congressum propē suū sermonēque deducet. Vos enim Albani tumuli atq; luci. Vos, inquam, Albanorum obrutæ aræ sacrorum populi Romani, sociæ & æquales. Hic iram, hic misericordiam inspirabit. Hic dicet, Te uidit & fleuit, & appellauit, & per omnes affectus tractatur. Hic Itaque illuc sequetur, nec doceri desiderabit. Quare si ex tribus his generibus necessario sit eligendum vnum, quis dubitet hoc præferre omnibus, & validissimum alioqui, & maximis quibusque causis accommodatissimum? Nam & Homerus breuem quidē cum animi iucunditate, & propriam, (Id enim est non errare uerbis) & carentem superuacuis eloquentiam Menelao dedit, quæ sunt uirtutes generis illius primi. Et ex ore Nestoris dixit dulciorem melle profluere sermonem, qua certe delectatione nihil fingi maius potest. Sed summam aggressus, ut in Vlysse, facundiam, magnitudinem illi iunxit, cui orationem niuibis hibernis, & copia uerborum, atque impetu, parem tribuit. Cum hoc igitur nemo mortalium contendet: hunc ut deum homines intuebuntur. Hanc vim & celeritatem in Pericle miratur Eupolis, hanc fulminibus Aristophanes comparat, hæc est uera dicendi facultas. ¶ Sed neque his tribus quasi formis inclusa eloquentia est. Nam ut inter gracile, validūque, tertium aliquid constitutum est, ita horum intervalla sunt. Atque inter hæc ipsa mixtum quiddam ex duo-

GENE-
ra dicendi
rursū tria,
Subtile,
Grande, Me-
dium.

Iliad 1.
Iliad. 3.

ex duobus medium est eorum. Nam & subtili plenius aliquid atq; subtilius, & vehementi remissius atque vehementius inuenitur, ut illud lene aut ascendit ad fortiora, aut ad tenuiora summittitur, ac sic prope innumerabiles species reperiuntur, quæ utique aliquo momento inter se differant, sicut quatuor generaliter ventos à totidem mundi cardinibus accepimus flare, cum interim plurimi medii eorum, varietate regionum ac fluminum propriè deprehendantur. Eademque musicis ratio est, qui cum in cithara quinque constituerunt sonos, plurima deinde varietate complent spatia illa nervorum, atque iis quos interposuerunt, inserunt alios, ut pauci illi transitus multos gradus habeant. ¶ Plures igitur etiam eloquætiæ facies, sed stultissimum quærere ad quam recturus sit orator: cum omnis species, quæ modo recta est, habeat usum, atque id ipsum omne sit oratoris, quod vulgo genus dicendi vocat. Utetur enim ut res exiget omnibus nec pro causæ modo, sed & pro partibus causæ. Nam ut non eodem modo pro reo capitis, & in certamine hæreditatis, & interdictis ac sponsonibus, & de certa re credita dicet, sententiarum in Senatu, & concionum, & privatorum consiliorum seruabit discrimina, vitam ex differetia personarum, locorum, temporumque mutabit: ita in eadem oratione aliter conciliabit, non ex iisdem partibus iram & misericordiam petet, alias ad docendum, alias ad mouendum adhibebit artes. Non vnus color procemii, narrationis, argumentorum, egressionis, perorationis, seruabitur. Dicit idem grauius, seuerè, acriter, vehementer, concitate, copiose, amarè, comiter, remissè, subtiliter, blandè, leniter, dulciter, breuiter, vrbane: non vbiq; simul, sed vbiq; par sibi fiet, tum id propter quod maxime repertus est vsus orationis, ut dicat & vtiliter, & ad efficiendū quod intendit, potenter: tum laudem quoq; nec doctorem modo, sed etiam vulgi consequetur. Falluntur enim plurimū, qui vitiosum & corruptum dicendi genus, quod aut verborum licentia resultat, aut puerilibus sententiis lasciuat, aut immodico tumore turgescit, aut inanibus locis bacchatur, aut casuris, si leuiter excutiatur, flosculis nitet, aut præcipitia pro sublimibus habet, aut specie libertatis insanit, magis existimant populare atq; plausibile. Quod quidè placere multis, nec inficior, nec miror. Est enim iucundioris ac fauorabilis qualiscunque eloquentiæ, & ducit animos naturali voluptate vox omnis, neque aliunde illi per fora atque aggerem circuli, quod minus mirum est, quod nulli non agentium parata vulgi corona est. Vbi vero quid exquisitius dictum accidit auribus imperitorum, qualescunque id, quod modo se ipsi posse desperent, habet admirationem: neque immerito, nam ne illud quidè facile est. Sed euascent hæc atque moriuntur comparatione meliorum, ut lana tincta fucō citra purpuram placet: at si contuleris etiam lacernæ, conspectu melioris obruatur, ut Ouidius ait, si vero iudicium iis corruptis acrius adhibeas, ut succinis purpuram, iam illud quod secellerat exuat mentitum colorem, & quadā vix enarrabili sceditate pallefcit. Luceat igitur hæc citra solem, & ut quadam exigua animalia igniculi videntur in tenebris. Denique mala multi probat, nemo improbat bona. Neque vero omnia ista de quibus locuti sumus, orator optimè tantum, sed etiam facillimè faciet. Neque enim vis summa dicendi est admiratione digna, si infelix vsque ad vltimū sollicitudo persequitur, ac oratorem macerat & coquit, agre verba vertentem, & perpendendis coagmentandisque eis intabescentem. Nitidus ille, & sublimis, & locuples, circumfluentibus vndique eloquentiæ copiis imperat. Definit enim in aduersa niti, qui peruenit in summū. Scādenti circa ima labor est, cæterum quantum processeris, mollietur diues & lætius solum. Et si hæc quoq; iam leuius suprema perseverantibus studiis euaserit, inde fructus illaborati offerunt sese, & omnia spontè præueniunt, quæ tamen quotidie nisi decerpantur arescunt. Sed & copia habet modum, sine quo nihil nec laudabile, nec salutare est, & nitor ille cultum virilem, & inuentio iudicium. Si erunt magna non nimia, sublimia non abrupta, fortia non temeraria, seuera non tristia, graua non tarda, læta non luxuriosa, iucunda non dissoluta, plena non tumida. Similes in cæteris ratio. Tutissima ferè per medium via, quia vtriusque vltimum vitium est.

QVAE POST FINEM STVDIA. CAP. XI.

H Is dicendi virtutibus vsus orator in iudiciis, cōsiliis, cōcionibus, Senatu, in omni denique officio boni ciuis, finem quoque dignum & optimo viro, & opere sanctissimo faciet: non quia prodesse vnquam satis sit, & illa mente atque illa facultate prædito non conueniat operis pulcherrimi quàm longissimum tempus, sed quia decet hoc quoque prospicere, ne quis peius quàm fecerit faciat. Neq; enim scientia modo constat orator, quæ augetur annis, sed uoce, latere, firmitate: quibus fractis, aut imminutis ætate seu ualitudine, cauendum est ne quid in oratore summo desideretur. ne intersit fatigatus, ne quæ dicet parum audiri sentiat, ne se quærat priorem. Vidi ego longe omnium, quos mihi cognoscere contigit, summū oratorem, Domitiū Afrum, ualde senem, quotidie aliquid ex ea quam meruerat auctoritate perdentem, cum agente illo, quem principem fuisse quondam tori

*Orator unā
eloquentiæ
formam ne
sequatur,
sed omnibus
etiam parti-
bus causæ se
accommodet.*

Oratoris
sensu sentis
officia.

non erat dubium, alii (quod indignū videbatur) riderent, alii erubescerent: quæ occasio illis fuit dicendi, malle eum deficere quàm desinere. Neque erāt illa qualiācūque mala, sed minora. ¶ Quare antequam in has ætatis veniat insidias, receptui canet, & in portum integra naue perueniet. neque enim minores eum cum id fecerit, studiorum fructus sequentur. Aut ille monumenta rerum posteris, vt L. Crassus in libris Ciceronis destinabat, quærentibus tradet: aut eloquentiæ componet artem: aut pulcherrimis vitæ præceptis dignum os dabit. Frequentabunt vero eius domū optimi iuuenes more veterū, & veram dicendi viam velut ex oraculo petent. Hos ille formabit quasi eloquentiæ parens, & vt verus gubernator, littora & portus, & quæ tempestatum signa, quid secūdis flatibus, quid aduersis ratis poscat, docebit: non humanitatis solum communi ductus officio, sed amore quodā operis. Nemo enim minui velit id, in quo maximus fuit. Quid porro est honestius, quàm docere quod optime scias? Sic ad se Cælium deductum à patre Cicero proficitur, sic Pansam, Hircium, Dolabellam in morem præceptoris exercuit, quotidie dicēs audiensque. Ac nescio an eum tunc beatissimum credi oporteat fore, cum iam secretus & consecratus, liber inuidia, procul à contentionibus, famam in tuto collocarit, & sentiat vius eam, quæ post fata præstari magis solet, venerationem, & quid apud posteros futurus sit videbit. Conficius sum mihi, quantū mediocritate valui, quæque antea scierim, quæque operis huiusce gratia potuerim inquirere, candidè me atque simpliciter in notitiam eorum, si qui forte cognoscere voluissent, protulisse. Atque id viro bono satis est docuisse, quod scierit. ¶ Vereor tamen ne aut magna nimium videar exigere, qui eundem virum bonum esse, & dicendi peritū velim: aut multa, qui tot artibus in pueritia discendis, morum quoque præcepta, & scientiam iuris ciuilis, præter ea quæ de eloquentia tradebantur, adiecerim: quæque operi nostro necessaria esse crediderim, velut pondus rei perhorrescant, ac desperant ante experimentum. Sed hi primum renuncient sibi, quanta sit humani generis vis, quàm potens efficiendi quæ velit, cum maria transire, siderum cursus numerosque cognoscere, mundum ipsum penè dimetiri, minores sed difficiliore artes potuerint. Tum cogitent quantā rem petant, quamque nullus sit hoc proposito præmio labor recusandus. Quod si mente conceperint, huic quoque parti facilius accedent, vt ipsum iter, neque imperium, neque saltem durum putent. Nā id quod prius, quodque maius est, vt boni viri simus, voluntate maximè constat, quam qui vera fide induerit, faciliè easdem quæ virtutem docēt artes accipiet. Neque enim aut tam perplexa, aut tam numerosa sunt, quæ premunt, vt non paucorum admodum annorum intentione discantur. Longam enim facit operam quòd repugnamus. Brevis est institutio vitæ honestæ beatæque, si credas. Natura enim nos ad mentem optimam genuit: adeoque discere meliora volentibus promptū est, vt verè intuenti mirum sit illud magis, malos esse tam multos. Nam vt aqua piscibus, vt sicca terrenis, circumfusus nobis spiritus volucris conuenit, ita certè facilius esse oportebat secūdum naturam, quàm contra eam viuere. Cætera vero etiam si ætatem nostram non spatio senectutis, sed tēpore adolescentiæ metiamur, abundè multos ad discendum annos habent. Omnia enim breuiora reddet ordo, & ratio, & modus. Sed culpa est in præceptoribus prima, libenter detinentibus puerum, partim cupiditate diutius exigēdi mercedulas, partim ambitione, quo difficilius sit quod pollicentur, partim etiā inscitia tradendi vel negligentia. Proxima in nobis, qui morari in eo quod nouimus, quàm discere quæ nondum scimus, melius putamus. Nam vt de nostris potissimū studiis dicam, quid attinet tam multis annis quàm in more est plurimorū (vt de his à quibus magna in hoc pars ætatis absūmitur, taceam) declamitare in schola, & tantum laboris in rebus falsis consumere, cū satis sit modico tempore imaginem veri discriminis, & dicendi leges comperisse? Quod non dico, quia sit vnquam omittenda dicendi exercitatio, sed quia non sit vna eius specie consensendum. Cognoscere enim, & præcepta viuēdi perdiscere, & in foro nos experiri potuimus, dum scholastici sumus. Dicendi ratio talis, vt nō multos annos poscat: quælibet enim ex iis artibus quarum prius habui mentionem, in paucos libros contrahi solet, adeo infinito spatio ac traditione opus non est. Reliqua est quæ vires cito facit consuetudo, rerum cognitio quotidie crescit, & tamen multorum ad eas librorum necessaria lectio est, quibus aut rerum exempla ab historicis, aut dicendi ab oratoribus petuntur: philosophorum quoque consultorūque opiniones, sicuti alia, velimus legere necessariū est. Quæ quidem possumus omnia, sed breue nobis tempus nos fecimus. Quantum enim studiis impartimur? Alias horas vanus salutandi labor, alias datū fabulis ociū, alias spectacula, alias conuiuia trahunt. Adice tot genera ludendi, & insanā corporis curam. Trahit inde peregrinatio, rura, calculorum anxia sollicitudines, multæ causæ libidinum, & vinum, & flagitiosus omni genere voluptatum animus. Nee quidem tempora idonea, quæ supersunt. Quæ si omnia studiis impenderentur, iam nobis longa ætas, & abundè satis ad discēdum spatia viderentur, & diurna tantum computantibus tempora, & noctes, quarū bona pars omni somno longior est,

est, adiuuarent. Nunc computamus annos, non quibus studuimus, sed quibus viximus. Nec vero si geometræ, & grammatici, cætera rûmque artium professores omnem suâ vitam, quamlibet longa fuerit, in singulis artibus consumpserunt, sequitur vt plures quasdâ vitas ad plura discenda dedideremus. Neque illi didicerunt hæc vîque in senectutem, sed ea sola didicisse contenti fuerunt, ac tot annos in vtendo, non in percipiendo exhaurerunt. Cæterum vt de Homero taceam, in quo nullius non artis, aut perfectæ, aut certè non dubia vestigia reperiuntur: vt Eleum Hippiani transeam, qui non liberalium modo disciplinarum per se scientiâ tulit, sed vestem & annulum, crepidâsq; quæ omnia manu sua fecerat, in vsu habuit, atque ita se præparauit, ne cuius alterius ope egeret, nève vilius rei. Gorgias quoque summæ senectutis, id quærere audituros, de quo quisque vellet, iu bebat. Quæ tandem ars digna literis Platoni defuit? Quot seculis Aristoteles didicit, vt nò solum quæ ad philosophos atque oratores pertinent scientiam complecteretur, sed animalium satorumq; naturas omnes perquireret? Illis enim hæc inuenienda fuerunt, nobis cognoscenda sunt. Tot nos præceptoribus, tot exemplis instruxit antiquitas, vt possit videri nulla forte nascendi atas felicior quàm nostra, cui docendæ priores elaborauerunt. M. Censorius Cato idem orator, idem historiæ conditor, idem iuris, idem rerum rusticarum peritissimus fuit: inter tot operas militiæ, tantas domi contentiones, rudi seculo, literas Græcas ætate iam declinata didicit, vt esset hominibus documento, ea quoque percipi posse quæ senes concupiscent. Quàm multa, immo penè omnia tradidit Varro? Quod instrumentum dicendi M. Tullio defuit? Quid plura? cum etiam Cornelius Cel. mediocri vir ingenio, non solum de iis omnibus conscripserit artibus, sed amplius rei militaris, & rusticæ etiâ, & medicinæ præcepta reliquerit? dignus vel ipso proposito, vt eum scisse omnia illa credamus. ¶ At perficere tantum opus arduum est, & nemo perfecit. Ante omnia sufficit ad exhortationem studiorum, non cadere in rerum naturam, vt quicquid non est factum, ne fieri quidem possit, cum omnia quæ magna sunt atque admirabilia, tempus aliquod, quo primum efficerentur, habuerint. Quantum enim poësis ab Homero & Virgilio, tantum fastigium accepit eloquentia à Demosthene atque Cicerone. Denique quicquid est optimum, ante non fuerat. Verum etiam si quis summa desperet (quod cur faciat, cui ingenium, valetudo, facultas præceptorum nò deerunt?) tamen est (vt Cicero ait) pulchrum in secundis tertiisque consistere. Neque enim si quis Achillis gloriam in bellicis cõsequi non potest, Aiæ aut Diomedis laudem aspernabitur: neque qui Homeri non Tyrtei. Quinimo si hanc cogitationem homines habuissent, vt nemo se meliorem fore eo qui optimus fuisset, arbitraretur, ii ipsi qui sunt optimi, non fuissent. Neque post Lucretium ac Macrum Virgilius, neq; post Crassum & Hortensium Cicero, sed nec alii postea vicerint. Verum vt transeûdi spes non sit magna, tamen est dignitas subsequendi. An Pollio & Messala qui iam Cicerone arcem tenente eloquentiæ agere cœperunt, parum in vita dignitatis habuerunt, parum ad posteros gloriæ tradiderunt? Alioqui pessimè de rebus humanis perductæ in summum artes mererentur, si quod optimû fuisset, defuisset. Adde quòd magnos modica quoque eloquentia parit fructus, ac si quis hæc studia vtilitate sola metiatur, penè illi perfectæ par est. Neque erat difficile, vel veteribus, vel nouis exëplis palàm facere non aliundè maiores honores, opes, amicitias, laudem præsentem, futuram hominibus cogitasse, si tamen dignû literis esset, ab opere pulcherrimo, cuius tractatus atq; ipsa possessio plenissimam studiis gratiâ refert, hanc minorem exigere mercedem, more eorum, qui à se non virtutes, sed voluptatem quæ fit ex virtutibus peti dicunt. Ipsam igitur orandi maiestatem, qua nihil dii immortales melius homini dederunt, & qua remota muta sunt omnia & luce præsentis, & memoria posteritatis carent, toto animo petamus, nitamurque semper ad optima, quod facientes aut euademus in summum, aut certè multos infra nos videbimus. ¶ Habes Marcelle Victori quibus præcepta dicendi pro virili parte adiuuari posse per nos videbantur, quorum cognitio studiosis iuuenibus si non magnam vtilitatem afferet, at certè, quod magis petimus, bonam voluntatem.

M. F. Quintiliani Oratoriarum Institutionum

F I N I S.

M. FABII QVINTILIA- ni declamatoris eloquentissimi

DECLAMATIONIS PRIMAE ARGVMENTVM.

Quidam cui erat filius Cæcus, quem heredem instituerat, induxit illi Nouercam, iuuenemque in secreta domus parte seposuit. Is noctu, dum in cubiculo cum uxore iaceret, occisus est, inuentisque postero die, habens gladiū filii defixum in vulnere, pariete ab ipsius ad filii cubiculum uestigijs palmæ cruentato. Accusant se inuicem Cæcus & Nouerca.

PARIES PALMATVS.

Pro Cæco contra Nouercam.

I IUVVENIS INNOCENTISSIMVS, IVDICES,
vti vellet ambitu tristissimæ calamitatis, poterat allegare vobis amissam
cū oculis cogitationū omniū temeritatem: sed cum ostendere innocen-
tiam suam moribus malit, quā aduersis, neque pietatis neq; conscien-
tiæ suæ grauem ferre contumeliam potest, vt parricidium nō fecisse vi-
deatur beneficio cæcitatē. Quare nō petit vt illū miserū putetis, nisi &
innocens fuerit: non petit vt afflictum alleuetis, nisi & probauerit sese

infeliciorem quōd patrem amisit, quā quōd oculos. Aestimare iuuenem iis moribus, quibus
videntē aestimaretis, vita, pudore, pietate. Quæ si omnia sibi, vt erunt promissa confiterint,
nullo terrebitur crimine. Nec quōd sceleratissima sceminarum calamitatem nostrā cruentato
pariete imitata est, expauescimus. Quo diligentior, quo sollicitior fuit, ne deprehenderetur, hoc
magis indicauit sibi oculos non defuisse. Gratias agimus, quōd nimium auidæ suspicionis ar-
gumēta in nostram transtulit partem: non esse Cæci scelus difficilior probaretur, nisi omnia
sic acta essent, vt fecisse Cæcus videretur. Quare Iudices nō improbe sperauerim futurum, vt
suspecta sint vobis, quæ tam inconsiderate ficta sunt contra miseram cæcitatē. Primū quōd
spatium illud ingens domus, quod in medio fuit, ita dissecto cruore scodatu est vique ad cubi-
culum miserissimi iuuenis, tanquam plane timuerit parricida, ne non deprehenderetur. Dein-
de sceleris nox potissimum electa, quo tempore inueniri maritus sine vxore non posset. Tum
in cæde, in qua nemo vtitur ferro, nisi alieno, gladius adolecentis, ne argumētum deesset No-
uercæ, relictus est. Postremo peractum vulnere vno scelus, quod obiiceretur manibus erran-
tis. Et tamen contra tam multa incredibilia solum aduocat Nouerca testamentum, vultque
illud esse precium parricidii, vt rerum intellectu in diuersum coacto, occisum eo probet pa-
trem, quōd non meruerit occidi. Nos vero istud (si crimen putatis) agnoscimus. Iuuenis hic
patris sui hæres solus est. Hoc testamentum, si viuente adhuc miserissimo senē notum esse in
domo potuit, scitis quis illi debuerit irasci. Nam quōd inuisum fuisse filium patri iactat, cri-
men Nouercæ erat, si confiteremur. Idque probari ex hoc putat, quōd non secretum filius ac-
cipit à patre, sed cæcitas. Quo loco dissimulare satis callide conatur inuidiam suam. Pater qui
filium cæcum in semota penatium parte seposuit, eripuit Nouercæ oculis voluptatem. Nāq;
ista cum inuasisse vacuos penates videretur, cum patri filium cæcum hoc esse crederet, quod
orbitatem, excogitauit indulgentissimus senex, quemadmodum hic miser patri suo in eadem
domo esset, Nouercæ in alia, accepit secretum quod erat petiturus. Quod quo sit animo senis
factum, potestis interrogare testamentum. Neque ego grauissimum patrem suprema sua iu-
ueni iactasse crediderim, vt heredem filium scriberet. non est res quæ imputetur, istam magis
oportet vel aliquo indicio, vel suspitione muliebri arcana mariti deprehendisse, & statim om-
nibus nuptiarum renunciasse pignoribus. Nam cum propter pecuniam ames, idem amoris &
spei finis est. Habuerat adolecens gladium in cubiculo suo semper, siue ante quā in hac for-
tunam incideret paratum, siue quia cæcitatē miseræ solatium est habere rem videntium. Cer-
te nunquam illum pater timuerat, nūquam Nouerca obiecerat. Palam positum est sub ocu-
lis omnium, tota domo notissimum ferrum. Scitis quanto negligentius custodiat ferrum bo-
na conscientia, q̄ etiam extra suspicionem sit res sine vfu. Innocentia facit vt ferrum subtrahi
possit & videntibus. Siue igitur aliquis ex seruulis corruptus est, præsertim in tam facili occa-
sione, siue ipsi Nouercæ nō defuit audacia ad afferendum, quod facere poterat & præsentē pri-

Aa

CAECVS IN LIMINE.

uigno, utique (quod dubitari nō potest) quod facit certum sceleris auctorem, mauult in cæde alieno uti, quā suū gladio quisquis illum relicturus est. Reliqua Iudices, si fieri possūt, facta existimate. Dicitur cæcus sine rectore, sine duce, ex illa penatium parte secreta, & pene ex alia domo, per inane longum, per tot offensā limina, per excubantes seruulos errasse cum ferro, cubiculum patris deinde ingressum, in neutram deflexisse partē, sed recto gradu sicut ducere oculi solent, ad lectulū accessisse leuiter, non in thorum incidisse, non ante peruenisse q̄ crederet. Vos Iudices criminum tumultum ex rerum fide ducite. Dormiēs senex, quem cæcus percussor quæreretur, excitatus ante esset quā inueniretur. Iungunt his multo incredibilia, ut occiderit patrem, pepercerit nouercā, parricidium autem vno ictu explicuerit: quod fere vix etiā iis contingere solet, qui oculos manu sequuntur. Nulla ergo luminum virtus, sed homo ferum missurus in casum, satis felix si percussisset quācunque partem corporis, in ipsam protinus animam incidit, & an morti satisfecisset intellexit. Officium Iudices oculorum est renuciare manibus quid actū sit, cæci percussoris vna securitas fuerat sapius ferire. Negat præterea quicq̄ se ex his nouerca sensisse, cum iuxta iaceret, nec explicat vnde illud acciderit, maximæ signum trepidationis. Si & pater vno ictu perierat, neque ista vigilabat, nunquam gladium reliquit percussor securus. Reliqua Iudices nimium suspecta, improbe asimulata. Spatiosissimus paries, & longissimū domus latus habuit notas sanguinis, quas reliquisse videretur manus reuertentis. O q̄ bene quicquid volunt, imitantur oculi. Stupet (siqua est fides) omnia priuignū illa nocte fecisse. Dicitur ad votum nouercæ gladium in vulnere reliquisse, quē suum negare non posset. Deinde per totum parietem quid aliud inscripsisse, quā se parricidam sanguine patris vsque ad cubiculum suum perduxisse, & viā sequētibz reliquisse? Hæc fecit aliquis negaturus? Gratulor tibi adolescens, si non potuisti parricidium illud admittere, nisi ut relinqueres argumentum cæcitatē, habuisti innocentiaē necessitatem. Causam igitur miserrimi adolescentis sic apud vos agere proposui, ut primum ipsum defendam quasi reus tamē sit: dein de cum esse securus de huius innocentia cœpero, tunc ingrediar nouercæ accusationem. Spectabit vtrūque suis moribus, suis causis, eritque facilius via vestrae religionis. Quāquam duos iudicia complexa sunt, vos tamen tanquam de singulis cognoueritis. Et primum sic agā tanquam iuuenis habeat oculos, tanquam impetus eius nulla corporis debilitate frangatur. Interrogabo quid ante perditē, quid flagitiosē, quid impiē fecerit, per quā se parricidam scelera promiserit. Innocentia per gradus certos ab homine discedit, & ne in maximis trepidet audacia, diu vires in minoribus colligit. Nemo inde cœpit, quo incredibile est peruenisse. Dicas necesse est quā huic cum patre odia fuerint, quā violenta dissensio inter sacrorum infinita nominum pignora. Crede mulier etiam tua causa. Nam si facile est filio occidere patrem, facilius vxori maritum. Loquar nunc de infirmitate miserae cæcitatē. Temeritas omnis animorum calamitate corporum frangitur, & frigescunt impetus mentium, quos non explicant misteria membrorum, ad solum se alligāt destituta moerorem. Vultus ille perpetua nocte coopertus ac timidus non concipit nefas, ad quod ducibus oculis peruenitur. Cogitat semper erare & offendere, Cogitat eundi redeundique difficultatem. Magna innocentiaē necessitas est, neminem facilius posse deprehendi. Semper se custodiunt miseri, ne esse miserales desinant, & quisquis amisit oculos, laborat ne merito perdiderit. Quid aliud cæcitas discit quā rogare, blandiri? Odium omne adituant oculi, & hunc in pectoribus humanis furorem lumina accēdunt, nec leuis animis accedit infania, quoties quem execreris, aspicias. Cæcus miserior est q̄ ut inuisus sit, timidiore est q̄ vt oderit. Præterea nocentibus liberis frequentissimas ad parricidiū causas suggessit illud quod videbant. Vitiis enim nostris in animum per oculos via est. Aliis tradidit in parentum sanguinem luxuria ferrum, luxuria videntium crimen: Aliis meretriculæ immodica poscentis amor, cui renunciant oculi. Cæcus infelix patrem occidit: deinde cui manum porriget securior? cuius humeris leuior incumbet? Quis contumelias seruorum castigabit feuerius? quis calamitatem tam obnoxiam maiore reuerētia proteget? Inter felices alius est ordo votorum: Cæcus filius optat superstitem parētem. Volo nunc scire quemadmodum dicat explicitum tam difficile facinus. Cæcus parricidium cogitauit, cum quo? cuius se commisit oculis, iturus per totam domum? quem ducē elegit ille qui erat in cubiculo suo solus? Secum (opinor) secum deliberat. Sufficit sibi, cum homine expeditissimo loquitur. Cur enim socium conscientiaē quærat? omnia potest scire. Primum vel nox quanta sit. Deinde prospicere solite an omnis familia dormiat. Gradu suspensio ponere certa vestigia, & in omnem ti-

moris sui partem sollicitū circūagere vultū. O quod parum est in metu ipsos etiam oculos habere. Ita non iste sibi dixit? Occidere quidē patrē volo, sed quem sequentur hæ manus? Noctē solus egrediar, sed quando perueniam? Putas nos iunctis habitare liminibus? domus inter patrem filiūque media. Quantum erroris, quantū moræ, spatiū ingens, & vix metiendum. Cæcitas in consulta quid agis? nox ante deficiet. Quid si deinde vterque vigilauerit? quid si nouerca? Age limen inueniam, cardinē sine strepitu mouebo, dormientis cubiculū intrabo, quiescentē feriā patrē, semel satis erit, nec nouerca vigilabit. Securus egrediar, sciente nullo reuertar. Vota sunt ista, sed oculorum. Cæcus desperaret etiam si tam multa nox polliceretur. Hoc loco quæram necesse est, quæ ratio fuerit ut iuuenis ad parricidiū suo potissimum gladio vteretur. Nimirū illud in mentem venit, quia erat relicturus. Nam si alienum & ignotum in vulnere patris gladium reliquisset, potuerat de percussore dubitari. Hic attulit suum, ut etiā si euasisset, tamen ferro suo teneretur. Cur ergo, inquis, gladium in cubiculo tuo habebas? quia habuerā semper, quia vsurus illo non eram. Ferrum ego parricidio meo tot ante annos præparauī, & secundū illum quem minabar patri, tādū innocens fui? Ego eram ferro ac mente paratus, & tot abiire noctes? Antē gladium illum familiarem oculis tuis feci, antē omnibus seruulis notum. Pepēdit in cubiculo tanquam testis conscientia: meā palam in medio negligenter, sic ut subtrahi posset. Non illum conscientia trepida velauit: tam notus in cubiculo fuit, quā cæcitas domini. Quisquis ferrum præparat sceleris, sic illud habet, ut possit suū negare. Ponite nunc ante oculos actum parricidiū, deprehendetis difficultatem. Dono illud, dum à suo limine egreditur, dum illos quos accepit à patre seruulos fallit, ecce cubiculum senis inuenit aliquando, ecce paries ille deficit, & percussoris manus subito destituit, cessere fores sine strepitu. Quid postea agit? Vtrum ipsum cubuli parietem circuit, an se cōmittit in mediū? & per spatia tenebrarum armatam manum iactat? Ecce patris lectulum tenet, etiam dormientium anhelitus imminens audit, vnde sciet quod dirigat ferrum, quem potius feriat ex duobus? Tentauit ergo vultus & pectus obiectum, breuissimam perituræ animæ viam quærit, & quantus erit sopor qui ista non sentiat? Dices, neque ego sensi. Ideo intelligis quod malā causam habebas, cuius & vna & incredibilis defensio est. Ita feritur in sinu tuo maritus, & tu nihil sentis? Ad latus tuum facta hominis peraguntur, tu taces tanquam priuignus te occiderit priorem? Ita non ille percussus est homo, quē Cæcus occidit? Te vero (si nihil aliud) calēs ille cruor denique suscitasset. Sed quod manifesta est conscientia quæ te compellit ad hanc necessitatem, ut cū occisum à priuigno tuo patrem videri velis, cogaris dicere nihil sensisse? Sufficit, vicimus, innocentes sumus. Cū in eodem lectulo fueris, cum amplexa sis forsitan illū qui occisus est, tam incredibile profitearis soporem? Cur ergo tu incolumis es? quæ tā iratis manibus sanguinem tuū fortuna subtraxit? Certe dormiebas, certe nihil senseras. Ita priuignus te reliquit, qui deprehendi nō timebat? Occidit ergo aliquis patrē, & nouerca pepercit? Maximum omnium nefas fortiter fecit, minori sceleris statim par non fuit? Omnia humana sacra confudit, violare non est ausus pectus odiorum? Incredibile est, sine fide est, non occidere nouercam, cui imputes quod patrem occidat. Quid ais adolescens? tu ne circa illum sanguinem defecisti? illa te blandius rogauit anima? perdidisti ergo illud quod nihil senserat, quod nox, quod silentium, quod tempus supererat sceleris alterius? Tu si facere parricidiū posses, ideo patrē tantū occidisses, ut tibi & nouercam liceret occidere. Nō video cur nisi videri velis relictam mulierē, ideo tantum ut videretur illud nefas illa fecisse, callide satis. Sed hoc alio protinus argumento subuerteretur. Non est eiusdem consilii, nouercæ parcere ut substituat reā, & gladium relinquere quo ipse deprehendatur. Sæpius uti necesse habeo argumento cæcitatē: & hoc etiam loco quo de illo vulnere disputandum est. Mehercule si percussor intrasset, qui videret, qui lumen præ se tulisset: non tamen tam feliciter liberasset ictum, quem etiam si nullæ fallerent tenebræ metus & conscientia incertum magni sceleris tristem more fecissent. Raro contingit semel ferire carnifici, quamuis componat ipse ceruicem, & exercitata manus homicidium nouissimè, velut quoddam genus artis exerceat. Sic ergo librauit manum Cæcus, ut ipsam protinus feriret animam? Ego mehercule etiam illud admiror, quod cum patrem vellet, non nouercam percussit. Præter animum nihil virium habet parricida: primus ictus: ille trepidat, ille cogitat, ille erubescit, ille est ab innocentia proximus, ille præstat hoc solum, ut sequens fortius feriat. Interrogare nunc volo quæ iuueni causa fuerit, ut reliquerit gladium. Scilicet noluit nouercam suam infamari. Abstulit sibi omnē defensionem, & se parricidam confessus est, ferrū in vulnere reliquit. Si nodū occisum putabat,

PARIES PALMATVS

iterum feriret. Si iam perfectum nefas intelligebat, auferret indicium. Sed quid ego rem manifestissimam colligo? Si vultis iudices scire à quo sit gladius relictus, cogitate cui expedierit vt inueniretur. Sed paries vsque ad cubiculum priuigni vestigio manus cruentatus est. Cogitate Iudices ante omnia, non esse incallidum hominem, neque consilii iacentis, qui Cæcus explicare conetur facinus, etiam oculis difficile. Ille ergo non existimat cum manum cruentam parieti applicat, vestigium à se parricidii sui relinquere: cum dexteram, qua duce utebatur, veste tergere, atque ita abire sine vestigio posset, totum parietem cruentabat, & vbiq; aliquid de patre misero relinquebat. quid futurum esset postero die, quantam expectaret inuidiam ad lucem non cogitabat, sed disponebat indicium certum, indubitatum, sine errore, quod Nouerca sequeretur vsque ad cubiculum suum, vsque ad limen ipsum. O admirabile calum, nec cruor ante defecit. Vt hoc loco natura ipsius rei. Palmatus sanguine paries inuentus sic est, totam manum explicuit, omnes digitos diligenter expressit. Totum ergo sanguinem consumeret intra prima vestigia. Pone enim manum cruentatam atque adeo (vt isti etiam blandiar) madentem: pone mensuram itineris, spatium parietis, diu enim in secretam domus partem reuertendum est: debet proxima pars à cubiculo patris habere plurimum sanguinis, sequens minus, tertia minimum, vltima nihil. Nam cruor quoties ad motus est, transit, aut in manu tardè reptantis arefcit. Hoc quid esse dicamus, quod circa cubiculum vtriusque sanguinis istius vestigiū quasi incipit? hinc est paries palmatus, & illinc? Quomodo pertulit manus quod relinquebat? Nouerca istud, Nouerca securis composuit oculis, illa miserum dextera sanguinem tulit, & manum subinde renouauit. Palmatus est paries, habet distantiam, vacat aliquid loci, integrum vbiq; vestigium est, Cæcus manus traxisset. Quaro nunc, vnde tantum sanguinis in manu? Tūc enim ex omni vulnere cruor profuit & effunditur, cum ferri recentem viam sequitur. At quoties eodem quo factum est cluditur telo, latet tota mortis inuidia. Præterea cum manus ex parte qua palmare vestigiū potest, plicetur in capulo, & se, dum telum occupat, claudat, necesse est exteriore vt parter resperfa sit. Tuus autem qui palmatus est paries, vestigium eius partis ostendit, ad quam cruor peruenire non potuit. Vestrum est nunc omnia ista comparare, perpendere, cur prudentior sit iudex in deprehendendo scelere, quam reus in admittendo, hoc esse in causa puto, quod alter tantum pro se cogitat, alter pro parte vtraque. Tuitus sum adolescentis miserrimi causam, nunc inspicere volo, quanto certioribus argumentis Nouerca teneatur. Transeo illum vulgarem & omnibus notum de comparatione personarum locum. Alius diceret maritum & uxorem, nisi liberis initiarentur, non fortissimis corporum vinculis inharere. Ego illud potius dicam, decepta est mulier expectatio tua. Veneras quasi in vacuum domum, & sine hærede. Expectaueras vt infelix iste iuuenis ab ipsis protinus nuptiarum tuarum expelleretur auspiciis, extorrem & inopem summoueret pater blando corruptus amplexu, & omnino summam calamitatem corporis occurrere delicatis vxoris oculis vetaret. Inuenisti pium & deuotum vnico senem, & de omnibus coniugis tui desperasti ob id affectibus. Miserrimus est maritus quisquis inducit filio Nouercam, quod vxori non videtur vtrunq; posse amare. Quaro igitur ante omnia, vbi occisus est maritus? In cubiculo suo, hoc paulo ante priuigno defendendum non fuit. Occisus est in cubiculo senex. Ita ille percussor non timuit uxorem? Audio secretum nuptiarum, & matrimonialis lectuli solitudinem occisurum intrare. Quem quæram? vbi relinquitur maritus ab vxore innocens? Noctem autem ad scelus quis elegit? Nox tuum tempus est, quid si accedit huic etiam sceleris occasio? Non venire debes ad secretam domus partem, nocturna tibi penatium sacra peragenda sunt? Tu non cogitas quemadmodum suspensa manu sonantem blande cardinem flectas. Iaces secundum occasionem, & expeditū tibi in proximo facinus est. Non times ne quis deprehendat. Ipsi quoque seruuli longius quiescunt, & præstatur grande secretum genio loci. Tibi quoque ferire cum velis, scire an dormiat licet. Nox & ferrum, & securus maritus, quidnam isto declaratius scelere? Occisum esse miserū senem, cum tu volueris, scimus. Quomodo tamen, inquit, gladius peruenit in meam potestatem, qui priuigni fuit? Hæremus, hic difficilis expugnandus est locus. Quis credet mihi, si dixerō gladium Cæcus ille perdidit, perpetua nocte clausæ genæ non custodierunt. Fingere nimirum ad tempus videbor, & rem nimium manifestam impudenter complorare. Scilicet semper isti apposita capulo manus, & diebus ac noctibus curæ. Nolo tanquam callido glorieris ingenio, nō decepisti trucē horridūque latronem, nostri tibi occasionem præbuere mores. Nam quod vno ictu occisus est senex, ad te suspitio magis respicit.

Tu præparare corpus illud ad ictus potes, dum videris amplecti. Tu blâda manu præterare pe-
ctus, vbi assiduo visceris pulsû non quiescat anima, vbi statim mors sit, vbi de spiritu sangui-
nis ictû explorare ante & cognoscere licet, potest & vno ictu mulier occidere. Venio nunc ad
vestigia parietis cruentati, quibus te satis abudèq; pressimus dū adolescentē defendimus. Hæc
sunt tamen quæ contra te reseruata sunt. Cum maritus tuus in cubiculo occideretur, sciebas
nullum tibi relictum patrociniū, nisi aliquid simile cæcitati fecisses. Ideoque sanguinem in
illâ partē induxisti, in quâ quærī volebas, ut postero die omnis inuidia sanguinis notas & vesti-
gia præparata sequeretur. Infamas Cæcū, cōsiliū ex calamitate sumpxisti. Sciebas illum non
aliter si dux defecisset ingredi posse, q̃ si vestigia parietis perpetuitate dirigeret. Simulasti itaq;
cæcitātē, & ne quid sceleri impio deesset, mariti tui cruore lufisti. Omina tibi composita atq;
simulata sunt per ocium & securitatē, tanq̃ scelus transferatur ingenio. Nunc enim tu inno-
cens, quia priuigni gladius in vulnere, quia paries cruētatus; hoc sufficere vtrūque iudicio pu-
tabas; q̃ facili momento causæ fata vertuntur, q̃ fecisse etiā is scelus frequenter inuētus est, qui
obiiciebat. Sed causas inquit patricidii iste habuit, quē iratus pater in secretam domus partē re-
legauerat. Mulier illa forsitan ignominia felicioris videretur esse priuigni. Cæcitatē beneficiū
est cū illi secretū datur. O præclaram senis optimi singularēque pietatem, q̃ blâde ille seposuit
miserum suū, quā diligenter vxoris gaudentis exclusit oculos? quā multo Cæcum pudore
* donauit? Si felicior, inquit, essem pater, ego tibi potius cederē domo tota. Nunc miser illam
occupā partē, in qua nemo te videat, in quā solus ego veniam: sint circa te seruuli fideles, non
gemitus tuos audiat quisquam, non flebili mœrore pascatur. Nihil est quod te sollicitè con-
uersatione nostri secretum, quod cæcitati ideo præstatur, vt minus oculi desiderētur. Aliquis
odit filium cæcum, & hac tantum vltione contētus est, vt illi assignet quietam, & sepositam,
& meliorem partem domus. Ita ais, ego sic intelligebam, quasi abdicaret, quasi expelleret. Ira-
tus igitur senex tenet iuuenē suū velut in interiore cōplexu, & à limine obstat? Rogo q̃ duos
separat media domo, te integrā, sanam, & illum infelicem Cæcū, cōtumeliæ opportunū, iniu-
riæ facilem, vtrum filio irascatur, an vxori? Nolo, inquit, iuuenis vt aris amœna domus parte,
ne hæc quæ nitidioribus tectis elaborata sunt, pertineant ad oculos tuos. Quis tam stultē ira-
scitur cæco, vt putet illius interesse, vbi habitare iubeatur? Te potius ille summoct. tuis inui-
diam facit oculis. tibi dicit, Sufficiat, satis est, habes maiorem domus partem, absentem puta,
miserum in paternis ædibus aliquem angulū relinque. Pater qui filio sub nouerca assignat secre-
tam domus partem, confitetur vxori se abdicare non posse. Trāsit ad aliud genus defensionis:
sibi causam cædis non fuisse, cum hic hæres inuentus sit omnium bonorū. Quis enim alius
esse debeat, vt huic properandum fuerit ad hæreditatem? Filius scriptus non timet pœnitentiam
testamenti. Omnium bonorum hæres relictus est. Non ergo irascebatur pater cum daret
secretam domus partem. Nō possunt tibi diuersa prodesse, eadem obiceret reo si exhæredatus
esset. Elige vtrum voles. Si sciuit se esse hæredem, amare magis patrem debuit: si ignorauit, non
habuit quod speraret ex morte patris. Reliquū est vt intueamur, ille qui periit ab vtro magis
vestrum desideretur. Te opinor hic grauius afficit dolor, impatientius hic luctus exani-
mat, tuque obsoletam protinus nubem, & temporī accommodata lugubria flammeo re-
uertente mutabis. Hic vero iuuenis, qui si fortunæ suæ mala cum præteritis compareret, Cæ-
cus cœperit esse nunc primum. Nam quid non miser in hoc sene perdidit? viuebat illi magna
pietas, aderant quocunque iusserat de facie patris oculi, non illudere infelicibus tenebris con-
tumaces seruuli poterant, nec (quod extremum contumeliarum genus est) vt dominum age-
ret, rogabant. Nunc quanta dii boni ludibria sunt ineunda? Iunxere se pariter cæcitas & solitu-
do. Quid tibi nunc miserrime adolescens hæreditas prodest, quā tantum audis? quid enim cir-
ca te pecunia potest? quæ fruendi voluptates? quid aliud quā spoliū facilis occasio?
Quā bene ista omnia paterni oculi custodiebant, q̃ facile decipi, quā facile denudari, quā
cito sine labore falli potes, quā cito inops fieri. Morte patris exhæredatus es. Quid nunc ti-
bi nisi perpetuus imminet mœror, & execratio vitæ? Miser post omnia & lachrymas perdi-
dit, nec dolentem adiuuant oculi. Incipit apud te gladius habere quid agat. Quærīt ecce, quæ-
rit miser ferrum. Nunc, inquit, huc reddite illud, innocens donec habuit meas manus tatum.
Si mori necesse est, illi potissimum incumbam. Hoc illa iam olim grauis & infelix anima que
rebat. Vbi nunc meæ vires? vbi impetus? vbi dextra tam fortis? vno ictu puto neme quidem
ipsum mihi continget occidere.

* Vide num libe-
rauit legendū sit.

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS II.

Ex incendio domus adolescens patrem extulit. Dum matrem repetiit, & ipsam & oculos amisit. Induxit illi pater Nouercam. Quae accessit quodam tempore ad maritum, dixitque parari illi uenenum, quod iuuenis in sinu haberet, & si bi promissam dimidiam partem bonorum si illud marito porrexisset. Intrauit ad Caecum pater, interrogauitque, an haec uera essent: ille negauit, exquisiuit, & inuenit in sinu uenenum. Interrogauit cui parasset, ille tacuit. Recessit pater, & mutato testamento, Nouercam fecit heredem. Eadem nocte strepitus in domo fuit. Intrauit familia in cubiculum domini, inuenitque ipsum occisum, & Nouercam iuxta cadauer dormienti similem, Caecum in limine cubiculi sui stantem, gladium eius sub puluino cruentatum. Accusant se inuicem Caecus & Nouerca.

PRO CAECO CONTRA NOVERCAM.

* Cui promi-
nimo.

S

Entio Iudices pudori iuuenis, * pro quo nimium est quod parricida non est: grauissimum videri quod absoluendus est contra Nouercam: & plurimum Caeco de reuerentia deperire virtutum, cum in patrocinio summa pietatis aufertur quicquid alium defenderet innocentem. Hoc primum itaque publicis allegamus affectibus, quod pro se reus indignatur ut corporis probatione. Solus omnium non remittit sibi, ut incredibilior sit in parricidio Caecus, quam fuit cum videret. Homo omnium quos unquam miseros fecere virtutes, innocentissimus parridium negauit antequam pater occideretur, & ne quid hodiernae solitudini praestari putetis, fecit, quod est summum in rebus humanis nefas, ne vel in alio crederetur. Ignoscite per fidem, quod indignatur se iuuenis in honore tantum calamitatis absolui. Filium qui patrem ex incendio sua cecitate seruauit, facinus est hoc tantum innocentem videri, quod illum non potuerit occidere. Nam quod ad mulierem Iudices pertinet, quae defendi non potest, si patrem Caecus occidit, tam impudentem delationis necessitatem malo, quam si tantum negaret. Viderit qui fiduciam veritatis putat, quod Caeco facinus obiectum est. Deprehensa mulieris audacia est, quae non potest nisi incredibilem comparatione defendi, & quisquis Caecum in uicem accusat, solus est reus. Aliae Iudices esse debuerunt aduersus hanc debilitatem probationes. Caecus in parricidio non debet suspectus fieri, sed deprehendi. Quae itaque Iudices ut haec prima propter causam iuuenis putetis, quae contra illum nimia sunt, nihil magis debet esse pro Caeco, quam quod aduersus illum fuerunt multa fingenda. Et constat de pietate, de innocentia hominis, qui expugnandus fuit parridii similitudine. Congesta sunt aduersis miseram debilitatem ferrum, cruor, venenum, & quicquid non potest esse negligentiae, nisi nescientis. Nemo Iudices, nemo diligentior debet esse ad facinus, quam cui parridium potuit facere Caecus. Iuuenis iste de quo summa in rebus humanis monstra finguntur, eius fuit erga parentes semper affectus, quem nefas est optare de liberis. Cum domus ignium septa violentia rapuisset miseris senibus omne praesidium, illa festinatione qua fugimus, erumpimus, in medium cucurrit incendium. In quanto tunc periculo fuit rerum naturae pietas? Dum diu multumque attonitus haeret, dum ad utrumque respicit, ad utrumque discurrit, penae infelicissimos parentes perdidit pietatis aequalitas. Ut demum miserimos senes cluserat iam propior ignis (audiat licet inuita pietas) patrem iuuenis elegit, & de pariter ardentibus vices disposuit affectus. Vix dum posito sene, cum illum quoque miraremur explicitum, iterum flammam aperuit, & vndique coeuntis incendii redditus globis arserat iuuenis, si tardius perdidisset oculos. Facinus est existimare Iudices, non hoc quoque maximis contigisse conatibus, ut seruaretur & mater. Minus tamen in utroque fecerat, nisi perdidisset oculos. Viderint qui filium in eo magis parente mirantur, in cuius salute faciem vultusque consumpsit. Patri praestitit cecitate, qui amisit oculos, dum repetit quam reliquerat matrem. Non expectatis, certum habeo Iudices, ut excusent quod pater induxit Caeco Nouercam. Factum est eo tempore, quo constabat patrem filio senem soluendo non esse. Contenderim quinimo iuuenis fuisse consilium, ut pater cui matrimoniū filiumque abstulerat incendiū, residua senectutis alia solaretur vxore: & ut domus quae Caecum tantum habebat & senem, acciperet ex coniugio ministeria custodita. Facinus est Iudices, quod bonos priuignos Nouercae facilius decipiunt, nec leuius oderunt. Quam multis insidiis, quam multis artibus patet cecitas innocentis? Mulier cui spiritus inuadenda hereditatis praestabat debilitas priuigni, senectus mariti, intellexit hoc solum deesse sceleris occasione, ut prius infamaretur parridii Caecus. Viso igitur hoc, quod sibi iuuenis non videbatur esse priuignus, venenum quod in miseri sinu abdiderat deprehensa, nunciauit patri, tanquam

parricidium pararetur. Et quia mēdacium poterat facile nudari, si quem confcium nominasset, totam delationem sic ordinauit, vt sibi crederetur promissam dimidiā partē bonorū, si venenū seni voluisset ipsa porrigere. Videtis Iudices, qua pręparatione Nouerca ad testamētum patris accesserit. Mulierē quā credit maritus noluisse partē bonorū accipere pro scelere, necesse est sic remuneret, vt faciat hęredē. O quāto aliter probaretur parricidium, quod iam potest deprehendi. Mulier quę se dicebat in cōscientiam sceleris admissam, non hoc primum exegit ā patre, vt quæreretur quis parasset Cæco venenum, quis dedisset, vnde maximum sciebat posse fieri quæstionis errorem, instituit vt innocētissimus iuuenis interrogaretur repente, subito in famatura velut deprehensi trepidationem, seu tacuisset Cæcus, seu negasset. Adductus ad filiū senex, dixit iuueni quicquid audierat. Nunq̃ Iudices tam simplicis innocētię fuit facinus actū negare. Nō esset ausus iuuenis corā ea muliere mētiri, quę prodidit, & sciit vbi esset venenū. Vt vero sensit infelix instantem Nouercam, postulantēq; vt finis iuuenis exquiretur, tūc vero attonitus & hęrēs, & tota malorum suorum cogitatione confusus, intellexit hoc argumētum eius esse quę parasset, vt posset deprehendi. Igitur propere, festinanter omnia membra pertractās, & meris in sinū manibus, dum cūcta suspēctionibus, dum tactu iuuenis explorat, venenū primus inuenit. Laudo Iudices innocentīā filētii, laudo fiduciā, q̃ interrogatus cui parasset, non putauit sibi defendēdum venenum. Rem quinimo fecit eius qui sciret patrem non crediturum, & (quę maxima est innocētię cōtumacia) persuasione senis nulla voluit excusatione corrumpere. Non fuit illud trepidatio, non tacita cōfessio. Quisquis habet venenum, habet & quod respondeat deprehēsus. Fecit post hęc senex rē hominis, quē nō mouisset quicquid inuenerat. Nō torfit ministeria Cæci, & de scelere in quo solus nocēs esse parricida non poterat, non explicuit ordinē quæstionis, sed quod plus est q̃ absoluere, remisit iuueni defensionem. Vtrum deinde intellectis deterrimę mulieris infidiis filium paulisper voluerit exhæredatione protegere, & diligētius de patrimonio suo deliberaturus interim captauerit, vt videretur mulieris cupiditati iā non obflare priuignus: an facillimū fuerit, vt exhæredationē quoq; impetraret Nouerca Cæci ab homine, cui tam multa persuaserat, cogitationibus vestris, re linquo. Hoc tātum dixisse contētus sum, Testamētum continuo mutauit. Et ne quis miraretur hęc festinationē, statim subsequūtū est vt periret. An interfuerit iudices iuuenis huius vt viueret pater, quā iam alio moriebatur hęrede, vos existimabitis. Certe nō interfuit vt occideretur. Facinus Iudices quod illa nocte in cubiculo Nouercę, quod in lectulo factum est, domus tota persēnsit, nemo non sibi visus est iuxta fuisse. Excitari sola Nouerca non potuit illo in loco vnde venerat fragor. Concurrit familia quo sollicitos atque trepidantes ducebat strepitus, quem sequebantur. Inuenerunt senem occisum, Nouercā iuxta cadauer sic iacentem, vt statim possent interrogare quis occidisset. Nūciatum est deinde facinus & Cæco. Inuentus est (quod innocētię sufficit) non ā scelere rediens, stans in limine cubiculi sui animo quo discurrebant videntes. Vt deinde ferrū iuuenis inquireretur, exegit eadem vtique, quę postulauerat de veneno. Quōd in lectulo gladius cruentatus inuentus est, non deprecōr Iudices, quin cōtra cæcitatem non minus argumētum putetis, q̃ q̃ inueniri potuit venenū in parricidii suspicione. Gladius cruentatus nouissima probatio debet esse, non sola. Ignoscite malorum periculorum metus, ignoscite humana discrimina. Defensionem iuuenis primum lachrymis gemitūque prosequimur. Perdidit infelix iuuenis patrem, perdidit, & cæcitas illū senem, cuius oscula, cuius amplexus imponebat vulneribus oculorum, cui pręstabat Cæcus vt viueret. Misera ignorātia, misera debilitas, q̃ te Nouerca nō sic potius decipere maluit, vt biberes venenū. Facinus est Iudices cōparationē fieri, vt incredibile sit parricidiū. Idē vos putatis efficere noctiū merita, & affectus osculis blāditiisque quæsitos, quod nataliū pignoriūque reuerētias? Nullas ego facilius perire crediderim, q̃ corporū charitates. Et licet matrimoniis paulatim reuerētia grauitatis accedat, possūt tamē distrahi facilitate qua coeunt. Vxor est, quā iūgit, quā diducit vtilitas: cuius hęc sola reuerētia est, q̃ videtur inuenta causa liberorū. Aspiciamus matrimoniorum singula momēta rixātia, mutat quotidie domos, & per amplexus lectulōque discurrūt. Placet etiā post liberos alius maritus, & vnde deprehēdas omniū scelerū facilitatē, possunt nō amare viuentes. Quid si huic vxori vtilitati nouercalem nomē adiungas? Mulieri quę post liberos inducitur, matrimonii nō contingit tota reuerētia. Quāto alios pręstat affectus diligere vitę, lucis auctorē? Liberi ac parētis non alius mihi videtur affectus, q̃ quo rerū natura, quo mūdus ipse cōstrictus est. Quisq̃ ne mortaliū cōfodiet illud sacrū venerādūq; corpus, quod

Aa iiii

potest ex ignibus rapi, pro quo bene consumuntur oculi? Non inuenio Iudices quemadmodum possit esse contra liberos salua reuerentia. Nō est difficile ut maritus uxor occidat, si non est difficilior ut filius patrē. Nō est Iudices, quod putetis inter mulierē & virum de scelere quari: neque est quod se Nouerca sexus occasione tueatur. Maior est cæcitatē infirmitas. Sūt & scēminis ad scelera vires, cum habent causas virorum. Quinimo si interroges, facilius hæc pectora metus, odium, ira corrumpunt, & quoniam non habent roboris tantū, unde vitia mentium vincāt, plerūque facinus infirmitate fecerunt. Sane tamen illis sceleribus sufficere nō possint, quæ discursum, quæ exigunt laborē. quod vero tā muliebre possis inuenire facinus, quod occidere hominem iuxta te iacētē? aggredi senem qui se tuis crediderit amplexibus? cuius somnos ipsa disponas? ipsa custodias? Omnis alius percussor deprehendi potest antequam feriat, vxor nō sentitur, nisi dum occidit. Non est Iudices incredibile ut occiderit mulier hominē, quæ dicitur potuisse Cæcus occidere. Facinus est Iudices si cæcos habere non credimus, nisi necessitatis innocentia. Prima est infirmitas cæcitatē, ut nolit. Fallitur quisquis hanc calamitatem non animorum putat esse, sed corporū. Totius hominis debilitas est oculos perdidisse. Et si diligenter actus intuearis humanos, ministeria luminū sumus. Cæcus non irascitur, non odit, nō concupiscit. Et cum corpora nostra vigorem de luminibus accipiant, pereunt cum suis vitia causis. En ad quod erūpant manus, quæ proxima quæque tamdiu quærunt, manus quæ sua quoque ministeria non explicāt. Audebit quicquam corpus illud quod ad singulos sibi videtur decidere motus? cui quicquid ante se est, donec exploretur, abruptum est? Facinus admittet in quo nihil ipse facturus est? Facinus, quod totum credat alii? Quid si cæcitas sit quam fecerint ignes? Nemo in incendio solosex homine perdit oculos. Tunc facies sentit incendium, cum ambusti defecerunt gressus, cum opponi non possunt pro oculis manus, & ad lumina nostra flāmas omnium membrorum vulneribus admittimus. Cæcum vel hoc faciet innocentem, quod licet viribus, licet sufficiat audacia, non habet persuasionem hominis, qui possit imponere. Nefas est iudices hunc iuuenem reliquarum debilitatum ratione defendi. Quam incredibile est ut occiderit patrem, qui pati non potuit ut perderet eum? Rogo quid opus gladio, quid veneno parricidæ? quātulum fuit potius seruare matrem? Rapiatur ex parentibus illa infirmior, illa peritura: parricidium sic facere potuisti, ut optimus filius videreris. Quantum deinde putatis impatientissimis affectibus accessisse post cæcitatē? charior est pater cum in locum successit oculorum, & tūc est infinita pietas, cum in illa debeas amare quod feceris. Quid dicitis Iudices? transferet in facinus hūc cæcitatē suæ iuuenis fauorem, ad quem quotidie laudatura ciuitas coit, cui assident omnes liberi, omnes parētes? faciet se pietatis pariter & sceleris exemplum? Facilius est ut occidas patrē a quo sis ipse seruatus. Nullius vnquam Iudices parricidii magis debuisti excutere causas. Cupiditas, inquit, iuuenem egit in facinus. Hoc si credibile, si verum est, debet videri, mulier hares maritum, an patrem Cæcus exheredatus occiderit. Habeāt sane Iudices hanc nefariæ cupiditatis festinationem, quos vitiorum ardor, quos quotidie luxuria præcipitat. Quo Cæco hereditatē vel innocentē? oculi sunt, oculi per quos paupertatem ferre non possumus, oculi tota nostra luxuria. Hi nos in omnia quotidie vitia præcipitāt, mirātur, adamāt, concupiscūt. Facilius impleas animi satietatem. Quod per fidem diuitias iuueni, apud quem omnium rerū diuersitas perit? Circundes licet hanc debilitatem fulgore, diuitiis: Cæco tamē tūc magis cuncta defunt, cum contigerūt: nec inuenias debilitatē cui magis cum paupertate conueniat. Homo in honore parentum excæcatus, patrimonio sub patre melius vtetur. Et quod per fidem parricidii genus iuuenis elegit? Venenū, inquit, parauit. Cur per fidē, si sufficit ferro, facinus aggreditur, cui adhibere cōcium, cui præstare debeat ministrū, cum maius habere possit in gladio parricida secretū? An postea iuueni succurrit, quod possent facere manus, & se circa venenū deprehensa debilitas collegit in vires? Nemo Iudices, nemo nescit quemadmodum possit occidere. Intellexit Iudices Nouerca quod incredibile esset, ut videretur Cæcus parasse venenum. Igitur adiecit tētatam se, ut illud ipsa porrigeret. Date per fidē Iudices operā, inuenite verba, secreto priuignus & Nouerca de parricidio loquuntur. Ita se non putat uterque tentari? Quid cogitatis, Quid dicitis Iudices? Nullum ne in tota domo quod corrumpet, aliud parricida pectus inuenit? Difficilius hoc credas Nouercæ, si te a nullo alio putes impetraturū. Non ergo iuuenis credit hoc omnes loqui cum patre? omnium blāditiarum primū esse sermonē? Nouercā timeas * negantē. Non habet fidem ei credere parricidiū, quem scias proditurū, nisi impetraueris. Per fidē Iudices diligenter attēdite criminis diuersitatē. Tētatam se in parricidii cōscientia mulier

*vel non

affirmat. Quis vero dubitet, nunquā hoc priuignum fuisse facturū, si habere consciū potuisset alium? Atqui uenenum iam parauit, emit. Et cum hoc ipse facere nō potuerit Cæcus, quis est iste cui parricidii tantū instrumenta creduntur? cur non idem porrigit senis? uel si non potest decipi maritus nisi manib9 uxoris, cur ante parricidiū struitur, q̄ sciat an Nouerca promittat? Nā quod uult uideri, promissam sibi partē bonorū, non est argumentū, nisi & ipsum probetur. Mulier quæ sollicitatur ad facinus, quemadmodū sibi consulit, ne illā parricida decipiat? Et probationes prospicere debuit, seu factura quod rogabatur, seu proditura. Adde q̄ neque odit Nouercā Cæcus, cui parricidiū credit, neq; hereditate corrūpitur, cuius cōtētus est parte dimidia. Nemo Iudices parricidiū faciet quo alius utatur. Exigo igitur ut istud parricidiū Cæci tu socia, tu cōscia manifestius probes. Quid opus est ut iam uenenu iuuenis habeat? potius sermonibus uestris interpone testes, fac coram seruis loquatur, fac intersint amici, fac audiat pater. Facillimū est Cæci decipere secretū. Vtere mulier homine qui se commisit oculis tuis. Vtere uerbis quæ regis, manibus quæ moues. Volo uenenu ipse proferat, ipse porrigat, volo te rursus in facinus hortetur, volo plura promittat. Parricidiū Cæci deprehendi potest, dum tibi faretur. Sed, inquit, inuentus est tenens uenenu. Exiguū argumentū Nouerca de magna facilitate fecisti. Non accusas Cæcū, sed ostēdis. Homo expositus ad omnē occasionē, ad omne ludibriū, quē tactus, quem proxima quæque decipiunt, quid refert? quid in sinu habeat ille, quem deprehendere possis, qualem relinquis? A quo modo Nouerca digressa est, cuius ordinauit vestes, tetigit sinus, membra composuit, uenenum potest habere sic ut nesciat, potest sic, ut aliud putet. Si mehercule uolueris, tenebit palām: si iusseris, accipiet coram seruulis, coram amicis, & si uenenum non dices, hauriet, bibet. Nullo magis Iudices argumento potest innocentia cæcitatē intelligi, q̄ quod uidetur iuuenis deprehensus. Si parricida est, & exquiritur, hanc saltem sibi præstabit dissimulationem, ne teneat uenenum. Neminem iudices credo mirari, quod iuuenis interrogatus cui parasset, uerba non habuit. Non fuit illud patris indignatio, non fuit dolor, uenenum iuuenis expauit. Auferunt nobis uocem quæ fieri posse non credimus, & silentium est admiratio subita miserorum. Nescit tacere deprehensoꝝ scelere trepidatio, & statim respondet illa cum suo sibi scelere parata defensio. Tacere facilius est deceptis, q̄ deprehensis. Quid per fidem facere uultis iuuenē, quem de parricidio consulit pater ille seruatus? miror hercule non dixisse, Volui, sum ueneficus, sum parricida, & inuidiā putarem si confessus esset. Bene quidem q̄ nescit iuuenis, quemadmodū parricidium neget, neque habet illa deprehensoꝝ multa uerba. Uenenum quod tenet Cæcus, ipsius est, si illud excuset. Sed, inquit, exheredatus est à patre. Poteram Iudices secretum hoc senis profundūque uocare consilium, contra iuuenem tamen esse non debet, etiā ut de parricidio crediderit Nouercæ. Notum hoc Iudices ac uulgare facinus est, q̄ plerunq; cōtra liberos amantur vxores, & sequentium matrimoniorū non aliunde, q̄ de damno pietatis affectus est. Genus infirmissimæ seruitutis est senex maritus, & vxoriæ charitatis ardorem flagrantius frigidis concipimus affectibus. Quid quod necesse est impatiētius amet maritus vxorem, qui sibi uidetur filium iam perdidisse? Facillimum est de Cæco parricidium credere, cū hucusq; erraueris, ut inquireris. Volo scire Iudices, quid fecerit homo senex, qui parricidam filium sciat. Non culeum parat, non illud porrigit uenenum, non saltem abdicatione dimittit, testamentum tantummodo mutat, & parricida sola paupertate punitur. Rogo quis præcipitat? vrget? adeone non potest fieri idem postero die? grauius hoc faciet pater, si nō præstiterit vxori. Quid quod hoc ipsum tam placidē, tam quietē facit, quasi capter imponere? Quid dicitis miserorū parentum affectus? Exheredaturus pater filium, non aduocat propinquos, non contrahit amicos, nullis lachrymis tabulæ, nulla uociferatione complentur. Nescis senex, quanta tibi opus sit ratione tabularū, exheredas miserabilem parricidam. Non est Iudices quod putetis, ideo nullū adiectum ad exheredationē iuuenis elogium, quia de scelere cōstaret. Nemo unquā ideo non obiecit filio parricidiū, quia crederetur. Per fidem Iudices duorū, inter quos de scelere quaritur, æstimemus mutato testamento proximā noctem. Iuuenis seu innocens, seu parricida est, adhuc in suo silentio stupet, nec facile dixerim, unde maior trepidatio, si alienum tenuit, an suum uenenum. Nouerca rem inter manus habet anxia, trepida. Nihil est difficilius quā differre gaudia, quod scias te non mereri: & filio se esse prælatam, non est longa persuasio. Expectat nunc ut iuuenis agat causam postero die, ut credulum senem propinqui, ut ciuitas vniuersa castiget, & se Nouerca sensit vnius tantum noctis hæredem: non

creditur testamēto hominis, qui eadē nocte qua filiū exhæredauit, occiditur. Tractemus nūc Iudices ipsius sceleris cōparationem. Cæcus ignorat vbi iaceat senex, an iam quiescat. Et q̄ difficile est vt credat illū, qui modo de parricidio suspicatus est, dormire patrē? Tu sentis quādo senē vicerit lassitudo curarū. Cæco quis renunciat quid diei noctisue secretū? Scis pariter an vna quiescentiū fores vallauerit cura seruorū. Tu facere potes occasione vxor & domina. Cæco fortassis ad aliud lumen errandū est. Tibi hoc solū restat, vt ferias. Cæcus necesse est quietē patris ipsa corporū electione confundat. Tu iugulū, tu potes pertractare pectus, dum amplecteris. Nobis iterū casus redit, rursus incerta tentanda sunt. Tibi restat vt statim membra cōponas, vt quiescas. Non sufficiunt facinus facturo solæ cogitationes, & vix tam multā pariter sciretis oculi. Per fidē Iudices ab vtro credibilis est occisum senē? à Nouerca, quæ prospexit vt alius possit esse suspectus, an à iuvene, cuius inuidia periturus erat, etiā vt illum alius occidat? Intuemini per fidē iudices procedentē parricidā. Quos nō ista vestigia frangant rumpatq; somnos? Vestigia plura semper errantium, quæ nō valent suspensis prætentatiq; gressibus librare corpus, & quia diu incerta sunt, nutātia, necesse est grauius premant solum cui crediderint. Quanto ex hoc turbæ plus accipiat necesse est illa nocturni silentiū quies, q̄ ambulantis cæci nec manus cessant, præmittuntur, explorant, & adeste se nunciant? Illa per quæ cōplexus veniunt, non sunt in potestate cæci, quibus toto se fateatur strepitu. Quicquid occurrit nequaquā potest euitate cæcitas nisi offensa, vt ambulare, vt ingredi nocte possimus, dies facit. Quā multa deinde supersunt postq̄ ad patrē peruentū est? Exploretur necesse est pariter iacentiū prima diuersitas, vultus ora tractentur, detrahantur velamenta corporibus, quærat vulneri locus. Ita ex duobus neutrū excitat? Grauior semper dexterā tractatus errantis. Paulatim deinde admouendus est pectori mucro, & ne qua confundatur ignorantia, nimium libet ictus, præcedet oportet gladiū manus. Vnde tantū viriū Cæco, vt in vno statim ictu mors tota peragatur? Incertū vulnus sit necesse est, cuius impetū non regitis oculi: nec possis custodire destinatum ferro locum, dum ad colligendum vulneris pondus, dextrā redire permittitur. Vtrū deinde iuuenis post vulnus vnum continuo fugit? Et quemadmodum scit, an facinus expleuerit? an potius expectat, vt de parricidio cadaueri credatur? Ecce iterum per eadem incerta redeundum est, omnia rursus periculose venienti tentanda. Fidem vestram iudices, vt nobis profit argumētum criminis nostri. Cæcus si nec venire, nec reuerti sine strepitu potest, neq; sic occidere potuit, vt deciperet Nouercam. Te te hoc loco mulier interrogo, quæ tam gratis quies, vt te mors tam vicina non excitet? Paruulis noctium turbamur offensis. Excitat nos exigui plerunq; motus, vox incerta, longinqua, & aliquando ipsum silentium. Illorū sane iuxta te suprema non sentias, quos senectus languoreſque dissolunt: hominis qui ferro occiditur, tumultuatur exitus, & similis est repugnanti. Quid quod necesse est nulla mors inquietior sit, quā quæ statim tota est? Nam quod dormiens occisus est, non est quod sic æstimetis, tanquam per illam quietem transierit in mortem: sit aliquid necesse est inter soporem mortēque mediū: nec potest iungi tanta diuersitas, cum sit somnus ipse pars vitæ. Non multum interest, quietem nostram ratio vitæ rumpat an mortis. Homine qui dormiēs occiditur, ipsa mors excitat. Sane non habuerit supremā vocem, habet utiq; palpitationes, habet motus, & quicquid totus lectulus sciat. Et quando mulier seni tuo blandius implicita iacuit? Siccine dormis, quæ modo turbasti totā domū, cuius priuignus parricida, miser est maritus? Ecce vitalibus ruptis in amplexus tuos effunditur cruor, & fugiens per vulnus anima agitatē se anhelitu, agit crebra suspiria. En iterū largus ille sanguis circa tuos duratur artus, stringeris deficientiū rigore membrorū: non moueris, non expauescis, sed dormis per tot diuersitates? Non relinquitur quid aliud simulare possit mulier, cui necesse est iuxta eū inuenire quem occidit. Non est Iudices q̄ incredibile putetis, vt quis perferat dormientis simulationē, nihil est quod facilius humana calliditas possit imitari. Sic quidā cadauerū expressere pallorē, & contra verba & experimēta telorū, mortū pertulere patientiā. Quanto facilius est simulare rem, cuius imitationi sufficit cluisse lumina, laxasse mēbra, dedisse suspiriis modū & anhelitus negligenter egisse? Inter dormientē simulantēq; non est nisi cōscientia. Nam q̄ ad tot vestigia, tot manus, tot proclamationes in eodē tenore durauit, nolite mirari, facilius excites dormientem. Et hæc est omniū natura rerum, ne quid diutius perferas, q̄ quod imitaris. Simulare somnum habet & hanc facilitatem, quod videtur similis excitato, qui deprehēsus est. Quid hoc esse vis mulier, quod te non excitet res, qua domus tota turbatur? Illam seruilis negligentia quietem,

tem, illos sine curis, sine affectibus somnos, illos qui non statim primo timore profiliunt, fragor noctis agitauit. Quantus deinde fremitus discurrentium tota domo? Prima sunt euigilantium praefidia clamores, nec potest quieta res esse noctis auxilium. Minore strepitu commota es cum excitareris. Ecce cubiculi vestri fores trepidae festinationis effringuntur impulsu: en lumen super lectulum ingerunt multae manus, & ad prostratorum corporum similitudinem cubiculum gemitu vociferatione completur. Tu iaces, & in cadaueris similitudinem usque resoluta es. Hoc tu quietem putas esse? Patientia est. Vestrae Iudices existimandum relinquo prudentiae, strepitum quem in cubiculo senis fuisse confessi sunt, qui illo potissimum concurrerunt, utrum putetis factum colluctatione morientis, an à peracta caede referentis gladium mulieris fuisse discursum? An hoc quoque inter artes Nouercae, ut omnibus sceleris sui partibus sensim quieteq; dispositis, ipsa ad excitandam familiam fecerit strepitum, cui hoc solum supererat ut sic inueniretur? Frigor quo familia excitata est, si redeuntis Caeci fuit, deprehensus iuuenis esset, antequam gladium referret. Ut sciat Iudices neminem fuisse in domo quem non fragor ille confuderit. Caecus quoque inuentus in limine est, sicut solet ultro citroque commeari. Iuuenis si inter suum patrisque cubiculum facile discurrit, quid adhuc in limine facit? Euasit, & effugit, gladium iam reposuit. Et quanto facilius est caeco simulare somnos, vultum quietis imitari? Quod per fidem maius subita confusio argumentum est, quam quod Caecus exiliuit, & stetit. Grauius necesse est expauescant, quibus de solitudine sua non renuntiant oculi: & quorum conclusus animus non exit in visus, non habet unde timori suo par sit. Deprehensus est iuuenis ubi illum destituerat impetus timoris. Potest negligere caecitas in cubiculo suo ducere, in quo dies omnes cunctasque noctes agit iter, quod iam multis offensis, multis edidit erroribus. Extra limen caecitas est, inde error, inde tenebrae. Nihil est innocentius Caeco, qui nec in scelere deprehensus est, nec in dissimulatione. Proclamat hoc loco iuuenis, Ut primum, inquit, mi pater fragor domus, & velut tui confudere gemitus, iterum tanquam te rapturus exiliui. Tunc primum miser sensi facinus caecitatis, steti donec mihi nunciareris occisus, & in illa discurrerem trepidatione tenui miser ocium timoris. O si numen aliquod paulisper accommodasset oculos, primus in cubiculum intrassem patris, inuenissem fortassis adhuc aliqua verba morientis, loqui & interrogare potuissem. Tarda & trepida sunt officia seruorum. Ego te deprehendissem Nouerca vigilante. Sed, inquit, gladius Caeci cruentatus inuentus est. Non est Iudices caecitatis audaciae, de parricidio referre gladium, & homo cuius pauloante exquisiti sunt sinus, non referret in cubiculum suum ferrum, quod non tegere posset, non abscondere, & tamen cruentatum sciat. Quis hanc Iudices impudentiam ferat? Negat Caeco subripi potuisse gladium mulier, qui se quiete defendit. Et quanto facilius est somnos decipere miserorum? Grauior est quies, quibus ex lassitudine calamitatum venit. Caeco vero facile est etiam vigilanti subripere gladium. Quemadmodum autem paratur argumentum, quaedam facere non potest negligentia, & facilius est ut caecitate oculi imitentur gladium cruentatum reponentes. Has tantum causas habet qui occidit alieno. Setio Iudices iamdudum indignari miserum iuuenem, quod argumentis, quod probatione defenditur. reddenda sunt maxima viro patrocinia tam pie caecitatis, & agenda reliqua pars causae admiratione. Intueri mihi Iudices videor expeditionis illius incredibilem nouamque faciem. Vadit rapto patre iuuenis per ardentem crescentemque flammam. Dicturum me putatis, ut euadat, ut fugiat? Properat miser, ut reuertatur. En membra contactu stringuntur ignium. Pater tamen toto cooperitur amplexu, & ardentibus tunc quoque penè luminibus, texerunt manus alterius oculos. Hoc me nunc putatis stupere, mirari, quod huic iuuenis oneri per medios ignium globos, & ruentia tecta sufficit? Illud est cui vix habere possit mortalitas fidem. Visus est sibi fecisse rem facilem. Quanta dii deaque pietatis audacia est, ire rursus in flammam, illud ubi patrem penè perdideris. Iam non erat illud penetrale, iam non erat domus, utique; tamen iuueni videbatur ardere mater. Iam miser vndique flagrantibus membris cum discurrentem clausisset ignis, (quod solum supererat viri genus) matrem querebat oculis. Non fuit illud primum ignium perire lumina cadentia, non protexerunt flagrantem sua membra facie, & oculi quarentibus matrem manibus arserunt. Rursus infelix totum tactu perlustrat incendium, & unde maximus est collabentibus culminum fragor, illud debilitas tanquam inuentura reuocatur. Solus omnium seruatus est beneficio caecitatis. Protrahatur Iudices, si videtur in medium reus, plurimum probationibus adiciere debet truces vultus, terribilis minaxque facies. Hic est Iudices qui dicitur tota nocte discurrisse. Hic ille circumspectus, hic ille felix

MILES MARIANVS

parricida. Receſſerunt cuncta debilitatis officia, & hominis qui circum genua veſtra ducendus eſt, non eſt qui dirigat grefſus, non ſeruuli ſuperſunt, non penates. Reſpondete per fidem, reſpondete mortales, vtrū hic patrē occidit, an perdidit? Quid agis infeliciffime iuuenis? rogandū eſt, neq; habes totas preces, perit ille veſter ambitus, veſtra miſeratio: ſed neſas eſt, ut reatus iſte ſentiat debilitatis aduerſa. Nos agetum iuuenis duc, immo noſtris humeris, noſtris manibus innitere, nos tibi preces, nos accommodabimus oculos. Quid aduerſaris infelix? Quid repugnas? Scimus te non rogare pro uita, ſed dura miſer, dura ſaltem uiue dum uincas, decet te hic quoque uirtutum tuarum cumulus, decet ut digneris moriturus abſolui.

MILES MARIANVS

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS III.

Bello Cimbrico miles Marianus Trib. ſtuprum ſibi inferre conantem propinquum Marii occidit, reus eſt cædis apud Imperatorem.

PRO MILITE CONTRA TRIBVNVM.

Atis dedecoris atque flagitii caſtra ceperunt, cum hæc furenti Tribuno mens ſubiecta eſt, vt in medio belli Cimbrici ſtrepitu ante ſigna (tuis honos ſic habitus ſanctiſſimis auribus) iuberet proſtare gladio cinctū, vt vim turpiſſimā ac neſariam tentaret inferre (ne quid aliud dicā) fortiōri. Habet aternā labeſ illa memoriā, & in exemplū, in quod facillime vitia proſciunt, noua culpa pernotuit. Et licet impunita ſit reo uirtus ſua, tamē in hoc ruētis in deteriora ſeculi curſu affirmo, plures erunt qui Trib. imitentur, q̄ qui militem. Et ſi nihil minus cōuenire uidetur partibus aduocati ſumme Imperator, q̄ reo capite periclitātī ſubſidiū miſerationis auferre, memor tamen pro quo, & apud quē loquar, audacter atq; vt ſpero, tutō proſiteor, militē tuū quicquid afferat caſus hodie, ſub ipſo fortunæ minantis ictu ſtare ſecurū. Aut enim abſolues tanq̄ innocentem, aut punies tanq̄ virū. Fas eſt vita periclitari, qui natū ſe meminit lege pereundi. Neq; in militiā grauiffimo aſperrimōq; bello ita venit, vt neſciret ſibi mortē in procinctu habendam: neq; eſt tam imbellis, vt non forti pectore aduerſa, dum non inhoneſta, toleret. Affirmo tibi C. Mari, non ſic nuper repugnafſet, ſi illum Trib. voluiſſet occidere. Neq; ignorauit quæ manerent eum pericula, cū obſcœnos furioſi corruptoris amplexus gladio diuelleret. Nec habeo ſane quid in milite præſertim tuo laudē, ſi pudicus eſt tantum, quia expedit: nec ſi ſit vitæ cupidiffimus, pœnitere eū facti ſui poteſt. De interfectore corruptoris fortasſe dubites: illud utiq; ſcio, de impudico milite non deliberaſſes. Hunc vero C. Marii (Defendatur enim tā fortiter miles tuus, q̄ vindicatus eſt) nec ſi damnaueris pœnitebit. Si ſors ita tulerit, ibit ad poenā pleno gradu, tam paratus mori pro pudicitia, q̄ occidere: laudēq; perpetuā fortiffimi pudoris ſecū feret. Omnis licet delatorū vis ingruat, nunq̄ tamen effici poterit, vt miles tuus magis doleat, q̄ accuſatus, q̄ q̄ appellatus eſt. Sed neq; hoc Roma parēs, nec ſigna militaria aquilaq; victrices, nec tua ſumme Imperator diuina virtus ſinat, vt tua quoq; ſentētia quiſq̄ vir & Romanus & miles nimium pudicus ſit, apud quem ante principia agendū eſt. Ecce cum maxime hoc agitur, vt inter Ro. legionū manipulos ſcorta deligere, & ad ſtuprum trahere ſacramento rogatos poſthac liceat ex decreto tuo: nec pudet accuſatorē apud C. Marium (quod exemplū diuinitus nobis datum videtur, quid in homine virtus poſſit) aſſidētibus Legatis Præſectiq; & iſtis illi prodigio diſſimillimis Tribunis, toto armorum iudicio, obicere militi q̄ vir ſit, tantūmq; non durū ac ruſticū, ſed parū meretriciis artibus queritur educatum. At ego ſi qua eſt fides, pudicitia in milite etiā laudare erubeſco. Fœminarum eſt iſta virtus, aliter laudandus eſt vir fortis, idoneus bello, promptus ad pericula, præſtantis animi: liberē dicam, dignior qui Trib. eſſet. Hoc enim propinquo Mari non erubeſceres. Pater huic emeritis bello ſtipendiis tum, cum tota ſubnixū Numidia fregimus Iugurthā, exauctoras armis manus agreſti labore ſubegit. Prædura priſcis moribus mater, frigorigibus ac ſolidus peruſta, & in pleriq; ruris operibus marito particeps. Affirmo quā nemo appellafſet impune. His ortu ipſe procul ab omni cōtactu receſſerat: pueriles quoq; annos aliquo ſemper opere durādo, ſequi pecora primo, arcere gregibus ſeras, aliquid ſemper audere maius annis. Ludus fuit rotare ſaxa, vibrare iactu ſudes, ſaltus agitare venatu, mox vigentibus lacertis humū ſcindere, ſegnem futuris noualibus eruere ſyluā. Sic effectū eſt, vt (quemadmodū aliqui putant) poſſet citō militare. Interim ex vltimo litore oceani, & dirēpta frigorigibus plaga, gens à rerū natura bene relegata, ſtolida viribus, indomita feritate, inſolens ſucceſſu, nec minus animorū immanitate, q̄ corporū beluis ſuis

fuis proxima, Italiam inundauit. Nec tamen tantum vi sua, quantum luxuria socordiâq; nostrorum ducû elata, dum nos in bello quoq; vitia pacis sequuntur, & delicati sumus etiâ mi-
 feri, vastitatē agris, solitudinē iuuentuti, periculū imperio, ac prope exitiū attulit: apparuitq;
 nunq̃ Po. Ro. ad propulsandâ perniciē magis viris opus fuisse. Itaq; cum appareret soluta mi-
 litia disciplina, & non minor nobis pugna cū moribus esset, q̃ cum hostibus, ad vnicū C. Ma-
 ri cum virtutis tuæ, tum sanctitatis seueritatisq; præfidiū confugimus. Et mehercule festina-
 runt parentes ad nomen liberos mittere, q̃uis asperrimo bello, velut occasione cōplexi, vt sub
 te ponere rudimenta militia cōtingeret, cernere quotidie diuinæ virtutis exēplum, te horta-
 torem operū habere, te testem. Et cū hæc cōmunis totius exercitus esset felicitas, dux Marius,
 tamen (ô facinus indignū) plus reliquis consecuti videbantur, quibus Trib. cōtingerat propin-
 quus tuus. Quanta cura robora militū legeris Imperator, ut hostibus prope humanas vires
 excedentibus opponeres parē delectū, vel ex eo manifestū est, q̃ cū scires non ex censu esse uir-
 tutem, præterita facultatū contemplatione, vires tantū animōsq; spectasti. Quid prodest, en
 quanta delectui tuo fit inuidia? diceris aduersus Cimbros puerū probasse. Sed neq; te milita-
 ris ætas fefellit: cuius certissima mensura est, posse fortiter facere. Neq; illa libido fuit saltem
 uitii usitata, quæ ad obscenos Veneris impetus formæ cupidine incenditur, sed quidā per-
 ditus contumeliæ amor ac summa flagitiorū uoluptas inquinare honesta: hoc ipsum quod
 primus ante signa procurrit, q̃ ueteranos tyro præcedit, q̃ redit puluere & cruore cōcretus,
 istud istud q̃ tam uir est. Vulgaria sunt irritamenta cupiditatis, forma, ætas: singularis res est
 fortis cōcubinus. Illas cicatrices, illa vulnera, illa tot eximia decora militia, quid exequar vl-
 tra? Imperator pudet me quod intelligis. Transeo oblatam nolenti munerum vacationem, &
 blādus quàm militia disciplina postulat, adulatum militi Tribunum, imperatas asperrimas
 expeditiones vt remitterentur, sæpe ordinis, sæpe affinitatis tuæ iactatam gratiam. Confitemur
 C. Mari, diutius vixit obscenus corruptor, dum ista miles non intelligit. Non audeo
 dicere Imperator, concipe animo temporis illum habitum, reforma cogitationes tuas, in aliis
 forsitan causis permittatur indignitatē rei oratione exaggerare, de iniuria nostra latine que-
 ri non possumus, parcendum verbis est, inlibenda magna ex parte veritas, præuaricandum
 mihi est, si pudorem habeo. Collatis cum hoste grauissimo comminus castris, cum totum bel-
 lum quodam genere ad pedem venisset, & omnium mentes imminentis pugnae cogitatio im-
 plesset, circumfremente vndique barbaro vlulatu, Romano militi pro vallo excubanti mere-
 triciam obscenā libidinē patientiam aliquis imperat? Suum quisque habeat fortasse iudi-
 cium: mea sententia non satis pudicus est miles, qui armatus tantum negat. Hoc expositionis
 loco Imperator malo accusatoribus credas. Illi narrarūt rem viro & Romano & milite tuo
 dignam, tantūq; non ardorem luminū, horrorem capillorū, fremitum indignationis ante
 oculos dicendo posuerunt. Ad primum statim obscenæ libidinis sermonem, non aliter q̃ si
 in hostem classicū cecinisset, gladiū illum quem à te pro pudicitia nostrarū coniugum acceperat,
 per pectus infandi corruptoris exegit, & in latus vltra pedem. Si omnes milites tales ha-
 bemus Mari, vicimus. Verebar equidē ne fugandi corruptoris causa ferrū strinxisset, & (quod
 accidere interim solet) dum alter recessurum putat, alter percussurū nō putat, tam honestum
 opus casus fecisset. Neq; enim (vt opinor) hoc quoq; exigendum fuit, vt cum cæcus amentia
 corruptor per vulnera ipsa rueret ad prendendos amplexus, miles etiam gladiū reduceret. Ego
 vero parum viriliter istum indignatum puto, si in tanto dolore Trib. potuit agnoscere. Ipse
 nihil excusat. Percussus, inquit, C. Mari, sub signisque occidi, hausi noxium vltrice dextra
 sanguinem, siue licuit, siue non licuit. Atque vtinam plures mortes cepisset, vt impurum spi-
 ritum renascēs poena torqueret. Parum seuerē militarem redeuntibus supplicii disciplinam
 continemus, si Tribuno post hoc factū bene cessit q̃ occisus est. Reum ergo cadis nō inficia-
 tione defendā, viro forti præsertim & innocenti nihil facere cōuenit, quod negandū sit. Non
 abnuo crimen, immo si accusatores tacerent, ipse narraſsem. Obiicite igitur, sed vt delatores
 decet, totū. Verecundissimū enim militem apud sanctissimas Imperatoris aures minus pudet
 confiteri q̃ queri. Parū ne dedecoris subimus, q̃ nō de honoribus fortissimi viri queritur, &
 vt longissimē vota procedant, rem honestissimam militi fecisse impune erit? Damnetur etiâ
 & pudicitia supplicio pendat. Cōuenire legiones, intendite animo sancto tracta vndiq; auxi-
 lia. Lex dicitur castris, nec pauci sunt qui hoc nolint licere, illud velint. Nō me hercule pos-
 sum tenere, quo minus in accusatorem dolor meus erumpat. Quid dicis? Tu si Tribunus es

MILES MARIANVS

ses, hoc fecisses? Si miles esses, hoc tulisses? Date præcepta, cõponite disciplinam. Miles hac cõtumelia percussus est, indignis vero vocibus cõtaminatus, nihil amplius aget quàm renuet? Et quis non illum inter prostitutos habeat, si commiserit, vt possit iterum appellari? Neget tamen, & vltionem iniuriæ suæ differat. Ita puto, cum illuserit Trib. queretur. Iniicitur manus, & ab assignata statione miles abducitur, vt stuprũ patiatur. Vos interrogo accusatores, quid faciet? feret libidinosas manus vulnera sua tractantes? deponet arma, an reponet? Vir est enim, auctorem habet, hoc primi ordines iubent. Aequum est Trib. militem parere, in diem sperare etiam processus potest. Pro hoc merito accipiet fortasse vicem, ordines ducet, & sub illo alii militabũt. Si hæc cõditio causæ est, si defensio sui non permittitur, indicate, prædicite: si corruptorem non licet feriri, feret. non enim potest nuda manu repelli. memetote, corruptor armatus est, implicitus tamen infando nexu, cogitare quid sibi fecisset, vtrum id si plura dispiciat, immo si videtur, quo iustius queri possit, patiatur. Istud vero flagitium in conatu pereat. Nam si libido ad votum obsceni corruptoris processerit, duo occidendi erunt. Liberè itaque dixerim C. Mari, quam de fortissimo milite sententiam feras, magis tua interest, huius quidem gloriæ nihil plus adici potest, q̃ si pro re tam honesta moritur: hunc mirabitur sola virtutũ incortupta testis vetustas, hoc factum patres liberis vel post pœnam præcipient. Tu cogita quid te sensisse homines sciant. Hoc exemplum in neutram partem potest taceri. Cogitare certum est id quenq; cum iudicat, probare quid in re simili ipse fecisset. Omnibus enim ad virile robur per pueritiam iter est, & iam contra libidinẽ maturuisse non profest. Recognosce incrementa tua, & honestam tantæ magnitudini memoriã pristinæ tenuitatis. Sine dubio te ad tot Consulatus, & actos ac destinatos triumphos diuina virtus tua sustulit. Memento tamen & tu sub Tribuno militasti, nec ad hoc fastigium dignitatis tam breui tibi venire contigisset, si sero coepisses. Dicam nunc ego præcipuam semper curam Romanis moribus pudicitia fuisse. Referam Lucretiam, quæ condito in viscera sua ferro pœnam à se necessitatis exegit, & vt quamprimum pudicus animus à polluto corpore separaretur, se ipsa percussit, quia corruptorem non potuit occidere. Si nunc placet tibi miles, quid ego Virginiũ narrem, qui filia virginitatem, qua sola poterat, morte defendit, raptũque de proximo ferrum non recusanti puellæ immerfit? Diuifit illi solum Appium, quem tamen Po. Ro. secessione à patribus, & propè ciuili bello persecutus, in vincula duci coegit: neque vlla res tum magis indignationem plebis commouit, quàm quod pudicitiam auferre tentauerat filia militis. Hæc sunt honesta, hæc narranda sceminarum exempla. Nam virorum quæ pudicitia est, nisi non corrumpere? Non sit mihi forsitan querendum auerfis auribus, seculi in tantum vitia regnare, vt obscenis cupiditatibus natura cesserit, vt pollutis in scemineam vsq; patientiam maribus, incurrat iam libido in sexum suum. Finem tamen aliquẽ sibi vitia ipsa exceperunt, vltimũq; ad hoc huius flagitii crimen fuit, corrupisse futurũ virum. Hoc vero cuius dementia est, in concubinatum iuniores leguntur, & in muliebre patientiam vocatur fortasse iam maritus. Ego vero gratulor militari disciplinæ, gratulor opinioni castrorum, si huius mētis Trib. in hunc primum incidit. Itane tandem (luuat enim velut præsentis insequi furorem) scorta tua stipendium merentur, & sub signis exoletos trahis? Ideo meretrices ab exercitu submouentur, intrare castra sceminis non licet? Ita puto, nõ opus est. Militem, hoc est plusq̃ virũ, iam iamq; in acie staturũ, cui pro virili portione salutem suã patria cõmisit, appellas. Fortasse classico sonante, ideo stationes circuis, ideo vigilias ambis. En quẽ Trib. faceres, cum prætextati militabãt? Nõ hic profusus est furor? nõ manifesta demẽtia est? Vides munitũ gladio latius, lorica ferro asperam, clausam galea faciẽ, & ad terrorem belli cristas minantes, inscriptũ in scuto C. Marii nomen, totũ denique virum Martio habitu horrentẽ. Hic tibi cultus prostituti videtur? Appellabis de stupro vim afferes? Quid deinde expectas, vt ille te Trib. putet, cũ tu illum non putes militẽ? Vacat enim vitiis nostris, & ad omne votũ fluente fortuna lasciuit ociũ, aut in eo saltẽ statu resp. est, vt ad restituẽdam eam satis sit milites impudicos nõ esse. Non de prolatando tibi imperio res est, nec trãsmarinas (vt nuper) prouincias petimus. de Italia possessione certatur, pro aris focisque constitimus, an hæc omnia igni ferroque vastentur, an nobis caput barbarus hostis excidat, an Cimbrice loquendum sit. Vita omniũ nostrum & salus (pari nanque aliud ne sub hoste quidem viri timemus) in vltimum discrimen adducitur. Influxit Italia inaudita multitudo, quã ne ea quidẽ potuit sustinere terra quæ genuit: inusitata corporũ magnitudo, mores etiam Germanis feri. Strage no-

strorum

strorum campi latent, iam fugatorū Carbonis atq; Syllani sub comparatione felix militia est, Iacet post amissum Scaurus exercitū, Seruiliū Māliūq; bina cum tot legionibus castra perdidimus. Gens maiorem terrarū partem victoriis peruagata, tantū in Mario stetit. Libēter te Imperator interrogo, in hoc rerum statu tales milites habere malis, an tales Trib. In tanto belli discursu, ne concessa quidē veneri dares veniā. Nam quo ad altio rem quīq; honorū gradum extenditur, magis in exemplū spectantibus patet. Cum alii excubent armati, alii claustra portarum tucātur, alii uallū fossāq; scutis innixi cingant, cibū ipsum stantes capiant, Tribunus inter scorta volutabitur? & has solas vigilias ageat? ac ne ideo quidē breuem saltem frugalitatis perferet simulationē, ne hac illum facere milites sciāt? Age porro si viueret Trib. & hoc ad te factū Imperator deferremus, circumstaret vniuersus exercitus, nec hanc militis cōtume- liam, sed militiæ putaret. quid ageres? quid constitueres? Beneficium accepisti Mari, benefi- cium nō habes necesse propinquum tuum occidere. Nam si vere aestimemus, imperium Po. Ro. ad hanc diem militari disciplina stetit. Non enim nobis aut multitudo maior est q̄ cæ- teris gentibus, aut vehementia corpora quā vel his ecce Cimbris, aut maiores opes q̄ lo- cupletissimis regnis, aut mortis contemptus facilior q̄ plerisq; barbaris causam vitæ non ha- bentibus. Principes nos facit seueritas institutorū, ordo militiæ, amor quidā laboris, & quoti- diana exercitatione assidua belli meditatio. Itaq; plura pene moribus quā viribus vicimus, cum captiua quoq; sancta habebantur, & cōtumelia etiā hosti aberat. Quæ omnia longa su- perba nobilitatis intermissa luxuria tui nobis mores retulerunt. Dii profecto magnitudinem tuā curant Imperator ac dirigunt, qui tibi super cæteras laudes obtulerunt tam honeste sen- tentiæ occasione: q̄ miles fortiter fecit, si absoluis, tuū exemplum est. Nisi forte hoc me per- turbati putatis, q̄ Trib. fuit. Ideo hercule turpior, ideo morte omni dignior. Hæc enim cōdi- tio superiorum est, vt quicquid faciunt præcipere videantur, & perniciosissimus est malæ rei maximus quīq; auctor. Quis continebit militiā? Quis castrensis disciplinæ præcipiet seueri- tatem? Quis te Imperator maioribus curis districto, delicta militū coercerebit? Trib. corpus & peccatū corrigit? Ad quem confugiā? cui querar? Sic fit vt necesse habeamus ipsi nos vindi- dicare. Tribunus fuit, & hic miles fuit. Tribunus. Hoc dicis, cui parere caligatum lex iubet, qui non solum militibus, sed centurionibus præpositus, partem quandā imperatoriæ potesta- tis obtinet. Ita opinor cōtra iura castrorum fecerat miles, etiam si tantū negasset. Nescit quod istius honoris fastigiū, quæ potestas ordinis, tyro est. Age si ad te C. Mari aliquis impudicum militē detulisset, ferres dicentē, Tribunus me iussit? Quod si par in vtraq; parte delictum est, hoc tamen crimen militē saltem decet, Tribunus fuit. Videor mehercule Imperator oblitus mediocritatis meæ, cū vix vnius defensionis sufficiam, quædā pro vniuerso dicturus exercitu. Omnes has quæ circūstetere legiones, florem Italiæ, ciuiū sociorūmq; robora vna voce pro- clamare apud tribunal existima. Non ignominia Tribuni parere possumus, nemo nostrū re- cusat itinerum laborem, nec inuisum super arma fascem, non æstiu solis ardorē, nec sub pel- libus actam hyemem, ferienda sit fatigato fossa, pro vallo portisq; vigilandū, fortiter ancipi- tes inibimus pugnas, vulnera laude pēlabimus, mors erit ignominia potior. Quicquid in pu- gna patimur virorū est. Imperet asperas Trib. expeditiones, si quo vertice mōtis hostis pellen- dus est, si inter infestis armatis saltus speculandum, sæuiat denique in terga verberibus, exi- gat seruilem plagarum patientiam, leno etiā seruis excipitur, fortasse hac lege captiuos ven- des. Si meretricia imperatur necessitas, si aduersus obscœnam vim corruptoris arma tantum contumeliæ causa habemus, potius castra capiantur, & vim Tribuni interpellat Cimper. Ni- hil tale nouere Germani, & sanctius viuunt ad oceanum. Quid futurum est Imperator si ad pudicitiam militum pertinet vinci? An ignoramus Imperator quanta quondam Po. Ro. ex- arserit seditio, cum ex domo sceneratoris, addictus lacero verberibus tergo prorupisset in pu- blicum, & illas suppliciorū notas tulisse se quereretur, q̄ vim corruptoris pati noluisse? Et ille tamē q̄ hoc flagitiū conatus in addicto, ac pene seruo, & vix libero, videbatur aliquate- nus memor fuisse Romanæ sanctitatis, qui vim obscœnissimam non tentauerat, nisi aduersus alligatas manus. Eo tamen vsq; Po. Ro. vindieta processit, vt ardentibus bello finibus ad dele- ctum nemo responderet, nisi & poena corruptoris, & abrogatione legis satisfactū esset. Nole- bant militare, quī hanc iniuriā non miles acceperat. Quid de Fabio Eburno loquar, qui fi- lium impudicū cognita domi causa necauit? Iamiam cōmilito quicūq; casus manet, etiā si te Imperator damnaturus est, habes solatiū, satius est q̄ a patre occidi. At propinquus C. Marii

MILES MARIANVS

fuit. Corruptis iudicē, & animo alioqui leui gratiæ pōdus imponitis. Propinquus tuus fuit. O rem omnibus narrandā, cū absolueris. Nā si quid tibi iudicādi fides tua causā facere permittit, cogites profecto quātum tibi hoc ipsum apud amulos, quos virtutibus offendis, allaturū sit inuidiā, cū videberis aut corruptorē militis iudicare innocentē, aut propinquū tuū etiam vindicare nocentem. Olim iam Imperator inter fulgētes virtutes tuas luor locum quærīt, & natura quidē omnibus nouitatis incrementis aduersā nobilitas, tuis tamen laudibus pressa & obrupta, rimatur occasiōē criminū. Quōd si bene inuidiā noui, hoc quoque tibi obicietur, q̄ saltē propinquus tuus peccauit. Quare abdicandus & eiurandus est nō tuus sanguis. Certe nihil minus cōmittendū, q̄ vt vlciscaris hoc flagitiū, in eo præsertim, qui apud malignos poterit videri te permittente fecisse. An ille si vnq̄ cogitasset se esse propinquū tuū, nō has virtutes tuas, inter quas fortuna tua minima est, cū ei velut propius cōtēplari licuisset, toto pectore haurire debuerat? Non huic affinitatis suæ felicitati referre gratiā? Miles te melius imitatur. Quod si post hanc mentē viueret Tribunus, necessarium forsitan erat hac quoq; eū premi inuidiā, q̄ ista fecisset Marii propinquus, q̄ ex ipsa stirpe virtutum sustulisset se flagitii soboles. Nā cū bene sit liberata probro familia, quid attinet illud subinde Mario obicere? Optimum fuerat non habuisse talem proximum, aut libenter perdidisse. Perorata Imperator, vt mediocritas ingenii mei tulit, causā, scio commendationis partes esse reliquas: sed has superuacuas facit sanctitas tua. Quid enim uerear ne noceat reo humilitas apud te, cui vel gratior potest esse nuda virtus, apud quem maximū est ex se cœpisse? Cōmendē tibi ordinē caligati militis, quē velut incrementorū tuorū natalē libenter ab alto respiciat? Adhuc fortasse patriciū valuerit genus, sed ductū eius longa serie dignitatis ordinem ipsa virtutū conditione meliorem feci. Nondū potuit altius procedere vir adhuc huius ætatis. Tamē cū virum fortem, cū dignū tuis castris, tuis auspiciis probarim, commendo tibi quicquid melius miles fieri potest. Hoc quidem profecto non expectas, vt in extrema actione miserabili fletu, & humili obtestatione vitam genu nixus petat: nec tu rogari ab innocente exis, nec viro forti opus est precaria abolutione. Vnū rogat, vt si quid de causā illius dubitas, des dilationem vsque ad proximum prælium, pone in prima acie, pone ante signa (fortiter dixerim) non inter tyrones, vbi plus periculi, quo maximus hostium globus ingruet, spectā pugnantem, affirmo tunc minus ignoscēs Tribuno. Licet ire in aciem, congregi cum hostibus. Si perire debet, rogat te Imperator miles tuus, opera mortis suæ vtaris feliciter.

MATHEMATICVS.

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS IIII.

Vir fortis optet præmium quod uolet. Qui causas uoluntariæ mortis in Senatu non reddiderit, insepultus abiicitur. Quidam de partu uxoris Mathematicum consulit. Is respondit uirum fortem futurum qui nasceretur, deinde parricidam. Cū adoleuisset qui erat natus, bello patriæ fortiter fecit, reddidit causas uoluntariæ mortis. Pater contradicit.

PRO FILIO CONTRA PATREM.

POSITVS P.C. in ea conditione tristissimæ sortis, vt nec morte dignus sim, nisi me parricidam putetis: nec præmio, nisi me innocentem: ad eoque ludibriis miseræ sim diuersitatis vel necessitatis implicitus, vt impetrandū à vobis habeā odii mei fauorem. Quæ so præter omnia, quæ ante hoc tempus circa nos ordo prædictæ veritatis explicuit, attulisse me credatis vrgentiū malorum probationem. De parricidio venit, q̄ occidere me possum: de fato, q̄ mihi non licet mori. Non solum Mathematicus seculo tēporibūque prædixit has manus, sed & ego me parricidium credo facturum, plusquā responsum, quā sacræ artis triste prælagium est, quod mihi sic minatur animus meus. Non habeo infelix in cogitationibus meis, ynde non timeā: & facinus, quod sibi pro me pietas patris, quod singulorū innocentia rogat, sentio, patior, agnosco. Ne quis me tamen laborare putet miseræ persuasione errore, accipite cur non possim dubitare de fato. Parricidiū credit, qui facturus est: non timet, qui periturus est. Ante omnia igitur à grauitate publica peto, ne pro tota innocentia mea contenti sitis hoc, q̄ volo mori. Nec quia videor cōtendere cum Mathematico, vincere necessitates, expugnare fatum, ideo mihi bene credi putetis & vitā. Aliud est facinus non esse facturū: aliud mori velle ne facias. Quinimo (si qua est fides) hoc quod vos constantiam putatis, infirmitas est: q̄ ad suprema confugio, animū meum noui,

noui. Notissima victæ mētis integritas est in mea potestate, breui nō habeo, * nec mortē. Fī dē vestrā P. C. ne qd amplius de misera pietate speretis. Qui mori volo, ne parricidiū admittā, nō inuenio quemadmodū illud possim nō facere victurus. Nā quod ad patrē pertinet, qui me retinet viuere nolentē, nō miror, q̄ adhuc recēti gloriæ nostræ gaudio stupet, & in opera mea totus oculis animōq; conuersus, parricidā nō videt per virū fortē. Hic est animus, quo me quā uis denunciātū prādictūq; seruauit, & cū incertis adhuc dubiisq; virtutibus præsiterit vt uiuerem, præstat meritis actisq; ne moriar. Nunc ille, q̄ pietate, q̄ videor ipsius perire reuerētia, vocat parricidium suum, & in orbitate, quā facere sibi videtur, non remediū meū, sed suū spectat affectum. Filius qui vult mori, ne parricida sit, aliter sibi videtur remunerari non posse, q̄ vt ipse moriatur. Merito prorsus, merito miserū senē tristes sollicitudines & præsicii metus ad mathematicum & responsa miserunt. Debit vir fortis nunciari, parricida prādicti. Siue enim miseræ coniugis prodigiosa fecūditas tumultuosis pulsibus maritales inquietauit amplexus, seu per anxias noctes dirōsque somnos feralibus senex imaginibus agitatus dicitur ad notissimū sacræ artis antistitem, non spes, nō auida vota, & suspiria, metus & præsagiū magni nescio cuius incerti detulisse pallorē. Quid aliud hoc esse vultis P. C. q̄ primā fatalis instinctus necessitatem? De partu vxoris non potuit nō interrogare, deinde non credidit. Referā nūc P. C. cuius artis, cuius fuisse dicatur authoritatis, quē putauit adeūdū, qui sic timebat. Hoc quidē certum habeo, plurimis mernerat experimentis, vt ad illum velut ad oracula deorū, plenūque sacro spiritu pectus hominū sollicitudines metūsque confugerent, dicitur inspecta totius ratione celi, digestis syderibus in numeros, ad publici priuatiq; fati stupuisse conspectū: & tāta prosperorū tristitūque congerie magis ipso consultore perterritus, diu nō cōmisisse verbis, quod videbat. Sed ō virū grauitatis antiquæ, dignūq; cui se fatorū arcana nudarent. Cū partus de quo quærebatur, multa præsaret propiora prospera, latos incipientes annos, non fuit contentus meliora edicere, sed (quæ certissima est vera proferentiū fides) quicquid deprehenderat, protulit in medium, & proclamauit futurū virum fortem, deinde parricidam. Quis vnquam P. C. fiducia maiore respondit? Cum summum facinus denunciaret, ante se dixit probaturum. Fece rat profecto P. C. interrogando mathematicum pater, rem non educaturi, si quid tristius comperisset, nisi hoc primum de fato fuisset vt uiuerē. Sed nec mathematici fides circa momētum aliquē uel cessauit ordinē: non numerus sefellit, non sexus in partu, non iuuetā, non robur. Illa quoque quæ velut extrinsecus consentiebant, affuere responso, bellū, hostis, acies, ad illam ipsam qua fortiter facere poteramus, ætatem. Pater vero periculi sui denunciatione non territus, arma mihi pater, prō tristis necessitas, arma ipse circūdedit, & suis ad pugnam manibus aptauit, tanquam mathematico id iam credidisset. Quis miretur q̄ responsum non contēpserit, dū sperabat vt fortiter facerem? Mori me non vult, & iam non superest nisi parricidium. O mors laudanda fortibus, expetenda miseris, non recusanda felicibus, quantū te quæsiuimus in bello? Tuli enim (deos testor) in aciem, tuli non viriū iactationem, non gloriæ cupiditatē, sed vt patriæ præsaret aliquid utilitas mei, ut hunc mihi deploratum spiritum, hoc destinātū dānatūque corpus, publicarū vtilitatum usus absumeret. Ibi miser primum didici, q̄ multa nescientes, quā multa faceremus inuiti. In medios hostium globos perditus pugnator exilii, cessit acies. Densissima quæq; certamina solus inuasi, resistere nemo sustinuit. Obuiis ictibus membra nudaui, & ad incurrens ubique ferrum uitalia parata circūtuli, uacua circa me tela ceciderunt. Miserum me deceptæ cogitationis euentu, fortiter feci, dum mereor occidi. Recedite gratulationes, abite laudantes: non circumeo templa, non reddo uota numinibus, ad parricidium ueni. Quem ego pauloante passus sum miseræ conscientie pudorem? Ad patrem arma non retuli. Timui quinimo ne mihi dum reuertor, occurreret, ne in oscula mea plenāsque adhuc uictoricibus telis manus incauto rueret amplexu. Quam tunc inter cæteras exclamationes deducētis exercitus uocem, quod circumstantis populi murmur excepi? Magnū felicēq; me iuuenem si subito morerer. Aduuate dii pariter atque homines, dū perire concupisco, dū uolo, miseremini, ne hunc ardorem fugientis animæ dilatione laxetis. Proclamo, testor, in nouissimo fati stamus abrupto, propē est ut occidat patrem parricida prādictus, cū est mori paratus. Quid me pater adhuc detines? Quid moraris abeuntē? Melius quidē fuerat hunc spiritū aut in ipsa maternorū uiscerū sede cōprimere, aut ut primū contactu suo cælum terrāq; poluerat, festinata morte dimittere. Sane tamē charitas patriæ priuatos uicerit metus, & in honore uirtutum scelera nutrita sint, quicquid est propter quod educari me tanti fuit, explicitum peractūq; est. Restat una pars fati, ultimū solūq; facinus. Frustra me consolaris æquanimitate

patientiâque tua. Non idē vtriusq; nostrū discriminē agitur. Tu mori periclitaris, ego patrē in-
 uitus occidere. Hoc primū itaque excuso vobis P. C. q̄ prēmium peto, satis sit hæcenus viri
 fortis nomē agnoscere, hucusq; auctoritatē sacrae legis attingere, vt illā in aduocationē sacrae
 mortis adducam. Relaturum me putatis illa optionū verba solennia, non capere magnorum
 precia meritorum solas æquitates, tanta remunerandū benignitate, q̄ fortiter fecit aliquis, quā
 ta sollicitaretis vt faceret? Nemini vnq̄ minus soluēdo ciuitas fuit, præstiti pōt quod mori cō-
 tinuo deberē. Sed securi estote de auiditate summæ potestatis: illud infinitū, illud immodicū,
 quod nobis voluerunt licere leges, intra se consumit ille qui meruit. Titulos, imagines, hono-
 res seruate victuris: mihi præstate salutem patris, innocentia meā, temporum pudorē. Quæso
 ne mihi ideo præmiū negetis, quia fortassis & hoc debeatis odisse, q̄ fortiter feci. Extra inuidiā
 est optio, cum id exigā quod impetrare potuissē etiam anteq̄ fortiter facerem. Nā quod obi-
 ter optionis reddo rationē, quæso nequis ideo me parum aut præmio fidere credat, aut causis,
 quia vtriusq; iuris miscui preces. Ignoscite ardori perire cupientis, q̄ pariter imploro, quæ sin-
 gula sufficere potuissent. Fidē quinimo vestram, si qua adhuc lex est, quæ adiuuare possit mori
 volentem, cōmodate, conferte, est vtriusque iuris & auctoritas, quod in mea morte tribua-
 tis. Præstate causis vt moriar, præmio vt sepeliar. Sentio P. C. hoc primum ab affectibus publi-
 cis petēdū, ne quis ideo mori me velle nō credat, quia potius ad causas ac verba cōfugi, quia à
 vobis malui petere, quicquid ab his potui manibus accipere. Merui fateor malignas interpreta-
 tiones, vir fortis vt morerē à bello reuersus arma posui, populi fauorem, gaudia ciuitatis in-
 traui. Sed siue hoc est sepulturae suæ magna reuerentia, pessimaq; additæ pectoribus humanis
 infirmitates, vt esset quod timeret, qui non timet mortē: siue decuit innocentia amore pereū-
 tem tranquillitas magna pereundi, ignoscite quæso cunctationi, patientia, mora. Si me conti-
 nuo occidissē, tanq̄ parricida moriebar. Neq; est P. C. q̄ excludi præmiū putetis cōtradictio
 ne patris. Eximus per magnorū operū reuerentia de necessitate parēdi, & aut interim nobis ma-
 gna vnus contra nominis huius potentia de virtutum fauore libertas, aut obsequia peracta de
 mun optione repetemus. Non est quod vos resistentis moueat auctoritas, neminem inuenias
 mori volentē, q̄ non habeat aliquē vetatē. Ille cui præsto nō sunt pignora charitatis, lachrymis
 tamē audiētū, & cōsolationibus, & promptissima semper exhortatione retinetur. Parentibus
 vero circa liberos vnus affectus est, fauere vitæ, timere mortē. Nō habēt patientia, nec iustæ or-
 bitatis, & inter supplicia licet pœnās q; omnes tamē illis innocentes, omnes miseri sumus. Ego
 P. C. cōmunē hanc impatientia lenis accēdo pietate, reuerentia. Fieri nō potest vt se mori de-
 bere persuadeat patri filius, propter quē se videtur occidere. Hæcenus leges, hæcenus merita
 virtutū, veniamus ad necessitates. Mori volo, mori volo ita vt reddidi causas. Ita nō ex hac de-
 stinatione sentitis quicquid dici potest, quicquid dici non potest. Videritis, quid nos hucusq;
 protulerit, hinc incipit ratio. Quod volo fingite vnū ex populo turbāq; petere, ius præmiorū.
 Non debet hoc vetari, quoties habet causas, nō potest, quoties non habet. Scilicet enim verē
 dū est, ne ad hoc incōsultē, ne temerē leuitas humana profiliat: & credibile est, vt quicqd apud
 hominē pro vita dici potest, ipsa sibi vita nō dixerit. Abite gratulationes, filete blāditia, quo-
 ties iā putatis noluisse me mori? Primū hoc maximū, q̄ pro incolumitate hominis natura cō-
 mēta est, vt periremus inuiti, & contra tot aduersos casus, patiētia nobis æquanimirate suc-
 curreret. Inde est q̄ inter luctus & desperationes fœda viuacite duramus. An vos me moueri
 nō creditis quod iuuenis sum? quōd modo vitæ voluptates, modo gaudia lucis ingressus sum?
 Quāto opere mihi blāditur, q̄ publicis ex acie reportatus humeris latitiam ciuitatis impleui?
 Quoties mehercule, hæc vulnera & rorātia hostili cruore arma cōplexus, animū supra neces-
 sitates erigo, supra fatū pono. Sed omnia mihi iā discussa, cōsumpta sunt, & honesta pereūdi ra-
 tiōe victa cesserūt. Quid mihi amplius cū corpore, quod oderūt oculi sui, cū quo quotidie pro-
 perās anima rixatur? Nō sunt mea mēbra, quæ possim (velut hostis alicuius) lacerare, cōfodere.
 Homini q̄ semel renūciauit reb9 humanis, nō redditur vita, sed tēpus: & ipsa cupiditas ratiōq;
 pereūdi hoc ipso quo vetamur, accrescit. Felicior mehercule q̄ moritur anteq̄ debeat, anteq̄ ve-
 lit. Penē sero renūciat vitæ, quisq; sic ad exitū peruenit, vt hoc illū facere nemo miretur. Ei tā-
 tū debet mors negari, de quo nō sufficit hoc pœnæ genus, vt ipse potius occidat. Nam q̄ lex
 iussit, vt moriturus redderet causas, q̄ insepultū voluit abiici, si sic properasset erūpere, ut non
 nunciaret hoc prius, non fateretur, fallitur quisquis ideo factū putat, ut teneremur inuiti. Illa
 uero non timet pereundi temeritatem, nec secretum doloris alieni libenter inquiri. Sciebat il-
 los non aliter aures proferre causas, quos sceleris cōscientia, quos maioris cruciatus metus

in suprema cōpelleret. Igitur ne supplicia properato, lucrarentur obitu, rursus in poenā nocētis insepulti corporis reuocauit iniuria. Lex placida, mitis, causas mortis reddi voluit, non aēti mari. Possū igitur P. C. publica quadā uoce generis humani respōdere quārētibus causas mortis interrogatus, at ego difficilius reddere uitā. Quid iuuat ò misera mortalitas animā per tot annos (etiā si natura patiatur) per infinitā tēporū spātia tristissimo corporis retinere cōplexu? Si cuncta gaudia nostra, si voluptates: & quaecūq; ex hac vniuersitate mūdi vel sollicitant aspectu, vel blandiūtur vīu, diligēter excutias: tota vita hominis vnus est dies. Humiles prorsus abiectaq; mētes, quas nō implēt hēc eadē, sempērque, redeūtia. * Vt quis honestis operatus artibus * *Deest aliquid.* sciat quis finis bonorū, quā vera felicitas, nunq̄ sibi videbitur prēmatura morte periturus, & lucis causas ad animū mentēq; referētū neminē quotidie uita nō satiat. Relaturū nūc me putatis, quāto plura sint in hac aui breuitate fugiēda, cōparaturū gaudiū propriis metus, calamitates? Illa illa aestimemus propter quā fatigamus uotis deos, propter quā breuē querimur atātē. Nēpe sunt uanitas, cupidō, luxuria, libido. Nō pudet propter hēc ferre debilitates, luctus, spātia morborū, & cū liceat euadere, malle pati? Finge tibi uelut ipsam proclamare naturā. Receptus es in hoc pulcherrimū mūdi rerūq; consortiū, & per succedētū uices in ordinē mortalitatis natus, bona nostra uidisti, admitte posteros, cede ueniētibus. Nescis te quāto diutius uixeris, tanto magis impatientiā parere? Quāto libet prorogētur tēpora, iungātur atates, quandoq; tamen nō potest nō exitu perire miseri, qui moritur inuitus. Miraris q̄ suprema mea ipse prācipitē? Nūquid enim non hoc agūt singuli dies? Omnis nos hora per tacitos fallētēq; cursus applicat fato, & in hac turpissima perpetuitatis cogitatione districti, per exigua festinantis aui momenta prēmorimur. Faciamus potius de fine remediū, de necessitate solatiū: exeamus sponte, consilio, plenī securitatis, gratias agentes. Solus uixit quoad uoluit, qui mori mauult. Indulgete quāso sēuā: tristēq; causā, indulgete virtutes, ut mori tanq̄ magno animo uelim. Ita nō sufficit ad maturādōs exitus quod fortiter feci? Infirmae prorsus terrenaeq; mentis est, ut numeretis annos: ego, quā felicissima uel lassitudo uel satietas est uirtute cōsensui. Quid adhuc inter accidētia fragilēq; calūs ago? homo receptus in publicas gratulationes praesentiae humilitate decreasco. Minores fiant necesse est diuturnitate, quorū initia confirmauere successus, cū iam nec operibus nec felicitati possit accedere. Cū fortuna ruere dementia est, & atātē trahere pereuntē. Nullos ego senes degere turpius puto, q̄ qui fortissimifuerunt. Vultis expectē ut putres artus foedet pudēda canities, ut sanguine mēbra vacuata uiu nitantur ad gressus, ut hāc laudatā manus nec ad quotidianā uitā ministeria sufficiat? Quā miserū, q̄ deforme est, me minisē quod fueris, referre cicatricē tuarū redundationes, & frigidam prāteritorū memoriā, cū iam fidē mēbra non habeāt, supra sua facta rideri? Festinato exire de seculo debeo, dū alacre corpus, dum spiritus uiget, dū teneor, dū desideror: & hoc uolo deberi manibus meis, animo meo. Fauete dii pariter atque homines, mortē uir fortis inueni. Est hēc communis mihi cum multis fortasse causa, sed ueniamus ad meā. Si mihi Mathematicus denunciaffet dāna mēbro- rum, grauem corporis perpetuūque languorem, ignoscere tanta mala uel incerta fugienti. Plus est quod expauesco, quod metuo. Minatus est mihi manus meas, meos animos: nullūmq; uoluit esse momentū, quo securus intrepidusq; requiescerē. Iussus sum vitā per anhelitus metusque consumere. Quis inter hēc spei, quis consolationis est locus? Mori debeo tanq̄ nocēs, si Mathematicus uerū dixit: tanq̄ miser, si mentitus est. Quid, q̄ me futurū dixit parricidam? E- quem mittamus in experimentū, cui credamus? Placet post futurorū incertam tractare ratio- nē: quid ad diuersas suasionēs, & ad loquacissima humanorū pectorū ingenia uariarīs? Parrici- diū dictus sum facturus, si possum posthac uiuere, non sum innocens, etiam si non fecero. In- terrogare mehercule hic libet vos omnes liberi, omnes parentes, quem mihi post hanc denun- ciationē assignetis animū. Homo sum cuius corpus iratum fortasse seculo numen, uelut aptis- simam facinori uidetur elegisse materiam, cui in primis continuo natalibus assignata est, uir- tus pariter & facinus, omnium incredibiliū diuersorūq; pariter capax, omnibus difficultati- bus nouitatibūque sufficiens, sceleribus miser, & sine morte sua nocens, in quo debeatis ipsas quoq; odisse virtutes. Nescio quā me prodigiōsa feritas in patrē, uelut telū aliquod casurūq; pondus librat, impingit. Facinus me manet, quod contra fidē est, quod profuturū mihi nega- tur: & nolim, cuius non tempus, non locus, non causa praedicitur. An mori debeat uos aestima- bitis, non debui nasci. Sentit pater quanta sit praedicti sceleris immanitas: & ideo tentat effice- re, ut Mathematicā artē non putetis, ac modo contendit non esse fatum, & cuncta casu fortui- toque decurrere, modo etiā ut prouidentia regantur, nō posse tamen humana scientia depre-

hendi. Dum vtrunque colligo, interim apud gravitatem vestram depono. sensisse aliquid patrem, etiam cum metuit. Ego Mathematicum probavi dixisse, verum ille credidit esse quod dixit venturū. Casu ne tibi pater hæc diuersitas videtur in corpus vnū dissentiētibz solidata primordiis, vt summo vertice locatus igneus vigor cuncta leuia calidi spiritus ardore susceperet, profundus humo ad ima demersus, vnde quotidie superpositi caloris alimenta traheretur, tenerū pōdus in medio, quanto superne spiritu, tāta penitus inanitate subnixū librata mole cōfideret, vt seculorum infinita series, per assiduas temporū vices sua lege festinet? Quid hæc fulgētium syderum veneranda facies? quædam velut infixæ ac coherentia perpetua semelque capta sede collucent, alia toto sparsa cœlo vagos cursus certis emetiuntur erroribus? Ista credis passum fortuitōq; disposita? Rogo quid melius ratio fecisset? Deus hæc, deus fabricator operis vniuersi ex illa rudi primāq; caligine protrahitū posuit in vultū, digessit in partes. Postq̃ dederat vniuersitati parē dignāque faciem, spiritum desuper quo pariter animarentur, immisit. Inde est q̃ quicquid nascitur consociata numini proprietate signatur, & in totam aui sui breuitatem compositum firmatūque sic accipit futura, quasi vitam. Hæc credo pater terrori primis fuisse mortalibus, mox admirationē cōsumpta nouitate meruisse. Paulatim deinde hoc quod stupemus, animus ausus diligenter attendere, in arcana naturæ sacrū misit ingeniū, & ex assiduis obseruationibus notisque redeuntibus latentium collecta: peruenit ad causas. Miraris fatum hominis posse prædicti? Defectiones syderum laboresque narrantur, nunciatur origo tēpestatū, lassitudo vëtorū, quod sidus immodicos solis ardores, quod seueras minetur hyemes, quid significant sparsi longius crines, quid ardētius solito iubar, quid excussa flāma syderibus. Non inuenio quid possit esse certius veræ artis ingenio, q̃ dicere quid futurum sit, fieri: deinde quid dixerit. Quod si esse artem mathematicam probant natura, ratio, experimēta, pater quoque, qui crediderit cōsulendum, superest vt ostēdamus verū dixisse de futuris, quem de præteritis non possumus probare mentitū. Accipite primā certissimæ scientiæ probationem. Homo qui de partu consulebatur, non confudit turbauitque responsum, nec per varias ambages indeprehenfibilem sparsit errorē: nihil ita locutus est, vt illud audientiū interpretatio traheret dirigeretque quo mallet. Atqui in eo tota ratio fallendi est, non dare consulētibz quod deposcant, sed caligine magnāq; promissorum varietate suspensos sic dimittere, vt quicquid casus attulerit, putent esse prædictum. An scilicet hæc fuerit ratio fingendi, quod dicebat vstitata, communia, quæ futura pater facile crederet, libenter audiret? Fortiter, inquit, faciet filius tuus. Rogo vbi magis definit, qui mentitur? Sed quibus ille, dii deaq; signis, quibus impletus est notis, qui de parricida dissimulare non potuit, cum quaereret pater? Artem tantum mirari me pater putas? Ego miror animum, stupeo constantiam. Erit, inquit, vir fortis & parricida. Rogo quæ ratio fallendi est ea dicere, propter quæ nec prioribus debeat credi? In parricidio, quod prospiciebat Mathematicus, hæc sola ratio fuit mendacii, ne prædiceretur. Ferro tamen, vt quis in aliis consultationibus decipi possit, aut errare, de futuro parricida non magis Mathematicus potest, quā pater interrogare. Omnes, sicuti apud sacrae artis antistites satis constat, animæ proprietates, & futuras mentium corporūque formas ex illorum syderum qualitate, quibus in ortu suo cuncta gignuntur, accipiunt. Aliquis vagi numinis errore perfrictus est, vitam transiget ille discursibus. Placida conceptum stella signauit, erit modesta lenitate conspicuus. Ardens nascentis horam sidus accendit, viribus pariter moribzque flagrabit. Languido iam vergentis in procliuē mundi, hebescentibus tardior membris, similis senectæ iuuenta prigræscit. Iam sicui principalium deorum fulgor illuxerit, in populi consurget imperium. Credo mehercule in illum natalem monstri mei diem iratorum numinum conspirasse violentiam, sedemque prodigiosi spiritus collato pariter igne pressisse. Si verum est post vetusta secula, & innumerabiles annos reddi rursus aliis corporibus animas, fortassis in me renatus sit aliquis ex illis, quorum scelere violatus dies mundum subito mutauit, quos per maria terrāque fugientes, furiales faces, & vlticum dearum terror agitauit. Necessē est, vt maiores notas ventura promittant, quæ non temerē nascuntur. Sic futuras tempestates, pelagi fragor, & conscium nemorum murmur enunciat, sic periturorum fata populorum ardentes cœlo faces, & crinita syderum flamma præcurrit. Prædicebar bello, monstrabar armis, agebat ante se ventura feritas publicas calamitates, & omnium malorum consummatione parricida ponebar. At si nunc ista putet aliquis fortuito, non arte sentiri, possit fortasse casu euenire quod futurum sit, non potest casu fieri quod prædictum est. Ecquando vnq̃ pater explicuit manifestius vilius facti necessitatem totus ordo responsi? Vir, inquit,

nascetur, euenit. Educabitur, quis parricidiū prādictū sit, accidit. Perueniet ad iuuetā robur, adoleui. Viribus erit cōspiciuus, & nimis. Aderūt bellā, uenerūt. Ibit in aciē te uolēte, missūq; fortiter faciet, feci. Erit parricida, si uixero. Si pater tā secretā profundāq; artis ratio reddenda est, nōne habere tibi grande confortiū prādicti uidetur ipsā diuersitas? Virum fortē dixit & parricidā. Vicina sunt hac etiā ut dissimilia paria uiribus, etiā ut mente dissentiat. Quid enim me aliud notabilē fecit in bello, q̄ q̄ non parco cādibus, cruore non satior, exultans super stratorū corporum strages, palpitātibus adhuc cadaveribus alacer insisto? Virtutis sunt ista cum hostis contigit. Pax est quā nos deprehendit, & cū iusta grassandi materia consumpta est, in facinus necesse est ociosus ardor erumpat. Ecce iam Reipub. prābita est quies, mihi tamen plurimū est cum gladio meo, totis diebus tracto ferrū, ad arma respicio, tela mea laudo, admiror, alloquor. Crede pater, & parricidium tam facile est, q̄ fortiter facere, cum utrūque de fato est. Sed quousq; ratione colligā, quod exitu iā probatum est: quod nullis Mathematicus dixit ambagibus, nullis dissimulari artibus potest? Partē respōsi futurā in alio opere iā uidisti, & quod prācipue torquet animū, fides sceleris uirtus fuit. Explicata est auctoritas respōsi, cū de duobus prādictis unum factū est. Nec possis de ueritate dubitare, quoties cum incertis experimenta consentiunt. In respōso cui cuncta cefferunt, fieri non potest ut hoc solū falsum sit, quod nouissimū est. Non potest, inquit, fieri parricidiū. Vis mirer pater, si nō creditur futurū, quod etiam cum factum est, vix creditur? Falleris si aduersus prādictas necessitates sufficere credis, q̄ ego bonus filius sum, q̄ tu optimus pater. Tu non mireris scire, crede, ego utique nollē me scire. Quid est ergo fatum, nisi quod sit, & non habet causas? Quemadmodum ergo, inquit, istud vitari potest, si fieri necesse est. Scilicet hac sola rationē, ut mors inter facinus hominemq; ponatur. Vincitur pater fatū si resistas, vincit, si contēpseris. Ago quinimo gratias hoc solo nomine crudelissimis fatis, q̄ maximū facinus non in prima tui mei parte poluerunt, q̄ prāmisse sunt ante virtutes, magnorūq; operū prior ordo defluxit. Potest puto cauēri parricidiū, quod & prādicatur & nouissimū est. Fingamus pater Mathematicū de hac sola uitā meā parte mentitum, quid tanti est, ut credam ista & uiuam? Occidi pater non potest. Sed quid refert si difficultas ista non est salua animo meo? Excedit omnem calamitatem, innocentiae suae non credere, diebus ac noctibus timere, suspectum habere animū suum, calumniari manus, inculcare visus, & parricidalē agere cogitationē. Maior mihi ratio moriendi est, si parricidium fieri nō potest, & ego me credo facturum. Quem tu mihi pater imperas laborē, q̄ asperā exis patientiā? Horreo oscula tua, ne seniles artus nimium grauis amplexus elidat. Non sustineo eisdem expetere conuictus, ne quos porrexerim cibos, venena fiant. Timeo eiusdem peregrinationis adire comitatum, omne fugio secretum, ne quid fortuna, ne quid afferat casus. Quousque timebitur animus? Mors mihi prāstare potest, ne parricidium faciam, mors ut videar nec fuisse facturus. Sed me infelicem, q̄ multa sunt quā timere debeam, etiam contra animum meū. Vnde scio, an expulsum me repente sensibus meis aliqua magni discriminis imago raptura sit? Proflibo fortasse tanq̄ sequar classici vocantis instinctum, tanq̄ me ruentis patriae fragor & vociferatio captae ciuitatis exciuerint. Me sanē interdū custodire possum, sed vnde scio quid afferat nox, casus, error? Mathematicus hoc non futurum dixit, ut vellē, sed ut occiderē. Tu quoq; pater quanto grauior passurus es ex ipsa dissimulatione cruciatus? Felicius prorsus est, palā occidisse quem timeas. Cum bene in oculis meis amplexibūsq; requiescas, subeat necesse est tacitas cogitationes prādicti periculi metus, & licet cōponatur ad fortē superbāq; constantiā, naturalis tamē hominis infirmitas potest tā percussorē timere, q̄ mortē. Explica nos pater tā misero tristiq; cōplexu, & lōgissimas sollicitudines breui recide patiētia. Minus indignū est ut moriar, si innocens futurus sum, q̄ ut uiuā, si parricida. Denuncio tibi pater, & de suprema necessitate confiteor. Iā nō sunt mea potestatis hae manus, nō regere dexterā, nō retinere sufficio. Venerit ille nescio quis ardor, non sentio, nō intuetur oculi. Tūc omnia incipio scire, cū gesta sunt. Quid tu me lacertorū viriūq; beneficio strauisse nuper hostes putas? Quantū dicūt narrasse captiui, nescio quē in me monitrosi vultus horrere conspectū, non tela iaciēbā, non iacular bar ictus, furialibus miser facibus ardebā, & pectus istud non lorica, nō ferrū, sed diri serpentū clausulerant nexus. Non fuit illud pugna, non acies, in bello parricida vincebā, excesserunt opera mea humanarū viriū mediocritatem, quicquid factum est, rabies fuit, insania fuit. Prādico, protestor, non ego parricidium faciam, non ego fortiter feci. Quod si vlla ratione casūve effici potest, ut prādicta non fiant, fidem vestram P.C. ut mihi potius innocētia, q̄ fato debeatur, ego dicar expugnasse constitutionem, fregisse vincula necessitatis, mea pietas, mea laudetur in

MATHEMATICVS

tegritas. Dii non sināt, vt inter me respōsumq; decernat exitus. Mathematicū vincere malo, q̄ reprehendere. Quid nunc agam P. C. quemadmodum me uir fortis ad preces, quēadmodū parricida cōponā. Dicā miseremini; dicā luccurrite? Sic rogari contra mortē solet. Nouo mihi in auditōq; opus est. ambitu malorū. Nisi morior, periclitor. Ideo videor causas reddidisse, vt cō tradiceret pater, & si bene noui malignas interpretationes, non exitū capasse dicar, sed excusationē. Explicate per fidē miseri pudoris aētū, nunq̄ videbitur mori voluisse parricida, si vixerit. Ad tua nunc genua porrigo optime pater, has ad scelus tantū fortes manus: per ego si fas est quicquid feci, per hanc ipsam mei charitatem, qua me nondū timere cōpisti, miserere, filium pietate pereuntē ne velis exitū facere parricidæ. Præsta mihi patientiā qua me modo bello credidisti. Finge nos in ipso prosperi Martis cecidisse cōplexu: confectūmq; magnis vulneribus cadauer efferri. Relinquo tibi pro me omnes parētes, hunc quo nos retinere voluisses, in suprema mea trāsfer affectū, tuis manibus cōpone corpus, extrue rogos, funeri iusta perfolue. Deinde cū iā nouissimis osculis, supremōq; discedens satiatus fueris amplexu, tunc te fas est sublati ad cælum manibus proclamare, Mathematice menticus es. Reddidimus causas, peregrinus preces, reliqua vos manus, vos adiuuate ciues, non vt liceat mihi mori, licet istud etiā vt negetis, Vir fortis commendo vobis exitū meum, si nō continuo letale vulnus impressero: si nō cum sanguine totā animā properans ictus egerit, adiuuate dexterā, deprime telū, & ante omnia detinete patrem. Nescio q̄ longe manum sparsurus sit fugientis animæ dolor, quo cadat extra cū mucro visceribus, in quem se collabentis corporis ruina præcipitet. Vultis scire quātum debeam timere victurus? Metuo ne patrem, dum morior, occidam.

AEGER REDEMPTVS.

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS V.

Liberi parentes in egestate aut alant aut vinciantur. Quidā duos filios habebat, frugi, & luxuriosum. Peregre profecti sunt, capti a piratis, luxuriosus languere cepit. Ambo de redemptione scripserunt. Pater vniuersis bonis in unū redactis profectus est. Dixerunt illi prædones, nō attulisse illū nisi vnius precū, & eligeret utrū uellet, ægrum redemit. Qui dum reuerteretur, mortuus est. Alter ruptis uinculis fugit. Alimenta poscit pater, contradicit filius.

PRO PATRE CONTRA FILIUM.

Vamuis Iudices in tanta malorū continuatione iam potuerim nihil ex accidentiū meorū nouitate mirari, nullūq; mihi reliquerint impatiētiae genus aduerſa, quæ de solatiis remediisq; creuerunt: cōfiteor tamē hoc solū me prospicere, nullō metu, nulla tristiū recordatione potuisse, vt post piratas, orbitatē, famē hinc quoq; calamitatibus nostris pondus accederet, q̄ reuersus est filius meus. Viuebam miser, vt hunc uidere, solāq; superstitis expectatione suspensus, auidissimā moriēdi cupiditatem contētiosa medicitate fallebam. Pudet persuasione, redisse se iuuenis affirmat, vt vindicaretur morte fratris, vt patris orbitate gauderet: nec intelligit maiorem se factis meis auctoritatē hac indignatione conferre. Nunc magis sentio, quantū facinus fuerit agrū non redimere. queritur se relictū, qui potuit euadere. Vtcunq; igitur Iudices poterā redemptionis illius reddere de præſenti iuuenis impietate rationē, & mihi crudelitas ista præſtabat, vt filium viderer elegisse meliorem. Nō vtor tamē occasionis huius inuidia, nec quicquid miseræ pietatis impatientia feci, querela malo defendere. Ego vero tunc non mores liberorū, mentēsq; tractaui, nec mihi in illa tristissima conditione succurrit de cōparatione consilium. Sola quid facere necessitas, sola iuuenū meorū aduerſa suaserunt. Ex duobus liberis neutrū magis amat, qui redimit agrū. Illud plane Iudices vltra omnē malorū meorū fateor esse tristitiā, q̄ hac asperitate iuuenis, hoc inopiæ squalloisq; despectu famam optimi fratris incescit. Hominē q̄ piraticum carcerem, qui prædonū vincula discusserat, decuerat ne voluisset aliter reuerti, ex quo se nobis tanto viriū labore restituit: poterat quoq; eius admirationē mereri, qui precio paulo ante cessisset. Dii immortales, quā laudē, quem gloriæ fauorē impleuerat, si pasceret patrē, redemerat fratrem. Relaturus vobis Iudices ordine malorū meorū euentū, quē nemo tā crudelis, nemo tā ſæuus audiet, vt me non pascat, hunc ante omnia qui se queritur in fratris cōparatione dānatū, secreti doloris indignatione conuenio. Quid agis impotens superbe? Tu ne ſcis utrū fuerim redēpturus ex duobus sanis, ex duobus agris? Habui enim Iudices, filios diuerſissima mentiū corporūq; qualitate compositos: & sicut mox probauit ſæua captiuitas, in totam dissimilitudinē vitæ quoq; genere diductos. Hic nāq; robustus ac patiens, non molliri prosperis facile, non accidētibus frangi, & quæ de voluptatū gaudiorūq; contēptu ſcires parē quandoq; fortunis, tra-

xerat ex firmitate mentis magnā protinus in mēbra cōstātiā. Ille vero pariter in latitiā me-
 tūq; resolutus, alienus à curis, sollicitudinibus impar, delicatus, impatiens, & iā similis agro.
 Sed apud patris affectus, hæc ipsa liberos dissimilitudo iūgebat, & erat quadā in inequalitate
 charitatis æqualitas, q̄ hunc serio laudatūque semper, illū iam quadā miseratione diligere.
 Quid profuit indiuidua pietas? Erat etiā me nolēte manifestū vtrius magis colloqui, magis
 latere aspectu. Velit nolit Iudices ipsa quoq; querela iuuenis, quid de patris fateatur animo,
 probat. Iraici q̄ non sit fratri prælatus agro, impatientia est hominis, qui magis ametur. Acci-
 pite Iudices maiore pietatis æquæ probationē, filiū nec peregre dimissurus elegi, iūxi fratrem,
 aptavi comitē, & vtroq; patris latere nudato, visus sum mihi magis habiturus vtrūq; mecū, si
 pariter essent. Hæc apud me iuuenū æqualitatē, etiā in calamitatibus fortuna seruauit. Vterq;
 captus est, ambo de redēptione scripserunt, dissimiles licet. Iterū tamen & inter aduersa persua-
 sionē charitatis inuenio. In captiuitate cōmuni puto minus sperauit ille de patre, qui languere
 cœpit. Tu mihi nūc impotētissime iuuenis, tu quæso responde. Quid aliud facere debuerit
 pater duos redēpturus? Cunctas facultates in precia collegi, rus, seruulos, penates, & omnia vti-
 liora properati festinatione parentis addixi, & vltra quā nō potest excogitare summus affectus,
 nihil senectuti meæ, nihil dubiis casibus (pro inconsulta pietas) nihil neq; illi referuavi, quē re-
 demissem. Quantū Iudices ad piratas tulerim scire potestis ex hac fame. Fuerit precii licet exi-
 guū paruūq; dū totū: fingite quemlibet diuitem quemlibet pauperem patrē, nemo vnq̄ plus
 pro liberis dedit, q̄ qui sibi nihil reliquit. Vtrū ne igitur Iudices nemo mortaliū habet precii
 pluriū liberorū? An piratica feritatis ingeniū est, in captiuorū taxatione solos aestimare redi-
 mentes? Dii immortales q̄ arrogans me pirata, q̄ superbus me excepit. Parū, inquit, attulisti se-
 nex, languet alter. Quid ego à diis hominibūque merui, q̄ mihi nō redditurus vtrūque, non
 ipse potius elegit? Sæuus & humani doloris artifex, negauit à me duos posse redimi. Deinde vt
 hoc tristius, ut difficilior esset, redditurū se dixit vtrū maluisset. Vides iuuenis quantū pieta-
 ti meæ testimoniū reddiderit ipsa crudelitas. Conditio nō ponitur nisi duos redēpturo. Expec-
 tatis, certū habeo Iudices, ut in tristissima necessitate positus abrupto, ad agrū cōtinuo pro-
 perauerim. Quis non putet audita cōditione vincula me statim detraxisse languētī? Oderitis li-
 cet cōfessionē meā, deliberaui. Tenuit inter illos inexplicabiles doloris æstus, per quā lōgū pie-
 tas misera consiliū & quod nunq̄ satis manibus filii, nunq̄ satis excusabo cōscientiæ meæ, non
 statim mihi ille deficiens vnicus fuit. Dissimules licet orbitas, ego mihi plurimum morbis,
 plurimum videor adiecisse languori cunctationis mora, & sensit infelix quid in electionis hu-
 ius necessitate fuerim neutro languente facturus. Tandem quod solum habebat ambitus ge-
 nus, desperatione præualuit. Acepi fateor illū q̄ solutus quoq; nō sequebatur, quē nō gaudiū
 redēptionis, nō latitia prælati, nō hortātis erexit patris amplexus. Si esset in rebus humanis vl-
 la clementia, meruerā etiā de piratis, vt mihi duo redderētur. Vtinā Iudices iuuenis illius vita
 præstaret, vt videretur nō periculi miseratione, sed charitate prælatus. Me infelicē, q̄ bonā ha-
 beo causam. Explicuit iustitiā cōparationis, qui decessit etiā redēptus, & in perituro filio ni-
 hil aliud electū est. In quo fui miser fame, periculo? Filius meus lāguore defūctus est. Tamē pa-
 ter occiderat agrū si reliquisset. Viderā continuo iudices in carcere illo quātū promitteret cō-
 stantia hominis, quē non captiuitas, nō expectatio patris, nō fratris fregisset infirmitas. Nec im-
 merito de fortissimo iuue ne cuncta speraui, si fuisset ad omnes conatus explicato languēte li-
 berior. Tandē miseros fortuna respexit, & puto cōtra prædonū cōmenta feritatis, ipsa consen-
 sit, vt nobis quē negauerāt nō abstulissent. Nō quidē mihi Iudices arrego tēporis illius proui-
 dētiā, nihil me fateor fecisse cōsilio: potest tamē vtriusq; iuuenis exitus necessitatibus meis assi-
 gnare rationē. Perit quē redemi, reuersus est quem reliqui. Inuenisse te putas iuuenis patrem
 cibos & alimenta poscentem? Quærebā precium tuū, testor clementiā mitissimæ ciuitatis, hæc
 preces, hic rogantis ambitus fuit. Miseremini, date stipēs, indulgete, cōferte, repetēdus est ille,
 qui redimi maluit fratrem. Sed & hac te decebat reuersum proclamare voce: Erige vultus pater,
 attolle tristissimā faciē, vindicati de sauisimis prædonibus sumus, duos redemisti. Alimenta
 posco. Poterā non adiicere filium pater, sed mendicus hominem, sed iuuenē senex. Quis enim
 magis ex ipsis rerum naturæ sacris venerandūq; primordiis descēdit affectus? Quid etiā inter li-
 beros ac parentes tam commune, tā publicū, q̄ vt alicuius famem proximus quisque depellat?
 Voluit nos ille mortalitatis artifex deus in cōmune succurrere, & per mutuas auxiliorū vices
 in altero quēcunq; quod pro se timeret asserere. Nondum hæc charitas est, nec personis impen-
 sa reuerētia, sed similiū accidentium prouidi metus & cōmuniū fortuitorū religiosus horror.

In aliena fame quisq; sui miseretur. Sic cibos obsidio partitur. sic inopiam pariter nauigatium frequenter vnus alimenta pauperunt. Hinc & ille venit affectus, quod ignotis cadaueribus humum congerimus, & insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non quantuloquinque veneretur aggestu. Parentibus vero liberi non praestatis alimeta, sed red ditis. Quanto dii deaeque breuiores, quanto minores pro tot infantiae, tot pueritiae sumptibus, tam variis vel abstinentissimae iuuentutis impendiis. Si mehercule hoc quoque officii genus natura permitteret, bene pro deficientibus aliquid & vita vestra deperderet, iterumque ex illa quam traxistis anima, portio brevis in suum rediret auctorem. Vultis scire quatus nomini nostro debeat affectus? quanta veneratio? Non est beneficium quod pascitis, sed est facinus quod negatis. Liberi perentes alant. Pudet sacrorum nominum, pudet religionis humanae. Haec ergo lex erit? quid imprecer homini, qui primus fecit ut pietate iuuaremur? Liberi parentes alant. O crudele factum. O nunquam tristior fames, ita pascit ille qui cogitur? Non meruisti, inquit, accipere. Discede pietas, quiesce paulisper, infirmitas remuneranda sit. Primum lex feruerrima est, ut fortius alimenta poscantur. Perdiderunt pulchritudinem sanctitatemque naturam, qui putant illis parentibus iura succurrere, quibus apud liberos salua est de mutua charitate reuerentia: collisis prospexere pignoribus, & inter tam venerabiles affectus hoc quoque dignum providentia fuit, ut aliquid & odia praestarent. Queritis, irasceris, & ideo iuberis. Expectandum est videlicet ut liberorum parentumque concordiam praferant totius merita vitae, & ut pietas, natura, sanguis accipiant quotidie tanquam amicitiae nexum: & nisi nos promeruerimus obsequiis, adulatione, patientia, natales ortus & pignora prima perierunt? Si vultis Iudices, ut huic nomini salua sit in omni personarum diuersitate veneratio, bonum patrem filius alat, lex malum. Non faciam hanc contumeliam rerum naturae, non faciam legi, ut excusum vel pessimum patrem, ut sacro nomini tentem gratiam petere de venia. Sim licet crudelis ac saeuus, filium tamen diutius amaui. Clauserim paternos penates, de testamento, de spe successionis expulerim, onerauerim vinculis manus, coedauerim membra verberibus, perfolui gratia non potest nec malo patri. Arrogans, impotens sum, nolo quotidie mereri quicquid mihi deberi coepit primo die. Facilis, mitis, indulgens, vocabula sunt ista minoris affectus, propter haec aleretur amicus, pasceretur extraneus. Nostrium quinimo crimen est, quod interdum aliud sumus, & vnum manifestum est diuersitatem nostram venire de moribus liberorum. Non inuenias asperum patrem, nisi iam peccantis aetatis. Quid ais? rigidus, immitis sum. ideo pascere tantum, pascere, non ultra malo pro reuerentia nominis nostri. Quicquid praestatis inuiti, & cum alitur pater, quem queritis indignum, accipere mihi videtur omnes parentes. Si vis, affectum debes, sin minus, necessitate seruitutem, patientiam. Non tanquam pater alitur, qui tanquam bonus amatur. Sepone iuuenis, differ querelas, tunc irasceris, tunc obicias mihi, cum prosperitatum, cum secundorum officia depolcam. Non talis ad tua genua prouoluor, ut extimendus sim. Nulli malus est pater, cum esse coepit infelix. Aspicias collapsum, & ex omni calamitatum genere miserum, & ultra quam accidentium mensura non exit, in orbitate mendicum. Riget squallidi capitis concreta canities, vigor pristini vultus vacuis luminibus intabuit, & per obstantium crinium illuuiem tenuis arentium iactus oculorum. Haeret astricta nudatis ossibus cutis, & in fame sua homine consumpto iam membra sine corpore. Iterum bonus sum, in pristinam religionem de calamitatum horrore restitutor. A deo ne non habent haec ipsa supplicia poenas, quod posco, quod rogo, quod mendicus sum filii mei? Et quam multa dii deaeque non possunt pro nobis impetrare leges? Quanto plura sunt quae negantur cum praestant inuiti? Non exigo ut tuis manibus porrigas cibos, ut consoleris, ut foueas, proiice quod rapiam, abiice quod colligam. Genus vltionis est pascere, neque misereri. Si tamen Iudices fas est impietatis huius vllas accipere causas, & filium qui non alit, putatis reddere posse rationem, aestimate per fidem, quod sit facinus illud, cuius vltionem debeat exigere aliquis de fame patris. Captum me, inquit, non redemisti. Quis non putet queri de filio patrem? Quenquam dicentem feras, nihil tibi debeo, quia mihi vitae lucisque beneficium semel praestitisti, quia hunc spiritum, hoc corpus non ex indulgentia tua rursus accepi? Iniquissima magnorum conditio meritorum est, si quicquid non fuerit adiectum, de prioribus perit, & pessimo exemplo gratiam praeteritis auferunt reliqua cessantia. Non redemi, non tamen ideo minus est, quod in hunc te diuinorum humanorumque conspectum de nostra protulimus anima. Maria terraeque & infatigabiles syderum cursus, & cuncta sacro fulgore lucentia nos ut frueris ostendimus. Has quas subtrahis manus, haec verba quae negant, de meo spiritu, de meis visceribus hausisti. Gaude

potius, exulta ꝓ tibi patris asperitas præstet boni filii iactationē? Sol⁹ habet quod imputet patri, qui queritur & pascit. Quam multa Iudices huic querelæ respōdere poterā, propter quæ filiū salua pietate nō redemissē? Quis nō acciperet exultationē, si dicerē? Impediit q̄uis properantē senectūs, inopia, languor, preciū non tam festināter inueni? Explicare nō potui nauigationem, iuuenibus quoq; fortib⁹sq; difficilem. Solus ac senex nō illa qua sperauerā prosperitate direxi? Per quos metus, per quæ peregrinatiōis incerta properaui? Remoue iuuenis indignationē, nihil plus pro filio factū est quē recepi. Non fortunā tibi debeo, sed affectum: non exitū, sed voluntatē. Pro duobus precia cōtraxi, pro duobus maria conscendi, pro duobus genua tenui. Rogo vter magis amaretur, si mihi piratæ duos reddidissēt? Age tu nūc iuuenis ad faciendā inopiæ patris inuidiā (si videtur) exclama. Famē obtendis, ad quā luxuria, prodigarūq; voluptatū cōtinuatione venisti, exhausti senex cēsus in precia meretricū. q̄q; & huic iubetur necessitati pietas vestra succurrere, & lex quæ inopē, quæ patrē nominare cōtenta est, filiū nō remittit ad causas. Quid vero si in educationem, in discursus, in precia vacuatus sum? Excedit omnē scelerū cōparationē patrē mendicū facere, nec pascere. Tentat Iudices hoc, ꝓ nō est redēptus ampliari alia iuuenis inuidia. Fratrem, inquit, mihi prætulisti. Fateamur paulisper hoc crimen, agnoscamus hoc nefas. Impudentissime generis humani, tu non feres, vt frater tuus vel magis ametur? Vides enim, prælatus est tibi nescio quis affectus, possident charitatis tuæ locū pignora de minoribus sumpta nominibus. Ipsum nempe cuius æque spiritus de visceribus his trahebat ortū, qui patrem vel solus impleret. Pessimus est mortalium qui amari fratrem suum sine sui charitate putat. Tu custodies, vtrum frequentius osculer, vtrum stringam magis arctiore complexu? Non est hoc impatientia, nec circa patris affectus sacra de pietatis contentione rixa. Eum tantū fratrem putas amari magis, quē non ames? Falleris iuuenis, longēq; te ab intellectu rerum naturæ seposuit praua persuasio, qui putas ex paternis affectibus filio perire, quicquid in altero de necessitate præponderat. Par est in oēs liberos, eadēq; pietas, sed habet in aliquo plerūq; proprias indulgentiæ causas, & salua charitatis æqualitate, est quiddā per quod tacito mentis instinctu singulos rursus tanq̄ vnico amemus. Hunc primus nascēdi locus, illū gratiorē prior fecit infantia, aliū latior vultus, & blādiōr osculis amplexib⁹sq; facies, quosdā magis seueritas probitasq; cōmendat, in quibusdā diliguntur impatiētius calamitates. Et damna corporū debilitatēq; mēbrorū notabilius miseratione cōplectimur. Salua est tamen vniuersitas, cū quicquid in alio cessare creditur, in altero restituit alter affectus. Securus sis, nō intercident ista, nō pereunt, sed inuicē vincunt, prævalent, cedunt. Filio nō potest præferri nisi filius. Blandiar Iudices paulisper calamitatibus meis, & sic agam tanq̄ apud piratas inuenerim vtrūq; sanū. Attuli sine dubio precium duorū, sed vtrūq; prædo non reddit. Offert electionē, suadete quid faciā. Quid dicitis? Ista pietas est abire, discedere, irasci scilicet, queri, & inuidiā facere piratis. Vos interrogo liberi, vos parentes, Non ergo facinus est ideo neutrum redimere, quia vtrūq; nō possis? Egregia pietas æquare liberos iustitia desperationis, & ex hoc ꝓ succurrere non cōtingit duobus, orbitatē facere totā. Tu vero senectūs accipe quicquid datur, accipe quicquid offertur, dum hoc saltē feritati libet, anteq̄ in patientiā tam læua descreseat immanitas. Interim multa possunt afferre casus, sperare licet, repete sperare pater, fortassis euadat. Quæcūq; explicari coaceruatione nō possunt, per partes vicēsq; seruantur, & facilius est diuisa subtrahere, quorū magnitudo laborat in solido. Quantū intelligo Iudices, filius cui profuturū nō erat vt eligerē, hoc solū ferre nō potest, ꝓ redēptus est frater. Quis hāc iudices impudentiā ferat? Obiicit mihi ꝓ vllū de liberis meis potuerim facere discrimen. Deinde queritur nō se poti⁹ electū, & cū fratri præter eiusdē nominis par ac simile cōsortiū, reuerētia quoq; languoris accesserit, indignatur apud affectus patris, non eā præualuisse partē, in qua tantū filius erat. Nō inuenio iudices quēadmodum effugere potuerim criminis huius inuidiā, si hunc potius recepissē. Patri, cui vtrūq; pirata reddere nolebat, redimendus fuit aut ager, aut neuter. Quid ꝓ, inquit, etiā luxuriosum prætulisti? Parce iuuenis maledictis, parce cōiucis. Reliquisti hęc nomina, domi erunt ista vitia, domi erunt istæ virtutes, sed cū fueritis reuerſi. Interim nihil aliud estis q̄ fratres, q̄ liberi mei, duo captiui, ambo miseri, & diuersas vestra de calamitatū societate cōsumpta est. Vides q̄ nefas sit alterū ex vobis mihi esse viliore? Piratarū nō interest vter eligatur. Dignū hunc dereliquisti, luxuriosum redemisti. Cōparatione vestri iuuenis circa patrimonii, honorēve cōtēderes, & ego proclamabo, vicissiles. Sed ventū est illuc, ubi nō probitas, nō mores æstimātur, & de corporib⁹ sola taxatio est. Vnde triſtes toleraret casus, ferret sordes vinculorū, piraticā famem iuuenis, quē torquere solebat no-

stra frugalitas? Vnde vt in illa solitudine carceris duret animus cōiūctibus semper, comitatibusq; letatus? Expecta tu quē decet honesta patientia, laudabilis labor, qui tibi difficultatū reddis ipse rationē. Tu differis, luxuriosus redimitur. Quid vis? Prætulī illū de quo soli tibi querebar, quē cū vellem castigare, reprehendere, te solebā laudare, mirari. Exaggera quantum volēs vitia fratris, luxuriosus, perditū voca, dū scias te sic magis probare nō animū fuisse patris, sed de calamitate rationē. Ille eligit, qui recipit ante meliorē. Sed parce quāso iuuenis aduersorū interpretationi. Nō est electio alterū recipere, cū preciū attuleris duorū: discrimen illud non ego, sed pirata cōmentus est. Quicquid inter vos in alterutro fecero, affectus est, quo duos amo: et homo apud quē filius sola præualuit gratia calamitatis. Non fratrē tibi prætulī, sed quod * in te fratri prætulīsem. Cōsiliū hoc putas fuisse patris? Fortunā est qua capti pariter estis, qua decubuit alter, qua nō conualuit redēptus. Cum propter duos venerim, q̄ in altero mihi pirata cōcessit, idē est ac si mihi neutrū reddidisset. Sed quousq; facti mei dissimulabo rationē? Aeger electus est, respōdete nunc si videtur. Luxuriosus, perditus fuit. Parcamus quāso memoria, reuereamur suprema cineris, poeniteret me fortasse si viueret. Iterū ac sapius (quod necesse est) ipsa criminis mei voce defendar, aegrū redemi. Non habent profecto, nō habent discrimen liberi, nisi de calamitate, & inter homines, quos natura pietatis æquauit, differentiam, nisi de dolore non explices. Non cū vsu nunc vestro, nō cū moribus loquor. Ille anhelat, illius sunt lasa suspiria, ad illum serius veni. Excogitasti rursus, fortuna quod supercresceret charitati, quod posset sacris nominibus accedere. Hic solus maior affectus est q̄ filios amare, filii misereri. Me quidē Iudices, si quis interroget, cōditio illa nō fuit vera, non simplex, habuitq; piraticæ feritatis ingeniū. Aegrū mihi nō licuit relinquere, licuit eligere. An fas fuisse credis, vt iuxta moriturū tu redderis, & homines eius immanitatis, vt possent liberos cum patre partiri, paterentur eum sibi relinqui quem periturum ex hoc probabant, q̄ illum pater nō eligebat? Tentata est misera pietas, & placuit hoc quoq; addi calamitatibus nostris, vt onerarer pudore conditionis partes non habentis. Cū in cōparatione sani aeger offertur, ideo ponitur vt eligatur. Superest nisi fallor Iudices, vt cum sibi prælatū fratrē queratur, existimeris vtri tunc magis debuerit pietas nostra succurrere. Est quidē Iudices humanæ infirmitatis ista natura, vt ex omnibus accidentibus grauissimū putet quisq; quod patitur: & cū aliena cogitationibus, nostra dolore tractentur, necesse est apud impatientiā suam vel minora præualeant. Languor est tamen, languor, cui merito cesserint cunctæ calamitates, in cuius comparisone consolari se potest genus omne miserorū. Stringat licet manus sæua captiuitas, profunda carceris nocte membra claudantur, datur tamen colludere catenis, artus extrahere nexibus: & habet aliquid æquanimittatis, cū poena sua posse rixari. Sæuiunt regna tormentis, bella vulneribus, sed leuius afficit quicquid viribus feras, & cum in plenū adhuc sanguinē aduersa ceciderunt, repugnātis roboris colluctatione vincuntur. Quos cruciatus cōpares? quē dolorē, cum penitus viceribus immissa tabes, quotidie aliquid ex homine præmittit in mortē, cum cibos, haustus, & omnia blandimēta vitæ fames fastidit, & poscit, desiderare assidentū officia? dehinc ferre non posse, grauari quos appetieris attactus? per totū cubile corpus velut super ardescentes exagitate flāmas? Lux fatigatis luminibus grauis, vox sola de gemitu. Cum ex duobus captiuis languet alter, vna est inæqualitas patris eligere sanū. Retuli Iudices vsq; adhuc in penalibus suis iuxta parentes propinquosq; languentē. O carcer, o morbi, quem vos non facitis aegrū? Est nō ille carcer quē seueritas legū, quem potestatu iustitia cōmenta est. Non possunt humani metus humanarū cogitationū ingenia satis abundeq; concipere quæ vidi. Iacet sub immensæ rupis abrupto tristis & vltra naturalē profundæ caliginis noctē mersus piraticis artibus specus, quē tota circumfusi vastitas maris, & vndiq; minantibus scopulis illisa tēpestas terrore ruituræ molis euerberat. Horrent cuncta crucibus, squallent circunieccta naufragiis, nullus nisi in supplicia mortēsq; prospectus, & ad infeliçiū captiuorū metum præmissus de simili exitu dolor. Spiritus solus intus viuit, quē victorū trahūt redduntq; gemitus, quē tot cōtulerē languētes. Hoc erat vbi iacebat aeger, illud tot annorū ex quo cepit pirata grassari idē cubile. Corpus quod grauaretur assidentū sedulas manus, iacet inter vincula, quibus instringat adhuc recentē pirata captiuū: & quis tenuata de nexibus mēbra labātur, rursus in modum stringentium tenent, quæ nullo suspensa nisu velut victo homine sederunt. Qualis erat ille sub ferro, cuius exangues manus vix leuia velamenta transferrent? Quis inter complorationes gemitusq; somnus, quem vix silentia sollicita præstarent? Ad quæ colloquia tristitia respiraret? Vndiq; pares similesq; miseri, & veteribus captiuis adiectus quotidianouus aliquis impatiens.

impaties. Cōpara, si videtur, huic ægro captiuitatē tantū tuā. Tu queris q̄ cibos pirata non præstet, ille remittit oblatos. Te nuda humus, nudū cubile frangit, ille ad singulos ardētis corporis mortis in sua vincula verſatur: & quocūq; mēbra laſſata dolore trāſtulerit, in ſuppliciu redit renouata patientia. Breuiter ſeuiffimi languoris diffinienda meſura eſt. Non poteſt ex illo ſanari, nec quem redemerit pater. Inſta nunc, ſi videtur ac ſubinde iuuenis interroga, cur ægrū potius elegerim. Reddi à me poſſe rationē cur hoc fecerim putas? Ego vero non poſſem nec ſi te redemiſſem. Quid enim ſi reſpōdere iubeas orbitatē, cur in exequias totos egerat cēſus? Quid ſibi velit ipſe ille funebriu longus ordo pomparū? Cur ſuper flagrantes iaceat rogos? Cur ardenti non diuellantur amplexu? Et ego dico, proclamo, fateor, erroris aut dementiæ furor eſt cū feceris. Hoc eſt ergo, inquit, quod de te præcipue queror, moriturū mihi prætulſi. Quæſo iuuenis, ne nobis putes tantū inefſe feritatis, vt illū potuerimus exſtimare moriturum. Viſ nō ſperem victurū filiū, quē tunc primū aſpicio, cōplector ægrū, quē pirata nō reſuſat ſibi relinqui? Si perſuaſionē patris interroges, quicquid eſt quo miſer torquetur, afficitur: non languorē credo, ſed impatiētiā, deſideriū, dolorem. Hominiſ qui apud piratas languet, vnū remediū putes, vt redimatur. Sed nō eſt, quæſo iuuenis, q̄ hoc patrociniū de tam calamitoſa pietate concipiā, vt dicā, victurū putauī. Exaggero quinimo inuidiam criminis mei. Redemi fateor illū, qui dilationes, qui moras ferre non poterat, in quo mihi pirata vendeſat breuia oſcula, paucos dies. Si mehercule vterq; fuiſſet æger, illū redemiſſem, qui prior languere coepiſſet. Si duos pariter naufragia raperent, illi porrigerē manū, quē iam membrorū cōtentione laſſatū fluctus hauriret. Si vulneribus conſectos remiſiſſet acies, properantius ei claudeſcem plagas, per quē animā largior ſanguis egereret. Ignoscite dii pariter atq; homines, nō poſſum de liberis, poſſum eligere de miſeris. Gratias quinimo fortunæ, gratias ago, q̄ adhuc æger ſentit, intelligit. Alioqui cadauer acceperam, & precia duorū pro funere tantū, ſupremiſque perſoluerā. Neſcis quantū pudori, quantū adiiciat affectibus meis inter tam impares æquata conditio. Ager qui tantidē eſt piratis, pluris eſt patri. Velis tamen nolis infelix ſenectus fatēdum eſt quod merito, quod ſumma pietate factū eſt, q̄ difficile fecerimus. Quæ tunc mihi cogitationes, quis tēporis illius animus fuit, cū inter duos liberos incerta miſer electioe diſcererem? Hunc diutius oſculabar, illum putabā deſperatione moriturū. Lachrymas ad languentem gemitūq; tranſtulerā, & tu mihi videbaris futurus æger. Quoties catenas tuas ſoluturus inuaſi, ſed mihi cōmendabat relictum, q̄ te prætulſſem. Quā frequenter iam laxata miſero vincula ruſus impoſui, dum mihi tua potius ſanitas placet? Diſſimulare non poſſum conditionis illius ſecretas difficultates. Redimi debebat æger, ego te volebā. Ponere vos iudices velut in illa neceſſitatis meæ præſentia volo. Ecce infelix ad primū aſpectū patris conatus aſſurgere, illas pallentes ſordibus manus paululū tanq̄ amplexus daturus erexit: nec vſq; in ceruices meas ſpiritu iam deficiente perlataſ, in ſuū miſer iterū cubile deiecit. Totus ille circa nos carceris populus obtinuit: & ne colloquiis noſtris terribilis catenarū ſtridor obſtreperet, laſſatos artus in ſua tenuere patientia. Ego ſerius grauis, hinc, ſi videtur, incipiā. Luxurioſe meruiſti. Ignorat proſecto paterni doloris æſtus quiſquis ſolatiū putat, vt de languente filio queratur, vt moribus menti; maledicat. Abite virtutes, ignoſce probitas, charior eſt ex liberis ille qui moritur. Mihi vero fateor hinc aliqua languente filio veniſſe ſolatia, quod vixit infelix, quem admodum voluit, quod fuit hilaris ac læta brevis ætas. Crede iuuenis, & pro te iam maluiſſem vt luxurioſus eſſes. Cui tu tēpori, cui dolori rigore vltionis, fronte caſtigantis iniungis? Impatiētiſſima res eſt perdere filium cui videaris irāſci. Corruptum me precibus putatis ambitūq; lachrymarū: hoc vicit æger q̄ non rogabat. Aſſidebā miſero, demittebat oculos, interroganti reſponſum de lachrymis tantū gemitūq; reddebat, agebat me deliberāte iam victū, cū repente miſeras manus velut recedentis amplexus poſuit in ſinu meo. Et cum laſſa ſuſpiria per ardentes anhelitus egeſtis ſæpe viſceribus, cū diu collatis vterq; ſingultibus miſcuiffſſemus laſſas ſine voce lachrymas, tandē ſpiritu vix in pauciſſima verba collecto, Tibi quidē, inquit, gratias ago pater, q̄ redempturus vtrunq; veniſti. Nō adeo tamen ſenſus meos languor hebetauit, vt exitū conditionis huius ignorem, ego luxurioſus, ego perditus, nunc vero ſuper infamiam nominis huius immorior. Veinā hoc ſaltem mihi ſero fata præſtarēt, vt reſiduū laborātis animæ in tuo poneremus amplexu. Sed ſi mora eſt longior properantibus expectare peruentem, ite ſuperſtites, ite felices, haſ tantū reliquias cōmendate piratis, ne merſus profundo, proiectus in fluctus, exitum faciā hominiſ ad quē non venerit pater. Vnde enim ſperare poſſum, vt reuertaris, vt facias? Tunc ſuper abrupta verba tota deſectione cōticuit, ſtriſtiſq; vita-

libus circa dolorē suum mēbra rigerūt. Exclamaui fateor, quid agis infelix? cur desperatione collaberis? Attolle paulisper oculos, cōfirma, dura, te frater elegit. Vīla est post hāc vocē meā peracta cōditio, cōtinuo pirata detraxit catenas, vincula laxauit. Vultis elegisse me negē? Vultis in lucē diēmque, productus carceri suo reddatur ager? Ego vero nō habui verba quibus me deliberare, quibus nolle contenderē. Vultis scire quid pater, quid pirata praestiterit? Ego duos redemi, sed alterū accepi. Vt scias, inquit, agrū redimi nō debuisse, defunctus est. Crudelissime generis humani, qui nos putas precii tuū perdidisse, audi q̄ multa nobis in morituro filio pirata reddiderit. Frater ille tuus inter vincula catenāsq; deficiēs, respirauit aliquid in toro, tandemq; liberās vinculis manus per totius lectuli spatia iactauit, post impias carceris sordes illū cū ferali veste squalorē exiit, paulisper ager vidit propinquos, alloquutus est amicos, mādauit, exegit: & quāuis suprema sorte collabēs, prius tamen luce calī libera satiatus est. Cōtulit mihi grande velit nolit fortuna in orbitate solatiū, filiū qui relictus mea fuit moriturus inuidia, nō occidi, sed perdi. Quid ais iuuenis? Ita si moriturū filiū redimere nō debui, nō sufficit hāc tibi de me poena, q̄ ille decessit? Irasci patri tantū fortasse fas esset, si viueret frater, tūc alimenta quarētī respōdere posses. Posce praelatū. Quantū intelligi, qui de mēdicitate patris vindicaris, acri es redēpti iuuenis inimicus. Nescis quid sit inuidiā facere patri? Melior erat tua causa, si mei misereris. At quāto, dii deaq; alius fuit ille infelicissimi iuuenis affectus. Nuncio enim, & audiēte & tota ciuitate teste proclamo, Tibi gratias agebat ille dum moreretur. Credo mehercule hoc miserū dolore cōsumptū, q̄ sibi videbatur precii suū mihi perdidisse. Non aliter igitur q̄ si te praesente deficeret, Per illud, inquit, frater optime nataliū nostrorum sacrū venerandūmq; cōfortiū, per socias peregrinationes, per aduersā cōmunia, per hoc q̄ & tu languere potuisti, si te vel tua quādoq; virtus, vel satietas secuta prae donū piratico carcere emisit, cōmendo tibi senē quē facimus vterq; mendicū. Testor immortalia numina & infernarū sedīū deos, pascere patrem si te redemisset. Ego tamen, inquit, tibi debeo q̄ reuersus sum. Nō quidē quicq̄ velim iuuenis de virtutū tuarū admiratione detractū, audias tamē necesse est in hac pietate verū. Euasisse te putas ingrate? Dimissus es. Mea pietas istud, mea fecit electio. Vnde enim euenit quicquid ante captiuitas tua praestare nō potuit? Iacta quantū voles effractū carcerē, ruptas catenas: vis scire quid negligētes fecerit securūsq; piratas? Acceperāt precii duorū. Intelligit iudices & ipse iuuenis, nō esse se calamitatū nostrarū iustitiā parē, & sic agit tanq̄ alere nō debeat. Itaq; trāsfert in hoc defensionē, vt posse se neget. Quid dicitis iudices? Fereitis hoc dicentē iuuenē corpore atq; atate robustū? Non habes opes, sed mēbra, sed vires. Nā neq; ego laborē, nec difficiles posco conatus, cōtentus sum iuuenis vt velis. Cibos me poscere putas? Humeros posco quibus incumbā, manus quas eliso pectori apponā, sinus in quos egerā exhaustarū reliquias lachrymarū, vt sepelias, vt hāc cū miseri illius mēbris ossa cōponas. Non alimēta quaro, sed filiū. Quid quod nec graue longūq; suprema pietatis exigimus officiū. Nō diu viuerē etiā si me duo pasceretis. Securus sis, breui te gemitus mei liberabūt, assiduis planctibus euerberata vitalia. Quid me remittis ad turbā? Quid facis rursus omnibus grauē? Consumpsi fletus, clementiā ciuitatis exhausti. Nō alit populus hominē quem pascere filius debet. Quid sibi vult hāc aliena calamitatibus nostris, aliena virtutibus tuis, iuuenis asperitas? Abstulisti mihi malorū quoq; meorū verecundiā. Quicquid faciebā mēdicitas est, ex quo reuersus es. Durat in suscepto rigore iuuenis, & ad misericordiā nō memoria fratris, nō patris cōtēplatione defleat. Exclamaret alius hoc loco, ex tua fide dignus quidē eras impotētissime generis humani, quē in tormēta mea dolorēq; redeuntē vincula rursus ac poena carceris exciperet. Et insultes huic cōfessionī, licet allegare non possum. Quid mihi miseras vltiones, quid triste mōstratis auxiliū? Faceret hoc pater qui redimere noluisse. Age nūc viuacissima senectus, redeamus ad preces, quod solū vis paternae pietatis agnoscat, hic quoq; rogemus. Per ego te iuuenis illos meos de quibus nūc queris, annos, per expertos tibi notōsq; humanorū accidentiū casus, per infelices illius manes, cui nec hoc saltē cōtingit, vt te reuerfio, te praesente more retur, pascē nūc q̄ te redimere volui, pascē q̄ fratrem tuū redemi. Nō ego lassitudinē tuā posco. Nunq̄ ociū meū, nec vt ipse securus quietūq; transigā diē, tuis operibus manus, tuis laboribus assigno sudorē. Iungamus mutuae pietatis officia, par flebile, par omnibus atatibus nominibūsq; reuerendū. Est nobis negociū cū ciuitate mitissima. Quāto libētius dabunt, cū viderint pariter vnāq; miseros mutua sustentatione cōnexos? Et ego quidē rogabo qui soleo, sed in tuos sinus populus cōgerat stipes. Quicquid preces, quicquid impetrauerint lachrymae meae accipe, tuere, dispensā, pro tua fama pro tua sum pietate sollicitus. Ego mendicabo, tu pascēs.

Argumen

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS VI.

Qui in calamitate parentes deseruerit, insepultus abiiciatur. Qui habebat uxorem & filium captus à piratis scripsit domum de redemptione. Vxor, flendo oculos amisit, filius retinente matre profectus, iuicarius manibus redemit patrem. Idem in uinculis decessit. Abiectus in mare, & appulsus ad litus patrum, est eiectus, uult illum sepelire pater, mater prohibet.

PRO PATRE CONTRA MATREM.

T si Iudices in hac conditione fragilitatis humanæ, in qua nemo prope mortaliū impune uiuit, hæc omnibus natura est, ut sua cuique calamitas præcipue misera atq; intolleranda videatur: inter omnes tamen hoc cõstet necesse est, infelicitatē meā tantū ceteras supergressā, ut profus hæc sit quæ fieri debeat usq; ad cæcitatē. Quid enim passus sum tam leue, ut non cõparatio mei felices aliorum etiā miseras faciat? Graue est à piratis alligari, magis dicat hoc qui sciat q̃ cito capti moriantur. Alligatus sum, sed tamen miser magis queror q̃ solutus sum. Indigna est impietas in suos, quæ quanta uerteretur in hoc iudicio uidetis. Sed mihi hoc quoq; querendum est, q̃ me & vxor nimū dilexit & filius. Quid ego putare in rerū natura posse reperiri quod orbitate acerbius videretur? Non cõtingit mihi, quod ceteris miserimū est, filiū efferre. Parū est q̃ iuueni singularis exēpli, causā mortis fui, & tam preciosa redēptus anima, senex odiosus morte filii mei uiuo. Parū est q̃ mihi luctū meū fluctus nunciarunt, & aliud agēti patri subito ad litus orbitas appulsā est, q̃ miserimū iuuenē toto iactatū mari, etiā si nemo interpellasset, sero sepelirē: adhuc supremo prohibeor officio, & ne quid solatiū cõtingat, perdo etiā matris misericordiā. Iniicit erranti corpori manū mulier, & piratis, & tēpestāte crudelior: atq; ut accedat dolori meo cumulus, quæ hoc facit, vxor mea est. Ne quis tamen erret ignotus, nō est filii mei nouerca, sed mater. O facinus, o cladibus nostris mutata natura. Mater ignem vltimū filio negat, & mulier, quæ maritum quoq; suum debilitata desiderat. Quis hoc de ista credat? Filium non flet, funditus euerſa, fulmen hoc gladiūq; non sentit. Comparete dolorem, quanto minore causā excacata est. Huius iudices pœnæ ab ipsā morte repetite crimen. Ego sum, ego & alligauī filium meum & infamaui, & ne non accedat grauissimi doloris comes pœnitentia, in illum mortiferū carcerem merſi. Quo fato parentes miser sortitus est, ut illi vitana pater, sepulturam mater auferret? Nam ut pietatem filii mei semel indicem, patrem redemit. Si q̃ ego redierim, vxor irascitur, reddat rationē cur acceptis literis meis fleuerit. Atqui miserimus iuuenis quomodo magis temperare potuit officia? Lex parentibus in calamitate ferre opem iubebat, uterq; parens erat calamitate deuinctus: vnus autem succurrere utriq; non poterat, inuenit tamen ingeniosa pietas, & utriq; subuenit dispēdio sui. Ipse venit ad patrem, me remisit ad matrem. Hoc si defendendum est, agnosco partes meas, causam planctibus agam, flere enim certe per legem licet. Alioqui diu laudare non expedit, diligenter defendere cõtrarium est actioni nostræ, ut impetremus, funus moramur, dum nos litigamus, dum circa cadauer nostrum orbi rixamur, dum agitur causā defuncti, dum sepulchro lege præscribitur, dum dantur legitima dicentibus tēpora, putrescit interim corpus, nec torū in sicco iacet. Cadauer ab incurſu auiū feratūq; tantū miserantium corona custodit. Conuenerunt etiā alieni plorantes, totus in spectaculum populus effusus est, & ignoto quoq; corpori publica humanitas quasi quasidā fecit exequias. Deflent omnes homines, dolent: plurimorū tamen illa vox est, Iuuenis insepultus iacet. Miser, nec patrē habet fortasse nec matrem. Iam hominis figuram vetustas pene consumpsit. Iam lenta tabes in terrā defluxit. Iam soluta cute ossa nudantur. Quālibet duraueris animo, nō ferres tamen ista si videres. Sed audire certe potes, Ille est filius noster, cuius spes ipsas amauimus, quæ apud omnia templa & surdos votis deos superstitem precati sumus, à quo sepeliri optauimus. Ille amabilis infans, ille blandus puer, ille iuuenis etiam ante hoc crimen piissimus. Ille dum par fortuna parentiū fuit, propensius in amorē tui. Mentior, nisi cum peregrinatio mea nos diduceret, maluit esse cū matre. Me per omnia maria yolitantē, ut plus filio relinquerē, circūuenit sauius ipso mari latrocinium. Describā nunc ego pendentē fluctibus catere, & catenas macie mea laxatas, & detritā lateribus meis consciā malorū carinā, & obrutā perennibus tenebris feralis loci cruentā cæcitatē? Ista vero, si quid pudoris habeo, tacēda sunt. Alioqui quis mihi ignoscat q̃ vicariū accepi? Etiā scriptis pœnitet. O literæ fletib; tremulæ. O parū alligatæ manū. O delēda vxoris oculis epistola. Cur indicaui, cur scripsi, quod vxor ac filius vltimū legerēt? Ut incertū sit utrū me carius redimāt, an luceāt. Cognita clade rarissimi vxor exēpli, & prorsus talis filii mater, totos effleuit oculos, fontemq;

illū perenniū lachrymarū * tātū cæcitas clusit. Si nō tenuisset, filiū vicerat. Cōtinuus inde plāctus, incredibilis mœstitia, assidua lamētatio fuit. Iuuenem nescio in me magis an in te futurum impiū, si nō redemisset, quē tu sic desiderabas. Ergo profectiōē apparat, vt quoniā reddere matri nō poterat oculos, redderet virū oculis chariorē. Sed videlicet est quadā vltima calamitatū rabies, & nouissimē in furorē vota ipsa vertuntur. Retinuit iuuenē, & epistolis meis legē opposuit. O vanæ figurationes, & pectora hominū alto errore cōfusa. Nemo illā non putabat timere de filio. Itaq; iuuenis quod ad solatiū pertinere credidit, cōmendauit amicis custodiā matris, substituit vice curā suā propinquos. Neq; enim aliter vīq; ad reditū meū cæca vixisset. Quicquid humana ratio valet, cōtulit. Si potuisset redimere oculos matris, qua pietate fuit, vicarios suos dedisset. Ipse profectus est solo comitatus animo, nec se putauit ire sine precio, quis ad piratas ferret inanes manus. Dicat aliquis, adeo domi nihil reliqueras, adeo lōga ætate sic vixeras, vt ne precii quidē tui paraueris? Si hoc ita esset, testor deos, de redēptione literas nō misissem. Fuit vnde redimi possem, Iudices, fuit: sed illud totū filius matri reliquit. Nauigat ergo per horridos fluctus, & gementia littora, & spumantes scopulos, & quacunq; miser relatus est inauspicatū metiens iter, prorsus ominosē retentus, pueris etiā votis, qui optaret alligari a piratis, quos vitare quoq; miserum est. Quærit hæc omnia impius ille filius propter parentes, quod nō præstitisset frater fratri, nō vxor viro, quid * differimus vltra? non pater filio. Dii immortales cali, maris, inferorū præfides, vni mihi adhuc omnes male experti, vos tamen solos habeo testes, q; inuitus redemptus sim. Miserū me, perit qui sciebat. Nam vt primum pertuenit iuuenis ad piratas asserens redemptionis meæ precium, ē ferali nauicula audius exilit, vicarias oblaturus manus, strauit se ad genua singulorū, & vt cupiditas fecerat blandū, obsecrauit omnibus precibus, miserabili planctu, & lachrymis pene maternis. nemo vnq; sic vt solueretur, rogauit. Nec sane difficile fuit impetrare a piratis captiuitatē, maior illi pugna mecū fuit. Non dignū illud spectaculū latronibus erat, cū pater filiūq; de vinculis cōtenderent, & sibi quisq; carcerē vindicaret. Ego iā vī defendebā meū, & in his annis iam maturā mortē asserēbā. At ille cōtrā, ego te in calamitate deserā? Ego alligatū relinqū? Et quomodo ad matrē redibo, quæ misera desiderio tui dies noctēq; fletibus iungit, quæ viuere sine te nō potest. Nō dicebat tamē omnia, & cū assiduos plāctus & irrequietas diceret lachrymas, adiciebat, iā pene cæca est, fortasse si redieris videbit. In summa nō recedo. Fas est mihi etiā inuitis parētib; pie facere. Nō recedo, si perseueras demus piratis lucrum. Aut vicarius ero, aut comes. Quantū inter hæc fleuit, q̄diu cecidit oculos suos. Si perseuerassem duos excæcauerā. Obstupuerunt pietate tāta etiā latrones, & per immobiles ante vultus fletus cucurrit. Nō tenuissent fortasse iuuenē, nisi redēpturos parētes talē filium credidissent. Ipse in se trāstulit ferreos nexos, & hilarior alligatus est filius, q̄ solutus est pater. Supremū tamē, & nefas in aternū, me iā catenatis manibus amplexus, postq̄ mei cura dilceserat. Matrē, inquit, tibi per hæc merita cōmendo. Tu illā tuere, defende, ama, ne relinque, sic paria faciemus. Illic tu eris vicarius meus, si hæc feceris, nō irascetur mihi fortasse mater q̄ ab illa recessi. Sic in nauē filii mei male permutatus vector imponor, & qua vīsum oculi dederūt, ad piratas ē puppe prospecto, curua littora, & immēsum siderib; fretū, & turritos vrbiū scopulos retrolego. Miserū me q̄diu a piratis etiā nauigatur. Mādata tamē tua fili perago, assideo, sustēto. Imō mehercule tu assides fili, tu sustines, propter quē mihi etiā huius propērior cura est. Dum recedere ab vxore nolo, filium non redemi. At illū interim quotidiē sitis carceris strangulat, insidunt ossibus catenæ, exēplum seculi in Myoparone moritur. Matrē iā satis est, habes poenas super legē, sepelissent talē virū etiā ipsi piratæ, nisi eos cōscientia scelerū, metūq; pœnarum ab omni littore arceret. Quod vnū poterāt secundis proiecere vētis. Excepit mitior matre tēpestas, & (si qua dici potest calamitatū felicitas) prospero cursu cadauer tantū nō ad ipsa maiorū sepulchra depositū est. Narretur res seculo nostro diuersa, & nescio vtra parte mirabilior. Filii corpus matri maria retulerūt, mater mari. Magnā quidē partē agnosco culpæ meæ. Ego vxorē adduxi, & ne mi seram dolore fraudarē, ipse meis humeris aduersariā meā vīq; ad littora tuli. Et sane aduersus eum prima verba orbitatis animo æstimantē ea fefellerunt. Quis autē nō dolentis affectū putasset, cū diceret defuncto filio mater. Quid enim nauigasti? Quid maria ingressus es? Quid piratas peristi? Nā illa quidē vulgatissima orbitatis vox est. Fili cui me reliquisti? Etiā cum tota super corpus incubuit, amplexam putaui. Etiā cum iniecit tollentibus manum. Et hoc inquā solent facere matres, vt funus morentur. At ista legem recitat & in cadauer filii perorat. Tace, tace misera, ita tu istud optasti? Sola scilicet calamitatibus nostris adhuc defuit culpa, vt cum

* Videnum querimus legendum sit.

cū sœuitia nimia quoq; felicitatis turpis sit, procedat inauditū antea monstrū, misera crudelis, si quid irati dii reliquerūt, si quid infelicitas oblita est, suis manibus perdere cupiat. Detracta est fortunæ inuidia, quādo suo quoq; iudicio mater post amissum filiū parū, misera est. La chrymas ipsas nouissimē perdo, inanis domi libitina plāgitur, derisus designator redit, refertur rogos. Inter hæc omnia nō gemitus ullus matris, nō lachrymæ, nō questus. Putes appulsum ad litus aliquē esse piratā? Vnde hunc illi animū? Si mala sua ideo nō sentit, quia non videt, & hoc boni cæcitas habet, eruat aliquis oculos meos. Sed tenebræ corporis affectibus non obstat. Est ne hæc uxor mea? est ne ille filius noster? Liceat dubitare si fieri potest, & sane vix iam dignoscebā, speciem vetustas reliquit: sed attrita manū, & tumida vestigia vinculorū, & testis longæ captiuitatis macies, infelicia argumēta cōsentiunt. Miserū me certus luctus est. Filiū agnosco, vxorē nō agnosco. Ergo quoniā de iure lōgior pugna est nobis, festinandū est, sint primæ precū partes. Adeste vniuersi vtriusq; sexus parētes, dū matrē in exequias filii rogo. Per matrimoniū te vetus, & per mutuā charitatē quæ vtriq; nostrū magno cōstat, adicio per cōmune pignus, per annos pariter actos, & beneficio filii plures, per meū in te obsequiū, iā mei miserere cuius soles. Crede mihi, hoc quod patior carcere peius est, captiuitate crudelius. Mea ista pœna est. Quid tibi tantū mali feci? Quid offendi? Certe ego te nō reliqui. Iā si totū affectū in hunc cōtūmpti virū, & omnis per oculos misericordia effluxit, tulerit sane filius noster merito pœnas, dederit spiritū supplicio, nihil de præteritis loquamur, quod postulat. Cicerō etiā ab illo crudelissimo Siciliæ tyranno, mors sit extrema malorū. Quod quidē cū permissum nō esset, pernoctabā ante ostiū carceris, precio redimētes sepeliendi potestatem. Quid tandē hoc Marcus Tullius patres matrēsq; promeruit? Tu vède saltē, quod sub Verre crudelissimū fuit. Certe ego filiū redimā, nec mihi preciū diu quarendum est, habeo manus. Nihil moueris nunc, & debilitatē tuā iactas? Singulare scemini exēplum ostēdi, narrariq; desideras, sepulturā filii maritus a te impetrare non potuit. Vade Hercule si libet, & corpus in fluctus repelle. Aut si parū celebri loco videtur abiectū, iniice manū, & ne minus te fatiet alienū ministeriū, ipsa potissimū trahē, alterā manū cadaueri impone, altera duc qua frequentissimum rotis iter est, & nigra limo via. Proterat miserū onustū vehiculū, & sanctissimū pectus vngulæ rumpant. Ipsa quoniā defeceris oculis, elisum caput, & oppressa ponderibus præcordia manibus tuis pertracta. si quidē audeas, istis etiā lacera dentibus. Litigamus, cōsistimus, in diuersum abimus. Nempe cum viceris, omnia paria habebimus præter animū. Nō sepelies? vide quæso, vide ne dum litigas, arenā fluctus aggeret, iniiciat humum misericors populus. Obsta, si cuius clemētia tumulū fecerit, effode: cum talis sis mater, aude indignari, & exclama, Magis amauit patrem. Cruces succiduntur, percussos sepeliri carnifex nō vetat. Ipsi piratæ nihil amplius q̄ proiciunt. Mater (q̄ hoc nomen profanari nefas est) si perseverat esse filii sui Nouerca, vt hac crudelitate videatur digna, quæ orbitatem suā non intelligit, si vltra hostiū affectum, qui casus acie sæpe tumularunt, vltra tyrannos, vltra latrones parum habet nō sepelire, nisi aliorum quoq; officia præciderit, & tantum nō petita ex fluctibus aqua restinguit ignem, si adeo non genuit filiū, sed effudit, & ex illo infelici partu ingratum vteri pōdus expoluit, licet imputet nobis vt volet, quod tueri non potest, singulare mariti desiderium, dicā tamen quod sentio, excusatus odisset virū q̄ filiū. Quāq̄ in hoc mutuæ charitatis affectu paria fecimus: illa oculos propter matrimoniū neglexit, ego filiū: vicem cæcitatē orbitate persolui: tamē quod inter hæc quoq; mala priuatim doleā necesse est, omnē illam quā contraxerat, perdit opinionem. Iam inimici mei triūphant, iam passim loquuntur, illa exēpli mulier, illa seculi decus, virū redimi noluit, nec filiū sepeliri. Equidē iudices vt sentio, neminē non mortaliū fauere hominis sepulturæ cōuenit, quia hæc vna res est, cuius exēplum ad omnes pertineat. Ideoq; non nisi ab vltimo parricidio exigitur pœna trans hominē. Etiā si qua sunt iura quæ obstant, si tamen angustis saltē detur accessus, per quē intrare humanitas possit, vera clemētia occasione cōtenta est. Siue omnis in defunctis sensus perit, & ad operiendā fœderatē subtrahēdāq; dolori materiā, mortui viuentiū causa sepeliūtur: seu cū ad infernas sedes anima migrauit, vnus hic luce viduus honos, & suprema facies (vt vates ferunt) petita vltioris ripæ stationē contingunt, quæ vera esse & credo miser, & opto, cito iturus ad filiū. Certe rerū natura vt in generādis alēdisq; hominibus quæ necessaria erāt ex se ipsa prospexit: ita cū rursus opus suū resoluuit, corpora nostra q̄ primū reducere ad principia festinat, vt desertis etiā locis circa cadauer tracta imbribus terra cōcresecit, aggerant puluere venti, & liquefacta multa die mēbra paulatim humus bibit, etiā si nullus operit. At ipsa longo tempore in terram ossa desidunt. Nobis vero ad

uersus exanimis genuit nō solū miserationē, quā cogitationi nostrae subit, sed etiā religionē. Inde ignotis quoq; corporibus trāsēuntū viatorū collatitia sepultura, inde iniecta ab alienis humus. Facinus indignū, cū hac ita sint, sepultus esset filius meus, nisi incidisset in matrē. Et hac iudices non ideo ego dico, vt affectu iura corrumpā, neq; vobis praecipio, sed aduersariae exprobro. Legē quidē istā quid ni horreā, cū id vnū miserimo iuueni sit obiectū, q; in calamitate non deseruerit patrē? Sed quatenus luctus nostri in ius vocatur, & flenti disputandū est, & orbitati suae mater irascitur, superemus quā exorare nō possumus. Ecquando duorū hominum miseriora vota vidistis, vt de his pater si vicerit filiū suū, efferat: mater si vicerit, abiiciat? Quae tamen lex est? Qui parentes in calamitate deseruerit insepultus abiiciatur. Omnis nobis in hac causā iudices de scripto & intellectu legis cōtentio est, vtrū ius verborū ambiguitate, an volūtatis fide staturū sit. Pars enim aduersa id nititur, parentē fuisse in calamitate eā, quae deserta sit. Cuius rei poena est abiici insepultū. Quid tū fuerit in causā, quid sit postea consecutū, quomodo legē intelligere cōueniat, subterfugit dicere, neq; à vestigio scripti recedit, sed nuda recitatione cōtenta est. Nos neq; omnibus personis, neq; omnibus cæcis scriptā esse legē, & iuueni iustas ac necessarias recedēdi causas, & cui rei semper ius satis plenū est, bonū animū fuisse. postremo non hoc esse deserere cōtendimus, atq; eo causam dimittimus, vt nō sit absol- uendus adolescens, nisi etiā laudandus. Qui autē dubitat an scripti voluntatē sequi cōueniat, is mihi videtur quaestionē tentare incertus qua de re. Ideo pauciora adiciam, q; nobis quoque (si ita pergitis) afferet quandā cauillationē ista sermonis ambiguitas, ac videri poterit omnem actionē partis aduersae prima statim recitatione subuertere. Nam lex cū dicit, qui parentes in calamitate deseruerit: rursumq; cum dicit, insepultus abiiciatur: non vtiq; id significat, vt non liceat eum sepeliri, postq; proiectus est. Quare aut mihi quoq; permittite sic agere quomodo volo, aut quod magis vestra religionē decet, indignā sanctissimis auribus verborū captionē, ex vtraq; parte praedicite: & cum filiū singularis exempli probauero, fortiter sentire nullā vnquā à maioribus nostris poenā scriptā esse pietati. Atq; in eo quod primū posuerā, nō ad hanc rem pertinere legē, nō diu versabor, neq; dubitatione quā non habet, afferā moram. Neq; enim pu- to si aetas impediēt infantē, valetudo agrū, R. P. Legatū, dux militem, nihilominus obstricta crudelitas nō accipiet rationē necessitatis: & cum semel apparuerit patere in eiusmodi causis defensionem, potero planē esse securus: nec timebo ne teneri videatur filius meus, si nō potuit omnibus succurrere, dū in ipsā lege occupatus est. Pater alligatus est, mater caeca est, vnus vtri- que filius, magna locorū distantia. Habet lex in medio debitorē. Duc ad vtrū maius, ad vtrūq; non potes: nisi hanc conditionem misero imponimus, vt quicquid fecerit proiciendus sit. Si exierit, mater sepeliri vetabit: si remanserit, pater. Non dubito fore dubiū quin ius in hac le- ge fuerit & mihi, nisi forte (vt omnia iniquē iniusteq; conquiritis) hic quoq; vnus occasione verbi aliud putatis iuuare parentes, aliud non deserere. Id est, de hoc dubitare vultis, vtrū parē- tibus vbiq; ferri oporteat auxilia, vt ego existimo: an vero nō mereatur adiutoriū, nisi qui prae- sente filio miser est. Nam si deserere in calamitate, nil aliud putamus esse q; à misero discedere, duo simul scelera permittimus. Primū illud, vt etiā qui aderit possit impune nihil praestare. Si quidē absolutus est hac lege, qui secundū miserū stetit. Quo quidē modo non adiutores cala- mitosis parentibus filios damus, sed spectatores. Dehinc accidit illud vel grauius, q; cum rerū necessitas quotidie nos diuidat, si quādā fortuna parētes nos deprehenderit, quis exiguo diui- sus spatio impune opem nō feret, nō succurret, vt hac saltē se calamnia defendat. Nō reliqui, non abscessi: neq; pede, quod aiunt, vno à parente discessi, solutus erit omni auxiliandi neces- sitate, quādo vestra interpretatione absentia impietatis occasio est. Hoc voluisse legū latorē putamus, vt natus ex nobismetipsis in rebus aduersis praesidiū parēti labore atq; praestātia sol- ueret, lucis vsurā vbiq; nisi forte non sumus parentes nisi palā. Quid est ergo non deserere? Opē ferre, nō deesse. Omnia hac enim eō spectāt, vt auxilio liberorū tuti sint parentes. Quod cū ita sit, tam ad me lex ista pertinuit q; ad matrē. Duo vnū vocabamus, videamus quō ire de- buerit. Poterā quidē fortiter dicere, pater iussi. Hoc nomē omni lege maius est. Tribunos de- ducimus, cādidos ferimus. Ius nobis vitae necisq; cōcessum est. Si nō fecerit quod iubeo, nō deferā illū ad sepulturā. Necesse habuit parere. Non deseruit, sed abductus est. Crede non con- temptu tui uenit in carcerē. Sint sane iura paria, sedeātq; medius inter duos filius, iudices: nō cōparabo personas quāuis apud omnes gentes plus iuris habeat pater: sit sane natura cōmunis, non imputabo q; nomen dedi, q; familiā, q; impensas, q; dum illi acquiro, captus sum. Nō in- dulgentiae discrimen excutiā, de qua iam lite cōcessum est. Fuerint quidē ista facienda, sed ego

ius meū reprimō, inter duos patētes cæcus affectus est. Exorabit qui prior rogauerit. Tempore certe vinco, ante miser esse corpi. Tu adhuc integra es, ego iam alligatus sum. Tu sana in domo, ego iam pene defunctus in carcere. Tibi adhuc non opus est filio, ego iam rogo. Nepe calamitas tua nata est post epistolā meā, nisi te flentē consolari filius voluisset, ante cæcitātē tuā exisset. Noli mirari si te gratia vinco, ante exoravi filiū q̄ tu rogares. Si quisq̄ figuratiōe quadam in hac malorū cōditione iudicē ponat, fortuna quāto absit, cuius tanta calamitas fuit. Abstulerat quidē tibi oculos nimis affectus, & de quinque rerū sensibus pars vna cessabat, & tenebras etiā saluis luminibus alternas cōtinua nox duxerat. Maius est tamen malū quod sic fletur. Nā vt meritō queri possit ablatas vidēdi voluptates, impeditos rerū actus: tamē si nō iniqui iudices sumus, nec ambitiose miseri sunt qui mederi possint, referā nō solū qua vincenda mihi, sed magis etiā qua consolanda es. Nā quādo omne tormentū corporis abest, dolor membrorū, qui totā cogitationē in se rapit, feliciter cessat, superest vt cruciet nimiū ociū, & assidue quies, res si non sint necessitate iucundæ. Nam visus damnū sarcit reliquæ voluptates, odor, gustus, tactus, auditus: quibus tamet si deesse summā fatēdū est, nō est tamē maximæ calamitatis loco numeranda parū plena felicitas. Domus certe propria, lectūsq̄ genialis, conuētus propinquorū, sermo amicorū, ipsa (quod raro contingit) honesta calamitas, & in quacūque fortuna beata libertas, tot voluptates obuere possūt vnū dolorē. Nā lucis desiderū si malis meis cōparet, etiam delicatum est. Non enim aliquid rerū natura genitura est spectaculo nostro nouū, ac nō quicquid speciosissimum pulcherrimūque visuri sumus, vidimus. Nempe quotidie nox oritur, & equam temporum portione inuoluit obscuritas, & ex parte sui ipsa quodam modo cæca natura est. Cui alienis oculis vti licet, audire, imperare, cuius ministeriis officia nō de sunt, nō enim defuerunt, nisi se erigit, & fortunæ suæ rationē reddit, miser nō est, præsertim in tā bona cæcitatē conscietia, animi vitio miser est. Non debet dolere quippiā q̄ potest gloriari. q̄q̄ cuiuslibet & quacūq; causa hunc incursum passæ, leuius est tamen malum scemina. Nō enim nauigatis, nō legationē obitis, nō frequētī peregrinatione variatis aspectus: non militaris vos, nō forensis ratio deducit. Alioqui semper estis intra domū, vno plurimum in loco, leuib; officiis affixæ. Tuū quidē affectū si bene noui, nulla magis causa cæcitatē doluisti, q̄ q̄ ad redimēdū maritum ire non posses. Hæc tua calamitas erat, æstimemus meā. Nulli quidem grauior visa est quā tibi, audi tamen q̄ multa in illis epistolis non scripserim. O fili, in quibus te malis reliqui? Iā illa principalis ac maxima dono deū cōcessa libertas, nec hominū solū sed ferarū volucrūq; sensibus fixa & ingenua, primū spoliū fuit. Me ipse perdidī, teneor venale mancipiū, & ciuis Romanus merces fio, & libertatem senex dedisco, & natus ingenuus vāni re opto. Minimum est, q̄ habitamus in fluctibus, hybēni nos feriunt venti, nō statio, nō sedes, nō quies, sed quod malorū meorū maxima portio est, tam miseri sunt etiā domini mei. Sed cito prætereunda est memoria, propter me vxori grauis, mihi propter filiū. Transeo hirsutos hostiū vultus, & immaniū barbarorū feros fremitus, tātūq; mihi quotidie esse metuēdū, quantū pati captus à violento pirata potuisset. Nihil est desiderio suorū grauius, timui ne quē ex meis viderē. Nihil tempestate minaciū, quotidie naufragium optaui. nam mortē, confitebor senili inertia vna causa minus cupiebam, ne defunctum nemo sepeliret. Quā vestem relicta captiuo putas, nisi quæ præda non erat? quales epulas cibōq; præbent, qui ipsi rapto viuunt? Nam illa quidem satis digna quis dixerit, vdu carcerē, & inundatā sentina nauiculam, & impositū nuda trabe irrequietum latus, reuinctas post tergū manus, alligatos tanq̄ esset quā fugeremus pedes? Solæ in carcere tenebræ iuuabant. Sæpe de acribus questus sum, quæ sonū flagellorū, gemitūq; caesorū, quāuis impexis obrutæ comis acciperet, dura metus sui exempla. Miserum me fili, nepe morbo peristi. Compara terram mari, domū naui, lectulū carceri, libertatē seruituti, desiderium oculorū totius corporis damno. Quō nos longius ducit calamitatū nostrarū misera contentio? Cæci tamen litigare possunt, captiui nec viuere. Verū hæc etiam si in æquo ponerentur, tamen multum in alterā partē debuissent habere momenti, q̄ plus mihi poterant prodesse q̄ tibi. Ei labori incubere oportet, vbi effectus promittitur. Stulta cura est, quæ spem non habet. Ego redimi poteram, tu sanari non poteras. Qualiscūq; ista calamitas inemendabilis cecidit, nō remediū accipere, nō vicariū potest. A sedisset scilicet lectulo inefficax sedulitas, & acceptis epistolis meis iuuenis filius nihil aliud, q̄ cum matre fleuisset. Quia profectus est, alterius tantum parentis calamitas emendata est. Si remansisset, & matrem cæcam haberet, & patrem captiuum. Adiicio q̄ tibi non necessaria filii præsentia fuit. Assidere enim, cibos ministrare, manum porrigere quilibet poterat. Mentior nisi factum est, me ab illis captū, tam dura

CORPORIS PROIECTI, SIVE ANVS CAECAE

cōditione venalē, quod vtique in cōfessione est, nemo alius redemisset q̄ filius meus. Et ego sic ago tanq̄ hęc tantū filius propter me fecerit, quanq̄ in hoc litigatu quodāmodo tibi ipsa excidisti: & q̄q̄ id agas, ut merita tua iniuria uincas. Et q̄q̄ nouū induisti rigorem, non prohibeo tamen testimoniū, ad redēptionē meā filium ipsa misisti, cū sic plangeres, cum mortē precareris, cū te omni viduatam voluptate clamares, cū sēpius gemeres captiuitatē meā q̄ cācitātē tuā. Non erat illi ferreū pectus, nec cor silice concretū, vt hęc pati posset æquo animo. Tu filium prima docuisti sibi nō parcere, potius q̄ plus flere, potius q̄ ipsam rescindere cācitatē. Profectus est, maritum tibi reddidit. O crimen graue. Si hoc ante fecisset, videres. At retinere non potuisti. Nō dicam tibi, habet pietas impetū suū, nec vllū dominum nouit affectus: nec ille te potuit retinere ne fleres. Audi quod est verius, aliud putauit. Nō erat credibile obitare te redēptioni meae. Interpretatus est maternū metū, & maris domui nostrae male experti periculum credidit, timens ne si tibi paruisset, nemo non vos putasset colludere. Ceterum me poterat non redimere, cum tu clamares, Caeca sum, oculos desiderio viri perdidisti, solitudinem ferre non possum. Ita ille ad redemptionem meam excusatus profectus esset, si me minus desiderasses. Dubitatur an tua causa fecerit: & filium & virum habere non poterat, reddidit tibi quem magis amabas. Siste iam lachrymas, maritum reducem & incolumen accipe. Quid irasceris? Quae tāta mutatio est? quis hoc crederet? Queris discessisse quem odisti, cum eum redissenolis quem diligis. Atqui si (ut supra probauimus) is parentes in calamitate deserit qui opē non fert, & (ut nunc ostendimus) optimus filius corpore suo adiutoria matri redemit, profecto opem tulit, id est, non deseruit. Nam si, ut antedixi, ne vestigio quidem abiisse à miseris licet, ne ipsorum quidem causa qui adiuuantur, discedere fas erit, nec cibos saltem petere, aut alia vñibus necessaria parare contingeret. Si vero dum adiuuatur parens, nihil refert vbi sit ille, qui adiuuat, quia praesens cura exhibetur, quicquid tibi ego praestiti, ad auctorem muneris, id est ad redemptorē meum transferendum est. Non assedi, non consolatus sum, non ministraui, non tuli, non denique totus tibi rediui. Verum fatendum est, si desertam te putas, mea culpa est. Sed iam tempus est, ista quae non excusata debent videri, verum pulchra atque magnifica, animo maiore defendere, & cum iudicium agatur exempli, tandem causam suam intelligere. Hoc saltem habebis miserime fili, quod honoratis contingere funeribus solet, defunctus laudaberis. Omnia licet huc reuocemus praeterita, & ad canendas vñius laudes vñiuersorum vatū scriptorūque ora consentiant, vincet tamen res ista mille linguas, ipsamque si sit aliqua corpore vno, facundiā materia superabit, etiam si nihil dixero nisi quod obiectū est. Lucem libertatēq; patri filius reddidit, & (quod ante inauditū est) magis me amauit q̄ vellem. Ingressus est maria, in quibus iam minimū periculi tempestas habet, & quod inter ista difficillimū est, amore mei vicit etiā matrem suam. Tace nefaria lingua, ergo tu ista laudas? Obtulit se captiuitati, quia sciebat graue esse alligari, malis patris successit. Subit libens poenam pietas etiam sceleribus grauem. Tu melius vxor, quae facturum retinebas. Comparetate nunc, si quis patrem per hostes solus tulit, qui cum venientia in patrem tela excepisset, simplici tamen morte defunctus est. Vnum legimus, qui vicarias pro patre non quidē piratis aut in mari manus obtulerit, sed vbi redimi posset. Me miserum, dicendum est quod hoc ipso admoner exemplō, in honorem pietatis etiam damnati sepeliuntur. Hęc alii laudant, ego quoror. Te quidem iuuenis omnia secula loquuntur, & admirabile exemplum tenaci memoriae traditum, in ipsa astra sublimen pennata virtus feret. Sed mihi ista laus tua carē constat. Non erat satis lectulo matris incumbere, & in huius ministeriis deditum securā ocia impendere? Soli tibi contigerat vt posses patrem excusare, nō redimere. Me interim, ut ceperat, tabes lenta cōsumeret. Me quae debebat sola, senem mors redemisset, & cum exanime corpus in fluctus esset abiectum, si contigisset similis tēpestas, quod aequius erat, tu me fili sepelisses. Fefellit te ingenitus honestis animis gloriae amor, spes tibi perpetuae laudis imposuit. Vbi virtus? vbi pietas? peristi miser, & male audis. Non morienti pater assedi, non aegri caput molliori sede composui, non fatigatum latus mutavi, non spiritum excepi. Absens, extinctus, euerfus, mortem tuam inueni. Nemo agro vincula laxauit, nemo manus ferro sordidas ad accipiendos remisit cibos. Tantū catenarum causa solutus es, neglectus, despectus. Quid? vilis senis vicarius, inter tot ardentissima febrium desideria, non habuisti quē posceres, quomodo te vincula composuerant iacuiisti, matrem, patrem, propinquos tātum cogitasti. Nunquid indulgeo mihi, quod te puto inspirasse in carcere meo? Nondum matri satisfactum est. Quoniam poenas à cadaueribus exigis, audi sequentia tempora, mors ipsa filii tui naufragium fecit, per tot fluctus volutatum corpus intumuit, tot illius scopulis, tam spatio

sis tractum arenis, nunquam tamen infelicius quàm cum venit in terram. O quã graue est mori, quanto grauius, quòd ego uiuo superstes filii mei. Viuo omnibus diis hominibùsque, sed ante omnes mihi, & inuisus, & infestus, & vxoris quoque pietatem perdo. In funere filii diuortiu fecit. Video hæc rerum naturã bona, quã filio abstuli. Omnis me ætas mei admonet luctus, se necsus, ad quam non peruenit misera pueritia, quam nunc tranſiuit, adoleſcentia, in qua perit. Superſum, ut ſi feliciffimè ceſſerit, rogũ meum videam, & edaces circa corpus filii mei flãmas. Si hoc non contigerit, nigrum cadauer & deforme etiam ignotis ſpectaculum. Inter hæc mala, credetis puto ſi dixerò, vellẽ oculos nõ habere. Quidnũc amplius? Ad te vxor preces cõuertam irritas, male tentatas? Tu vero perge, & bono tuo vtẽ, felicem te quòd in hac fortuna irasceris. Ad hos confugiendum eſt. Per communes caſus, per calamitatem meam, humanæ calamitatis exemplar, ita vos coniuges veſtræ ament, non ſic deſiderent, ita hoc orbitatis meæ vltimum exemplum ſit, ita vobis habere tam pios filios non neceſſe ſit, miſeremini. Si vicariũ accipitis, me proiicite. Non inuidioſæ preces ſunt, nihilominus impero. Non læta ſententiam veſtram ſequetur gratulatio, non ad templa deducar, ſed ad ſepulchra. Etiam cum vicero flendum eſt. Si vero uincimur, ibo in littus miſer, planctibus aues abigam, aut me corpori filii mei uelut tumulum imponam: iacebimus duo inſepulta cadauera, me ſeris obiciam, aut circa ſingulorum domus ad genua patereuntium ibo, & recepto iam miſeris more ſupplex non cibos petam, non ſtipem, mendicabo terram, & collatas miſerantium manu glebas, aut (quod certe licet) filium in mare proiiciam. Iam crudeles aquæ & uenti male ſecundi reddo uobis ueſtrum beneficium. Ferte quò libet, ad barbaros licet, ad hoſtes licet, ad piratas. Fortaſſe aliquis iubebit ſepeliri, certe (quod ſciam) nemo prohibebit.

TORMENTA PAUPERIS.
ARGVMENTVM DECLAMATIONIS VII.

Librum hominem torqueri ne liceat. Pauper & diues inimici. Pauperi erat filius. Nocte quadam pauper cum filio reuertebatur. Interfectus eſt adoleſcens. Offert ſe pauper in tormenta, dicens à diuite cum interemptum. Diues contradicit ex lege.

PRO PAUPERE CONTRA DIVITEM.

S Entio Iudices plurimũ detrachi calamitatibus meis miſerationis, q̃ ad uos detuliſſe uideor nimiũ fortẽ dolorẽ, & triſtiſſimæ orbitatis mihi quoq; accendiſſe nouitatẽ, q̃ cũ aduerſus me tã grauiã & crudeliã depoſcam, patior inuidiã hominis exigẽtis aliena tormẽta. Nõ poſſum tamẽ uel in nobis approbare qd patiar, q̃ mihi non eſt relicta miſeri patris infirmitas. Percuſſorẽ filii mei uidi, & miſerior ſum q̃ ſi neſcirẽ quis occidiſſet. Fateor igitur iudices, ipſe miror unde ad hoc probationis genus repente confugerim. Venerã tanq̃ nunciaturus indubia, manifeſta: nec aliũ expectaueram publicarũ ſuſpitionũ de filii mei morte conſenſum, q̃ ſi percuſſorẽ videretis omnes. Hic hic ut torquerer inueni. Poſtquã ſatis nõ videbãtur explicare uerba quod uideram, cõfugi ad fidem doloris. Quid faciã, ſi temeritates quoq; noſtras conſcientia reorum non poteſt pati? Intellexi miſeratione factũ, qui ut torquerer exegeram, ex quo me diues nõ putat aliud in quæſtione dicturum. Neque ego iudices quẽq; veſtrũ dubitare crediderim, ex qua cõſciẽtia, qua trepidatione deſcẽdat, ut quis torqueri nolit inimicũ. Quos nũc putatis cruciatus diuitũ pati, quẽ dolorẽ, q̃ hoc mihi negat? q̃ uellet ideo tãtũ filiũ meum nõ occidiſſe, ut mihi poſſet indulgere tormẽta. An hoc creditis iudices diuitẽ facere legũ libertatiſq; reſpectũ, & reũ pro exẽplo eſſe ſolicitũ? Ille uero nunc laceratur, & ſic magis noſtro dolore fruitur. Operæ precii eſt inimico negare tormenta, cũ feceris ut uelit ipſe torqueri. Illud igitur à uobis iudices infeliciſſimus omnium mortaliũ peto, ne cum inaudita, incredibilia paſſus ſum, miſereri uelitis corporis mei: crudelius & indignius eſt q̃ torqueri, nõ impetrare tormenta. Eſt aduerſorũ meorũ & iſta nouitas, q̃ neceſſe habetis ea mihi ratione ſuccurrere qua odiſſetis aliũ. nec quicq; eſt homine infelicius, pro quo tormenta ſunt. Percuſſorẽ à me filii mei viſum eſſe contendo. Facinus eſt hoc vos nõ deprehẽdere, ſi mēdaciũ eſt: Facinus hoc me nõ probare, ſi verũ eſt. Quod ad me quidẽ iudices pertinet, orbitatis meæ repetò præſentiã, & noctẽ illam rursus ante oculos meos cogitationes reponunt. Iã mihi uideor & in tormẽtis eſſe conſeſſus. Filiũ iudices habui ſicut erecti ac ſublimis animi, ita q̃ nondũ ſuos haberet inimicos, & quẽ nemo adhuc niſi cauſa tãtũ mei doloris occideret. O parẽtũ miſera cõditio, q̃ nouis inuſitatiſque patemur inſidiis? Nos exaſperamus, nos offendimus, inimici tamẽ liberos noſtros oderũt. Quis hoc vnq̃ iudices ſimulatũ timuiſ-

Cc ii

TORMENTA PAVPERIS

set ingenium, ut eodē aliquis excogitaret animo, & q̄ parit, & q̄ occidit? Reliqua iudices nō debā nisi in quæstione narrare. Felices illos in mei cōparatione patres, qui periisse liberos suos nunciis credūt. Ego sum inaudita malorū nouitate percussus, cuius unicus ideo tantū occisus est, ut uiderē. Reuertebamur nocte pariter, sicut omnia nos vitæ ministeria iungebāt, & homines quibus non seruos præstabat fortuna custodes, tuebamur pauperē mutua pietate comitātū, inuicē sustinentes, inuicē innixi, nec mihi magna percussoris diligētia separādi: cū diues medio noctis horrore stricto mucrone profiliit, & stupentibus attonitisq; miseris confodit illum fortiorē: illū q̄ fortassis aliquid in mea morte fecisset. Confiteor iudices nihil tūc oculorū meorū diligētia, nihil egit cura miseri patris. Percussor voluit agnosci. Vos nunc ciues, vos omnes humani generis affectus, miserimus interrogo pater. Suadete quid faciam. Hunc quem uidetis circa me sanguinem, de filii mei vulneribus accepi. His manibus labētis unici mēbra sustinui. In oculis adhuc vultus illius morientis harēt, auribus verba super cadauer habita inimici exultantis. Fidē tormētōrū, quousq; percussoris filii mei conscius ero? Aperite pectus istud, & totū de viscerib⁹ meis latronis egerite secretū. Vidi, & mihi nō creditur. Vidi, ita possum & in tormētis idem dicere. Aut si cōpono, si fingō, vrar, lacerer, & nō probē. Si videtur, torquēdus sum iudices, ut hoc definam dicere. Nec me iudices fallit quantam molem accusationis, etiam in manifesta veritate susceperim. Diuitem detuli reum pauper inimicus, occisi pater, & postulo ut mihi credatur testimoniū in mea orbitate dicenti. Itaque non deprecor quo minus mihi velitis irasci donec probē, torquere tanq̄ mētientem. Lex, inquit, liberum hominē torqueri vetat. Per fidē iudices, quis nō hoc eū respondere credat, cuius tormenta poscantur? Nemini iudices credo dubiū, legē quæ torqueri liberū hominē vetat, hoc prospexisse tātū, ne quis torque retur inuitus, & iura quæ nos a seruilium corporum conditione scernunt, impatientiæ tantū succurrisse nolentiū. Omnium beneficiorum ista natura est, ut non sit necessitas, sed potestas. Quicquid in honorē alicuius inuētū est, desinet priuilegiū vocari posse, si cogas. Cuncta si videtur iura percurrere, nusq̄ adeo pro nobis sollicita lex est, ut quod præstat extorqueat. Dedit cæco talionis actionē, non manus recusantis impellit. Iniuriarū, cædis agere permisit, sed non cogit inuitos. Adeo pene leuius est vltionē perire q̄ potestātē. Genus seruitutis est coacta libertas, & eadē iniquitas quicqd de inuito homine facias. Vis scire quid lex ipsa prospexerit? Non exigo ut torquearis. Quā multa dii deæque nō minus sunt iusta q̄ lex exigit, quārūdā inuidia rerū, ut vinci se magnitudo patiat, & quicqd accidisse mireris, tātūdē poscit in vltione noui tatis. Filius in cōspectu patris occisus est, torquete securi, nihil iniquius fieri potest. Ignoscant persuasiones, si facinus istud omnium illicitarū rerū cōsumpsit inuidiā. Et vnde tormentis salua iustitia est, plus est de quo quæritur q̄ quomodo quærēdū. Nullū debet inimicū videri genus probationis esse quod solū est. Et quicqd potuit prodesse feueritati, nūq̄ nocuit exēplo. Sufficit libertatis reuerētia, q̄ torquetis inuiti, q̄ cōtra me nō alius inuenit. Liberū torqueri non licet. Hoc est iudices propter quod filiū meū diues corā me nō timuit occidere. Filiū igitur meū in cōspectu meo occisum esse cōtēdo. Quid dicitis? Ita nō erat cōtra proclamatiōis huius fidē, si nūc agere possem quietū modestūq; miserū? Vultis cū hoc viderim tātū testimoniū dicam? Mirū hercle, si scindo vestes, nudo corpus, ignes, flagella deposco. Infantia necesse est pater, cū solus hoc sciat. Fallitur iudices q̄q; hoc quod postulo cōtēptū, q̄q; audaciā vocat. Fili⁹ vr̄it, exagitat, & inter tormēta fugio dolore. Si mētietis est velle torqueri, inuenite qd facere debeat, q̄ verū dicit & nō probat. Mētiris iqt. Bene q̄ & tu fateris nō esse mihi sine quæstione credēdū. Et quas per fidē mēdacio meo causas diues assignas? Ignoro percussorē. Deinde te potissimū de quo quererem elegi. An scio, & simultatibus nostris occasionē orbitatis indulgeo? Decipi me nō potuisse manifestū est. Filius meus cū pariter rediremus occisus est. An dinoscere percussorē nocte non potui, cum percussor potuerit eligere, fugere? Quid ais? Iuuenē meū alius occidit, & tu mihi solatiū vltioni imple? Te accuso scilicet, ut interim nescio quis ille fugiat, euadat. Quod mihi genus furoris assignas, ut maximi sceleris vltio pereat falsa? accusationis incerto? Homo qui me vidisse contendo, cum occideres filiū meum, nisi de te vindicor, non reliqui mihi ut hoc de aliis probarem. O te extra omnes humanorū pectorum affectus inimice sepositū, nunc qui me putas posse mentiri. Perdidisti infelix illum chariorem pauperibus affectum. Succurrere mihi putas, q̄ aliquādo dissedimus? Falleris, deciperis. Hominis cuius occisus est filius, vnus inimicus est. Sane possit aliquis hanc doloris dissimulationem mendacio perferre verborū, torqueri volo. Nihil est tanti nisi verum. Videlicet inter ignes ac flagella sufficit mihi si dixerō, hic est inimicus animæ, qui nobis subinde maledixit: hic ille cōtumeliosus, ille impotēs.

Ego nescio an mihi possit in quaestione sufficere quod vidi, & q̄ inimicus me cōtēdit ideo vel-
le torqueri. Tormēta postulo. En ad quod cōfugiat homo, q̄ se sciat posse mētiri? Nulla est ra-
tio quaestionū relicta mortalibus, si adiuuant contra veritatē, & sublata est de rebus humanis
necessitatis huius vtilitas, si uia tuetur vltro, explicatq; fingētibus. Hucusq; durat artis ingenia
mortalium, & licet sit aliq̄s secreti firmitate cōpositus, hominē tamē vltra nō sequitur animus. Nō
vacat asserere quae finxeris, tūc cū vix prodest & verū fateri. Et nemo nō contra id torquetur,
quod dixit ante tormenta. Nō refert, cuius ad equuleū nominis persuasione, quas silentii asse-
ras causas. In quaestionibus tantū corpora sumus, & nemo non cōtra aliquē torquetur affectū.
Exigā quaestione, an recusē? Quid interest tormētis breui futurus similis homini, q̄ fateatur
inuitus? Nouū iudices inauditūq; rebus humanis aperitur exēplū. Nemo vnq̄ ideo torqueri nō
debit, quia mentiretur. Sed si fas est iudices dubitare de fide quaestionum, alius debet esse su-
spectus, ille scilicet in quo seruiliū pectorū recessus, in quo verniles excutiuntur artus. Quoties
tortori est rixa cum mēbris, tū cruciatus agnoscit assiduū supplicii duratā patiētia, & homini
nō est noua res dolor corporis appliciti, q̄ scissa laceratāq; ueste primū ferre nō potest pudorē,
q̄ nescit ad flagellorū uices mēbra cōponere, nec vllō verbera frangit occursum? Nos inquā su-
mus quos leges superuacū putauere torqueri. Vnde nobis inter ista secretū? In tormentis libe-
ro homini opus est patientia, vt verū dicat. Sed, inquit, ideo torqueri non debes, quia exis vt
torquearis. Aliud sunt inimice tormenta, aliud uelle torqueri. Felices illos qui regulare uolue-
runt. Meretur clementiā & fauorē quisquis ad illa tremens exanimisq; perducitur, quem vix a
genibus tortor abducit, cui iā scissas quoq; difficile possis eripere vestes. Ego quemadmodū vul-
tis deprecari, qui uideor prouocasse tortorē? Ille, ille sine vlla miseratione laceratur, cui ad sin-
gulos ictus dicitur, ipse voluisti, quē non decet rogare, qui creditur fingere proclamationes, si
mulare gemitus de quo primū uidetur vindicanda tormēta. Nō inuenio iudices quid sperare
possit qui mentitur, & exigit quaestione. Homini qui vult torqueri, diu nō creditur, nec verū
dicenti. Nec est iudices q̄ putetis adeo mihi tristissimā orbitatē omnes humanorū pectorum ra-
puisse sensus, vt nō intelligam petere me quod diues poscit euadere, & penē magis pro percus-
sore torqueri. Sed quid me facere vultis? Nō debeo videri posse mentiri homo, qui cum filius
meus occideretur, interfui. Veritati tātū praesto patiētiam, exigo quaestione, in qua quid dictu-
rus sim nescio. quid debeā dicere vidi. Scio, vultis post hoc argumentis, suspicionibus agā. Bre-
uiora tormēta sunt. Nō inuenio iudices cur renuat tātopere diues quaestione, postq̄ superflum
adhuc incerta ac dubia. Facinus est tamē me nō torqueri, si mihi torto utiq; credēdū est. Quo
usque me crudelissime mortaliū metus simulatione deludis? Ego magis qui postulo tormēta,
timeo, ego qui nihil facere potui cū viderē. Suspecta tibi est nostra patientia. Vides enim, hor-
tatur nos contra dolorē primae robur, & tatis solidū plenūque corpus. Quam facilis, q̄ expedita
res est torqueri miseris? Affero ad quaestione iam plāctibus mēbra liuētia. Quātū anima, quan-
tū sanguinis orbitas traxit. Quāto imbecilliora sunt haec quotidianis lamentationibus euerbe-
rata vitalia? Quicq̄ ergo fingere potest hic pallor, haec macies, & iā torto similis infirmitas? Ad-
ice q̄ nihil minus in quaestione diu possis dicere si mētiaris, q̄ quod oculis scias, & brevissimū
confessionis est genus dixisse q̄ uideris. Felices dices quos tortor interrogat, qui non habent in
sua potestate credentes. Impatiētissima res est posse cū velis desinere torqueri. Quin potius, in-
quit, probas fidutiā hominis, qui scias hoc me uidisse solū. Sine dubio diues multa te poterāt
argumēta cōvincere, si deferret alius: & eras manifestissimus reus, si mihi percussor quārēdus
esset. Quis enim credibilior in caede pauperis, q̄ diues inimicus? Aut de quo facilius constare
posset scelere, quod causam nō habet nisi de sola vltione? Nō inuenit multa uerba uidisse. Nec
mihi debet perire probatio ista quia poteras & accusari. Exigit probationes cū facinus sic dis-
posuerit, ne possit probari. Quē mihi nox tēstē, quos praestare potuit oculos nuda semper, in-
comitata paupertas? Tibi seruus a cōsciētia sceleris summouēdus fuit: & ista ratione quis inter-
esset? quē putares posse torqueri. Et totū facinus in has angustias redegeisti, ut illud soli scirent,
qui faciebāt, & cui nō crederetur. Nunquid dubitaretis quārere si alius sciret hoc scelus? Faci-
nus est ideo filii mei perire vindictam, quia pater vidi. Ego vero iudices & ex hoc quod recu-
sat diues quaestione, partē probationis impleui. Accusatoris tormenta nunq̄ timebit reus, nisi
de quo credi potest & ante tormenta. Cur, inquit, si mihi causae sceleris similitudines nostrae
erant, non te potius occidissē? Vere crudelis, ego te hoc maxime argumēto percussorem pro-
bo, q̄ mihi pepercisti. Tuū fuit hoc inimice commentum, occiso filio seruare patrem. Parcen-
di tamen mihi vel haec fuit ratio, q̄ defendi non poteras, si duo perissemus. Audire mehercule

TORMENTA PAUPERIS

mihi videor illas cogitationes, illa scelerum secreta confilia. Quid mihi cum vulneribus? quid cum cruore consumpta? & iam penè abeuntis animæ: Occidatur potius ille iam iuuenis, iam inimicus, de sene vindicabit me patris oculi. Vis mirer quod me nolueris occidere? Queri mehercule te puto, quod in senectute magni doloris vita brevis est. Pepercisti mihi, quo modo excogitât artes detinere supplicia, & de pereuntibus magis sæuitia eruitur dolore suspensio. Agnosco notis illius inimicæ clementiam, quod me torqueri non vis, ex hoc euenit, quod neque occidisti. Tætat iudices efficere diues, ut incredibile uideatur quod occisum ab eo contendo filium. Dicturum nunc putatis magis interesse securitatis, ut quis facinus sibi tantummodo credat, & id tutius esse inimico patre quod conscio. Plus est quod affirmo. Filiū in cōspectu patris occidere, sic operæ precii est, si illud ipse facias. Perdit plurimā de sceleribus voluptatē, qui mandat, & minus gratiæ rebus ex nuncio venit. Occidet alius te iubēte, sed vulneribus illis nō fruētur oculi: sed plus est ut singulis abeuntis animæ, & cruore satieris, ut collapsum palpitātēq; videas, ut me viderent. Conuenit iudices quod ipse diues hoc fecit, & quod ego uidi, ratio sæuitiæ est, ut aliquis coram me occidatur, propter quod occiditur. Fidē vestrā iudices, ne me ideo non putetis uidisse quia nihil feci. Seruulorū iste libertorūq; dolor est, occiso homine statim scire quid facias, exclamare, procurrere, fidē deorū hominūq; testari, postea cū lachrymis venire. Vultis percussorem inuadā? Vultis fugiētē sequar? Interim deficientem quis excipiet? cui se morientis imponet infirmitas? Scis profecto percussor facinus ordinare, disponere, filium occidere coram patre secretum est. Miseremini iudices igitur, ut hinc quoque velitis existimare diuitis conscientiam, quod cōtentus est ne de scelere quæratur, nō habet fidutiā hominis, quod me sciat mētiri: & quod non minus debetis attendere quod si fateretur, non putat sibi saluū, ut iterū neget. Dissimules licet, non est innocentiae metus cū timentur aliena tormenta. Quid ait diues: Orbitatē meā in tale genus vsumq; cōuertet, si paterni doloris auctoritas facinus impingit alienū? Deinde nō ipse affers equuleos, non ipse disponis ignes. Diceris mehercule te velle torqueri: ego scindo vestes, tu intremiscis: ego ad flagella nudo corpus, te facit pallor exanimem: ego equuleos, ego posco flammās, tu non habes in meo dolore patientiam. Rogo quid aliud faceret qui occidisset? Quid nunc agā miser? gratiā confessionis ante tormenta consumpsi. Scio quanto credibilis fuisset, si hoc statim inter ignes, inter flagella dixissem, & multum de auctoritate primæ proclamationis amissi. Non est tamen quoddā superuacua putetis esse tormenta, quamquam dixerim quicquid sciebam. Habeo adhuc ex illo multa referre secreto, quæ argumenta faciet dolor. Nō refert an me vidisse dixerim, tormentis hoc probaturus sum, debuisse mihi credi ante tormenta. O quanto pere nunc inimici torqueris, quod te coram iudicibus interrogo, quod hoc non potes mihi fateri. Sed si bene gaudii tui perspicio secretum, non putas te negare quia vidi. Arrogantissime percussorū euasisse te putabas, quod illud duo tantum sciebamus: Meis, meis hoc ignibus nega, & dum me per singulos artus tortor interrogat, perfer saltem non credendi patientiam, cum ego me vidisse proclamem, tu nullam afferas innocentiae probationem. Non potes aliter absolui, quam ut illud ego negem. Nec tamen iudices putetis solo me calamitatū ambitu pētere quæstionem, dabo propter quod torqueatis irati. Filium meum illum singulis vobis vniuersisque laudandum, iuxta quem felix, iuxta quem arrogās eram, occidit. Mea nimia libertas, ita ego te non equuleo efferam, non super ardentes exuam flammās? Nunc me vindicas, nunc tueris. Modo coram me filium meum diues occidit fidutiā tui. Concurrite omnes liberi, omnes parentes, vrite, lacerate hos primū patris oculos, distrahite has manus, quæ nihil pro pereunte fecerunt, hoc corpus, hæc membra, quæ de complexu latronis vulnera nulla retulerunt. Siue hoc poenā, siue vultis esse clementiam, debeo tam miser esse dum probō, quam cum viderē. Miserum me si fas est in quæstione mentiri. Sine dubio diues hoc captauit recusando quæstionē, ne crederetur. Sed dura parūper anime, vidisti. Nunc infelix ad nos miseros pietas redi, quod fieri in ipsa orbitate non potuit, & vires quas improuisus abstulit dolor, probatio restituet. Cum flammis vrentur nuda vitalia, nox illa occurret: cum membra fidiculæ flagella laxauerint, rursus ante oculos sit morientis vnici vultus, hæreant verba percussoris, mandata pereuntis. Filium spectasse morientem longa præsentia est. Nescis infelix senectus quanta tibi opus sit veritatis contentione, ut poeniteat diuitem quod non duos occidit. Iam nunc tamen vobis iudices infirmitatē meam allego, commēdo. Si me forte fidiculæ flagella mutauerint, ego tamen vidi: Si vocē in equuleis ignibusq; perdidero, ego tamen vidi: Si totus vndique dolor pariter ad motus occiderit, ego tamē vidi. Alioqui nisi hoc animo meo, nisi licuerit oculis, morerer hoc dolore, quo puto me posse torqueri.

GEMINI LANGVENTES.
ARGVMENTVM DECLAMATIONIS VIII.

Gemini quibus erat pater & mater, egrotare cœperunt. Consulti medici dixerunt eundem esse languorem. Desperantibus reliquis promisit unus se alterum sanaturum, si alterius uitalia inspexisset. Permittente patre executi infantem, & uitalia inspexit. Sanato uno accusatur pater ab uxore malæ tractationis.

PRO MATRE CONTRA PATREM.

Vamuis Iudices plurimū infelicissimæ matris aduersis miserationis abstulerit, q̄ ex duobus liberis pari desperatione languētibus alter euasit, & plerisq; maximū dolore prima fronte tractātibus videatur audivit gaudiorū, ut modo ad totius orbitatis redacta patientiā, iā non sit vnus salute contēta: nō possum tamē affectibus vestris non hanc primā tristissimā calamitatis allegare mensurā, quæ ex ipsa quoque solatii sui cōditione descēdit. Minus misera quereretur de marito, si sanari nec ille potuisset, pro quo est frater occisus. Nunc infelix par non est dolori, nūc non inuenit vlla solatia, ex quo sibi videtur filiū perdidisse victurū. Super impatientiam tristissimæ orbitatis increfcit, q̄ intelligit illū nō sine sanitate fuisse languorē, nec persuaderi miseræ potest perituro laborasse fato, in quo inuentū est quod sanaret alium. Capet licet crudelissimus senex parricidii immanitatem metu maiore protegere, non inuenio vnde colligi possit utrūq; fuisse moriturū. Ex duobus ægris nō periit nisi qui occisus est. Ante omnia igitur illud à vobis infelicissima mater petit, ne maximi sceleris ideo decrescat inuidia, quia pati videtur & reus ex orbitate tantūdem. Non perdidit filiū quisquis occidit. Explicat à dolore patrē, q̄ si bi videtur fecisse rem maximā, & in locū iuuenis amissū substituit de vanitate solatii. Alia est, alia conditio matris, quæ medico non credidit, apud quā sœuissimæ conditionis immanitas fidem non potuit impetrare tentandi. Pro vtroque timuit, pro vtroque sperauit. Facinus est eū maioris pietatis videri, qui de morte filii putauit alteri vel certa salute transigere. Sic debetis odisse patrem, tanquam duos occiderit, cuius non interfuit vter occideretur. Est tamen sanctissimi iudices quod de crudelissimo parricida queri possit non sola mater. Adiecit humanis calamitatibus ipsam sanitatem, & morborū languorisque violentiam medicinæ concessit. Filium occidit (si ipsi creditis) fortasse moriturum, & hominē cuius charitas debuerat ipsa desperatione creuisse, in hoc solū impendit, ut tantūde superesset incerti. Non exonerat iudices immanitatem sœuissimi patris, q̄ hac ratione credidit de languente filio. Rem inauditam, rem facere crudelem, vnam rationem habet, si ipse sanetur. O tristior indigniorque semper mensura calamitatum magna felicitas. Hunc cœnefecit exitum illa modo ciuitate tota cōspicua mater? ille indiscrētus ab vtroq; latere comitatus? ille gaudetiū dulcis error oculorū? Quid mihi mortem nunciatis vnus? Perdidit misera geminos. Passi sunt enim languorem miserrimi iuuenes, sine dubio pariter vnq; non fraternitate, non animæ corporūq; consortio, sed cōditione fragilitatis humanæ, qua sic extranei quoque duo languere potuissent. Non negauerim terribilē, grauem & parentibus utique metuendū de cuius tamē adhuc, vt parcissimē dixerim, remedio quæreretur. Quid refert an medici consenserint utrūque periturum, cum eundem dixerint esse languorem? Manifestum est de duobus non dixisse verum, quos de altero constat esse mentitos. Iam tamen iudices de tam perdita pronuntiatione non querimur, q̄ agros quos sibi videbantur explicare non posse, parentibus crediderunt. Innocentior est simplicitas desperare si re media non noueris, & hanc ignorantie malo probitatem, ut languorē quē nescias, tantū leges posse sanare. Maximi tamen virorum, & quibus artis suæ soluendo non sit humanitas, si sciebant hoc genus curationis, & illud non indicare voluerunt. Vultis & illos mentitos breuiter probē? Desperauerūt de languore, cuius remedium (si patri creditis) alius inuenit. Siue enim iudices vanissimus nescientium vidit hanc patris in periculo liberorum rigidam nimiamque patientiam, & hominem in filiorum languore sollicitum de remedio generis humani: siue captauit ex hoc vultu quandam artis mutationem imitari, quando sanare non poterat, & ignorantia pudorem tegere magno tentauit incerto: siue ut aliud videretur dixisse quā reliqui, verba desperationis incredibili vanitate variavit, magnāque miseros parentes ambage suspensens tutissimum putauit promittere, quod deberet nemo experiri: causas quidem se dixit ignorare morborum, sed salutem spondit vnus, si licuisset alterum occidere, lacerare, perspicere. En cui pietas patris, cui credere sollicitudo debuerit, dixit se scire remedium quod nesciebat. Vultis intelligere iudices nihil impatientia charitatis fecisse patrem? Nō retulit ad matrem, adacta

Cc iiii

est à morte filii vel sanitate discedere. Non propinquos consuluit, non amicos, sed sua tantum persuasione, medicique contentus, quod nocentius est quam si ipse occidisset, alterutrum potuit eligere. Dicat nunc parricida, quid fecerit illud quod etiam de similibus tam paribus agris in alterum desperatio illa praeualuit? Si medici non interfuit, vter occideretur, constabit viuere utrunque potuisse: si interfuit, constabit non eundem fuisse languorem. Qualis fuerit illa curatio, quid passus sit iuuenis in morte qua medicus parabatur, omnium cogitationibus liquere crediderim. Ideoque parcimus auribus matris. Breuiter tamen longae crudelitatis explicanda saeuitia est. Ex omnibus quae pertulit leuissimum fuit quod occisus est. Non est quod ueniam tristissimae curationis paret, quod videtur in alio fratre explicata promissio. An alterum medicus sanauerit, fortuna viderit, quod negari non potest, alterum medicus occidit. Erupit hoc loco mulier infelix, & tota libertate proclamat. Redde mihi, inquit, marite filium, quem tibi pariter medicoque commisi. Hic est ille vester insanabilis, recipe quem mihi credidisti, hic ille moriturus, hic quem permiseras medico, si maluisset occidere. Vides quid profecerint anxia vota pietatis, sollicitae preces. Dum iam frigidi pectoris calorem superpositis reuocamus vberibus, dum frigentia membra continuis osculis & spiritu trepidae matris animamus, dum labantes oculi ad nostras exclamationes nostrorumque planctus admissa paulatim luce laxantur, dum multa mentior, multa promitto, & fratrem dico sanatum, respexit ad vitam, conualuit, euasit. Non tamen iactio pietatis, non arrogo mihi prosperae curationis euentum. Quid hunc sanauerit uis scire breuiter? quod potuit utrunque sanare. Pudeat vos o iura legesque, quod miserrimi sexus dolorem his clusistis angustis. Ita maritum quod occisus est filius, malae tractationis vxor accusat? Perdiderunt legis huius auctoritatem, quae ad illas vxorias querelas matrimoniorum solent deferre delitias. Ego illam datam miseris tantum matribus puto potestatem, ab iniquo coniuge explicare diuortium: & contra maritales tuetur iniurias, ubi nolis praestare patientiam. Illis succurrit quas nefas est ab viro, discedere, quas in pessimi coniugii durum perpetuumque complexum, communium pignorum nexus arcta uit, quae malos maritos pariter & patres nec relinquere nec ferre sufficiunt. Facinus est ideo euadere maritum, quia dānaretur si de illo minore dolore quereretur. Itaque impudenter facit, quod detracta matrona cultu, negatque comitatu, fastiditis noctibus, pullataque facie, filium coplorat occisum. Sileo adhuc illa per quae parricidii creuit immanitas. Occisum filium obicio, putate luxuriosum, perditum, nocentem: fingite hoc patre ira, indignatione fecisse: quantum facinus sit filium occidere, nemo magis fatetur, quam qui vult videri se illud fecisse pro filio. Ecquid Iudices? vel ex hoc totus animus mariti, tota tristissima coniugis calamitas perspicui potest, quod se negat matri communium liberorum debere rationem? Placet ergo mortales, ut de hominibus in quos plus ex harum sanguine, ex harum transit anima, non habeant partem nisi tantum doloris? Solos ergo communicabit misera planctus, & ab omnibus consiliis, quibus ordinatur iuueta, vita disponitur, extra nea voluntate, vilitate seposita, circa moerore tantum lachrymarumque consortium orbitate iunguntur? Si mehercule fas est existimare vtri plus parenti debeatur ex liberis, non improbe totam potestatem sibi vindicabit affectus, quae decem mensibus ante vestram incipit diligere notitia: & cum vos patres gaudium primum faciat oculorum, ante sunt conscientia matres. Facinus est ideo tantum illis minus licere, quia minus facere sufficiunt. Vos estis qui crescentes adhuc in peregrinationes, qui iam adultos in castra magnorum parentum vanitate dimittitis. Erubescitis desideriis tantum infirmitate, & unde velocissimus transitus est in rigorem, liberos vultis amare patientia. Quam multa ideo tantum de filiis facitis, quia licet, & frequentius potestatis vestra iactatione, tanquam aliquo grauitatis genere delinquitis? Non habet orbitas vestra lachrymas, super arduos rogos tenetis inconcussam rigidamque faciem, itis obuiam consolationibus, & quod omnem modum feritatis excedit, captatis in magna calamitate laudari. Quicquid ergo erit quod de communibus pignoribus, non pari mente, pari impatientia, vel si necessitas postulet, pari rigore faciatis? Mali tantum patris interest, ut matri minus liceat. Sane cedat vobis circa regendas communium pignorum mentes sexus infirmior, vos mores, vos vitae genus, vos matrimonia, ceterosque actus vestra persuasione firmetis: nunquid arrogans consortium, nunquid impotens societas est, liberos communes esse languentes? Si quis, immo pudor est, cede nunc tota potestate matri, illius sit in aegri thoros proximus locus, haec adhibeat fomenta, porrigat cibos. si quid impatientia, si quid flagrantium viscerum poscit infirmitas, mater neget, mater indulgeat. Illas quas immodicus ardor discutit vestes, haec super fatigatos reponat artus, illa iactatas toto lectulo manus sedulo contineat affectu. Frustra captas videri ultionem magnae charitatis, ab omni curae ratione sepositus. Cum circa curationes liberorum non consentiunt parentes, curationis est culpa, non matris.

Quid ꝑ filio occidit innocentē, cui nihil obicere, nihil poterat irasci? Filium (si ipsi creditis) pro fratre mori paratū, cuius suprema ferte nō poterat. Nouū iudices & incognitū rebus humanis audite facin. Iā parricidiū pietas, charitas, & impatiētia orbitatis admittit. Malo odiū, querelas, execrationes, q̄ vt quis liberos affectu quo seruātur occidat. Quid refert an per hoc alterius filii anima redimatur? Si parricidiū fas est vllas accipere causas, filius propter se tantū debet occidi. Adicite iudices immanitati, ꝑ occidit ægrum. Omnibus equidē mortalibus maiorē crediderim de languore venire reuerentiā, & illorū quoq; quos inter supplicia pereuntes audio spectamus assensū, iuxta valetudines tamē morborūq; violentiā quodā innocentiae fauore miseremur. In carceribus, & in illa profunda nocte pœnarū religiosius ille anhelī pectoris pallor inspicitur, nō sic confundūt obuios grauioribus catenis colla stridentia, & diutino squallore cōcreta facies: at ille quē ad singulos conatus, gressusq; labentē vix trahit impellitq; lōgus ordo victorū, & inter tot destinatos, totq; perituros, omniū tamē in se retorquet oculos vnus æger. Quid ais: tu illū quē nūc nefas est castigare, reprehēdere, cuius auribus parcere debuerūt fauora verba, si quid negares, videreris occidere, ferro, vulneribus aggredieris? Nō potest hinc tibi venire defensio, vt hoc sis pro alterius salute commentus. Inter duos liberos pari desperatione languētes da bonū patrē, nō præpōderabit alterutrū, nō eliget, sed vt incertū orbitatis euadat, ipse morietur. Tentat hoc loco iudices crudelissimus senex excusationē temeritatis suae de medicorū trahere cōsensū. Desperauerāt, inquit, de duobus. Sed vt incertū orbitatis euadat, sepono paulisper immanitatē patris, qui credidit, & de arrogātissima persuasione hominibus queri, de totius generis humani nomine volo. Quām multas artes misera mortaliū sollicitudo fecisti? Fato viuimus, lāguemus, conualescimus, morimur, medicina quid præctas, nisi vt iuxta te nemo desperet? Diciturū me putas, nō credo renunciātibus, nō accedo cū deserūt, relinquūtq; languētes. Ego vero medicis nō credo sperātibus. Aspicite maiorē partem generis humani, & si me interrogas, illā robustiorē, illā adhuc in prima rerum naturā veritate viuentē, nullos artis huius nouit antistites: nec minus tamē bellorū vulneribus, morborūmq; medetur incurfis, nō disputationū vanitate solerti, sed experimētis, & inuicē per similes dissimilēsq; casus obseruatione ducēte, tradita ratione succurrit. Non medicina sanat, sed quicquid videtur sanasse, medicina est. Quo vultis animo ferā, ꝑ ars quātū dicitis) inuēta pro vita, si diis placet, auctoritatem formāq; captat, vt longe ventura suprema prospiciat, vt adesse fata denunciet, quæ nec timētur, & maxima sciētiæ pars esse capīt sanare nō posse? Quisq; ne ab homine, qui adhuc loquitur, spirat, intelligit, sic recedet, quēadmodū relinquitur exanime corpus, & ibi finē vitæ putabit, vbi cūq; sciētiæ substituerit infirmitas? Si fragilitatem mortalitatis, incertōsq; velimus æstimare casus, tantundē periculi habet omnis æger. Iniquissimū est desperationes vocari, quoties remediū medicina nō inuenit, & angustias siue artis siue mētis humanæ, ad inuidiā referre fatorū. Nihil magis interesse omniū puro, q̄ ut spes pro homine tā longa q̄ vita sit. Vnde putatis inuētos tardos funerū apparatus? Vnde ꝑ exequias planctibus, ploratu, magnōq; semper inquietamus vlulatu? Quid ꝑ facinus videretur credere tā facile vel mortis? Vi dimus igitur frequēter ad vitā post cōclamata suprema redeuntes. Pleriq; conualuerūt negligentiae bono, quosdā explicuit quicquid alios fortassis occideret. Hos indulgentia temeritas, illos adiuvit desperatiōis audacia. Datur fortassis huic arti perspicere morbos, profutura meditari, sed unde sciēt quantū inter viscera, latentēsq; pectoris sinus, vnicuiq; animæ natura cōcesserit? quā proprietatē spiritus, quā corpus acceperit? Non tam variæ mortalibus formæ, nec in vultibus nostris sedet tanta diuersitas, quāta latet in ipsis dissimilitudo vitalibus. Inenarrabile, indeprehensibile est, quicquid nos alimentorū varia compago formauit. Et prout in nos plura seu rariora de terrenis seminibus cælestibusq; coierūt, ita vel duramur tacita ratiōe, vel soluihur. An desperātibus credi debuerit vos existimabitis, qui negauerūt agros posse sanari, nec in hoc probauerūt qui euasit, nec in illo quē nō languor occidit. Iustas mehercule haberet mulier causas querelarū, si noua incognitāq; ratione vel utrūq; seruasses. Nunq̄ ex magno venit affectu incredibilia vel profutura tentasse, & in re quæ plus de incerto habet, temeritas experimenti solā probat desperationis audaciā. Quid refert cuius sit conditionis æger, quantū adhuc spei, quantū videatur habere de vita? Sacrosancti sint parentū metus. Dii non sinant vt ex liberis vilior incipiat esse periturus. Medici desperauerunt. Quid istud ad patrem? spera tu, iube sperare matrem, tuis potius affectibus, tuis crede votis. Et hoc de parricidii facilitatē est, circa filiorū languorem ad desperantes potius accedere. Fidē habes hominibus, quos mentiri alij affirmat, cōtra quos iterū credis vni præsertim. Pessimē hercle de tua feritate sentirē, si in

quacūq; filii curatione nō adhiberes propinquos, nō interrogares amicos, nō respiceres ad matris animū: nō hanc primā impatientiā, non hunc cōsulis timorē. De nullo filio minus debet soli sibi permittere pater, q̄ qui videtur vtiq; moriturus. Fratres, inquit, & gemini erāt, ideoq; credibile est illis eundem fuisse languorē. Rogo quis in vllō mortaliū ferat ignorantia pariter & affirmationē: quisquis nescit quod genus lāguoris sit, nō potest scire an idē sit? Nihil Iudices in rebus humanis voluit esse rerū natura tā simile, quod nō aliqua proprietate secerneret. Quid refert an ex iisdem prima illa duorū corporū animorūq; cōpago feminibus oriatur. Sibi quisq; firmatur, sibi quisq; cōponitur, & duo pluresq; fratres nascūtur fato singulorū. Hanc ipsam vidi indifferentiā quā mirātur occursus, stupēt ciuitatis oculi, parentū tamē agnitio dinoscit, separat notitia nutricū, & fallētibus notis, est rursus quod faciat ipsa similitudo dissimile. In plerisq; quis sit indiscreta facies, inuenitur tamē alius oris sonus, habitus, incessus: sed vt ipsa cōsentiant, diuersa mens, cōtrarii mores, & vitæ genera rixātia. Quid q̄ non eandē esse naturā geminorū probat etiam fortuna dissimilis? Hūc preffit paupertate perpetua, illū insperatis opibus excoluit. Illius per titulos & honores, illius per ignobiles obscurasq; fordes totam duxit atātē. Simile est qcquid accipiūt ex homine gemini, dissimile quicquid ex fato. Nec enim tā pariter in lucē de maternis exiluire visceribus, vt illos eadē origo signauerit. Quantū putas interfuisse tēporis, dū primū vteri pōdus egeritur, dū parūper exonerata vitalia altero rursus homine laxātur? Breue fortassis exiguūq; videatur mortalibus oculis, sed si terrena mēte perspicere velis orbis hui⁹ vastitatē, scies multū esse quod inter duas trāscurrat animas. Voluitur super nos hęc cali siderūq; cōpago, & sol præcipiti per procliuē decursu, totius diei noctisq; breuitate emēsus oriētis occidentisq; cursus, diuersorū siderū in primo statim ortu rotato se rursus axe consequitur. Hoc tu paruū credis esse spatiū, quod diuersis pariter rebus impletur? Quātū inter illa trāscurrētis horæ momēta nascitur, perit? Igitur quādo vnq; peregrinati sunt vnā, militauere pariter? quid nō diducti separatiq; fecerūt? quādo illos lāguor, quādo suprema iunxerūt? Et quādoq; sit * necesse est aliter, alter ex geminis q̄ pariter languerūt, nō sic accidit quomodo fratribus, sed quomodo duob⁹. Nō eodē fato lāguere geminos, quēadmodū vultis, breuius probē, q̄ q̄ nec vterq; occisus est, nec vterq; sanatus. Sed fingamus hoc esse verū, q̄ desperauerūt medici, relinque nobis pater innocentiam calamitatis, salua solatia sint de liberis, quos tibi videris nō perdidisse nisi fato. Quis ex parētibus nescit hac se mortalitatis procreare lege? Sed indigni exitus supra orbitatē sunt. Ideo magis flemus illos, quos bella rapuerūt, hausit incendiū, naufragia meruerūt. Fortius feras inter affidentiu manus, inter suorū officia labētes, cū se inuicē oscula, cū se satiauerē sermones, cū data suprema mādāta sunt, & se scit pietas omnia fecisse pro vita. Igitur verū dixerim, illos mori credimus, hos perire. Non inuenio quēadmodū exultationē pater de cōsensu possit accipere medicorū. Hoc est quod omnē cōparationē feritatis excedit. Filiū pater propter hominē, quē nō putauit posse sanari, occidit? quod tu mōstri portētis? genus es? habes parricidii patientiā, nō habes orbitatis. Ita demū potes ferre filii mortē, si facinus adieceris. Tu occidis, quia desperauerē medici. Quereres mehercule si reliquisses, si quid de cōtinatione curæ sollicitudo laxasset. Nihil ergo plus facies, q̄ illi qui nūc plures fortassis circūeunt ægros, quos detrahit, quos auocat alia curatio. Filios saltē cōmitte vel matri, de fortuna queratur, diis faciat inuidiā. Mulieri quæ ferre nō potest q̄ videris desperasse, nunq̄ ex hoc rationē reddas, q̄ occideris. Quis hanc Iudices impudentiā ferat? tentat pater vt & huic rei credatis, q̄ desperauerūt omnes, & q̄ sperauit vnus. Nostræ quidem querelæ sufficit nō cōuenisse medicis: & cū inuētus sit q̄ cōtra sensum desperantiū genus aliquod sanitatis afferret, fas erat Iudices vt adhuc inueniretur alius q̄ latiora, & vtiliora promitteret. Hoc nūc me queri putatis, q̄ in re, de qua credere nec omnibus debuisset, accessit vni? Non interest an superfit remediū quod tētare nō debeas: & vbi tantundē periculi speres quantū desperatio habet, melior exitus est, qui facit miseros innocētēs. Quid inuidiā prioribus medicis paramus? Nemo magis desperat, q̄ qui se negat nosse languorem. Quid ais pater? Ita tecū quisq; sic audet agere de duobus filiis, tanq̄ de duobus ægris? Tu ex geminis alterū occidendū dabis? Nō ferrē si separare expositurus auderes, si cōtentus esses educaturus alterutrū, nō ferrē à piratis captū filium alterius vicaria seruitute redimentem. Tu de orbitate facies vices, & casum singulorū per vtrūq; diffundes? Parricidium vocarem si promittente medico q̄ sanaret vnum, posses eligere periturum. Penē crudelius est geminos diuidere quāam perdere. En scientia cui debeat credi, negat se scire causas languoris, deinde promittit quicquid licere non deberet nec intelligentibus, Occidam, inquit, deinde sanabo. Memineris pater in hac conditione prius esse vt occidas.

occidas. Nō est tāta pietas seruare filiū, quantū facinus occidere. Tu nūc hoc putas profundæ artis esse secretū? Verba tantū desperationis inuoluit, & homo cautissimæ vanitatis captat illā nouissimā circumire breuitatē. Vides quāta promissum suū experimentūq; caligine medicus inuoluerit? nunq̃ cōstabit an fuerit languore moriturus æger qui aliter occiditur. Non noui, inquit, languoris genus. Post hāc vocē mehercule nō deberes cōmittere ægros, etiā si vellet experiri porionis haustus, ciborū fomentorūq; nouitates. Nescio, inquit, sed si permiseris alteri aperire vitalia, pectus effringere, remediū fortassis inueniā. Iā exculatus es medice matri, sperasti ne tibi crederetur. Differo paulisper q̃ de fratribus, q̃ de geminis, q̃ pater hoc facit nō cōsentiente matre, publico potius mortalitatis cōtendo nomine, nō debere genus istud curationis admitti. Actū est uelut de genere humano, si nobis pro salute ægri opus est morte hominis alterius, & penē ratio sanitatis intercidit, si cōsumit medicina tantundē. Ego quēq̃ dicentē ferā, vt inueniā valetudinis causas, date mihi aliud corpus, alia vitalia, occidā. deinde salutaria quærā, profutura meditabor? Ita nō facilius est nosse languorē? Quæ hæc est impudentia crudelissimæ vilitatis? Aegrū placuit occidere, vt inueniretur cur nō debuisset occidi. Nullū sanctissimi Iudices natura morborū genus solis visceribus abscondit, & quicquid causas valetudinis de vitalibus trahit, in corpus emanat. Inde pallor, inde macies, q̃ ad interiorē dolorē superposita cōsentunt. Nō inuenio cur hominē vulneribus exquiras, cur remedia quoq; vitalibus per corpus immittas, & in latentes meatus per hæc quibus tegimur medicina descendat. Cur ergo non eadē ratione languor admittit intellectū sui, qua sanitatē prodit? Abditos profundiq; morbos aut citatior clausi sanguinis cursus, aut crebrior anhelitus laborātis animæ indicat. Crede de his ante omnia sensibus, oculis tuis, & ipsos de quibus agitur, modo singulos, modo pariter interroga, cui potissimū parti graue tacitæ pestis pōdus infederit, vnde prorumpat in gemitus cōsciū dolor. Medicus qui per hæc non potest inuenire languorē, nō inuenit nec remediū. Quid si aliquid sanato medicina potest præstare rationis? Sufficit q̃ aliquādo iā facta ex vnius hominis inspectione, ad totius intellectū naturæ medicina profecit. Quid alaturus huic ægroto est, quod nō tot singulorū, tot languetiū experimenta deprehēderint? Vis tu potius hac audacia, qua secreta lāguoris exquiris, remedia tentare? Breuior via sanitatis humane, propior nostræ salutis vtilitas est. Si viscerū nimis ardor stricta circa se mēbra durauit, adhibe remedia laxātia. Si fluitat nimis æger humoribus, præsto sunt per quæ pressis clusisq; venis in nonas vires corpus arefcat. Si parū prodest abstinentia, rursus ciborū qualitate foveatur. Si spiritus receptis premitur alimētis, ad puriores meatus ieiunio famēq; tenuetur. Cōtigit tibi magna experimentorū materia medice, ægri duo, & lāguor idē. Nō est opus vt expectes quādo super vnius hominis patiētia explicet profuturorū magna diuersitas. potes experiri pariter eadē cōsentanea, diuersa, pugnātia. Nulla ratio est vulnerū, sanguinis, supremorū. Quēadmodū sanari debeat alius æger scire nō possis, nisi ex altero sanato. Quid q̃ etiā vt idē sit valetudinis genus, necesse est tamē duorū corporū diuersitate varietur? Nunq̃ in alienis visceribus inuenias totū quod de altero quæras, & aliū lāguor est, alius æger. Cur maximū nefas alterius filii salute defendis? Homo in quo sola quæritur causa languoris, propter medicū occiditur? Adiciē q̃ nec deprehēdēdi ex sanato potest vilius causa lāguoris. qcquid nos in vitia morborū à naturali sanitate cōmutat, facit aut nimii sanguinis pōdus exaltuās, aut superflus calor, aut vltra naturalē modū humor exūdās, aut spiritū per tacitos meatus nō solita laxitate discurrens. Quid horū si vitalia ferro vulneribūq; resecētur, saluū potest esse languentibus, cū cōpressi spiritus laborē protinus ille referati pectoris meatus emittat, sanguis iisdē pariter deprehēdatur egrediaturq; vulneribus. An fas putatis vt suā seruēt viscera nudata faciē? vt nihil perdat ex priore natura illud pectoris vitæq; secretū, cū admisit oculos? Plurimū in nobis etiā timore mutatur. Quantū affert sollicitudo, gaudiū, dolor, & aliquis subitus affectus? Quoties dū ad curationē præparatur æger, dū cōponitur ad sua remedia corpus, medetiū manus anima destituit? Iā vero ad singulos ictus, & longissimas vulnerū moras, quantū ex toto homine conuertitur clamore, gemitu? Necesse est omnes perire quibus cōtinetur vita causas, quoties vita ipsa consumitur, & cū homine qui propter intellectū lāguoris occiditur, ipsē quoq; paulatim lāguor emoritur. Differ saltē pater hanc crudelitātē, quicquid ex filio facis, facies ex cadauere. Si potest deprehēdi languor dū occidit, facilius cū occiderit. Interrogare mehercule hoc loco libet, verum ne periturum pater, an medicus elegerit? Negauit sua interesse quem occideret, hoc si & alter perisset, probauerat utrūq; fuisse periturum: cum conualuit, probat vtrūq; victurū. Ad sēuissimā curationē potuit ægrum facilius mehercule explicare, si esset vnici pater. Suffi-

cit ergo cōparare, decernere, nū iterū ille tibi precior, ille melior incipiet esse victuro. Vbi est impatentia patris, qua vix dimittitur cadauer in rogosequa corpus exanime detinetur amplexu? Dii immortales q̄ saua q̄ crudelis est ipsa cunctatio, dū deliberas, dum vnūquenq; detrectas, parricidiū in vtroq; cōsumis. Duorū vilitate fit, vt ex fratribus possit alteruter occidi. Nunq̄ iudices res tā horribilis tā inaudita feritatis admissa est. Filiū pater propter eū occidit, quē etiā ipsum poterat occidere. Transfert iudices reus in medicū electionis inuidiam. Ille, inquit, aestimauit, ille decreuit. Ergo manifestū est nō parem fuisse languorem. Ex duobus agris plus habuit spei, propter quē debuit alter occidi. Recede paulisper mulier infelix, filii tui nobis referenda curatio est. Felices agri qui languore moriuntur, qui supremos anhelitus inter suorū amplexus alloquia posuerunt. Vt erat iuuenis primo ipso comparisonis incerto, mox electione cruciatus, abacta est à perituro prima mater, & modo sedula ministeria seruorū repente mutata sunt in mortis officia. Detrahuntur trementibus velamenta mēbris, & vt grafsaturas manus totū corpus admitteret, nudatur miserabilis ac deslenda macies. Toto deinde tenditur thoro, & ad immobilē rigidāq; patientiā per omnia lēculi spatia duraturus exponitur. Accipit carnifex ille telū, non quo dextera statim totū vulnus imprimeret, sed quod leniter paulatimq; descendens, animā in confinio mortis ac vitæ librato dolore suspēderet. Hæc exhortatio, hoc fuit perituri iuuenis alloquiū. Fortiter dura, patienter admitte, sanabitur frater. Non est q̄ exanimeris metu, dolore deficias. Caue viscera exclamatione ne lasses, anhelitu gemitūq; cōcutias, ne remediū pereat alienū. Passus est miser discurrētē per omnia referati pectoris improbū vagā artis errorē. Contentū fuisse medicū toto homine discurrētē primo putatis aspectū? Egesta sape vitalia, pertrectata, diducta sunt: fecerūt manus plura q̄ ferrum. Stat iuxta medicū pater apertis visceribus inhians, stillantem animā sedem cruentis manibus agitante, ne festinet hortatur, iubet altius diligentiusq; scrutari, interrogat, dubitat, cōtendit, affirmat, & accipit de filii morte rationē. At mulier infelix clusis aduoluta foribus, cruentūq; secretū toto corpore effringēs, velut super busta, tumultūq; clamabat. Audi miserrime iuuenis, si quis adhuc tibi superest sensus, exaudi, nō permisit hoc mater, crede orbitati meæ, crede lachrymis, nec frater hac vellet ratione sanari. Inter hæc reficiebatur miser haustibus, detinebatur hostibus alloquiis, cōprimebatur residuus cruor, cludebatur aperta vitalia. Nemo vnq̄ tā noua pertulit cōmeta seuitiæ: tanq̄ sanaretur, occisus est. Ite nūc & quarite an potuerit medico sanate viuere, q̄ tādū vixit dū occiditur. Vos tūc putatis illius tātū lāguoris medicū quæsisse causas, quæsiuit quicquid nesciebat, & vsus occasione rarissima in omnē voluit proficere nouitate. Dii immortales quantū infelix iuuenis animā, quantū sanguinis, quantū habuit ex vita, qui pertulit ordinē longissimæ curationis? Vix ægre misero licuit mori, vix à cruciatibus suis anima dimissa est. Inuentū putatis esse languorē? Inuentū est illū potuisse sanari. Agedum cōmento tuo senex superbus exulta, habes quod liberis, quod parentibus, quod imputare seculo possis, fecisti medicū parricida meliorē. Libet me hercule intueri par illud, ægrū vidisses hominē, qualē non salutare medentiū manus, nō ars inuēta pro vita, sed diri ferarū rabidiq; morsus, & auiū fames satiata destituit, hinc aliū in nouas vires recensq; robur reddito vigore surgentē. Vultis scire iudices vnde venerit tanta diuersitas? Illum pater curauit, hunc mater. Quantū, inquit, misera pertuli laborē, dum tam magnā fauceo tristitiā? Non fuit mihi rixa cū morbis, nec cū repugnantis valetudinis rigore cōtentio. totus in lachrymas mœrorēq; resolutus oderat lucē, respuebat cibos, fastidiebat haustū, & vitā parricidii pudore fugiebat. In omni proclamatione gemitū que frater, ille diebus ac noctibus cogitationes, ille torquebat oculos. De quibus agris impotentissima medicina mentita es? Non fuit, non fuit solo languore periturus, quē nō potuit nec mors fratris occidere. Quid igitur, inquit, miserrima sceminarum, sauiissime senex ex hac recordatione tristissima orbitatis ad hos vultus, faciēq; cōuerteris? Sine dubio filius est, & post grauissimas denunciations redditus vitæ. Sed ignoscat natura, pietas, non est solatiū matri vnus ex geminis. Felicior ille dolor est, qui transigi saltē cum oculis potest, renouatur, accēditur, & in his vultibus illū quotidie putat videre pereuntem. Sed & ipse gaudeo redditæ vitæ lætitiāq; nō fruitur, nec se reddere potest charitate prælatū, quē medicus elegit. Sentit infelix cuius orbitatis vnicus sit, quibus lachrymis perfundatur oscula, q̄ magnis profundisq; suspiriis cōcutiantur amplexus. Misera verecundia sanitatis ingrata, precii sibi videtur fratris occisi. Conuertitur hoc loco iudices mulier infelix, & velut ad quandam præsentia amissi iuuenis, siue, inquit, tandē securitate mortis explicitus, in aliquo sedis æternæ pudore requiescis, siue exclusus ac vagus, & inter fabulosa supplicia metuendus adhuc laceratione,

per

ne, per stupentes horrentesq; manes vmbra discurre, audi miserimæ matris iniquissimæ complorationē. Non quidē licuit mihi in illud cubiculū conditoriū tuæ mortis irrupere, nec super charissima mēbra prostrata meis vulnera tua tegere visceribus: quod solum tamen potui, corpus quod medicus, quod reliquerat pater, hoc sinu misera collegi, ac vacuū pectus frigidis abiecitq; visceribus rursus impleui, sparsos artus amplexibus iunxi, mēbra diducta cōposui, & de tristi terribiliq; facie tandē agri cadauer imitata sum. Hoc est tamen quod de tristissima orbitate præcipue ferre non possum, propter fratrem videris occisus, nec tamen vnq̄ constare poterit, an tu sanaueris fratrem.

GLADIATOR

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS IX.

Abdicare & recusare liceat. Pauperis & diuitis inimicorum filii iuuenes amici erant. Filius diuitis, cum in piratas incidisset, scripsit patri de redemptione. Illo morante profectus pauperis filius, cum amicum apud piratas non inuenisset, quia lanista uenerat, peruenit in ciuitatem in qua minus parabatur, sub tempus ipsum, quo pugnaturus erat diuitis filius. Pactus est cum munerario pauper adolescens, ut iacariis operis redimeret amicum. Petiitque ut si egeret pauper pater, alimenta ei præstaret. Ipse in pugna occisus est. Diuitis filius reuersus, egentem inuenit pauperem, palam cepit alere. Abdicatur.

PRO FILIO CONTRA PATREM.

Eminem vnq̄ Iudices intra tam breuē ætatis suæ spatiū plura terra, mariq; pessum, q̄ quæ proxima peregrinatione vel tuli, vel timui, vel vidi, facilis vt opinor fides est, cū ex omnibus quos nouimus mortalibus vnus nominari me inferior possit, quem infelicē ego feci. Tamen in hac quoq; omnia excogitatū in me fortunæ violentia confiteor nunq̄ hunc me concepisse animo metum, ne post redemptū per alienas manus filiū displiceret patri meo misericordia. Illas verebar magis iam non tacitas vulgi opinionones, quibus crudelitatis atq; sæuitiæ reus peragor apud plerōsque sanctos & graues homines. Nondū excusare potui q̄ redemptus sum. obiicitur mihi orbatu senex, & ille qui mihi modo saluo filio etiā contra diuitem steterat, amissis in vno iuvene omnibus bonis inimicæ domus supplex. Licet enim totas aduocemus in odia fortunæ vires, & egentē vnū senem vniuersa gratiæ mole calcemus, confitendū est tamen, plus amici nocuimus q̄ inimici. Quin ipsa prorogate quotidiana stipe infelicis animæ videtur quodāmodo maligna clemētia. Quod enim beneficiū est efficere vt viuat orbis? Vnū tamen vel grauius crimen infelix hæc abdicationis meæ fortuna defendit, q̄ vix ad sustinendū spiritū sufficientes cibos, proflus tantū mortis impedimenta, auara manu dederim. Puto iam ignoscetis omnes, si plus præstare nō potui inuito patre. Quāq̄ Iudices oboritur animo meo nōnunq̄ & illa suspitio, q̄ patrē nō alimēta vni seni parce viuere asueto, nec liberaliter data, nec diu danda, in offensam mei cōpulerint. Quantulū est enim facultatibus diuitis, quod sub patre sane tenaci filio familiæ superest? Ac si foret maius forte momentū, quis tamen parēs tā durus est, vt propter aliquā impensam carere filio velit, q̄ ipse celatus sit, q̄ nō suæ misericordiæ pauperē cōmiserim, non rogauerim, præsertim qui quicquid vnq̄ petii, à patre exorauī? Sed neq; hæc vltimo fulmine castigari meruit in differendis precibus verecūda cunctatio. Qui dū tēpus opportunum, faciles aditus, hilariorē animū capto, interim volui superesse cui ignosceret. Neq; infior tamē fuisse me lentiorē q̄ oportuit, tametsi hoc præcipue habere videor patris simile. Sed si vlla emēdatio pœnitētia est, hic in publico vobis adhibitis rogabo. Non ego ars alienū luxuria contraxi, nec profusus in vitia fortuna nostra male vsus sum. Redēptionis meæ precii debeo. Si impetro, intelligā verū esse quod quidā opinātur, ambitiosum patrē publicare voluisse domus suæ misericordiā, ne viderentur pauperes tantū vitā inimicis suis dedisse. Si perseverat vt porrectos egenti cibos mea fame rependat, & expulsum omnibus bonis filiū similem faciat inimico, vereor ne iniquis existimatoribus inexpressibilis illius, & sæpe reprehensi odii culpa videatur penes patrē, qui tā facile irascitur. Verū enim sic placet fortunæ magis moribus diffidere, q̄ suis. nā & paupertatis est propriū, quando alia deficiunt, exercere libertatē, & dū contemptus fama vitatur, potentiores vel ambitiose offendere, & nacta bonā conscientiam magna fortuna indignius imparem aduersarium patitur. Ergo conseruit, vt solet, casus duratura longius à paruis initis odia, dum contumeliam humilitas facilius intelligit, dignitas grauius. Neque vlla fuit æm ulatio (quæ enim esse inter impares potest) sed fato quodam similis ex diuersis causis contentio. Hic irascendo pertinax erat, ille incendendo contumax. Quāquam nisi vltimam exprimere cōfessionem victi vtiq; placuisset, multa iam pridē signa dede-

rant venia, finēq; pugnae petentis. Nam quò pertinuisse credimus, q; pauper adolescens relictis omnibus solū me quē coleret, quē amaret, elegerat. Sine dubio à primis ætatis annis iunxerat nos ille potētissimus amor puerilis, dū aut nulla erant inter parentes odia, aut à nobis nō intelligebantur. Post diductas tamen domos perseveravit, immo impēsius laboravit. Et si quid mihi in eo perspectū est, nihil horū fecit invito patre. Quantū intelligere potui, pauper sine dubio pudore cedēdi, ne dānasse causam suā videretur, simul q; nulla ipsi dabatur gratia via, stare visus in suscepto circuitu, tamē quosdā molliores tentavit aditus, & dū firma tandē pax impetraretur, filiū nobis obsidem dedit. Ac ne meus quidē offendi visus est pater, certe nunq; reprehēdit, nunq; prohibuit, nec clā feci, nec cōtumacē aduersus patris imperia vnq; fuisse me vel ipse rerū declarat ordo. Nā quis infestū latronibus mare iussus intraui. Neq; dissimulauerim magnas fuisse causas patri, cur hoc mihi imperaret, quod ipse facere nō potuerat: ego et si nesciebā, nō interrogavi, satis plena ratio fuit patrē velle. Felix nauigantiū cōditio, qui procellas modo & sæuos tēpestatis incursus, & albētes fluctibus scopulos, aliq; pericula tantū maris pertulerūt: ego miser naufragis inuideo, captus barbaris manibus, nec tā nexu catenarū vinctus, q; pōdere, inundatū carcerē tuli, & vincula macie laxavi. Quis non ignosceret omnibus, qui post hoc exemplū nauigare timuissent? Ego qua vna spe misera trahebatur anima, literas de redēptione scripsi patri (testor deos) soli. Quid enim sentire viderer de parētis affectu, si hoc incolumi redēptionem ab alio petuissē? Nā quod vnū mihi secundū patrē fortuna videbatur parasse prāfidū, hoc sperare in illa forte non poterā. Quid attinebat amico scribere, quē sciebā non habere vnde redimeret? Nunq; ne mihi dabitur liberū tēpus conquerendi apud patrem de amicis suis, qui proficisci volentē retinere tentarunt, qui piæ festinationi attulerunt moras? Profectus esset tamen vel inuitis omnibus (quis enim nō hoc prāstaret filio pater) nisi q; interim amicus antecessit. Illū nō pericula maris, non infesti latronibus sinus, non vicinum meæ fortunæ documentū prohibuit. Minus hæc miror de amico: illud est quod pensari nullis beneficiis possit, proficiscentē nō retinuit pater. Immo si quid in subsidia vitæ sēposuerit parca frugalitas, id omne in impensas itineris cōtraxit & cōtulit. Infelicissime senex, sic egere cœpisti. Dicā nunc ergo per quos iuuenis prāstātissimus nauigauerit fluctus, quos accesserit scopulos, quātos lustrauerit sinus? Faciliora ista putāt qui nūq; nauigauerūt. In omnia præceps, sine respectu sui, quē iam tū apparebat vitæ nō parcere, adiit, explorauit, & tamen ille quoque qui tantopere festinabat, sero peruenit. Audite, audite Iudices nouā captiui querelā, iā miser apud piratas nō erā. Alebat deuotū corpus grauior omni fame sagina, & inter debita noxæ mācipia cōtemptissimus tyro gladiator, vt nouissime perderē calamitatis meæ innocentia discēbā quotidie scelus. Hæc tamen omnia sustinui, tuli: adeo difficile est etiā sua causa mori. Et iā dies aderat, iāq; ad spectaculū supplicii nostri populus cōuenerat, iā ostētata per arenā periturorū corpora mortis suæ pompā duxerant: sedebat sanguine nostro fauorabilis dominus, cum me, cuius, vt interiecto mari, non fortunā quisq; nosse, non natales, non patrē poterat, vna tamen res faceret apud quosdā miserabilē, q; videbar inique cōparatus. Certa enim arenæ destinabar victima, nemo munerario vilius steterat. Fremebant vbiq; omnia apparatus mortis: hic ferrū acuebat, ille accendebat ignibus laminas: hinc virgæ, inde flagella afferebantur: omnes piratas putares. Sonabāt clāgore ferali tubæ, illatisq; libitinæ thoris ducebatur funus ante mortē. Vbiq; vulnera, gemitus, cruor, totū in oculis periculū. Si quid est in me abdicatione dignū iudices, vnū crimen agnosco, q; in hæc amicū meū misi. Est quidē felicibus difficilis miseria. rū vera æstimatio, figurare tamen potestis qui tunc animus mihi, quæ cogitatio fuerit. Nanq; & natura redit in extremis tristis præteritæ voluptatis recordatio, & mihi cū generis cōscientia, cū fortunæ cōscius aliquādo fulgor, cū liberales artes, cū omnia quondā honestiora munerario meo, domus, familia, amici, ceteraq; nunq; vidēda in vltima mortis expectatione succurrerent tenētī seruilia arma, & ignominiosa morte perituro, tū (si vlla miseri est fides) quod horū omniū ignari agerēt propinqui, nihil peius de fortuna mea suspicantes, q; quod scripseram: illud tamen grauius, q; patrē qui tandiu non veniret, captum putabam. Ergo tota cogitatione intentus in mortē, expectabā cruentum illum confectorē. Quis enim dubitet quid futurū fuerit, si ego pugnaissē? Ille quoq; occisus est qui inter nos, vt apparet, fortior fuit. His cogitationibus attonito, & in morē iā pene demerso, inopinata subito amici mei species effulsit. Obstupui, torūq; corpus percurrit frigidus pavor, neq; aliter q; si vana obliiceretur oculis imago, mente captus steti. Vbi primū lux rediit, laxatūq; est iter voci, quid tu in quā, quo casu peruenisti huc miser? Nunquid & te vendidere piratæ? At ille complexus ceruices meas, effu-

sis in

sis in pectus meū lachrymis solutus, & intercepto prope iam spiritu, sero, iā trepidāte me, primā vocē, & diu solā edidit, satis vixi. Vt vero causas itineris reddidit, & venisse se ad redimendū indicauit, & vnde inquā tibi pecunia? nisi redistis in gratiā, & te pater meus misit. Audite gentes, audite populi, nō solita iudiciū nostrū corona circūstet, sed si patitur natura rerū, totus ad cognitionē talis exēpli orbis circumfluat. Tacete priora secula, in quibus tamen à primordio generis humani paucissima amicitia paria admirabiliora fecerat longa tēporibus nostris fides intercepta, quicquid historię tradiderūt, carmina finxerūt, fabulę adiecerūt, sub hac cōparatione taceāt. Quis crederet (si dubitari posset) inter duos amicos, quorū alterū immunū malorū omniū fortuna fecerat, alterū piratis ac laniatę tradiderat, meliorē conditionē fuisse captiui? Si diues essem, inquit, pecuniā pro te attulissem. Quod vnū pauperibus pręfidiū est, manus habeo, has piratis daturus fui, has pro te in pugnā vicarias dabo. Ignosce pater, q̃ nimia contentione affectus, pene tibi orbitatis vulnus impresserim. Testor deos nō per me itetisse q̃ viuō. Neq̃ enim ita me efferat ludus, aut in tantū durauerat animū cędis longa meditatio, vt eum amicū vellē occidi, qui pro me mori poterat. Vindicabā mihi fortunā meā, & adhuc necessitatis gladiator depugnare etiā volebā, neq̃ vllis precibus poterā euinci, q̃q̃ se nō superfuturū alioqui minabatur, idq̃ vnū affirmabat interesse, vtrū vicariū mallē habere mortis, an comitē. Non vici. Quid igitur actū sit queritis? Duxit me ad munerariū iudices. Quas ego illius preces, q̃ pertinaces lachrymas, q̃ miserabilē obtestationē vidi? Nemo vnq̃ sic rogauit missionē. Transierunt in illū detracta corpori meo arma, & male aptatis insignibus festinatū par producitur. Quid me admonet is supremarū amici mei precum, quibus hęc alimēta carē emptā, inopi patris senectę petita? adiutoriū hoc ad causā putatis? Me pudet q̃ rogatus sum. Per hanc, inquit, mihi lucē vltimā, per notissimā amoris nostri fidem, nō sinas mendicare parentem meū. Sustineas, adiues, pręstes affectū: si mereor, tu sis illi vicarius meus. Nec plura dicendi tempus fuit, iamq̃ suprema per galeam dederā oscula, digressisq̃ in diuersum ministris permisus Mars erat. O q̃ sollicitus spectauī, q̃ attonita mente, q̃ simili corporis motu. Quoties ad infestū mucronē quasi ipse peterer, me summissi? Quoties ad conatus erectus sum? O misera cogitatio, o crudelis natura metus, merito tu amice pugnare maluisti. Facinus indignum, illū animū, illū ardorē non cōtigisse castris, non bellicis certaminibus, vbi vera virtus nulla pugnandi lege pręmiū scribitur. Qua vi pręliū inuaserat, iratus etiānum tanq̃ aduersario meo, ad omnes impetus excipiebatur callide veterani gladiatoris astu, omnes conatus cōtra se erāt. Nec difficilē tamen sub illo pręsertim auctoramēto habuisset missionē, sed noluit gladiator viuere. Igitur iam nudū corpus vulneribus offerēs, vt totā prope mercedē semel solueret, itās periiit, cui licuit in patria, in domo, inter propinquos, securo cōsenescere auo, cui tranquillā sine reprehensione agere vitā, iacet cōfectus vulneribus, & primo iuuentę flore fraudatus periiit miser fato meo. At ego qui debebar illi fortunę, quē mors sibi destinauerat, emissus ludo nocetior, q̃ veditus, etiā viatico illius infelicitis reuertor. Placeamus licet nobis fortuna nostra pater, pauperi soluēdo nō sumus. Si qua est fides iudices, pudet me cōtra indicare mea beneficia, nec videor vobis rationē posse reddere, q̃ mihi tā parū obiciatur. Redēptoris mei patri in preciū meū orbo, egētī quid pręstiti? Quod pirata capto, quod laniatę gladiatorī, exiguā stipē, & cibos semper petēdos. Quātulū enim dari poterat, quod nō sentiret dominus tā curiosus? De hac re cōsedistis, hoc cōcitauit istā iudiciū scenā, panis datus mendico, & dilatata hac impotētię nostrę opiniōe videbamur amicos ferro occidere, inimicos fame. Cōputemus totā istā meę luxurię impēsām, audite summā, & miramini si hos sumptus ne diuitię quidē sustinent. Tāci cōstat patri captiuitas mea, cū tā carē redēptus sim. Quo tandē patereris animo, si delicatus adolescēs, pręsertim splēdidis opibus, vel ex etate mores, vel ex fortuna traxissem, & tēpestiua cōiuiua, & peruigiles ludos aduocata sodaliū turba, solutus atq̃ affluēs agerē, tantūq̃ impenderē, quantū nō posset te ignorāte cōsumi, quę tamen ipsa boni patres libēter annis remisērūt, cū abdicatione dignū putes, & vltimo patrię potestatis fulminē coercendū, quare mendico seni porrexerim, vt parcissime dicā, quod illi filius misit? Nō redēpta meretrix, non egestū conuiuii scēnus, non lenonū parasitorūq̃ cara adulatio in crimen venit, cibaria senis, nempe vnius etate ac malis confecti. Hoc diuitias tuas cōcutit, hoc fundatā paternis auitiq̃ opibus domū exhaurit. Si tam avarus es, computa, adhuc de alieno vixi. At hęc fortasse quę circūstāt iudiciū corona, & omnis ignara causā turba, magnū nescio quod & portēto simile crimen expectat. Abdicas me pater tā cito? Modo tibi ex illa funesta petegrotatione insperatus reuertor, vnde vt venirē vix optare potuisti. Nulla adhuc pro reditu meo soluta sunt

vota, nō percussæ diis immortalibus hostiæ, redemptori certe gratiā nō retulimus. At ego expectabā, vt desiderio incēsus affectus vix posset expleri, vt post infaustā profectiōē velut obiurgatus tāto periculo, nunq̃ me post hoc saltē peregre dimitteres. Vix salutatis laribus expellor, & apud plerosq; dubitari potest, an admissus sim. An hoc agis ne quid tibi præstitisse videatur, q̃ me redemit? Sæuus enim credo & impius, & (quod maximū omniū vitiōrū signū est) in gratus beneficia patris nō æstimo. Fortasse cui vitā debeā nescio, nulla est apud animū meū memoria meritorū. Miserū me q̃ nō possum tantū soluere, quantū accepi. Quāq̃ causas abdicationis pater altius repetit, & vltra peregrinationē meā inquirat, idq; ratione duplici. Primū vt reū, quia premere atrocitas criminum non potest, turba cōfundat: deinde vt grauius videatur iudiciū patris, cū is damnet qui soleat ignoscere. Cur, inquit, cū ego inimicū habere pauperē, tu amicū filiū eius habuisti? Volo Iudices omissa omni cōtentione scilicet sic agere, peccauī, veniā peto, & errare hominis est, & ignoscere patris. Duxit me similis ætas, euicerunt officia, cepit fides, amantē odisse nō potui. Nihilominus satis abundeq; pœnarū est, & si pietatē tuā bene noui, plus q̃ velles, datū est. Quantumlibet peccauerim, quid amplius iratissimus dominus exigeret? Ludo tibi satisfeci. Nullū ne cladibus meis finē dari placet? Parū est q̃ insanos pertuli si uctus: & sæuis tempestatibus cōmissus, arbitrio ventorū pependi? Parū est q̃ in nefarias latronū manus præda perueni, & (quæ vltima malorū etiā seruorum conditio est) sine exceptione venalis. Inde me si voluisset, emere potuit inimicus. Parū est q̃ me diu piratæ in carcere retentū, quia redemptorē illis diuitē promiserā patrē, in ludum venderēt tanq̃ decepti? Quod quotidianæ pugnæ meditatione tandiu mori didici? Quod cōpositus, armatus, inductus perierā, si melior amicus fuisset: nisi me noua velut in portu adoptata tempestas, paternis laribus extorret, & necessarii quoq; victus inopem, circū ad alienas mitteret domos? Pudet enumerare calamitatū mearū gradus, piratā, lanistā patrē. At qui pars ista criminis iudices mei non defendi meruit, sed laudari. Neq; enim reperio quid in rebus humanis excogitarit natura præstantius amicitia, quid cōcordia cōtra fortunā maius auxiliū? Nam primū præter cætera animalia induit nostris pectoribus quandā societate, quæ mutuo gaudere congressu, contrahere populos, cōdere vrbes edocuit: & cū mentibus nostris varios imposuerit motus, nullum profecto meliorē beneuolentia tribuit affectum. Quid enim foret humano genere felicius, si omnes esse possent amici? Non bella, seditiones, latrocinia, lites, cæteraq; mala, quæ hominibus ex seipsis nata sunt, fortunæ accessissent. Id quia nimis deo visum est, at certe honestis cōuenire mētibus, fidē colere, amoris gratiā referre, omnibus tēporibus, omnibus gentibus præcipuū & quodāmodo sacrū fuit. Neq; enim nisi optimis mentibus contingit, vt aut sic amare sciant, aut sic amari mereantur. Hoc ego crimen expauescā? Scires quātopere gloriarer pater, si cū amico meo ego redissem. Nisi forte similitudine flagitiorū ductus, turpi me cōiunxerā iuueni, quæ vita sine dubio nomen amicitia non accipit, tamen si ad paria ducente natura vitia conuenerunt. Obiice mihi amicū, & habes maledicēdi materiā: gladiator fuit, quare amicus illius fuit? Ita opinor, pœnitet. Effert te longius dolor, & nimia concitatus ira, quō progrediare non respicis. Non sentis pater hoc te mihi obiicere q̃ viuā? Quisq̃ de illa amicitia queri potest præter pauperē? At ego inimicū habebā illius patrē. Decuerat quidem simultates, quas maximi omniū mortaliū esse voluere sapientes, in his definire, in quibus nascerētur. Nam sic quoq; immodicas ferit discordiarū fortuna causas, etiāsi non hæreditaria subeamus odia, ac diutius inimicitia maneat q̃ inimici. Tamen si quid aduersus te ipse cōmisit adolescens, sit hostis & meus. Si innoxius & omni vacans culpa, charitatē mereri cupit, si nullius me amici filius validius amat, qui tandē vis pater respuā, & iratas obiciā manus? Tu quoq; non odisses pauperē, si te amaret. Inferit tamen se, & beneficiis certat. Noras adolescentē omnia vltro præstantem, & sic me amabat, quis tu esses inimicus patri. Adiice, si tanta in adolescente indoles fuit, quanta nulla vnq̃ cognouere secula, si fides antiquissima, & cum deorū coetu permixtis inaudita tēporibus, si me semper habuit chariorē spiritu suo, etiā ne despicienda mihi rarissimū boni occasio fuit? At ego perpetuā quandā mihi gloriā reor, q̃ ille cœlestis animus me potissimū quē amaret, elegerit, quodq; ego sim probatus tanto iudice. Me quoq; igitur feret fama per gētes, & amici laudibus illustrior viuā. Credet aliquis idem me pro illo fuisse facturū. Cur cū inimici nos essemus, vos amici fuistis? Aliud hoc loco crimen agnosco. Peccauimus enim fateor, peccauimus, q̃ cum amici essemus, vos inimici fuistis. Hæc Iudices diutius exequeretur, nisi absoluta essent ipso iudice patrē. Longū iam istius criminis tempus est, nunq̃ obiecit, nunq̃ excāduit. Et quid hoc inter nos pater cōuenit? nisi longiores repetis offensas. Apud

malignos

malignos uidearis me iratus non redemisse. Sed si quid ante commissum odio tuo dignum, potui fti me redemptum non recipere. Manifestum est ergo te patiente, id est, te uolente amicum mihi fuisse iu uenē. Et sanē non solus in hac fuisti sententia, idē filio permittit & pauper. Atqui si pars hæc cau sa, quæ confessione longi silentii absoluta, hodie in accessione criminis alterius deducitur, potest apud vos impetrare veniam, facilius certe sequentiū ratio est. Ille enim sanē fuerit inimici filius, hic iam est amici pater. Nec ignoro Iudices quod male ista defensio de humano genere mereatur, si adeo nihil est per se misericordia, ut nisi ulterius aliqua necessitas pudori vim fecerit, pro summo crimine damnanda sit minus necessaria humanitas. Ergo si alienum & ignotum, tamen quæ publica omnium mortalium, quippe sub uno parente naturæ, cognatio est hominem cibo forte iuuissimam, poena dignum uideretur seruasse perituram animam, & ignouisse rebus humanis, & respectu communis omnium sortis, velut adorato numini, & stipem posuisse fortunæ? Si hoc crimē est, laudetur ergo crudelitas, nihil habeatur piratis lanistisque prudentius. Ferantur sanē profutura humano generi duo exempla intra tam breue tēpus, propter misericordiam alter abdicatus, alter occisus est. Quod crimē si fatendum sit, non animum mihi ipse finxi, aut mea potestate regitur affectus, in arbitrio formantis more omnium naturæ compositus, cum crimine meo natus sum. Nam siue cælestis prouidentia, siue irrationabilis casus, siue assignata syderum cursu nascētibz nobis necessitas multa uarietate pectora nostra distrinxit, nec minus numerosas animarum quam corporum dedit formas. Sunt quorum mentes etiā nocentium supplicia confundant, qui ad omnium sanguinē palleant, ignotorum quoque miseris illachryment. Sunt contra qui ne suorum quidem misereantur. Mihi mite pectus, & mollis affectus ad omnē calamitatum conspectum tremunt. Noli me existimare mea fortuna pater, non habeo gladiatoris animum. Vtinam quidem mihi causa permetteret sic gloriari, iuuenis conceptus splendidis parētibus, cum solū tam speciosa fortunæ credere fructū posse prodesse, & contra varios mortalium casus quasi portū benignitatis aperire, concupiui quadam humanitatis unicam gloriā, periturum hominē, siue ille naufragio eiectus, siue spoliatus incendio, siue exutus latrocinio erat, naturæ patriæque restitui. Paria tecum facio R. P. quæ propter me unicum ciuem perdideras. Hæc me magis decet impensa quam uestis, quam argentum, quam ubi laus emittit. Vbi enim pecunia melius potest, quam ubi scēnus bonitatis extēditur? Magna consocietia est felicitatē meruisse. Ignotus sanē sit alienus, quod fuerit ante non quæro, post hæc erit amicus. Et hercule quo quisque plus potest, quoque latius patet ad fortunam incur sus, hoc magis cogitare debet atque respicere, quātū in nos fortunæ regnū sit, quod instabili sede humana consistant. Non me aurata laquearia nec radiantes marmore colūne, nec graues crustæ fecerint immemores fragilitatis. Multa sæpe & locupletibus accidunt, sæpe in imū summa decidunt. Ego vidi pauperem auxilia diuiti ferētē. Sed sanē superbius aestimet miseris longa felicitas, & alienum casum facile despiciat securus sui. Ego quoties auxilia calamitatis petere aliquē video, non possum non moueri fortuna mea. Succurrit mihi continuo tēpus illud, quo ipse clementiam optabam. Ignosce pater, si penitus animo meo hic insedit affectus: amare misericordiam miser cœpi. Sed inimicus, inquit, meus est. Nam quis nos tantopere laudaret pater, si hoc amico præstaremus? Hæc est celebranda virtus, hæc animi suspicienda moderatio, vincere irā, & inter similitudines quoque meminisse hominis. Ut Fabio Maximo immortalem attulit laudē ereptus ex hostium manibus inimicus: ut Tiberiū Gracchū admirata ciuitas est, Scipione in carcerē duci prohibito, te quoque similis animi magnitudo memoriæ dabit. Tuis enim opibus uiuit inimicus. Quicquid est istuc quod senex inops ex nostra domo accipit, si non irascaris, tu præstitisti, tibi hoc pulchrum atque magnificū est. Nam ego si quid in patre seruatoris mei cōfero, non sum laudandus. Neque expectaueris hoc loco pater ut illa dicā, semper odiorū honestus occasus est, & dum similitudines nihil aliud habet quam nocendi cupiditatē, speciosa in melius animi mutatio est cum exempli honore, iunctaque ex hostili penē cōcursu in affinitatē manus. Vnde tantū misero boni ut inimicus sit? Aspice solū egentē senē omnibus præsidii destitutū, nonne contumeliā fortunæ tuæ facis, si hunc odisti, & adhuc tua odisti, & adhuc tua putas interesse ne uiuat? Nulla tibi contingere maior ultio potest, quam si talis est, ut illius etiā nos misereamur. Magna mehercule iā de vetere æmulo poena superest, panē eripere mendico, & grauissima per se fortunæ manu pondus imponere. Age si perisset, cadauer calcaasset? Feræ mehercule generosiores iacētes transeunt, & reserua ti hostes restitutaque urbes maiora causæ exempla sunt, quod scio victis etiā gladiatores parcunt. Post oritatē, post egestatē, quid amplius potest pati, nisi quod optat? Ulterior ne tibi aliqua ultio querenda est? aut aliquid rerū natura peius capit? Quis non te omnium mortalium inhumanissimū putet, si hoc aduersus inimicū tuū saltē optasti? Si mehercule inexpiables odiorū

causâ, & cōpositis quoq; fabulis vltiores inimicitia fuisſent, auſim dicere, ſi propter illum li-
beros perdiſſes, accipienda tamen erat à fortuna talis ſatiſfactio, certe ad vitandam inſolen-
tia opinionem, quæ ſerè immeritam quoque patientiam carpit, ne vagaretur per vr̄bem inui-
dioſus mēdicus, & calamitatis auctori cauſas vulgus egeret odiōrū. Nefcio quomodo omnis
pro laborate fauor eſt, nec vlla perpetuā gratiā ſeruat, niſi modèſta victoria. Noſtra potiſſimū
clementia ſuſtineatur, ne illius alii miſereantur. Facilis ut animaduertere vos ſpero iudices, de
ſenſionis meæ curſus eſt: anteq̃ incipiā habere cauſam nimis bonā, hic iam cōſciētia trepidat,
& ratio velut inter binos deprehenſa ſcopulos, cū aliud obiciatur, aliud defendendū ſit, hæret
in dubio, cum beneficiis meis cōputare non audeo. Cognouiſtis expoſitionē cauſæ, quāta quā-
que excedentia fidē adoleſcētis optimi merita narrauerim. hæc mihi omnia ſine dubio illi præ-
ſtitit. Si quid intereſt, debitor delicatus ſum. Quid in hac parte deſenſionis agam iudices? Di-
cam, referre gratiam beneficiis volui? Ita ne tandem aliquis mendicare amici patrem æquo ani-
mo viſurus fuit? At ille me redemit, cui nihil debui. Dicā me moueri ſupremis amici mei præ-
cibus? Egregia vero comparatio. At ille mihi præſtitit, quod non rogauī. Vtro me verā? Tāq̃
honestū defendā factū, an tanq̃ neceſſariū? Alterū abſolui facilis poteſt, alterū laudari rectiſſi-
mum opinor veritatis intereſt. Audi pater, alimenta iſta quæ donata egentī putas, quanti illi
conſtent. Si accepto captiuitatis meæ nuncio nullis precibus addictus, nullis epiſtolis vocatus
adoleſcens ad liberandum me vinculis piratarum profectus eſſet, quibus tamen meritis penſa-
rē, cum id mihi præſtitifſet, quod ego tantum à patre ſperaui? Intrare maria præſertim tam re-
centi documēto timenda, & latrones vltro quærere, & cum præter vicarias manus nihil eſſet,
nauigare voto captiuitatis, quis poſſet alius q̃ qui paratus eſſet pro amico mori? Magnum hoc
per ſe ac ſeculo noſtro uix credibile iudices. Illud vero omni prædicatione maius, ad redimen-
dum me profectus eſt, cum mendicaturum patrem ſuum ſciret. At qui ſperare poterat futurū,
ut ſine vllō periculo ſuo redimeretur nihilominus amicus, cum haberem diuitem patrē. Sed
noluit ipſum itineris apparatū, & ne qua periret redēptionis hora, præceps cucurrit. Pro fidē
deū hominūq; quæadmodū ad redemptionem amici feſtinat, etiā cuius pater lentus eſt. Tere-
tium, quem inter ceteros captiuos ſecundo Punico bello Scipio Africanus vinculis exolue-
rat, memoriæ tradidere maiores inſigne receptæ libertatis pileo teſtatem in triumpho ducis
eſſe conſpectum. Et ille quidem maioris momenti acceſſione publicam ſenſerat felicitatē, pri-
uatim tamen debere ſe putauit victoriæ beneficiū. Quid me facere conuenit, q̃ per maria latro-
cinis infeſta ſolus petiſſum, q̃ lucē libertatē: deniq; quicq̃ patri debeo, nō ignarus, ut primo
natalis horæ tēpore, ſed videns ſentiēſq; acceperim, nec ſolū donatus his bonis, ſed ſummis pe-
riculis liberatus ſum? Nōne me ex amici fide natū, & tenacioribus beneficiōrū vinculis fatear
eſſe cōſtrictū? Miſerrime, amice fideliffime ingrātū me moriēdo feciſti. Et quantulū eſt quod
adhuc loquor de mea infelicitate, de piratis? Leuis eſt iſta fortuna, hæc etiam nunc recepit mo-
ram: ſolent expectare latrones redemptorem. In ludo fui, qua poena nullam vltiorem ſcelera
nouerunt, cuius ad comparationem ergaſtulum leue eſt. Hoc ſi ſciſſes pater, affirmo, promit-
to, cuius pietatis es, nemo te anteceſſiſſet. Illa certum habeo expectas ut dicam, morabar inter
ſacrilegos, incendiarios, & quæ gladiatoribus vna laus eſt, homicidas incluſos turpiori cu-
ſtodia, & ſordido cellarum ſitu. Iamque in eam veneram fortunam, ut me victum recipere
non poſſes, victorem nolles. Aderat hora ſupplicii mei, qua nuſquam morandum, iam præbē-
dus erat iugulus, & fundenda vita cum ſanguine. Neque enim dubitare de euentu licet, exem-
plar fati mei vidi. Si me ab his imminentibus malis pecunia redemiſſet, beneficiū tamē potius
dicerem magis æſtimandum eſſe quā precium. Sed apud malignos interpretes poſſet vide-
ri vel ſpem ſecutus aliquam venturi temporis, vel præſentis voluptatem. Hoc admirabi-
le, & vni tantum pietati referendum eſt, dedit beneficium quod nunquam reciperet, & cum
amicum quem redimebat habiturus non eſſet, nihil aliud emit quā honeſtam mortis con-
ſcientiam. Tranſtulit ergo in ſe fortunam meam, ſubiitque non ſolum fortiſſe, ſed etiam li-
benter id quod mihi miſerum putabat. Res dictū incredibilis, gladiator dimiſſus, redemptor
occuſus eſt. Recepit pectore aduerſo ferrom, vt quaſi quam emittebat animam, in meum pec-
tus tranſfunderet, & hoc vno triſtis occiditur, q̃ amplius amicū viſurus non erat. Eant nunc
antiquarum conditores fabularum poætæ, & ſe ad exhortandam amicitiā fidem magna quæ-
dam compoſuiſſe carminibus putent ſi dixerint aliquos per maria terræſque aſperiores fortu-
nam amicorum tantum ſecutos, aut principem Græciæ virum in vltionem interfecti amici
inauſpicata bella geſiſſe. Nam inter fratres illa maxime admirabilis, tamen alterna mors eſt.

Vna fingitur cōiūx, quæ iā perituri vitā mariti vicaria morte sua redemit, adiiciturq; miraculo fabulæ: fecisse hoc eā quod nō præstitisset pater. En indubitabile seculi decus, & fictis mai9, ut moreretur pro me amicus, suū reliq; patrē, meū vicit. Et sane qd profuisset festinatio patris, etiā si ad redimēdū me prior forte venisset? Hoc me precio nemo alius redemisset. Neq; vero plurimū fuit præstitisse mortē, nanq; interim specioso titulo bene vita pensatur. Illud vero existimo grauius, nomē gladiatoris accipere, subire dominū laniatā. Minus te amice laudarē si viciſſes. An ille animus rediret in cellulā, ferret saginā, magistrū, personā deniq; sceleris? Mea depugnasti causa, tua peristi. Hæc tamē omnia vltimæ fortunæ nomina, ut mihi detraheret, induit sibi. Venit in arenā homo nec sceleratus, nec infelix. Ecquādo iudices hoc audistis? Boni tate sua gladiator factus est. Vtinā iudices hæc quæ illi speciosa sunt, tā honesta essent & mihi. Quoties ad infelicissimū respexi senē, cuius orbitate viuū, cū cōfectū cladibus, & tantū poenæ suæ residuū considero, verū fatendū est, pudet me precii mei. Video senē meliore sui parte præsepultū, omnis etiā spei superstitē, orbū, destitutū. Illud tamē solatiū est, qd nisi talē amicum habuissē, hæc de te dicerētur. Huic patri inuidiosa quædā, ut opinor, & quæ beneficio mortis pēsetur, criminosa liberalitas cōtigerit egenti. Alioqui duo egentes, & circa omniū vel ignotorū domos stipē rogabimus pariter. Si quis grandis natu parēs est, miserebitur senis: si quis iuuenis filius, miserebitur adolescentis. Fortasse proderit mendicaturō mihi, qd ipse aliquando egētē pauperē alui. Accipe satisfactiōē in quacūq; parte rerū naturæ es amice charissime, nō ex-cidere mihi tua mandata, fortuna defecit, opes auferuntur. Quod vnū mihi relictū est, en polliceor patri tuo vicarias manus. Quid vis porro faciā? Agrestia opera delicatior? quod à fortuna nō didici: & quotidiani quæstus operis duobus egentibus non sufficit. Miserū me, si exoluere fidem voluero, fortasse mihi in ludum reuertendum est.

SEPVLCHRVM INCANTATVM.

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS X.

Malæ tractationis sit actio. Quæ amissum filium nocte uidebat in somnis, indicauit marito. Ille adhibito mago incantauit sepulchrum. Mater desijt uidere filium. Accusat maritum malæ tractationis.

PRO VXORE CONTRA MARITVM.

Quamuis iudices inter eos qui liberorū mortibus destituti, cuncta vota & præparata spes in senectutē ante se egerunt, id ferē acerbissimū certamē cōsolationis oriatur, ut vnusquisq; luctibus ac lachrymis suis credat accedere quamdam dignitatē, si miserrimus esse videatur: hæc tamē scēmina neq; nato, neq; publico genere miserabilis, nō impudenter inter cæteras matres, quæ aut vni eos, aut iuuenes pios filios perdidērunt, eminere & occupare quēdā moerentiū principatū differeſſet. Priorē quidē illam vt cōmunē cæteris & fato accidentē, fortius vtcūq; tolerabat. Nā & de filio nihil aliud perdidērāt misera nisi dies. nec iam timebat ne ille quo fruebatur, mori posset. Planctib; lachrymisq; penē improbē dixerim, parcius utebatur, nec sibi permittebat dolor lugere veniētē. Nūc destituta solatio, persuasione fraudata est, dū nō putabat perisse quē poterat videre, eripuit ingrata filio alterū titulū. Miser ille nisi teneretur, iam ad patrē venisset. Tātū misera petit, ne minus perdidisse videatur, qd ipsa desiderat. Non inani persuasione, nec cōgitationibus ficta lugētis umbra veniebat, nec agitabat incertos leuis imago somnos, ac ne cōfusi quidē tristes cinere vultus, & infernū fauilla caput noctibus suis obibat, sed filius erat qualis aliquando, & iuuenis & pulcher habitu, nec aspici tantū viderique cōtentus, verū si quid de fiderio creditis miseræ quæ sola vidit, amplexus & oscula dabat, & tota nocte vivebat. Multū perdidit mater, si contingebat hoc illi: non minus, si videbatur. Nunc tenebras inanes, & lōgas oculis flentibus noctes, iuxta somnū mariti peruigil, & tantū deserta metitur. Non desiderio fictus, aut fucatus habitu, nec ut somniorū vanitate conspicitur, sed experta non totū mori hominem, illud quod nec flammis vritur, nec cineribus extinguitur, nec vniis sepulchrisque sacris premitur, expectat. Nunc ista carcere obleratā animā & repugnantem magico iuuenē cōgitat ferro. Infelicissima omnium mater plus quid esse qd vmbra filiū putat postq; potuit includi: Nec sua tātummodo pena propriōq; supplicio deserta cōsumitur, rescissa orbitate vel magis cruciatur, qd non licet filio venire cupienti. Nunc barbaro carmine grauem terrā totis noctibus pulsāt, & impositum sibi sepulchrum quod non possit euoluere, quæ solebat ipsos di-

Dd ii

scutere inferos, vmbra miratur. Miser quē non tantū verba clausērūt (nā forsītā per illa pertrā-
fisset) sed vincula ferrea, solidiq; nexus ad mortē reduxerunt. Quomodo tenetur infelix, qui ne
propter hoc qdē venit, ut queratur? Misereor fœminā, cuius inuidiā totū facinus ascribitur.
Maritus sic filiū inclusit, tāq; inq̄tari mater ista quereretur. Igitur iudices nemo miretur, si ad
tā crudelē, ac tā immitē patrē vmbra nō venit. Sciebat vbi lachrymas, vbi posset inuenire sin-
gultus, à quo magis desideraretur. Nāq; isti ferreū pectus, & dura prœcordia, nec sunt de orbi-
tate sensus. Quid enim in humani patre, qd inueniri truculētius potest? Inuidit matri ne filio
frueretur, nec hoc ideo fecit, q̄a videre ipsē malebat, ne viuētē qdē adhuc & incolumē tā blan-
da, tamq; debita pietate prolequebatur, ut defuncto seruaturus affectū etiā sepulti pater videre
tur. Tāto magis effusa mater, & suis ac paternis vicibus occurrens. Hæc pallidior ad metus, ad
vota prœior, nō diebus secura, nō noctibus. Et ille miser intelligebat vtri p̄tior ex parētib9
& facilior esset affectus. Itaq; ab huius osculis, ab huius fœminæ ceruice pendeat. Et quia lon-
gū est officia prœterita debita pietatis agitare, illo ipso languore quo filius caducū illud & fra-
gile corpus amisit, quā perditē mulier & vsq; in exēplū, modo super ora pallētis infelices lace-
rabat oculos, nūc siccata frustra ubera querebatur, nūc superstitē cadebat uterū. Notabat hæc
ille deficiēs, mandabātq; mortī suæ cui periret. Vbi sunt q̄ cito iubent stare lachrymas, q̄b9 nō
placet longū agere mœrorē? Retulit umbra gratiam matri. Scio & intelligo, cū inter gemētis
cadauer iacet mediū, & cū omnes videtur remississe curas, tunc sentit & intelligit, & inter suos
iudicat. Moneo te orbitas, moneo effusus fleas, effusus efferas, nunq̄ perisse credas. Filii sui
umbra cui non apparet, irascitur. Iam gelidi piger corporis sanguis omnes in mortē strinxerat
uenas, & nutantiū fulgor extremus vaneſcebat oculorū, & iam desperantibus medicis credide-
rat pater, adhuc tamen sperare mater uidebatur, & quācūq; corporis partē osculis misera tepe-
fecerat, illi uitæ calorem redisse clamabat. Oderat ignes, oderat rogos, reponi corpus & seruari
membra cupiebat. Et nunc infelicem magis matrē pœnitet q̄ sepultus est, qui poterat reuerti.
Scitis ipsi quo exequiarū die labore extracta sit, quādiu filiū tenuerit allabentibus flāmīs. Vn-
de enim speraret ut postea videre contingeret, vt extra orbitatem haberet oculos? Lā magū mi-
sera quærebat, ut vmbra euocaretur. Reliqua mater infelix, tu ad iudices referre debebas, & ni-
si orbitate, nisi lachrymis vox mutaretur in gemitus, noctes tuas quanto melius tuo ore luge-
res. Ego vtcūque potero perferā. Satiare misera, satiare saltē memoria diei illius, quo exequias
vnici duximus. Iam planctus, inquit, lachrymāſque consumpseram, & tenebras veluti perpe-
tuas venire gaudebam, iam fatigata propinquorum officia defecerant, iam plangorem familie
altus sopor uicerat. Rogo ne quis tam contumeliosus sit in matrem, ut per quietem contigif-
se filium dicat. Vnde misera tunc, vnde somnus? Nihil de te marite, nihil queror. Satis magnas
dedisses pœnas, si totis noctibus tecum flere voluisses. Vidisses vtiq; non quēadmodū teneus
rerum imagines solent cogitationibus accipere corpus, cum vanæ absenti animo cogitationes
singuntur, sed ipsum vti filium, qualis blandissimus erat, & si admittatur uidebo. Subito ante
me diductis constitit tenebris, non ille pallens, nec acerbo languore consumptus, nec qualis su-
per rogos videbatur & flammās, sed viridis & sane pulcher habitus. Nescio vbi totam relinqui-
rat mortem, non igni torridæ comæ, nec fauilla funebri nigra facies, nec vix bene cinere com-
posito vmbra recentis igneus squalor. Proclamaret mater infelix etiā si talem videre defisset.
Primo tantū stetit, & se permisit agnosci. Ego tunc plurimum stupui, non ausa oscula dare, nō
iungere amplexus, infelix primam perdidit noctem, dum timeo ne fugeret. Hanc tu marite per
suasione putas, & uanum animi mei lugentis errorem? Quicquid est in filio plus apud matrē
fit cum definit. Vis denique scire quid vxori tuæ detraxeris? ex defuncto filio non habet aliud
quod speret. Iam nox altera aderat, & primis statim tenebris præsto filius erat, non ille ut pri-
die procul, & tantum videndus, sed audacius & propius, & ad matris manus tanquam corpus
accedens. Nec iam nisi cum luce certa fugatīſque syderibus, inuitus ille vaneſcebat ex oculis,
multum resistens, sæpe respiciens, & qui se promitteret etiam proxima nocte venturum. Iam
mœrori locus non erat, mulier filium nocte uidebat, die sperabat. Quid attinet singula refer-
re? Nullis, inquit, destituta sum tenebris, donec scelerata tacui. Satiabar osculis, satiabar am-
plexibus, & colloquebar, & audiebam. Misera plus perdidit, si nemo credit. Iam ceperam tuā
quoque marite crudelis agere causam, rogabāque iuuenem ut paternis oculis quoque lætus
occurreret, & tibi ingrātē dimidia nocte cedebam. Iam miser & ille pollicebatur: hæc me fidu-
tia perdidit, ut confiterer. Rogo quid tam muliebre, quid tam maternum fieri potest? Gaude,
inquit, marite gaude, filium fortasse nocte proxima videbis, illum quem crudelibus flammis

exuisti, ex quo cineres & ossa supersunt, iuuenem uidebis, & forte etiam die speres. Ego certe totis noctibus mater sum, video, fruor: iam & narro. Exitu paterni affectus quaritis? Filiū uidere timuit. Sic magū protinus nescia matre, cuius horrido murmure imperiosūq; uerbis diū superi manēsq; torquentur, excogitator iste mortis alterius aduocat, non ut exorati manes inducerētur, nec ut euocata nocturnis ululatibus undecunq; umbra properaret, sed tanq̃ parum sepulchra premerent, & tumulorum leue nimis pondus, filius, inquit, meus non satis periit, adhuc fulgore syderū fruitur & nocte nostra. Nā cū dies occidit, imponit morti suā finē, domū repetit, & maternos terreat somnos. Inueni aliqua, inueni uincula uerborū, sed arte tota, sed labore toto. Magna tua gloria est, si retines filiū, qui redit etiā à morte ad matrē. Noxiū sepulchro circumdatur carnē. Tunc horrētibus uerbis urna præcluditur, tūc primū miser filius mors & umbra fit. Ite nunc & putate uana fuisse matris solatia. Filiū, ista si cogitationibus & inani persuasione uidisset, adhuc uideret. At quæ supplicia sustinuit infelix illa statim nocte? Iam totā domū ac familiā quies prima sopiuerat, & tacentibus tenebris uenerat tēpus dulcissimū matri, iacebat hæc insomnis inquieta, cū diceret, iam statim apparebit, iam statim ueniet, nunq̃ tamē tardius uenit. Miserā me fili, proxima nocte iam ueneras. Ecce iā medios sydera tenent cursus, indignor, irascor, ita demū mihi satisfacies, si apud patrē fuisti. Miseram me iā magna mundus luce clarescit. Quando uenies? iā redire debebas. At postq̃ alterā tertiāq; noctē deserta uanis questibus duxit, tū tristiora lugubria, tum squalidæ magis placere uestes, tum repetitis sanguinauere plāctibus iam cōualecentes lacerti. Nihil est infelicius matre, quæ perdidit aliquid in filio postq̃ extulit. Cū uero cōperit noctes suas iuuenis necessitatibus magicis excantato perisse feretro, quantū illa præfixū clausūq; tumulū nudis cecidit uberibus, quo fletu sepulchra perfudit, quo genitu audientē forsitan, & exire cupientē frustra uocauit animam? O natura crudelis, plus magū posse, q̃ matrē. Vbi sunt qui acerbas mortuū necessitates, & ferrea iura fatorū, & inuictas, nec ullo mœrore mutabiles inaniū leges querebātur umbrarum? Filium tuū mulier infelix non impositæ inferis cludere turres, nec spissa perpetua noctis caligo cōpescuit, non fabulosa uatibus palus, multūq; celebrati curuato igne torrentes, hæc permeabat, hæc omnia nocte transibat, leuiorēq; mortē suam fecerat, q̃ si peregrinaretur & abesset. Et nunc minus mali pateretur, si non sentiret. Ille qui non uenit, in quendā carcerē translatus à tu mulo, patitur beneficia uitæ. Magnæ sunt ergo umbrarū catenæ, & quantū uolatilē uagāmq; imaginem, morti stringunt atque alligant, tanquā reū corpus animam. Ferro uero ac lapidibus arcere, & ut solent bellicæ robur accipere portæ, ipsam umbrā iā catenis alligare, iā claustris, non dico crudele est, portentosum, nefariū, utiq; si hæc faciet q̃ sensurū filiū credat. Et nunc illos miserrima mater in corpus putat & in membra descendisse mœrones. O mage sæue, crudelis, o in lachrymas artifex nostras, uellē nō dedisses tā magnū experimentū. Irascimur tibi, & blandiri necesse est. Dum cludis umbram, intelligimus solū te esse, q̃ possis euocare. Videtur itaque mulier infelix à dignitatis dolore secedere, q̃ tā uxorias in forū querelas, & tanq̃ delicata matronæ desideria pertulerit. Nō enim uestes, nec aurū, nec ambiciosos querit ornatus, contēta est orbitas sordibus suis. Ac ne pellicis qdē dolore cōpellitur, nec tacita gaudia mariti, impatientia & muliebri uanitate cōplorat. Sed nec relictū torū desertūq; geniale uelut cōtēpta uilitatis uxoris ulciscitur, alia longe, alia de noctibus cura est. Ne timueris quæcunq; est dignitas, est magni doloris, nihil querit misera, nisi par orbitati, nisi matre dignū, quod publicos consumat oculos, quod ignotas quoq; exigit lachrymas. Quantā enim à marito acceperit iniuriā scire uultis? Sola mater filiū perdidit, nec potest inuidiā facere morti. Antē itaq; quā sciatis iudices qs dolor, quisue mœror, quæ tanta impatientia eruperit, ut mulier aliquando dulciū oblita tenebrarū, clarū nitorē publicæ lucis, & diē etiā domi inuisum, in foro intēque leges notabilis, & sepulchris abstracta pateretur, certū profecto habetis neq; audaciā neq; impudentiā, nec uanitatē unquā querelas habuisse miserorū. Quā uerū est quicqd exclamat calamitas: nec ab infelicibus ficti temerē exeunt gemitum. Mulier quæ sanguinantes ad iudices porrigit lacertos, quæ scisso laniatōq; vultu, quæ liuidis profertur uberibus, magno dolore cogitur ut hoc potius agat, q̃ cineres osculetur, q̃ cōplectatur urnam. Grauius testis querelæ suæ orbitas est. Et anteq̃ ad genus illatæ iniquæ iniuriæ uenio, cur marite, quæ ex te filiū perdidit, quæ quā potest quari? Crudelis orbitatē feris adhuc alio dolore, tanq̃ parū desideria conficiat, quæ de unico gerit, non pateris animā uacare lachrymis suis, tu qui finū debes, q̃ colloquia & amplexus. Quā misera est quæ queritur, & de solatio suo nō cōiugiis desiderijs largē indulget, nihil aspere, nihil contra uoluntatē. Habet priuilegiū suū mater infelix, molles manus, & mitia

fomenta magnis vulneribus admoueat. Quæ se adhuc secari plaga permittit in summo est. Vt forsitan quo modo fortior sexus sit, & contra dolorem quàm imbecillis animus magis pugnat. Itaque totū istud lugere scemineū est: & simul ac orbitas imbelles pectus inuadit, animus ille qui luctus suos sequitur, incipit indulgentiā sentire lachrymarum. Eidem tuā marite, coniungi flere liceat, fatiari gemitu, orbitati permittit quādiu velit flere. Odi patrē, qui cum filiū & ipse perdidit, putat nimis lugere matrem. Quid ergo queritur, inquis? Hoc primum, filiū non quomodo debes scelerate desideras. Magno animo orbis es, loqueris fuisse mortale, & interpretaris nihil superesse post flammam. Flet iuxta latus & plangit vxor, tu siccis oculis habes. Illa totis noctibus funebres exercet vlulatus, tu graues somnos ac placidam quietem. Pater crudelis, pater immemor, quid uis tibi amplius obiciamus? Ex quo perdidisti filiū, nunquā sic desiderasti ut videres. Quid quod eripuisti matri solatiū, puta vanū & superuacuum? Nolo iudices, nolo corripas, scires quantum esset hoc si tantūdem doleres. Res indignior non est, quod tibi de eo postulas credi, quod non uidisti. Indulge sanè vanæ rei, ignosce, libenter se orbitas decipit. Magnas calamitates vana ratio sustentat, quod indulgent mala persuasionibus suis. Quicquid ad miseros pertinet, crudelius eripitur, quo minus est. Clamat itaque, clamat mater infelix, si mihi aliquā imaginē filii mei, vel paruuli, vel iā adulti, vel nouissimā iuuenis auferres, iniicerē tamen misera tanquam corpori manū, illā similitudinē flens tenerē, illos oculos, illam gratissimā faciē, & ritus oris expressos & adumbratos artificis manu vultus. Sed illū perdidisti, unde imago, unde similitudo, unde solatiū. Fili plus hodie amisi, quod cum elatus es. Post mortem te tuam vidi. Si mehercule notas in corpore vnici vestes subtrahere tentares, dicerē succurre solatio meo. Hæc omnia apud me filii mei mēbra sunt, ego osculabor, amplectar, flebo supra. Nō est ratio fortasse. Ideo quicquid rationem vicit, affectus est. Nihil est sceleratius prudenti orbitate. Leuia, inquit, leuia loquor. Ego filiū meū videbā. Quā nā istū fortuna, quæ indullerat cōditio nature? Non excludebat orbitas oculos tuos. Eras iam consecuta mater, ut iuuenem die absentem putares. Maximam perdidisti mors acerbitatem, si possis uidere quem amiseris. Videre ergo tibi contingebat o mulier vultum, habitum, corpus, incessum. Non crederē nisi te perdidisse sentire. Tempora ergo cum morte diuideras, & supersit filio fruebaris omnibus tenebris. Quantum perdidisti hunc aestima, hoc tibi si non contigisset, non eras tam improba ut optares. Aliquis (o pietas) sepultus & cōditus, ceteri corporis cinis & fauilla, tamen corpus sumebat in nocte, & ad solita viuientis membra reuocatus præbebat se matris oculis, qualē non crederes recessurum. Nec quari de luce poteramus, quantum licebat aderat. Videbas ergo mulier ac præsentia fruebaris. Videbam, inquit, & fruebar. Et ad quem pertinebat rogo, etiam si decipiebar? Sed quid ego utar testimonio tuo? Mago credo & tunc vidisse te filiū, & nunc non videre. At tu misera nihil crudelius ex marito timebas, quàm ne tibi non crederet. Nemo, inquit, oculis meis fidem detrahat. Fili indulgentissime adolescens vidi te, nec semel vidi. Certum est, fixum est, eripi non potest. Quatenus impius pater, & hoc tibi auferre conatur, ut te vidisse non credam? Nec illud garrula, nec vana voce vulgau, venire te nulli indicauī, nisi qui deberet optare ut hoc posses. Patri tantum tuo, patri (ignosce deceptæ) confessum, dū interrogo an te & ille vidisset. Itaque das mulier infelix graues nimiasque penas: effecit magus ne filium videres, & solum apud te reliquit, ut meminisses quod videras. Totum tamen illud solatiū tuum refer misera, si potes, & primum cōfiteri simpliciter, an soporis pondus illud, & nesciæ quietis vanitas fuerit. Apud me quidem satis misera, satis eras mater infelix, etiam si tale somnium perdidisses. Miserere, inquit, melius de affectibus meis sentias. Nō ego fatigata plāctibus sensi venisse noctem, videre filiū peruigiles meruisti oculi, sed primum dum metuo, ymbra processit subito, diu boni quod ego gaudium, quam vidi felicitatem. Constitit ante me filius meus, discussit tenebras, ita dimittatur aliquando. Prosilui protinus, & accessi, vultus, comas, ora perspexi, meuserat. Quàm lætūm se, quàm hilarē offerebat, quomodo persuadebat mihi, ne crederem morti? Sceleratē nescis pater, quàm similem viuenti filium cluseris. Circumibant totum corpus oculi, non inueniebam quid ignis egisset. Subinde dicebam, hunc ego extuli, hunc rogo imposui, ex hoc ego cineres & ossa collegi? Si talis est, quid habeo quod lugeam? Perisse filium meum hoc uno intelligebam, quod illum non poteram & patri ostendere. Confitebor, primæ tamen nec ego credidi nocti, & tanquam victis irascebar oculis, & erubescēbam misera, si quies fuisset. Ecce iterum iuuenis, ecce iam quotidie venit. Quid habeo quod interpreter? Verū est utique quod semper est. Nouissime nō tanquam ymbra veniebat, sed assidebat, sed amplexus dabat. Ego sentiebam & recipiebam. Quotiescūque domus fuerat grato

sopore prostrata, aderat ille quales humanis se offerunt oculis propitii dii, quale lætissimū numen est cum se patitur uideri. Sicut omnis religio templorum, omnis religio lucorum, cum tacere mortalia: & profani procul errauere sedibus totis, solitudine frui, & de suis dicitur exire simulachris, ita iuuenis meus noctibus totis agebat filiū, & paterna domo ac penatibus suis fruebatur placidus ac mitis, & matri propitius, ut numen & deus dilabi syderibus, & uenire de liquido purōq; aëre uidebatur. Quid imprecor sceleratissimo patri? umbram probare uoluit? Misere mihi iudices, ut hoc facinus quibus debetis accipiatis animis. Maius parricidio, maius q̄ si filii sepulchrum funditus eruisset, & sacros morte lapides, etiam cineres & ossa religioſe quiescentia fracta sparsisset urna. Aduocatur homo, cuius ars est ire contra naturam. Qui simul ac ore squalido barbarum murmur intonuit, fallerēque coegit superos, audire inferos, tremere terras, ut experimentis loquentium fama est, constitit iuxta tumulum, miserrimi iuuenis mors certior. Nunc operta, inquit, arcana mea tenebræ adiuuate me digna, nunc omne per unum numē, & religio, quam isti irrogo, propius adeste, succurrite. Magis mihi laborādum est, quā cum sydera mundo reuelluntur, cum iubentur hyberni fluiorum stare decursus, cum potentiore carminis ueneno uicti rumpuntur in mea strumenta serpentes. Custodiēdus est iuuenis, assignandus est inferis, & densioribus transfuga claudendus est tenebris. Quanto facilius opus erat si reuocaretur? Mox in ipsam dicitur incubuisse pronus urnam, & inter ossa & inter cineres uerba clausisse. Hoc tamen subinde respiciens confitebatur, repugnabat umbra. Itaque carminibus non satis credo, præfigamus omne tumuli latus, & multo uinciamus saxa ferro. Iam bene habet, expirauit aliquando, non uideri non progredi potest. An mentiar scies proxima nocte. Omnes mehercule parentes utiq; qui liberos perdiderunt, ire in istos oculos, in ista ora debebant. Tu sic filium tuum cluisti, tanquam nocentes ad inferos reuocari soleant animæ, quæ inter languentium familiam, & tristes penatium morbos, uagæ errantēſque magica uanitate captantur? Laqueo ne uitam damnatus eliserat? Noxium per sua uiscera exegerat ferrum? An ex conscientia uenena præsumpserat, nec recipiebat se, nisi carmine inelusus. Quando domum tuam funereus & squalidus, quando te terruit? Crudelissime omnium pater, de filio tuo malam umbram fecisti. Quas nunc putas uxoris miserrimæ esse cogitationes? qua materna uiscera persuasione torqueri? Nunc filius meus illic unde uenire consueuerat, iacet strictus, alligatus, impatiens. Queritur solito terram grauiorem, utique cum sentit uenisse noctem, quando umbræ feliciores dimittuntur ad matres. At uero si qua inter manes colloquia sunt, & esse credo, non deest qui iuueni meo dicat, quā uilis tuis fuisti, qui libenter te perdidit. Quid illa mater, ad quam ire cōsueueras? has tibi catenas, hæc uincula pro merito reddidit? Ita infelicissima omnium mulier, & si magus etiam recedat, hoc periclitatur, ne filius se putet uenisse ad inuitam. Agit iam hoc loco nobiscum maritus grauius, altius, sapientius, ut homo sine dolore. Negat ullos esse manes, contendit omnia perire cum corpore, nec remeare uiuentes ad cinere sensus, nec tam uideri imagines hominum, q̄ cogitari, & oculos luctibus credere. Quod si ita est, magum ad quid aduocauit? Pessimus parentum, qui dum liberos suos sepeliunt, flere contenti, ut obiter ab rogo siccis oculis reuertantur: negat ad manes, negat ad umbras peruenire quod plangas, affirmat perire lachrymas, affirmat perire singultus. O sceleratū hominē, quisquis luget & timet ne hoc perdat. Vana ergo sapientes persuasione frustrati, qui constare homines & perfici corporeis alimentis animæque dixerunt, corpus caducum, fragile, terrenum, ut sicca humidis, calida frigidis, resolutis astricta pugnarent, partim aut doloribus affici, aut nouissimis annis, aut senectute dissolui. Animam uero flammei uigoris impetum perennitatēque non ex nostro igne sumentem, sed quō sydera uolant, & quō sacri torquentur axes, inde uenire unde rerum omnium auctorem parentēque spiritū ducimus, nec interire, nec resolui, nec ullo mortalitatis affici fato, sed quoties humani corporis carcerem effregerit, & exonerata membris mortalibus leui se igne lustrauerit, petere sedes inter astra, donec in alia fata seculo pugnante transmigret: deinde prioris corporis meminisse. Inde euocatos prodire manes, inde corpus & uultus, & quicquid uidemus accipere: occurrere suis imagines charas, aliquando & oracula fieri, & nocturnis admonere præceptis, sentire quas mittamus in ferias, & honorem percipere tumulorum. Rogo cum filius perit, nonne satius est hoc credere? Tuæ tamen, inquit, hoc quieti præstiti, ne attonitis agitata terroribus, sollicitas semper ages, suspēſasque duceres noctes. Ita parricida commune facinus fecisti: & imputas quōd filium uidere desimus? Somnum enim ante petebamus, & placidum soporem, crudelis. Nūc inquietam, nunc attonitam mater est, nunc perdidimus noctes. Umbram ne tu filii rem formidolosam,

Dd iiii

rem plenam putasti esse terroris? Quid illa latius facies? quid illo blandius vultus? quid magis adulator oculis? quid possunt videre libentius lachrymæ? Non magis metuenda est vmbra filii q̃ cadauer. Necessè est ut mors horrida fiat aliena. Sed aliæ forsitan animum imagines terriant, & tunc inferi vocantur cum ignoti sunt. Itaque prudenter si tantū ad suos veniunt. Sceleratus ille, ille impius quicūque defunctū filiū vidit, & meminit q̃ elatus est. Terrebaris, inquit, & sollicitis noctibus laborabas. Ita ne es marite crudelis? Tu cluissies filiū, etiā si ad te veniret? Nec magus, inquit, inclusit vmbra, sed persuasione tuā succurrit, ideōque putas non venire illū q̃a nec ante veniebat, quia nec factū est aliquid in quo auocareris. Hoc ipso incipit mater sibi gratulari. Ita non tenetur, inquit, ille, non premitur, nullo carmine, nullo inclusus est ferro. Remouete ergo omnia & interrogabo. Ego autē scelerata tā cito credidi, ita non ille ad me veniret solutus & liber? non ad hos oculos, non ad hos properaret amplexus? Quādo enim me iuuenis ipse nisi flentē, quando non liuidū pectus & sanguinantes vidit lacertos? quando non habuit matri fecisse terrorē? Arte cluditur miser, arte retinetur. Quid vis carmina tibi amplius præstent? effecerunt quod promiserant. Desinis erubescere iam q̃ filiū nō vides? At tu cuius in leges dii superi manēsq; torquentur, qui nocturno terribilis vlulatu profundum specus & ima terrarū moues, modo seruientiū reuocator animarū, nunc idē crudelis & inexorabilis custos, aliquando preces & matris admitte. Paciscere quantūlibet, totos lugentis polce census, non vt labores, nec vt horridū carmen exerceas, sed vt ferrū tuū refigas, vt verba tua resoluas, vt nihil feceris, dimitte tātū & euocasti. Nihil ipse crudeliter, patri scio paruisti, sed & huius etiā lachrymis, plāctib⁹ huius indulge, cōsule famæ tuæ. Execrabilem te mage facies, & inuisum, si facilius de filio exoraris vt includas. Nec tu marite, nec tu timueris, ne vlticris vmbrae vanis exagitere terroribus vllis, imaginibus, huic secura dabitur quies, scit ad quā debeat venire dimissus. Iuuenis piissime, iuuenis indulgētissime, nunq̃ matri tuæ vmbra, nec manes, si modo veneficū pōdus, & terroribus omnibus verba grauiora mago patiente discusseris. Ad me, inq̃t mater infelix, ad meas noctes, ad meas lachrymas, ad illos viuentes mihi semper amplexus miseræ propera. Scio quid mihi nocuerit, scio quid me torserit. Fruar & tacebo.

DIVES ACCVSATVS PODITIONIS.

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS XI.

Pauper & diues inimici, utrique terni liberi. Bellum incidit ciuitati. Diues dux creatus, profectus est in castra. Rursum ortus est ab eo prodi Remp. Processit pauper in concionem, & accusauit diuitem proditoris. Absente eo populus lapidibus liberos eius occidit. Reuersus diues est victor a bello. Petit ad supplicium filios pauperis. Pater se offert. Contra dicit diues. Erant enim leges, ut proditor morte puniretur, & calumnias idem pateretur quod reus, si cōuictus esset.

PRO DIVITE CONTRA PAUPEREM.

Expectauerā qdē vt de inimici mei supplicio nō quereretur, nec me decipi posse crediderā in vltione, quā mihi debeat ciuitas tā liberi doloris. Sed quatinus eo malorū nouitate perueni, vt in vindicta primū mei cōsulare leges ac iura vellentis, quāso ne qs prodesse pauperi velit, q̃ nec defendi potest sine genere pœnæ. Plus meretur pati homo, q̃ (si ipsi creditis) debet occidi. Hoc est quinimo iudices, quod supra oēs calamitates meas ferre nō possū, videtur sibi satis vixisse pauper, postq̃ occidit liberos meos. Opera precii putat corā impatiētia mea felicē cōsummāre patrē: & gaudiorū suorū satietati hoc quoq; adiicit, vt orbitatē meā liberis suis relinquat. Fidē vestrā iudices, ne precat q̃ vltioni meā cōtingit, bon⁹ pater. Actū erat de solatiis meis, si liberos suos pauper mallet occidi. Illud plane iudices etiam in hac pauperis impudentia miror, liberos meos pudore decepta ciuitatis occidit, deinde me crudelē vocat. Paruos suos ostendit, allegat, tanq̃ non ego potius querar hoc de quoq̃ patre fieri? nec intelligit quantum debeat ad impatientiam nostrī doloris accedere, si passus sum quod & in vltione miserū est. Facin⁹ est iudices quēq̃ calamitatum suarū inuidiam pati, sic vltionem meam debetis aspicere, tāq̃ & liberos suos pauper occiderit. Nec me fallit iudices plerōsq; credere, callidissimū pauperem, nec mori velle, & hoc q̃ nudat iugulum, pectus opponit, artes esse pro vita. Sed ego illū nō credo mentiri, ego qui scio quid maluissim. Nunquam hoc aduersus nos excogitasset, nisi impatientissimus pater, & hanc pœnā meā suppliciorūque nouitatem, de sua pietate commentus est. Nihil magis de inimico efficere velis, quā quod ipse ferre non possis. Habet hoc mali iudices principii in nocētia, q̃ inimicos esse nobis, nisi postq̃ nocuerint, nescimus: & tūc omnib⁹ patem⁹ insidiis,

quoties nos odit inferior. Homo qui omnē aduersus superiora rabie de sui vilitate sumebat, q̄ genus libertatis putabat odisse maiores, nullis implicitus affectibus, q̄ humilis, q̄ esset abiectus, in furorē se magnæ colluctatiōis exercuit. Primo se meū dixit inimicū. O dii deaq̄, cuius ego monstri artes pertuli: in cuius feritatis colluctatione durauī? Inimicū habui, neq̄ occidere contentū & mori paratū. Gratias ago ciuitati q̄ in illis necessitatibus, in quibus nihil adulationi, nihil præstatis obsequiis, laudatus sum testimonio periculorū. Bellū mihi fatūq̄ publicæ solitudinis credidistis. Sed neq̄ ego rē melioris ducis facere potui, q̄ q̄ sine liberis meis profectus sū, nō reliquisset illos dux proditurus. Nō puto iudices adhuc quari vnde illæ falsarū solitudinū fabulæ repēte proruperint, quis prim⁹ tepidæ ciuitatis aures rumore cōpleuerit, cū videatis quis sic egerit, vt crederetis. Vidit hāc inter metus vestros occasiōē, & quia semper apud sollicitos in deterius prona persuasio est, abusus est hoc q̄ poterat videri timere vobiscū. Igitur homo qui nullū consciū meū, nullū mihi crimē obiecit, de mēdaciū magnitudine fidē veritatis captauit. Ciuitas deinde cui accusator proditā se esse persuaserat, fecit quicquid de me facere potuit. Liberos meos quos inimicus tota sua cōcione mōstrauerat, occidit genere quo perēūt nocentes. Feretis me iudices liberi⁹ aliqua dicentē? Rē pessimi exēpli passus erā, etiā si prodidissē. Scio vos iudices hoc loco mirari innocētiā meā. Vt primū enim mihi calamitates meas nūci⁹ in castra pertulit, nō arma proieci, nō stationes vallūq̄, deserui, totā orbitatē meā in bella cōueri, tāquam liberos meos ibi perdidissē. Si vnq̄ iudices in me habuissent profanæ cogitatiōis locū, si patriā odisse vel pro liberis meis possem, proditorē me feceratis. Necesse est iudices hoc primū reuersus exclamē, ita pauper etiā nūc liberos habet? Adhuc inimici mei plena domus est? O miseræ cogitationes, o decepta solatia. Sic ego reuertebat quasi vindicatus. Quas ego legionū vestrarū indignatiōes, quē fortissimi exercit⁹ cōpescui do lorē, dū omnibus promitto liberos suos, dū minus pro vindicta mea puto, quicqd̄ ipse fecissē. Congerātur iā licet aduersus omniū mortaliū nocētissimū cūcta supplicia, ego tamē maximū vltiōis meæ solatiū perdidī, q̄ pauperi vos potius debueratis irasci. Quoniā igitur adhuc cum paupere legib⁹ ac iure cōsisto, liberos eius in suppliciū patris peto. Quid satis imprece homini q̄ fecit vt quisq̄ deberet sic vindicari? Calūniator, inq̄, idē patiat. Permittūt mihi iudices calamitates meæ queri de hac lege, tāq̄ parū nobis in vltione prospexerit: cōtra nos inuēus est vindictæ modus, quo non debeamus esse contenti. Quisq̄ ne mortaliū idem vocat facinus & poenā? Tantū ne doloris venire de suppliciis, quantū de calamitatibus putat? Nescit profecto, nescit quantā patientiā paret mcerori, quantū animo mēbrisq̄ rigoris inducat, quod patiaris agnoscere. Innocentia opus est, vt miserū faciat dolor. Constet licet vtrinq̄ mortū numerus, totidē nobis vltio cadauera assignet, plus tamen est de innocentibus. Et quicquid patiūtur deprehensi, licet solatio idē sit, æquitate minus est. Et idē sit suppliciū nocētis & facinus, vna ratione efficias, vt illud ferre nō possit. Frustra astimatis q̄ crudele, q̄ sæuū sit quod petimus, in quantū excesserit v̄sitata genera poenarū. Explicata est iudices, explicata legis inuidia, cū quis quod patitur & efficit. Quid q̄ hoc solum est poenæ genus in quo nō debeat nocens nisi de se queri, & tāto minus debeat esse miserabilis, quāto maior est quod patitur inuidia? Quid æqui⁹ excogitari, quid iustius potest? Grassatus aliquis est ferro, præbeat & ipse ceruices. Miscuit no xium virus, refundatur in suū facinus auctorem. Oculos rapuit, effodit: reddat de sua cæcitate solatiū. In nullo mortaliū perferre possum sceloris sui impatientiā. Breuissima est iustitia vindictæ, cum facinus mēsurā poenæ est. Et si naturā vltionis inspicias, optimē vindicatur quisq̄, quomodo miser est. Fidē vestrā iudices, ne ideo tantū putetis iustū quod exigit reus, quia ego recuso. Non feretis me pauperis mortē petentē, si liberos suos obtulisset. Ex omnibus tamen quicūq̄, incognita, inaudita passi sunt, nullos hac lege magis vindicādos puto, q̄ quorū liberos aliquis occidit. Quid mihi pro hoc redditis leges? Vbi respiro? Vbi claudio gemitus? Vnde sumo solatiū? Bene, bene admones dolor, illos illos liceat inuadere, qui nūc magis amātur, quos orbitas nostra cōmēdat. Sic quoq̄ circūscribimur, nisi totidē sunt, nisi illis par est ac similis ætas, & ante omnia optim⁹ pater. Deceperas me fortuna, deceperas, si mihi tā grādē fecisset facinus homo, q̄ liberos nō haberet. Quid q̄ ex omniū scelerū cōparatiōe nihil est detestabilius hominibus, qui leges ipsas faciūt nocētēs? Vestro mehercule nomine calumniantibus debetis irasci, quorū nefas nō potest nisi per iudiciū facinus imponere. Actū est de rebus humanis, si de criminibus nostris tantūdem mendaciis licet: nec vllus innocēs hucusq̄ felix est, vt diligētiae fingētū par sit. Quenq̄ ne mortaliū in re quā finxerit, quā cōposuerit, inuenire aliqd̄ quod potest probationē vocare, & facinus explicare facilitate verborū? Magis oderis mendaciū, cū fi-

DIVES ACCVSATVS PRODITIONIS

mile vero est. Quoties manifestū est aliquē perisse sine causa, calumniatibus irasci debeas, vt possis illis ignoscere qui crediderunt. Adicite huic execrationi, q̄ calumniatus est in bello, q̄ de prodicione, q̄ de duce, q̄ hac omnia fecit inimicus. Nō est q̄ se publico tueatur errore, nec in excusationē afferat, tanq̄ crediderit & ipse fingentibus. Nemo sic decipitur vt de inimico suo mentiat. Rumor, inquit, fuit te prodidisse. Bene admones. Hunc primū calumniæ tuæ obiticio rumorē. Quis enim iudices nesciat hanc famā esse naturam, vt sit primo vnius hominis audacia? De nulla re locutus est cōtinuo populus, nec quicq̄ adeo subito statimq; notum est, vt in illo pariter omniū sermo consentiat. Quā nō possit mouere ciuitatē, quē nō replere populū, si quid omnibus nobis narres, in nullo nō cōtū loquaris, & de re quā tum maxime fingas, iā dicas esse rumorē? Quāta tibi deinde mentiendi materia de periculorū nostrorū occasionē succurrit? Nihil est tam capax malignitatū sermonūmq; q̄ bellū. Quid inter est vnde sumpserit rumor ortū? Quod negari nō potest, tu cōcionaris, accusas, tu crimen de fabula facis. In rumorē, cuius probationes, cuius argumēta nō habes, calūniæ genus est primū credere. Sed, inquit, mori debeo, quia lex qua te accusaui, hoc proditorē pati iubet. ei⁹ poenā exigere quod fecisset, nō quod facere voluisset. Fingamus enim nō hoc pauperem captasse quod accidit, cui debet imputari exitus, q̄ de calūniæ tuæ fluxit errore? Vultis scire iudices aliud quæsitū q̄ quod lex qua mori iubebat? Accusaui me eo tēpore quo nō poterā dānatus occidi. Dic nunc, nō ego effeci vt occideretur liberi tui, & aude ciuitatis illud uocare facinus. Non tamen ullis efficies artibus, vt nō potius miserear reipub. meæ, non minus & illa facinus est passa q̄ pater. Coacta est liberos Imperatoris vincētis occidere. Fallitur iudices quisquis vllū facinus in rebus humanis publicū putat. Persuadētū vires sunt, quicquid ciuitas facit, & quodcūq; facit populus, secundū quod exasperatur, irascitur. Sic corpora nostra motū nisi de mēte non sumūt, & ociosa sunt mēbra, donec illis animus vtatur. Nihil est facilius q̄ in quēlibet affectū mouere populū. Nulli cum coimus sua cogitatio, sua mēs, aut vlla ratio præsto est: nec habet vlla turba prudentiā singulorū, siue q̄ minus publicos capimus affectus, siue negligētior est q̄ se nō putat solū debere rationē, & multi fiducia facimus omniū. Quam nō possit rēpub. turbare, confundere, si quis repētē proclamet, prodidit vos imperator vester, addixit, & nūc ille liberos habet? Si mehercule post hanc inimice vocē templa monstresses, sacrilegū cōtinuo flagrasset incendiū, si cōuelli simu laca voluisses, fecisset omne de numinibus suis facinus audacia. Vis scire tuū esse quicquid ciuitas fecit? Gloriareris illo, si prodidisses. Non est iudices q̄ vos à grauitate iustitiæ dolor vltionis abducat, q̄ mortē suā inimicus offert. Nō petit illud, nisi quisquis ipse nō debet occidi. Seposita igitur paulisper lege mei doloris, hoc tantū ab affectibus vestris omniū mortaliū nomine peto, ne cui nocētī poenæ præstetur arbitriū. Infinitā iudices scelerib⁹ aperitis audaciā, si poenā licet eligere condēnato, nec iā vllā mortaliū innocentia trepidatione cōtineas, si patitur deprehensus, quisquis quod ipse maluit. Leuat omnes cruciatus, omnē dolorē, præparata mentē cōposuisse patiētia. Fallitur quisquis humana tormēta sola nominū atrocitate metitur, nulla poena est, nisi inuito. Nō habemus vllū nisi ab impatientia dolorē, & vt aliquid crudele, sæuū sit, metus facit. Supplicium quisq̄ vocat ad quod profilitur, quod exposcitur, quod circa se nō habet moras? Illō per fidē, illō trahite dānatos, quō nō sequatur. Tunc est poena, cū periturus trepidat, hæret, cum restringit supremo vincula conatu. Volo perituri prius videre pallorē, audire gemitus, volo circūspiciat, volo queratur. Fidē vestra iudices, ne nocentibus supplicii sui contingat electio. Minus iniquū est vt euadat nocēs poenā, q̄ vt cōtemnat. Mortē vero dānatis præstat, indulget, nec sunt alia beneficia poenarū. Fallitur quisquis illā velut omnium suppliciorū summā putat. Occidi nō est poena, sed exitus. Neq; enim habet impatientiā aut dolorē, quod possis aspicere quasi fatū. Quod si liberos relinquo, immo si serues, q̄ felix exitus est plenusq; latitiæ? Lucrifacit mortis atrocitatē, quisquis laudatus occiditur. Me, inquit, occidite. Nō habet liberos inimice, nō habet, quisquis hoc te velle miratur. Sæue, crudelis, ego tibi permittā mori? Vt quid iam mihi melius optē? Vides quantū feceris nefas? Idē pro liberis meis offerre nō potui. Tu vero paruulos tuos tene, vt in isto poti⁹ moriatur amplexu, Tu nunc quoq; nō euades, nō effugies. Quacūq; te duxerit orbitas, sequar, effundā si quod paraueris venenū, subtrahā omne ferrū, incidam quoscūq; strinxeris nexus, ab omni reuocabo præcipitio. Etiā occisis liberis tuis, non idē patieris inimice, nisi vixeris. Nec vereor iudices, ne putetis vtriūsq; nostrū orbitatē simili esse ratione tractandā. Admoueuntur ecce contra lachrymas meas liberi, quos nemo noscet. Patris innocētis occisi sunt paruuli, quos nunc circa

templa

tēpla ferretis, circa quos se celebraret vestra lētitia. Facinus est iudices minorē esse tranſactarū mortuū miferationē. Nō inuenio quēadmodū liberis prodeſſe debeat odiū patris. Perierūt etiā illi, quorū nec pater debebat occidi. Me miferum, q̄ ſic quoq; multa habiturus es, quibus ego qui vindicabor, inuideā. Oſculaberis ante perituros, alloqueris, accipies ſuprema mandata, & moriturū te continuo promittes. Exonerabis gemitus tuos, cū eorū ſepulcra numerabis. Sicabit oculos q̄ meā nunc quoq; reſpicias vacuā domū. Me miferū, pauperis tantū ſolatiū futurum eſt, q̄ pares ſumus. Quid q̄ in ipſa cōparatione mortis nō idē patiētur liberi tui? occidentur vno fortassis ictu, & erit vltio manibus cōtenta carnificis. Paruulos meos occidit quicquid fuit tota ciuitate telorū, omnis ſexu, omnis aetate, omnis infirmitas. Nihil eſt crudelius morte hominū, quos populus occidit, & ſolus hic exitus eſt, à quo nō eſt nec cadaueribus ſaluare reuerētia. Hoc me nunc cōplorare tantū putatis, q̄ nō ſum liberis meis ante ſatiatus? Miſer ego nec ad cadauera acceſſi, nō in ſepulchra maiorū meis manibus intuli, nec licuit ſuper ipſa corpora proclamare, nō feci. Qualē ego illū patria perſidi diē, cū duces ab explicito bello reuertuntur. Non nūc lētā cinxere legiones, non effuſi obuiā ciues triūphali circa curruſ meos exultauere lētitia, ſequēbar captiuos meos triſtior victor, mōſtus vndique claudebat exercitus, occurrentiū lachrymā propinquorum & erubeſcentis circa me populi timida ſolatia. O ſucceſſum quoque noſtrorum mifera conditio. Ergo ego victoriam meā non narrabo ſine ſletu, nemo amicorū propinquorūq; corā me de bello meo loquetur. Nihil eſt crudelius calamitate, quam gaudia reducant. Quoties redierit ille lētus vobis in ſupplicia mea dies, lugubres mihi ferre veſtes, renouate ſeruuli planctus, parate ſolatia propinqui. Nulli liberi impatientius deſiderantur, q̄ qui propter patrē videntur occiſi. Sed verū iudices fatendū eſt, timeo mehercule ne par ſolatiis meis nō ſim, ne me iſte quo pro liberis irāſcor affectus, in media vltione deſtituat. Sed adiuuate, miſere mini propinqui, adiuuate amici, & ſi forte deſecero, tu vltione meā popule conſumma. Timeo mehercule ne cum carnifex propius acceſſerit, ſubito proclamem, iam malo patrē. Sed ſiquis eſt pudor, oculi diſerte lachrymas, abite gemitus, horridum, truceſt debeo preparare & miferū. Deprehende igitur omniū mortalium callidiſſime hunc, quem ſimulas, quem nunc imitaris affectū, tūc ſciemus quo animo rogaueris, vt potius ipſe moreretur. Sed ſi bene noui capax omnium malorum ſclerūq; pectus, inimicē viues & libenter, & fortiter, & quaſi vindicatus.

PASTI CADAVERIS.

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS XII.

Cum ciuitas fame laboraret, miſit ad frumēta Legatū, præſtituta die intra quam rediret. Proſectus ille emit, & ad aliam ciuitatem tempeſtate delatus duplo uenitidit, & duplum frumenti modum comparauit. Illo ceſſante corporibus ſuorum paſti ſunt. Reuerſus ad præſtitam diem reipub. læſa accuſatur.

PRO CIVIBVS CONTRA LEGATVM.

Vamuis iudices innumerabiles me indignandi cauſæ initio ſtatim actionis ſtrāgulent, quia nec dicere vniuerſas ſemel poſſum, nec gregatim erumpētes diſſerre gemitus, (Leuior eſt enim dolor qui diſponitur) Primū tamen ille ſibi aſſerit locū, qui eſt ex hoc iudicii tēpore, & tam lētæ vindictæ dilatione ortus animi mei prope dixerim furor, q̄ hominē tam ſclerātū, ut nos quoq; fecerit nocentes, legibus accerſimus, q̄ defendi patimur, q̄ vt puniatur precamur, q̄ damnatus quoque vel morte deſungetur, quā nos in illa funeſtiſſima fame, dum ſepeliri licuit, optauimus, vel exilio quod hic tantopere contemnat, apparet, qui tam lentē in patriā reuertitur. Quanquā de quo exilio loquar? Quantalibet ignominia dimittite domo notatum, habet quod eat. Non publicis manibus exeunte diſcerpiſimus? nō quoniā ſemel conſueueramus, & bona fide ferarū eſſe ciuitas ceperat? hic primus nobis ex tam tardo cōmeatu placuit cibus? Sic enim iſtū laniari, ſic cōfici, ſic conſumi oportuit iure noſtro. Quis credat? ego me ab hoc abſtinere potui, cum & eſurirem & irāſcerer? Sed frumento occupati ſumus, nec quicquid aliud videmus. O quāta es fames quæ tam grandem iram vicisti? At ego etiam ſi talis vltio contigiſſet, ſi me à neſario graſſatore reipublicæ non lingua, ſed dentibus vindicaſſem, nihil tamen iræ, nihil vindictæ præſtiteram, hoc & meis feci. Aſtuant adhuc intra pectus ſepulta ventribus noſtris cognata viſcera, & tumelſcere intus atque indignari videntur, & ſera pœnitentia redundant. Iam enim vacat nobis lugere, iam cibos noſtros efferimus, viſcera cremamus: nam cætera nobiſcum ſepeliuntur. O fames inaudita, in qua leuior eſt q̄ eſurimus. Ignoscite tamen violati manes meorum, hic vos alloquor, ignoscite q̄ ora temerauiſimus, q̄ ab homine deſciuiſimus. Nō vt infelicē ani-

nam sustineremus, non ut inuisum spiritū produceremus, fecimus: vna causa mortē distulimus, q̄ si expirascemus, idem timebamus. Et ego quidē meis cōsumptis excuso, qui mihi ipsi irasci nō possum. at ipse interim stat, vt videtis, longa via saginatus & satur, atq; abundans publico cōmeatu, ad mentionē ciborū nostrorū plenū fastidio vultū trahit, & exangues ac pallidos ad calculū vocat, quasi ego non confitear illū etiā nimīū multū attulisse. Tam pauci, rari per vias interlucent, & quāuis odio euerforis nostri euocatus ē latebris suis populus, subsellia non implet. Pauci sceleribus pasti, alienis mortibus salui, q̄ viuunt ipsi sibi rei, graues, ægra & tabida membra in publicū protulerūt. Hæ sunt ciuitatis reliquæ quas videtis. Sic tabuimus, vt miseri nec viuos habeamus nec mortuos. Hic est populus, hæ vires, hæ spes, hæ opes. Nisi tandem ad vadimonium Legate venisses, nō multorum dierum cōmeatum habebamus. Quo nunc tantū frumenti? quo classē cōmeatu grauē? Multū hercule negociatione tua actū est. Frumentū habeo, populū non habeo, nusquā prodest, nusquā opus est, iam licet vendas. Dū tu salutis publicæ nundinator proximū quemq; emptorē dimittis, dum aut funera nostra vendis, aut scelera: dum populo tuo fame moriente alienæ ciuitati Legatus es factus, nos interim cibos ex malis inuenimus, & fames se ipsa paut, & miseriæ nostræ crudeles factæ sunt. Patiamur te defendi, si absolui saltem non possumus. Hæc nunc Iudices ego solus quoror? ad me magis pertinent? aliquid proprie passus sum? non cōmunem dolorem accusator habeo cū iudicibus? Quisquā in hac vindicta alteri cedit? non publica inopia, non totius populi mendicitas vna fuit? Nisi quia funestas epulas & nefarios inuenimus cibos, nō putamus famem fuisse. In omnes gentes, in omnia ventura secula proscripti sumus, omnes hæc prodigia narrabunt, omnes execrabuntur, nisi qui non credent. Famem ipsam infamauimus, & quod miseris vltimum est miserationē quoq; perdidimus. Adhuc tamē vna defensio fuit, q̄ videbamur in hæc omnia istius opera impulsī. Si hic innocens est, nostra culpa est. Etiā ne publica mala narro, & miseriis nostris conuiciū faciā? Exhibunt verba? (subsequetur sermo? non alligabitur lingua? Planē nihil non possumus. Exploramus ordinem cladis nostræ, & simpliciter omnia indicantur. Decet ista nostro ore narrari. Sed nouimus, & nimīū meminimus, iudex doceri non debet, opinor, reo indicanda sunt, qui à malis publicis abfuit, qui hoc certe maximū debet patriæ suæ beneficiū, q̄ à fame solus dimissus est. Audi itaq; audi, frumentū istud quod lucrificisti, quanti nobis constet. Aliquis fortasse iudices miratur, etiam si huius feralis anni fructus cessauit, q̄ tamen illa superior longi temporis beata fecunditas tabuerit, & secū iste dubitat, quid sit in causa cur ciuitas opulenta quondam, nihil frumenti nisi in spe habuerit. Sic fit, vbi vicinis ciuitatibus vendimus, & vndecunq; offulsit lucrū, sine respectu salus publica addicitur, in vacuum possessionem fames venit. Etiam si quid residui erat, vt carius quidā venderet, ad annonæ incendiū suppressum est. Testor tamen conscientia vestra, non sumus questu quādiu duplo emebamus. Non enim vulgaris illa labes frumenti fuit, qualis nec aliis ab agricolis accutari solet perfidia terrarum, & ingrata messis irritus labor. Nota & inaudita, abominanda lues, quæ nihil homini reliquit præter hominē. Aut astricta citra conatū sata sub ipsis tabuerē (sulcis, aut leui rore euocato radix in puluerē incurrit, aut perustis torrido sole herbis moribunda sēges palluit. Nullus imber sitientes soli puluerē terit, nulla supra arentes cāpos saltē vmbra nubīū pependit. Calidi spirauere venti, maturitatē præcepit æstus, etiā sicubi forte viuæ herbæ solū vicerant, vanis tamen aristis spem sefellerunt, & inanes culmos tristes agricola iactauit ventis nihil relicturnis. Leuia quoror, prata exaruerunt, perierunt frondes, germina nō exierunt, nuda terra, & rudes glebæ, & aridi fontes erant. Nisi hæc omnia inter scientes dicerē, poterā videri falsō questus de hoc anno, quo tantū frumenti vendidimus. Vtinā saltem nobis rudē victū syluæ ministrasset, & carpere arbuta, cōcutere quercum, legere fraga licuisset, & quæcunq; primi mortales ante traditos diuinitus mitiores cibos contra famem obiecerunt, pestifer annus reliquisset. Non eram delicatus. Sed ò tristes recordatio, funesta necessitas, nihil habuimus quo viuereamus, præter famē. Nec tamen in totum queri de numinibus possumus, maria certe secūda experti. Si voluisset seruare Legatus diem, quem illi felicitas temporis dederat, potuit nobis frumentum bis asferre. Vt primum tanti mali sensus in ciuitatem percrebuit, cum iam vrgente inopia quotidie malum arctius premeret, & præsentē fortuna peior tamen esset futuri metus, apparuit nullum ex propinquo esse præsidium, cū finitimas quoq; ciuitates incendiū nostrū aduulsisset. Erat quidē aliquid in vicino adhuc frumenti, sed iam nemo vendebat. Ergo vt vidimus salutē publicā trans mare petendā, se in curiam quisq; cogunt. Vt arma bello, vt aqua incendio inclamari publice solent: ita vno quodā consensu non ætatibus expectatis,

expectatis, non honoribus, pariter retulimus, probauimus, decreuimus, pedibus, manibus iuimus in sententiā necessitatis, nec ordo nos officiorū moratus est. Legationem multi pollicebantur, nec innocētia iste beneficio vel auctoritatis meritorūq; respectu electus est, vna causa nos mouit, quod secito rediturum pollicebatur. Pecuniam sine numero infudimus, frumentum sine modo mandauimus, quantum potuisset afferret, festinaret modo. Hoc vna voce supplices acclamabamus, ac ne moraremur, ne hoc quidem diu rogauimus, vna tantum vox fuit, quam iste pro quodam praeiudicio amplexus est. Nihil agis afferendo frumentū, si post illum diem veneris. Nostris manibus Legatum in nauem tulimus, ac ne quid morae esset, pro sua quisq; portione etiam commeatum dedimus, retinacula incidimus, & littus ingressi classem publicis manibus impulimus. Inde fugientia vela longo visu prosecuti, facilem emptionem, secundos ventos, placidū mare, non secus ac si ipsi nauigaremus, precati sumus. Quis credat hoc de tam miseris? Omnia à diis impetrauimus scilicet vnum superest, vt pro aliena ciuitate vota soluenda sint. Cito emit, cito peruenit, cito rediit quod voluit. Quid prodest expectare? Alia ciuitas prior est, & sanè religiosus Legatus diem expectat. Nos interim coacta primo ex agris pecora diripimus, & ne venturo saltem anno prospici posset, non reliquimus qui ararent boues. Iam seruis fugas imperauimus, iam procumbentes ante limina principū pauperes in ipsis precibus expirant. Plorantibus liberis Legatū promittimus. Iam tantū sibi quisq; cura est. Nihil tamen horum etiā nunc in inuidiam Legati queror, adhuc prior cursus est. Hactenus nostra mala tulimus, in reliqua Legatus nos vicarios dedit. Si quicq; tibi humani sanguinis superest, nisi nimia saturitate alienae fortunae cogitatio excidit, respice patriae casum, respice necessitatem grauissimā. Miseri te misimus, expectant pallidi exanguesq; ciues tui, & quicquid extremi spiritus adhuc superest, spe tui trahitur. Figura tibi exelos vultus, decrefcentem populū, iam prae mortuas vires, nec quicq; horū potes ignorare, si quid tibi credimus, fame laborantē ciuitatē vidisti. Festina dū super sunt quibus legationē renuncies. Festina dū mori vltimum est, frumētō digni sumus. Quid in nos conuertis etiā alienae ciuitatis famem? Quatenus nobis cōputandum est, propter te duplum mali tulimus, tu super frumentū publicū stertis, & omnes maris circunuectus oras, littora portūsque cognoscis. Tu inter duas ciuitates fatorū arbiter, alienae conditor, tuā euerfor, salutem nostram peregrinis admetiris, & secunda tēpestāte in patriā ferentes habens, cōtrarios ventos exoptas. Nos per arentes effusi cāpos morientū herbarū radices vellimus, eo quidē fortius, vt si fieri possit in venenū incidamus, subeuntes insolitis cibis. Et sicubi forte vberius paulo pabulū cōtingit, de pascuis rixa est. Amaros fruticū cortices, & ramorū male arentiū pallidas frondes decerpimus, morbida quicquid fames coegit, corpus admisit. Iam passim moriuntur, pestilentīq; more pecudū subinde aliquis ex populo in ipsis pascuis procūbit. Crebrior quotidie interitus, & latior strages, & me miserū, iam fames definit. Quos tester deos? Superos ne quos per tantū nefas fugauimus? An inferos, quos nobis permisicimus? An nostrā malam conscientiā, omnia nos ante fecisse, quae nemo praeter nos fecit? Pecora cecidimus, cāpos euulsumus, syluas destruximus, nouissime nihil relictū est praeter esuriētes & mortuos. Si qua est fides, libeter hanc partē accusationis subinde differo, adeo vbi tantū nefas narrandū est, etiā exigua temporū lucra sectari libet, & necesse est reo indicare, qui à malis publicis absuit, q̄ multis nō ad diē venerit. Ignoscite dii hominēq; sceleri quidē vltimo, sed tamen quod fecisse miserrimū est. Non habitāt vnā pudor & fames, & cū semel intrarit impotēs domina, feras etiā & ingētes beluas subigit. Terrā moriētes momorderūt. Memetipsum, si nihil fuisset aliud, comedissem. Sed confitendū est, Legati beneficio nō defuit. Postq̄ omnē patientiā vicerat ignea fames, postq̄ spes quoq; quae miseris vltima est, omnis abierat, & frumentum toties sibi frustra promissum animus iam ne cupere quidem audebat, subiit furor, & alienatio mentis, & tota sui arbitrii fames facta est. Animus malis dirigerat, os insolitis cibis stupebat, feris inuidere cœpimus. Primo tamen furtim, & intra suas quisque latebras admisit hoc monstrum, & si paulo citius venisses, potuisset hoc negari. Si quis ex strage corporum defuerat, sepultū putabamus: nec tamen indicauit quisq;, nec deprehendit aliquis. Nemo vt hoc faceret exemplo impulsus est, se quisq; docuit, omnes scire cœpimus, postq̄ omnes fecimus. Quoties tamen antequā inciperem, in portum cucurri, quandiu in altum intentus, si quae essent in conspectu naues, oculos fatigauī? Tibi Legate tempus differre facile est, qui tuam tantum partem non vendidisti. Tu quem habeas diem videris, ego septimum expectare non possum. Ergo rabidi super cadauera incubuimus, & clausis oculis, quasi visus conscientia acerbior esset, tota corpora morsibus consumpsimus. Subit interim horror ex facto, &

PASTI CAD AVERIS

tadiū ac detestatio sui, & plāctus. Sed cū ab infaustis fugimus cibis, vrit iterū fames, & quod modo ex ore proiecimus colligendū est. Nūc mihi illa foeda videtur, nūc abominanda, laceri artus, & nudata ossa, & abrepta cute intus cauū pectus. Nūc occurrūt effusa prācordia, & liuida carnes, & expresum dētibus tabū, & exhaustæ ossibus medullæ. Quantulū enim corporis fames relinquebat? Nūc illud horreo tēpus, siquādo aut manus incidit, aut facies, aut aliquid deniq; quod hominē propria nota signat. Nūc cibi succurrūt quos imponere in mēsam nō ausus sum. Confitendū est enim, deuorabimus homines, & quidē auidē, qui diu nihil edeamus, & tamen ccepisse difficillimū fuit. Postq̃ ius factū est, postq̃ nemo erat in ciuitate quē cōfiteri puderet, tū uero iā in posterū prospicimus, & funera horreis cōdimus. Retrō agūtur exequiæ, aut citra, aut ad rogos pugna est. Hares cadauer cernit. Nouū & incredibile, nisi nossemus, monstrū habuimus, sine rogis pestilentia. Mortui ratio nō cōstitit. Perisse ciues scio tātum, quia inter uiuētes nō uideo. Aegri assidētes timebāt, & labentē animū supremis domeſti corū oculis reducebāt. Primo tamen nihil rogabāt suos nisi totam sepulturā. Vt maior urgere necessitas cōcepit, beneficiū factū est expectare dū moritur. Nemo adeo affinis fuit, nemo tam cōiunctus, quō pietas abſtineret: nostros comedimus, nostros. Nam si alienos uellemus, nemo audebat, nemo cedebat. Nihil est tamē q̃ indignari uelitis, narraui uobis lucrū uestrū. Frumētum duplo vēdidimus, & callidissimus Legatus vicinæ ciuitati imposuit. Plena nunc horrea, bonæ rationes, onusta naues sunt, & quo magis gaudeamus tanto bono, pauci fumus. Nam quod ad tēporis exultationē pertinet, nihil est opinor q̃ æstuet, in desertū nō incidit populū, nec sanē fuit cur festinaret, etiā nunc expectare poteramus. Sola est nostra ciuitas quæ fame perire nō possit. Dissimulaturū me putatis istius patrociniæ? Cōſiteor, venit ad vltimū diē, attulit frumentū, gratulemur quā nulla ciuitas fame laborat. O si vires sufficerent, latera durent, aliquid ex aridis diu faucibus residuæ vocis exiret, quanta indignatiōe opus erat, ubi pro omnibus dolendū est. Quod cū ita sit, vniuerſi qui aſſumus proclamemus, hæc tota cōcio in vnā vocē cōſentiat, nō eſſet tamē futura par crimini inuidia: vt omnes accusemus, quota pars queritur? Secū quisq; reputet quæ tulerit, quid admiſerit. Planē immanis belua est, & nō tantum necessitatis caula per nefas paſtus, qui q̃ comederit hominē nō irascitur. Succurrite dolor & feri vomitus, & vltrix pœnitentia. Ades longi ieiunii imperioſa necessitas, & vos intus implicitæ, si quid potestis, admonete animæ, & à ferali vētre prorūp̄te, dū cōmiſſum nefas deo to capite expiamus, & quasi luſtrata vrbe feralem viſtimā violatis manibus mittimus. Decent nos tales hostiæ, in iudiciū perduxī publicū ſcelus, & infamata ciuitati quæro velamentū. Nemo non cōmiſit aliquid, habetis tamen si vultis vnū, & pro omnibus nocentem Reipub. læſæ accuſo. Mirari vos certū habeo hanc verbi ſegnitiē, cū ciuitas tota cōſumpta ſit, cū populus in ſe tabuerit, quo perſtriſta tantummodo patria, & leuiter (quod aiunt) manu offeſa intelligi poſſit. Sed ferenda est, vt in cæteris, hæc quoq; rerū natura iniuria, q̃ non tā in manibus factis paria verba accōmodauit, & fames noſtra, fames dicitur: & cibi noſtri, cibi vocantur, & reſp. nunc læſa. Nec ſcilicet niſi peractō legitimo ordine reus punitur. Omnia rogo ſcrupuloſe agantur. Videte vt iure irāſcamur, qui cōtra ius viximus. Immo etiā ſi liber deſenſionē audiamus, & iam nunc nos moretur. Neget læſam remp. quia pluſq̃ læſa eſt. Nō enim diſcuſſos alius operis angulos, nec recisas lucorū frondes, nec publicarū adū diſperſos parietes obiciamus. Ac ſi videbitur, adiciet forſitan non eſſe remp. quæ periit. Id enim ſuper eſt, vt iam hoc nomen extinctū audiamus. Procedet eoſq; fortasſe, vt eſuriſſe nos neget. Nō inficior autem parū proprie hoc legis verbo nefas iſtius ſignari non poſſe. Maiores enim ne lædi quidē remp. impune voluerunt, ideoq; exiſtimo etiā hoc eſſe cōprehenſum. Nemo autē verebatur, ne abſolui poſſet crimen lege maius. Quid q̃ actionē reip. læſæ tentat in legē male geſtæ legationis deſleſcere? Eligat reus crimen, hoc eſt noxiuſ crucē optat. Non ſuſtineo iudices in tanto animi motu argumēta conquirere, nec impetus iræ meæ in digitos deſcēdit: hoc tamen ſcio, non cadit in formulam publicus dolor. Nec ſi adeo iudicibus quid paſſi ſunt exciderit, vt has ferant cauillationes nō diluentes crimen, ſed diſſerentes, populus quoq; impunitū nefas ſine lapidibus præteribit, non præſcribes. Te accuſare malē geſtæ legationis poſſum. Age porro, ſi occiſos obiecerō homines, non tu es cauſa mortū? Si violata ſepulchra, nō propter te rogos fraudauimus? Sed legatus fuiſti, quod tamen ipſum quid eſt aliud q̃ remp. tractare? Rem autē qui male agit, vt arbitror lædit. An exiſtimas hanc legatis dari peccandi licentiā, vt quæcunq; ſcēlora in eo officio cōmiſerūt, cū his omnibus hac vna lege decident? O nimium inuidendā huius legationis conditionē, ſi tibi & famē remiſit, & legem. Sed errauerim ſane, & quia nullum in foro

foro nostro iudiciū fuit, defuetudine ipsa iura exciderint, quomodo legem meā effugis? Nam nisi malis stupeo, duo sunt omnino quæ in eiusmodi crimine queri soleāt. An lasa sit resp. an ab eo qui arguitur lasa. In quibus si quid tibi fidutiæ fuisset, nō à criminibus crimina appella res, nec ad alterā poenam transfugeres, sed te ab hac quæ intenditur, tuereris. Dico lasam esse resp. Oratione hic opus est, aut reliquorū more accusatorū hoc nunc mihi querendū, quomodo res verbis aggrauetur. Adeo infirmata est calamitatū memoria, quæ si posset excidere, non tamen narranda solum nobis, sed ostendenda erat ruina publica. Agedū, si videtur, extra portas prospicite squalida arua, & spinis obfita segetes, & semefos arborum truncos. Viduis cultore agris, errant à fame nostra innocentes ferae, inanes villæ sunt, & deserta horrea in ruinam procumbunt. Nullus inuerfis aratro glebis campus viret, nullum solum opere renouatur. Iam & in sequentem annum famem timeo. Redite in domos vestras, videbitis noxios focos, & ignes tabo cadauerum extinctos, & tecta mortibus graui. Cum maxime inferimus in tumulos ossa insépulta, ducimus opertas exequias, & ad sepulturā residua cōferuntur, & tandem cadauera igni permittimus. Vbi vero vniuersas familias fames extinxit, quæ pars maxima est, inanes domus situm ducunt, iacent relictae sine herede farcinæ. Inuenitur tamen interim elusa domo conditus dominus, sicuius mors famem euasit, quem rimantes nō inuenere proximi, qui inter suos vltimus decessit. Quo vos mitto ipsam intuemini concionem, vnius deficientes speciem tota ciuitas habet, cauum macie caput, & cōditos penitus oculos, & laxam cutem, nudos labris trementibus dentes, rigentem vultum, & destitutas genas, & inanes faucium sinus. Prona est ceruix, tergum ossibus inaequale, infernis imaginibus simile, seceda etiam cadauera. Aut si quis talis non est, confiteatur se vsque ad saturitatem comedisse. Sua quisque consulat misera præcordia, suum ventrem conscientia grauem. Dic nunc Legate, innocens sum quod ad illum diem veni. At ego propter te nocens sum, quod ad illum diem vixi. Quæ comparata nobis mala non delicatas lachrymas habent, aliquem populum hostilis exercitus intra portas cogit, solet venire vltima obfessis inopia, sed eueri certe licet. Victor captiuium aut occidet, aut pascet. Tormenta quidam piratarum tulerunt, felices quibus contigit innocentia. Mors certe finis est, nec seuitia vltra fata procedit. Aut etiam si quis adeo hominem exiit, vt ibi poenam quærat, vbi sensus doloris non inueniat, nempe tamen cadauera feris obiciet. Circundati sunt quidam flammis, ipsa tamen poena habuit sepulturā. Nos incendiū cinerem perdidimus, nostra etiā ruina tabuit. Nostra mala nunc latent, nō ignis defunctos cremauit, non ferae lacerauerunt, non aues attigerunt, & tamen cadauera mortibus annumerare non possumus. Citra spem conualescendi afflicti sumus, immo etiā citra votum. Grauior indies facti poenitentia est, pudet vitæ, lucē ac sidera intueri nō audeo. quotidie felices mortuos clamo, & malæ conscientia facibus agitatus, nihil fortunatius in æterna sede vtiq; cōpositis puto (adeo mors placet) iam etiam cibis nostris inuideo. præterita differo, ipsa ex nimia cupiditate nocet abundantia, desideratos diu cibos auidē haurimus, & lassam famē saturitate stragulamus. Morimur adhuc etiam frumento tuo. Atqui cetera reip. partes, quæ sunt ad vsum populi comparata, & leuiore cum damni sensu pereunt, & facile remedium accipiunt, cum reparari possit amissum. Opera restituiam, arariū replebo, naues, arma reficiā: hic vulnus altissime penetrat, hic ipsa vitalia feriuntur, vbi populus ruit, vbi continuis funeribus omnis sexus atq; ætas semel sternitur. Exhausta est ciuitas, & desolata domus, triste florentis quondā fortunæ iudiciū, laxi muri. Quam multi in ciuitate nostra perierint, quæritis? Minima quidē portio superest, sed etiā ex hoc intelligi potest, esurienti populo satis fuerunt. Plurimū tamen interest quomodo perierint. Felix pestilentia, felix præliorū strages, deniq; omnis mors facilis, fames aspera vitalia haurit, præcordia carpit, animi tormentū, corporis tabes, magistra peccādi, durissima necessitatū, deformissima malorū. Hæc ad humile opus nobiles manus mittit, hæc alienis pedibus medicantes prosternit, hæc sæpe sociorū fidem fregit, hæc venena populis publice dedit, hæc in parricidiū pios egit. Adhuc tamē vnū videbatur remediū non expectare mortis diē, & tabescentē quotidie spiritū superueniētibus malis subducere. nā in fame nemo quidē mortis immunis est. At nō tua culpa fames coepit. Sed vulneratū iugulasti, titubantem strauisti, fumantē incendiisti. Ne quid iniquē faciā, diuisa sunt mala. Primā famē fortunæ imputo, vltimā tibi. Moram tuā itineribus separo. Deniq; ex eo inopiā tibi obicio, ex quo propter te tuli. Itaq; caritas annonæ, rarum frumentū, cades ac direptio pecorū, fuerint fortunæ, fuerint anni, fuerint temporū. Aliā conditionē habent ciuium mortes, & cadauerū dira laceratio, & peiores inopia cibi. Hæc fames iā tua est. Puta me in præsentī nihil adiciere nisi hoc

vnū, tardius q̄ potueras venisti, nōdū tibi obiicio duplicata tēpora, nec remēsūm toties mare, nec graues ancoras: nondū tantā morā, quanta legationi satis esset. Si innocentes essemus, populum septē diebus perdidisses. Angustus humani spiritus terminos fames fecit, morimur, deficimus, festina misericors, omnes excipe auras, etiā si tota secūdis flatibus tetēderint vela vēti, tamē remis adiuua, salutē publicā vehis, spiritū populi tui reportas, omnīū nostrū in ista classe nauigāt animā. Iuramus per tuū reditū, effusi per gradustemplorū vota suscipimus, tēdimus manus, nā quas feriamus hostias nō habemus. Quid spem publicā ad ancoras alligas? non stat interim dies, & plenis velis mors venit. Festina, merita tua nō conditores æquauerint, non ipsi dii plus præstiterint. Tibi nos, tibi liberos nostros, tibi quicquid homini iucundū est, tibi debemus quicquid vicinæ ciuitati præstitisti. Nō dico illa quæ poterā, puta carulus imber in naues ruit, classis inter fluctus latet, nec inter canētes collilarū aquarū spumas vela dinoscimus, egerit ex fundo arenas mare, micāt ignes, intonat cælū, scissis rudentibus tēpeestas sibilat, deniq; fidus hybernū cōditur: tu tamen perseuera, frumentū vehis, nihil horū necesse est feliciter nauiganti, festina. Quereres si naues cōmeatu tardasses, dū velocitatis ratio haberetur, mallē accipere dimidiū. Nō delicati sumus, nō luxuria quæritur abundātia, sed vnde spiritū sustineamus, vnde mortē differamus in præsentia quantolumcūq;. Si plus opus fuerit, redibis. Siccæ fauces sunt, æger anhelitus ostendit. Iā frustra in sinu parentū liberi plorāt, & nondū editi cōceptis intra vterū famē sentiunt. Iā nemo diues est. Auras captamus, & rore vescimur, & iam sperare tormentū est, quotidie vires deficiunt. Iā nō imus in littus, sed redimus, in editis scopulis populus sedet, dū naues expectat, in pascua nō redit. Aquas ingredimur, & vnus ad te spectantiū rictus eū, & cū defecerunt omnia, expirant. Te, te expectātes intentis oculis morimur, in mare mortui cadunt. Quoties sole percussa nubes refulsit, aquē putamus, quoties fractus vento fluctus incanuit, vela interpretamur. O mobiles miserorū spes, ad vnaquaq; solatia, ab vnoquoq; quomodo nutant? Hæc certe naus est, ecce vela panduntur, propius appellitur, & accedendo crescit, nostra est, suos in vtrāq; partē ventos habuit, nostris votis gubernati flatus sunt. Hæc dicimus, at illa interim transuolat. Fletus inde & desperatio, & lucis odium. Nihil enim grauius q̄ destitutæ spes torquent. Ne interrogare quidē licuit, aut quærere, nemo applicabat. Ergo incerti omnīū rerum perpēdimus, nihil quicquā cognouit. Saltem si scire licuisset vbi frumentū vendidisset, ipsi petissemus. Iā quomodo ad singula momenta temporū mutabantur animi, bene est, serenus sol occidit, purus se dies tollit, ad nos venti ferunt, iam ueniet. Pendet interim fames, & illud quod iādiu cogitat, differt, ita tamen vt subinde cōputet, quot dies ad mortē supersint, nā quid profecit? Meministis, cum cōtrarii venti flare cœpissent, & in altū fluctus à terra volaret, quāta cōploratio, quanti planctus fuerint, retinebatur, stabit, laborabit. At si diis placet, legatus noster tū maxime bene nauigabat. Nos in hac fortuna, in tam graui casu, in eiusmodi cogitationibus sumus: Tu sinus maris circuis, & per omneis curuatorum littorū ambitus terrā legis. Sic fit vt te iuuēt diu nauigare. Nullus amœnus prætermittitur portus, nulla celebris ciuitas inuisitata trāsitur. Mentior, etiā ad esurientes applicas. Dein siquā timoris iniuriā quereris, nō ferā te morantē. Quomodo satis accusabo vendentē? Spiritus nostros trāscribis, salutē nostrā exponis. Quæ diu inæstimabilis fuit, innocentia publicam vendis. Frumentū nō naufragio perdidimus, nō latrocinio, lucro perimus. Tempeestas quoq; aliquā nauē in mediū litus impingeret, & ex classe numerosa omnes fluctus exhausisset. Perit frumentū, quia classis venit in portū. Ita nos alienæ ciuitati Legatū misimus, & vilia ac de uota capita vicinorū delitiis morimur. Nobis nihil iam residui spiritus superest, nos in cōspectu mortis stamus, nos Legatū frumentūq; nostrū ore aperto expectamus, classis nostra vecturam facit, & vicinarū ciuitatū copias introducit. Penē à cōspectu nostro vela conuersa sunt, quātulo minus q̄ cōgesti frumētī puluerē vidimus, tantū iam tēporis trāsiiuit ex quo pecuniā cōtulimus. Legatū creauimus. Iā dinumeratis tēporibus quæ secundi venti breuiora fecerūt, quotidie spero, & sanē prope est. At Legatus meus ad emendū modo prificiscitur. Tibi ergo tot ciuiū mortes imputo, tibi stragē populi, tibi liberorū parentūq; miserrimas pœnas, tibi quicquid passi sumus, tibi, quod grauius est, quicquid fecimus. Et scilicet speras, vt tantā sceleris inuidiā ab animis nostris duplicē pecuniā strepitus auertat? Nescis q̄ multa vendideris. Duplo vendidi. Ita ne infelicitas mea negociātī tibi lenocinata est. Quod fame perire ciues meos patior, q̄ vt vestrā ciuitatē seruem, meā euerto: q̄ à tam vicinis littoribus classem torqueo, q̄ ad diē redire nō possum, q̄ preciū cōstituitis, q̄ occulto datis duplici, patrocinio meo quantum lucror? At nos inepti ac vesani de fame querebamus, grauis nobis inopia, intollerabilis, & misera

& misera: accersita mors videbatur. Nunc agimus gratias industriae Legati? Resp. nostra locupletior perit. Sacrosanctus mercator opportunus, opinor inuenit mercis exactum. Miror hercule, si tam bene negotium gesseras, quomodo nobis pecuniam non retuleris. Duplo vediti. Decepisti vicini nam ciuitatem, circumscripsisti, itaque queritur. Duplo vediti. Hoc enim unum supererat, ut deuectum tantidem venderes. Habita est itineris ratio, habita versus. Ego uero malo quod tam magno vendidisti. Apparet enim te nihil coactum. Sed si semel ponis hastam salutis, si redeptores uitae admittis, & nos admone, melius uendes. Nos quicquid in domibus habemus, quicquid in templis, quicquid ciuitas suum uocat, cogerere parati sumus. Frumentum pecunia remetiamur, libertatem nostram addicimus, fines publicos tradimus, omnia licet eadem uicina ciuitas polliceatur, plus non potest. Pro sit mihi quod apud negotiatores solet, in antecessus dedi. Triplum, quadruplum, quantum poposceris accipe, & illa pecunia frumentum licet uicinis afferas, si nobis nihil de comestu nostro partiris, nos uicinae ciuitati uedemus. Liceat seruire ubi frumentum est. Non exigua res est, pro uita, pro sepultura, pro innocentia licemur. Non potest hic comestus tam care emi, quam expectari. Sed nisi uedidisse, inquit, fame laboranti ciuitati, timui ne raperet. Et ita utique occupare uoluisti, ut nobis iniuria tu potissimum faceres. Multum mehercule uos fallit opinio iudices, si ullam causam ita euidenter deferri posse in forum putatis, cui nulla ne mediocri quidem uelameta contingant. Opinione sua defenditur, & quae res minime coargui potest, utitur se teste. Ne nos periremus non timuisti, ne re petiti comestus post diem nostrae mortis applicaretur, non timuisti. Nostris certe malis quam nihil poterat accidere inopinatum, tamen inter metus tempestatum & ancipites incerti maris casus, confiteor, ne frumentum salua classe perderem, non timui. Non dico ut maxima uis parata sit, ut more immanis latrocinii turba raptorum litus premat, uel repugna, uel fuge, uel roga. Incensurum nauis depressurum; minitare potius, quam totum frumentum utique populo pereat. Partire uel gratis, dum nobis aliquid quo respiramus afferas. Illud quo certe nihil asperius accideret, rapi patere. Faciat fortuna quod uoluerit, Legatus a praeepto non recedat. Refer nobis saltim iniuria nostra, mitte nuncios, ita fame differemus, rapiemus furetes arma, & se in obsidione ciuitatis inimicae sine delectu populus effundet, uastabo interim fines, hoc est, per aliena prata pascam. Siqua in uillis deprehendero pecora, diripiā, bellum me alet. Citius ad frumentum perueniemus, quam tu cum frumento redibis. Adiuuabunt pugnantem iuxta sacramenta. Si contigerit aequum fortunae iudicium, non meos tantum comestus recipiam. Si minus, certe dabitur bene mori, liceat & manum conferere, in acie confligere, condant se postea licet muris, longius obsidio eat, interim certe hostium potius cadaueribus uiuemus. Sed nulla uis fuit, nulla exterior iniuria, tuum certe comestum nemo rapuit, iure miseri sumus, & ex stipulatu Legati nostri perimus. Vendidit quantum uoluit, quanti uoluit, & ut hoc ad nostras accederet moras, fortasse diu concionatus est. Omnis cum fide perfoluta pecunia est. Hoc quod colligo? Qui quanti uult uedit iudices, potest non uedere. Nam per fidem, si rapere alienum frumentum, & possunt, & uolunt, quid ita duplam pecuniam soluunt? Nam quomodo in magna inopia quicquid emi potest, uile est, ita cum possis habere gratuitum, duplo carum est. Sed mihi credite, color iste patrociniū est, & diu in saturo ocio cogitata defensio. Non potest similis usquam fames fuisse. Nos graue huius anni sydyus afflauit, nostrum hoc fatum fuit, quos non tantum sata, sed etiam empta fallunt, quod nostra pecunia, nostra classe, nostro Legato, nostro vento, felicissimo cursu, comestum tamen perdidimus. Nos a frumento longius sumus, ad illam ciuitatem potuit frequenter accedere negotiator, sapientius applicari onusta classis: itaque non misere Legatos, nullus illis commeatus longius petendus fuit quod felicissima annona, affluentibus copiis, fortunatis opibus contigit, nihil emerunt nisi deuectum. Quare nulla causa istius quem fingis metus fuit, nulla utique uis. Forum legisti, & quia adhuc supererat tempus, obiter negociatus es. Rapturos putauisti. Quid dicis scelerate? Et cum hoc timeres, applicabas? Onustus uiator apud latrones hospitarius? Commeatum publicum annonae in scopulos impingis, & plenae frumento classis ancoras ad famem ducis? Non praecides medium mare, non uelut inhospitales Syrtes, aut uoracem Charybdim praeterueheris? non tota in fugam uela torquebis? Nunc est periculosus legationis tuae naufragium. Tu ut cogi posses, tu ut auferri frumentum posset, effecisti. Tantum habituri sumus quantum reliquerit pudor et ueritum. Quid te duplo frumentum iactas uendidisse? Potuerunt nihil soluere, quod refers, alienum beneficium est. Alterum cōfingitur hoc loco mendacium. Tempestas, inquit, apulsus sum. Ita plane infelix navigator es, & cuius uotis aurae non respondeant. Nescimus te duplo melius nauigasse, quam speraueramus. Nescimus singulis commeatibus bina itinera confecta. Nescimus in una legatione uentos quater secundos. Sat erat uerbo negare, quod uerbo ponitur. Remoue hanc spem eludendae mendaciae ciuitatis. Quo damno probas tempestatem? Quid

amifisti? Frumētum certe totum uenit in portum. Nec laborasti, tanq̃ nimīū onustas naues si mulaueris, duplū afferre poterant. Non vexata armamenta, turbatōsq; funes, aut scissos velorū sinus quereris: classis statim exiit, & quod magnū integrā signum est, cito rediit. Porro tempestas in vnū agebat angulū, nihil potuerūt obliquata à vela deflectere. Non potes vltra procedere, citra applica. Effuge raptores, effuge nō dimissuros. Si aliud fieri nō potest, cū tēpestate decide naufragio, in desertū litus impinge. Quid deuitata procella prodest? quid subducta nubibus inuiis classis? In portu naufragiū fecimus, & frumentū ad ancoras perdidimus. Ego vero, inquit, attuli, & quidē duplum. O nos felices rūpamus saturitate prae cordia, pascamur in praeteritū, & famem crudelitate pēsemus. Frumētū attulisti. Quid q̃ medicina mortuorū sera est? Quid q̃ nemo aquas infundet in cinerē? Quid q̃ extincto populo etiā nouēdialis tarde venit? quid q̃ iam ego frumentū nō desidero? Naufrago tabulā abstulisti, mortuo applicas nauē. Duplum est, infunde in sepulchra, & admetire tumulis, ibi sunt qui mandauerunt. Quid aliud fecisti afferendo frumentū, q̃ vt nos quod adhuc fecimus, peniteret? Nunc me magis pudet, nunc cibos meos obiurgo, potui heri non comedisse. O nefas, in quo me scelere cōmeatus deprehendit. Siccine paria fecimus? Adhuc nihil habuimus, sed nunc licet reponamus. Quis autē vnq̃ pensabit necessaria superuacuis? Duplum attulisti, sed illis qui perierunt nihil. Sed non possum⁹ iā nō fecisse quod fecimus: plerūq; sera pro nullis sunt: sed & tēporū ista momētis aut preciosa fiūt, aut vilia. Vis scire quātū inter hoc tēpus & illud interit? Tenta igitur forū tuū, totū hoc nō potes dimidio vendere. Superest adhuc vnū patrociniū, in quo spes omnis profligata causā consistat. Ad diē veni. State hic certe iudices, nā ferri nō potest, exundat altius dolor. Pudorē publicū quamuis proiectum, & iam olim sepultum hucusque protrahis? Cur non expectauimus? Cur famem non ad constitutum distulimus? Cur ad tātū nefas accessimus? In hac lance publica causa iudices pendet, aut iste tardē fecit, aut nos citō. Hoc videlicet expectasti, & ne captiosum esset officio tuo maturius rediisse, ex industria tempus triuisti. Non tempestas in causa fuit, non vis vlla vicinā ciuitatis. Vna ratione moratus es, nondum erat tēpus. Adeo ne nobis miseriae publicae exciderunt? Adeo insperato frumento obstupuimus, vt haec audienda sint? Vltimum omnis memoriae reum una vox vincentem facit: Populatorem euerforēque ciuitatis nisi ad supremum damnabo, absolua tur. Publicus reus rediit. Illum respondet diē dedimus. Tu tamen si interpellatus tempestatibus serius venisses, excusares mare & ambiguos flatus, & tibi bonam causam habere videreris, cum diceret, ante non potui. Et nos hoc cogitauimus, his casibus ampliavimus tempus. Nos illum tibi diem dedimus, sed quia illud citius emisisti quā sperauimus, supra votum nostrum nauigasti, ad proximum littus maturē classis applicata est: ego tibi possum satis irasci? Felicitatē nostram perdidisti. Ergo quantum in te tēpus consumptum est, dies excessit, peius pati nihil possumus, sed pessima diu patimur. Imputa nobis propitios ventos, & secundum mare, & ciuitatis opulentā liberalitatem, quae tantū frumenti vendidit, quantum duobus populis satis esset. Quantūlibet velocitate tua gloriaris, cōputa si placet quando primū cōterminos portus onusta classe cōprehenderis, q̃ tarde à vicina ciuitate venisti. At etiā si diis placet animo defenditur, & quā causam vexandae ciuitatis habuerit, quārit. Istud ego interrogare debueram, non vbique iudices morandū est. Alioqui si quid requirere vellem, multa occurrissent. Solent hi negotiatores, praeter haec aperta precia, priuatū aliquid ac propriū stipulari, vtq; cū alienam rē vendunt. Potest fieri vt primo lucrari voluerit precium, seriū deinde subuenerit reddendae rationis, dicēdaq; causae cogitatio. Vaniit fortasse frumentū lucro, redemptum est patrociniū. Potest fieri ut aliquam gratiam sperauerit à ciuitate seruata, occulta quaedam in ciuitate sua odia, quae plerūq; ex inanibus causis oboriuntur, habuerit. Multa succurrunt, sed (si qua est iudices dicenti fides) ego nihil inuidiosius reputo, q̃ q̃ ciuitatē suam sine causa perdidit. Quaecūq; ratio, quodcūq; propositū fuit, audi quae passi sumus postquā redire potuisti. Transeo tormenta nostrae inopiae, macie corporis, vultus terra restrictōsq; ramis cibos, quod arisaltaria non imposuimus, quod corporibus suis vias strauit, q̃ mendicus quē rogaret non habuit. Non obiciam tibi famem. O tristis recordatio, o tormentis omnibus conscientia grauior, rumpe ferreum pectus, & ardētia scelera viuētēsq; intus epulas excute. Luctantur intra viscera animae, & vterūq; funeribus grauidum, mortes agunt. Credibiles fabulas fecimus, felices misērias, scelera innocentia. Omnes quascūq; clades fama vulgauit, solatia hinc petant, hinc audient occisos sine sanguine, sepultos sine ignibus cibos. Si quis mentitus est Cyclopes, Laestrigonas, Sphingas, aut inguinibus virginis latratū Si ciliae littus, & quaecūq; miser didici domi, comites quaro, hinc argumētū, hinc fidē accipiat.

Quædã plane falsa sunt. Sol in ortu suo non occidit, nec ad humanorũ viscerum epulas diem vertit. Vidit nos vulneribus pastos, & ad euiscerata corpora illuxit. Publicè monstra cõmissa sunt, & inexprabile nefas vno ore ciuitas fecit. Pœnis nostris iam ne fames quidẽ satis est. Hoc non omnes feræ faciunt, & quis sensu careant muta animalia, plerq; tamẽ innocentibus cibus vescuntur, vti quæq; consuerũt. Inter homines etiã, si qua alienis mēbris imprimunt detẽ, mutuo tamẽ laniatu abstinent, nec est vlla super terras adeo rabiosa belua, cui non imago sua san- cta sit. Nos quibus diuina prouidẽtia mitiores cibos cõcessit, q̃b9 sociare populos, mutuo gau- dere comitatu, sydera oculis animisq; cernere datum est: vĩa nõ ante nos fecimus, nigros fame detẽs pallidis cadaueribus impressimus, & inter horrore ac famẽ restrictis labris morsus abru- pimus. Cadauera rogis deuoluta sunt, & ad funera tanq̃ ad naues cõcurrimus. Deficit aliq̃s ex- tremo iam spiritu pendẽs, tamẽ durat, quia prius moriturũ alterũ putat, inuicẽ expectant, & si spei figuratione tardius cadit, morsibus pugnat. Non in omnibus mortes expectantur, pater li- beros esurit, & oppressa decimo mense mater sibi parit, redit in vterũ laceratus infans. Cludũt domos, ne quis funus etipiat. Solæ sunt diuitiæ mortuũ, velut insaufa aues supra expirãtes sta- mus. Secreta miseri petunt, in solitudinẽ fugiunt, & vbi nulla spes vitæ superest, mortes suas ab- scondunt, iam morituri ad feras cõfugiunt. Dehiscite terra, & hãc noxiã ciuitatẽ (si hoc saltẽ fas est) haustu aliquo ad inferos conde. Cælestes auras contaminato spiritu polluimus, & syderib9 ac diei graues & inuidiam seculo facimus. Nullas iam spero fruges, propitios deos non mereor. Quomodo me à scelere meo diuellerẽ: in quas vltimas terras, quæ in hospitalia maria conde- rem? Meũ sanẽ cõscientia vrunt animũ intus scelerum faces, & quoties facta reputaui, flagella mentis sonant, vltrices video furias, & in quãcũq; me partem conuerti, occurrũt vmbraẽ meo- rũ. Habitant nescio quæ in pectore meo pœnæ, & ne morte saltem hos metus effugiã, occupãt grauiã apud inferos supplicia, volucris rota, & fugacibus cibus elusus senex. A deo ne apud infe- ros quidem vlla pœna est fame maior? & ille hæc patitur qui hominem apposuit epulandum. Nobis imminet saxũ, nobis stridunt ferreæ turres, nostris causis vrna iam stetit, nobis viuax ip- sum crescit iecur, quia illic quoque viscera tantum aues laniant. Excipiunt nos in proximo lit- tore inhumatæ nostrorũ animæ. Miserum me, vera ne hæc sunt, an mēs aspicit? Laceros video manes, & truncas partibus suis vmbas. Quid hoc est? Non de sepulchris insurgunt, nõ aliquo terrarũ hiatu procedunt vmbraẽ nostrorum, de populo exeunt. Illuc ite, illũ tadis incendite, il- lũ anguib9 petite, & tam longæ moræ exigite rationẽ. Vobis dicat, duplũ attuli. Vobis dicat, ad diem veni. Ego si huius pœnam videro, possum reddere rationem q̃ vixi.

APES PAUPERIS.

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS XIII.

Damni per iniuriam dati sit actio. Pauper & diues in agro vicini erant iunctis hortulis. Habebat diues in horto flo- res, pauper apes. Questus est diues flores suos decerpi ab apibus pauperis. Denunciãuit ut transferret. Illo non transfe- rente, flores suos veneno sparsit. Apes pauperis omnes perierunt. Reus est diues damni iniuria dati.

PRO PAUPERE CONTRA DIVITEM.

Redo ego iudices plerõsq; mirari, q̃ homo tenuis, etiã anteq̃ quod habebã perdi- di, pauper, ausus sim iudicio lacessere diuitẽ vtiq; vicinũ, eũq; notæ impotẽtiã, expertæ crudelitatis, in tantis fortunæ viribus perniciosum inimicũ etiã si ve- nena nõ habeat. Neq; ipsẽ hoc periculũ ignoro, expertus nõ leui documẽto, quã- ti steterit mihi q̃ semel imperata non feci. Sed neq; illud iudices damnum tole- rabile est pauperi, cũ tã paruis etiã diuites moueãtur: & mihi q̃q̃ prope nihil iã relictũ est quod perderẽ, si tamen ista impune sustinẽda sunt, solatiũ erit irã potius q̃ cõtẽptũ pati. Nec sane vi- tæ causa iam superest, si ad ceteras humilitatis nostræ cõtumelias hoc quoque accedat, vt si ha- bemus aliquid migrãdũ sit: si perdidimus, tacendũ. Vnũ oro ne cui minor dignitate vestra vi- deatur causa litis meæ. Ante omnia enim nõ debetis expectare vbi pauper magna perdiderim, sed quãtulũ est quod abstulerit mihi diues, minus est quod reliq̃t. Et tamẽ q̃s indignatur apes formula vindicari, cũ venenis etiã flosculi vindicentur? Quod tamen iudices, q̃q̃ euerfus, & ab omni spe tuẽdæ paupertatis exclusus, æquiore animo tolerarẽ, si cui9 culpæ etiã si iniustã pœ- nã, meritũ tamen irã tulissẽ. Sed circũspiciẽti omnia nihil mihi obiici potest à diuite, nisi q̃ vi- cinus sum. Est mihi paternus iudices agellus, sanẽ angustus & pauper, nõ vitibus cõstitus nõ fru- mentis ferax, non palcuis lætus, ieiunã modo glebæ atq; humiles thymi, & non late pauperi ca- sã circunieccta possessio. Verũ mihi vel hoc fuit grauissima, q̃ non fuit digna quã diues concu- pisceret. In hoc ego vitæ meæ secreto remotus à tumultu ciuitatis ignobile æuũ agere procul

Ee ii

ab ambitu, & omni maioris fortunæ cupiditate constitui, & dum molesta lege naturæ transiret ætas, vitam fallere. Hoc mihi paruulū terræ & humilis tugurii rusticū culmē aequitas animi regna secerat, satisq; diuitiarū erat nihil amplius velle. Quid prodest? Sic quoq; me latere inuenit inuidia. Nec ab initio iudices vicinus diuitis fui, pares circa me habitauere domini, & frequentibus villis concors vicinia paruos limites coluit. Quod ciues pascebat, nunc diuitis vnus hortus est. Postq; proximos quosq; reuellendo terminos ager locupletis latius inundauit, æquatæ solo villæ, & excisa patria sacra, & cū coniugibus paruissq; liberis respectantes patriū larem migrauerunt veteres coloni, & latæ solitudinis indilcreta vnitas facta est, postq; ad apes meas diuitis fundus accessit. Nanque ego iudices dum fortius opus permisit ætas, terram manibus subegi, & difficultatem labore perdomui, & inuito solo nōnihil tamē fecunditatis expressi: cito labitur dies, & procliuus in prouum fertur ætas: abiere vires, census meus defectæque labore senectus, magna pars mortis nihil mihi reliquit nisi diligentiam. Circumspicienti quod conueniret opus inualidæ senectutis curæ, succurrebat sequi pecora, fortq; placidi gregis paupertatem tueri, sed ex omni parte circumiectus diuitis ager vix tenuem ad gressus meos semitam dabat. Quid agimus? inquam. Vndique vallo diuitiarum clusi sumus. Hinc hortuli locupletis, hinc arua, inde vineta, hinc saltus. nullus terræ datur exitus. Quæramus animal quod volent. Nam quid apibus inuenit natura præstantius? parca, fideles, laboriosa. ô animal simile pauperibus. Et sanè dabat occasionem mihi opportunitas hortuli mei. Est nanque positus ad ortus solis hyberni, apricus, omnibus ventis medius. Fusus ex proximo fonte riuus, crepitantibus inter radiantibus calculos aquis, utrinque ripa virente præterfluit. Satis consiti flores, & viridis quauis paucarū arborū coma nascentibus populis prima sedes, vnde ego frequenter consertum nouæ iuuentutis agmen ramo grauemente suscepi. Nec me tāta capiebat voluptas quod fluenta ceris mella conderem, q; ad sustinendas paupertatis impensas deferrem in urbem, q; diuites emerent: q; aduersus omnia lassæ tedia ætatis habebam senex quod agerem. Iuuabat aut lenta vimina vernis scetibus texere, & ne æstiuus ardor aut hyberna vis grauidum penetraret alueum, hiætes rimas tenaci linire fimo, aut felis apibus vltro præbere mella, aut fugiens examē are terrere, aut bella sedare pulueris iactu: tum ne quid periculi saltē fingulis esset, auidas longe fugare volucres, & arcere parua dictu animalia, reclusas interim scrutari apium domos, ne per uacuas aluos fœda pestis insidiosas texeret plagas. Dederam laboribus meis iustam senex missionem, habebā quæ pro me opus facerent. Quō nō penetras liuor improbe? Quidve scabræ malignitatis clausum est? Inuidit pauperi diues. Cum euocasset me subito trepidum, totōque fortunæ suæ strepitu circumfretisset, quid tu, inquit, non potes imperare apibus tuis intra priuatum volent, ne hortorū meorū floribus infideant, ne in meo rorem legant? Remoue, transfer. Impotētissime tyranne quō? nunquid tam latum possideo agellum, vt illum apes transuolare non possint? Neque tamen tantum inerat pectori meo robur, vt non perturbarer denunciatione notæ impotentiæ. Volui relinquere auitos lares, & conscios natalium parietes, & ipsam nutriculā casam, itaq; pauperē focū, & fumosā testā, & consitas meis manibus arbusculas transferre destinatus exul decreuerā. Volui iudices decedere, volui, sed nullum potui inuenire agellū, in quo nō mihi vicinus diues esset. Nec tamen licuit diu quærere. Forte serenus pura luce fulserat dies, & hilaris matutini solis tepor ad quotidiana opera latius solito se agmē effuderat. Quin ipse spectator oculis (præcipua nanque hæc mihi voluptas erat) processeram, sperans fore vt viderem quemadmodum aliæ librata pennis onera conferrent, aliæ deposita sarcina in nouas prorumperent prædas, & quanq; angusto festinaretur aditu, turba tamen exeuntium non obstitaret intrantibus, aliæ militaribus castris pellerent vulgus ignauum, aliæ longū permensæ iter fatigatæ anhelitum traherent, hæc ad æstiuum solem porrectas panderet pennas. Miserum me, ignorete modo gemitibus meis, non flosculos perdiidi, nec caduca folia proximo lapsura vëto. Apes cū volarent, suffugium tenuitatis meæ, solatiū senectutis amisi. Nūq; me aliās pauperē putauī, triste me excepit, expectatq; silentiū, & inanis aluei inchoata tātū opera, & rudes cere. Vos iudices existimate quatenus recipiatis hunc affectum meum. Libenter bibissem si inuenissem venenum. Hoc mihi damnum non brumæ glacialis penetrabilis rigor, non supressi longa siti flores induxerunt. Ieiunam miseris famem non auiditas iniusta domini nihil mellis referuantis: non æqualis fessas morbus inuasit, non damnatis sedibus suis auias fuga petiere syluas. Apes pauper miser in opere perdiidi. Parauit homo nefarius ante omnia tantum veneni, quod posset & diuitis hortis satis esse, & liniuit flores maleficis succis, & in venenū mella conuertit. Sparsit omnibus floribus mortem, & quanto plura interim corrumpit, q; quæ apes abstulissent. Illæ studio cotidiani operis excitatæ, vt primum aurora lucem vocauit, in assueta miseræ pascua volant, vt

anteq̃ noctis humorē radii solis ebiberent, matutinos legerent rores, & cælestes aquas ad horreū ferre possent, nec sibi, sed operi biberēt. Hic triste spectaculū, & tātū nō ipsi qui fecerat miserandū. Illa ad primū feralis succi haustū insolito cōternata gustu fugit, sed fugisse nihil prodest. Illa lōgiores expetitura pastus in altū tollitur, vitāq; in aura relinquit. Hæc primo statim flosculo immoritur. Illa rigescentibus morte pedibus exanimis, sicut hæserat, pēdet. Alia defecta nifu volādī adhuc per terrā lāquide repit. Si quas tamē vīq; ad sedē suā distulit mors lētor, sicut agræ solent, sub ipsis pēdere portis, in globū nexas & mutuo amplexas mors sola diuisit. Quis figurare possit, q̃s dicere, q̃ multas mali formas, q̃ varia leti genera fecerint tot mortes? Semel vt ipse tristē finīā expositionē, dicēdum est, oēs perdidī. Celebre illud aluēariū, & domino suo notius, ad nihilū recidit. Audite nūc lacescere diuitē q̃bus vitæ causa superest, exerte liberatē fortibus verbis si quid offenderit, & quod difficillimū fuit, iā expertus est venenū. Quod si mihi fortuna vel ingenii vires, vel suas dedisset, crimē istud non priuatā actiōē formulæ me rebatur. Venenū leges habere, emere, nosse deniq; vetāt, inuitabilē pestem occulta fraude grafsantē. Male hæret ibi innocētia, vbi in potestate est secretū scelus, velut venenū, & qdē præsentanē, inuentū, cōpositū, datū est. Quantulū interest q̃s biberit? Homo dedit, & homini dari potest. Non adeo defunt odiorum causæ, vt iam rara similtas sit, & vt videatur aliquis nihil magis q̃ malos odisse, libebit aliquando longius manū porrigere, & indulgere animis. Credi te mihi iudices difficilius est venenū inuenire, q̃ inimicū. Sed me cōscia mediocritatis infirmitas intra meas tātū modo cōtinet querelas, nā damnū id est iudices grauiissimū. Pauper vulnus accepi, quod mihi diutius deflendū apud vos q̃ probādū est. Nā coarguendis quidē criminibus q̃s labor est aduersus confitēte? Hibent diuites hoc quoq; contra nos cōtumeliosum, q̃ nō tantū videmur vt negent. Porro q̃ confessum defendit, nō absolutionem sceleris petit, sed licentiā. Longius ista q̃ timui quæstio peruenit, nō de præterito tātū litigamus, hoc agitur vt etiā si qd forte reparauero, iterum diuiti liceat occidere. In duas enim quātū animaduertere potui quæstiones diuidit causam, an damnū sit, & an iniuria datū. Negat esse damnū, q̃ animal liberū, & volucre, & vagū, & extra imperia positū perdidit. Negat iniuria datū, q̃ in priuato suo, q̃ eas quæ sibi nocerent extinxerit, postremo q̃ sparsō tātū per flores veneno ipsæ apes vltro ad mortem venerint. Vt nihil esset quod his possem respondere, æquū erat inter vicinos sic agi? Sed excutiā singula, nec prius meis argumentis nitar, q̃ diuersa repulero. Quoniā quidē quæritur an dānū sit perdere, quod lucrū est habere. Liberū animal puto, non dico fœtus meis manibus exceptos, & in tutā cōditos sedē, & reseruatis ad supplemēta generis fauis examē vernaculū, quoniā quidē tyrannorū iura defendis, natos in priuato meo, puta me vel inanis arboris trūco, vel cauis inuentos patris, domū fauos retulisse, multa nihilominus quæ libera fuerant transeunt in ius occupatium, sicut venatio & aucupatio. Nā vt cætera animalia hominū causa finxerit prouidētia, quod omnib⁹ nascitur, industriæ præmiū est. Quid autē nō liberū natura genuit, Taceo de seruis, quos bellorū iniquitas in prædā victoribus dedit, iisdē legibus, eadē fortuna, eadē necessitate natos. Ex eodē celo spiritū trahūt, nec natura vllis, sed fortuna dominū dedit. Cur infrenatis eq̃s victor infidet? Cur iniusto cotidie iugo boū colla deterim⁹? Cur in vsum vestitū sæpe pecori lanæ detrahūtur? (Taceo de sanguine & epulis per mortē paratis) Si omnia quæ libera generantur, naturæ demus, definitis diuites esse. Si vero hæc conditio est, vt quicqd ex his animalibus in vsum hominis cessit, propriū sit habentis, profecto quicquid iure possidetur, in iuria aufertur, vt uolucres mites, & alia quæ per rusticas villas, quæq; ditibus cellis saginātur, in q̃bus tamē domini ambigua possessio est, & vacca, & armenta & omne pecudū genus. Sed illa impositus colibet magister. Peius ne domino in iis ius est, quibus custode nō opus est? Nā si hoc dicitis, nihil esse nostrū quod perire possit, ex nullius animalis dāno hæc edi formula potest. Nā & errare pecudes solēt, & fugere quotidiana mæcipia. Si hoc in cæteris nō obstat, vagari tu nōlles, in opus exire, & ad quotidianū cēsum laboris assidui nō detrectare militiā. An nō ipsæ domū sua sponte reuolāt, finēq; laboris sui sole metiuntur, & omnis intra solitas domos turba cōditur, noctēq; modesto silentio trahunt? Age porro, vt nō sit earū certa possessio dum volant, nempe quia cū remearunt, cōcludi, trāsserri, donari, vāniri possunt, in potestate sunt. Quomodo autē potest sine dāno meo perire, quod quotidie meum est? At extra imperia positum est. Mirū hercule: si negato cōmercio sermonis humani, sunt in cæterorū animalū forma. Tanē quā dominus dedit incolunt sedē, lasciuientē luxuria fugam tinnitū cōpescimus. Etiā si diuersis regibus coorta seditio ad bellū inflāmauit iras, exiguo puluere, vel vnus pœna ducis refedit omnis tumor. Illa uero admiranda sedulitas, q̃ operi totus infumitur dies, in domino-

Ec iii

rum redditus ablata suppleantur. Age si obsequi possent, quid amplius imperares? Intellego his vanis ultra necessitate esse reseruum. Si non sunt apes meae, ne id quod his efficitur meum est. Atqui nulla vnquam inueniri potuit impudentia, quae fructus mellis in dubio uocaret. Hoc ergo fieri potest, ut quod nascitur meum sit, quod generat alienum? Age si mihi aluci furto abesset, utrum nulla daretur actio? An uiminis modo uiliusq; texti precii formula taxassem, & perinde agere quasi inanes perdidissem? Nisi fallor esset aestimatio & apum. An tandem quas furripere non liceret, liceat occidere? Non est danum quod exutus sum, quod redditus perdidit, quod annuos fructus praefidia paupertatis amisit? Non est danum id perdidisse, quod (ut proximo utar argumento) si habere uolueris emendum est? Quid ergo tibi opus est maleficis (uccis, cum liceret palam trucidare, & plenas uel cremare igni, uel aquis immergere alueos? An est aliquod animal quod non liceat nisi uenenis occidere? Ut danum sit, inquit, iure tamen feci in priuato meo. Per fide uestram iudices succurrite exemplo, non sufficit his partibus unus rusticus pauper, obuiam publice eundum est & obicienda aduersus nascentem licentiam consensu manus. Credite mihi, maior lite quaestio est. Hoc uobis hodie iudicandum est, ubi scelus facere non liceat. Nam cur non hoc idem de homicidio respondeat, cur non de latrocinio? Non enim iure ista, sed modo differunt. Aperitur ingens funeri uia, & oblectamenta diu legum uelut claustris scelera libera porta prorumpunt. Si in priuatum iura non ueniunt, & in manifestissima quaque noxa non de facto quaeritur, sed de loco, non aequa portione cum sceleratis terras diuisimus. Vbi enim non iam diuinitu priuatum est? Parum est proximos aequare terminos, & possessiones suas uelut quoddam geras fluminibus motibusque distinguere. Iam etiam deuus saltus, & syluas uasta solitudinis horridas occupat totas, atque intra paucorum umbram latens, est finibus suis populus excluditur, nec ullus procedentis finis est, nisi cum & in alterum diuinitu inciderit. Adhuc tamen spolia transeuntium, & abacti pecorum greges sub hoc titulo defendebantur, iam priuati ueni transcriptio est. Iterum ac saepius iudices admoneo, considerate, discite, aut nihil usque contra ius licet, aut in priuato omnia. At enim aduersus inferentem danum iusta ultio fuit. Dicam nunc quod iniqua sit iniunctae iniuriae compensatio, quod non solum legi aduersa, sed etiam paci? Barbarorum mos est populorum, quos procul omnis iuris humani societate summos proxima beluis natura efferauit. Nos ideo magistratus legesque a maioribus nostris accepimus, ne sui quisque doloris iudex sit, & assidue scelerum causa se resellant, si ultio crimen imitabitur. Danum accepisti. Erat lex, forum, iudex, nisi si uos iure uindicta puer. Ad mehercule iam ad arma mittimur & instituitur, perniciose nocendi contentio, & in uicem legis ira succedit. Premetur quidem obnoxia in firmitas, & paucorum dominio subiecta plebes triste seruitium perferet. Est tamen & pauperibus interim dolor, & ut facilius nobis noceri potest, ita uobis latius. Postremo placeas licet tibi opus tuarum fiducia diues, si mihi uiuere expedit, pares sumus. Quid ergo? Si quid tibi damni attulissent apes meae, non mihi auferretur ratio, sed forsitan aliqua daretur & tibi. Nunc uero quid quereris? Credo depopulatos agros, euerisq; redditus. Non enim debet leue esse damnum quod diues ferre non possit. Decerpebant, inquit, flores meos. Ecquid intelligitis iudices quantum dolore dignum sit quod ego perdidit, si etiam hoc danum est, flores auferre? Ita plane. Alioqui tu illos in uetustatem reseruabas, & durarent adhuc nisi ad hortum tuum apes uenissent. Cuius rei inueniri potest breuior aetas? Namque dum immaturos exterior alligat cortex, nodum dixeris florem. Paulatim deinde uiuidiore succo tumescit uterus, & albentes accipit rimas, nec dum tamen flos est. At cum se ruptis iam tunicis in patulum capita fuderunt, & uelut fissa in orbem, iamque eorum uideatur maturitas, & ignotus occasus est, & iam sine uentis quoque soluta natura, labitur gratia, nec quisquam est flos nisi nouus. Quare si diceret, abstulere peritura, & quae protinus humi iacissent in usus hominum conuersa, inauditus tamen liuor uidetur etiam apibus inuidere. Nunc uero differendum mihi est, quod momentosa sit huius animalis rapina. Nescimus qua pernicite plerumque uix contactis floribus reuolet, discurratque per singulos uelox experimento, quod etiam ubi immorabuntur, libratim pendeat alis. Quis unquam quod ferentem apem uiderat, ubi deesset, inuenit? Quantum uero est, quod ex his manu consitis floribus legant? Prata syluaeque, uel maturae fructibus uites, & flagrantis thymo colles, quantum coniectura suspicari potest) pabulum ministrant. Non ex omnibus floribus carpunt uti lia operi suo, sed in omnibus quaerunt. Praesens & quidem protinus illa redditur merces, quod omnibus quibus infedere, odore mellis inspirant, & breui contactu uim sui relinquunt. Hoc tu damnum intelligis, hoc ueneno uindictas, quod mehercule inhumanum etiam fumo prohibuisses. An non te solus uicinus colui? Non frugum mearum primitias omni uere misit? Non si quis ce ris nouis candidior incidit fauus, tuis reseruatus est mensis? Cum paruis mediocritate munus-

culis ista semper adiceretur comédatio, hoc tibi mittūt apes meæ. Puto relata est mihi gratia. Admonui, inquit, & vt trāsferres denunciaui. Idcirco contumacē merito punisti. Nō enim vi deo qd aliud patrociniō tuo cōferat hęc denūciatio, superuacua si non licuit tibi facere quod queror, iusta si licuit: iusta autē vltio sine ista, aut ne cū ista quidē valeat. Pudoris vero quod velamentū est, male audere, culpā defendi superbia? An tandē tuas pecudes quāuis diffusa stabula non capiēt, tibi omne armentis mugiet nemus, tu gregibus arua fulcabis, & ad excolēdos agros procedet ignota etiā villicis familia, tuis horreis populi annona pendebit, nec tamen inuidebimus, nec quisquā tam graue putabit sibi istud fortunæ tuæ pondus. Nos si paucas apes intra angustias pauperis horti cōposuimus, quæ tamen vobis mella faciunt, id prorsus indigne ferendū est: & quod nunq̄ fando cognitū est, vicinus diuitis pauper molestus est? Adeo parum est plurimū possidere, vt cū seruis quoq; vestris habere periculū liceat, inuidiosum nobis putetis, quicquid egestatis nomen excefferit? Tanto ne his, in hac vt putamus æquissima libertate legibus viuimus, vt nobis habere medellā non liceat, vobis liceat habere venenā? Postremo quidem diuitis patrociniō non putauī iudices respondendū, nisi rideri vestrā maiestātē contumeliosa defensione non ferrem. Vltro enim, inquit, ad mortē venerunt apes tuæ. Ita planē. Alioqui tu venenū floribus dederas. Impudentiā ne iudices eius assignē, si hoc mihi apud vos obtinuerit, an stultitiā si sperauit? Si venenū homini dedisset, diceret ipsum labiis admouisse pocula. Si percussorē posuisset in saltu, ipsum in infidias ultro venisse clamaret. Si telum abiectafset in tenebris, non illatum sua culpa contenderet. Ego iudices quid dico? Duo esse sola quæ omni in crimine spectanda sint, animū & euentū. Quis animus diuitis fuit, cū venenū sparsit? Vt apes perirent. Quis euentus? perierunt. In summa iudices quis dubitet, quin dānū ei sit imputandum, sine quo non accidisset? Intellego neq; prudentiā vestrā desiderare plura de causā, neq; vestrā fidē ac religiōē egere exhortatione vere iudicandi. Quid moror igitur? Tenet me dolor, & affuetæ voluptatis desiderium. Sunt quædā in hac causā, quæ sarcire pœna non possit. Maior forsitan materia videatur affectus. Si pauperes amare nisi paria non possumus, & necessario nobis preciosa quæ sola sunt, animum meum extinctæ vnus horæ momento tot animæ mouent, quot perierunt de me bene merita. Quin ipsum leti genus addit indignationem, veneno perierunt. Quis hoc vlla satis prosequi possit inuidia? Apes veneno. Hęc illis gratia refertur, q̄ fructibus nostris inuigilant, q̄ quotidiana statione laboris assidui ne damno quidem summo uentur? Nam & cætera animalia videtur mihi natura vsibus nostris genuisse, hęc etiā delictis, cum eo q̄ in illis quæ vel scindendo solo vel maturando itinēri comparamus, multus ante redditus insumitur labor, & cum perdomanda, cum alenda sint, nihil tamen possunt sine homine, & tantum coacta profunt. Apes faciunt iniussæ fauos, sine vllō rationis humanæ ministerio totus fructus vltro venit. Adice q̄ cætera animalia, aut satis incurrunt, aut vitibus nocent, primāque, vt fama est, hostiæ causā pecudi fuit læsæ fruges. Harū ita innoxius per prata sylualq; discurrit labor, vt tantū factum opus appareat. Qua satis digna prosequar laude? Dicā animal quodammodo paruū hominis exemplar? Hoc humana excogitare non potuit solertia. Etiā ratio nostra, quæ sub terris lucrū inuenit, quæ maria inq̄sitione sua syderibus immiscuit, hoc tamen efficere, consequi, imitari non potuit. Venena potius inuenimus. Iam primū futuræ laudabilis vitæ digna principia, non illas libido progenerat, domitrixq; omniū animalium Venus, vtq; homines in excusationem sui fabulis tradiderunt, etiam deorum posteritas has regnis suis excepit. Abest inimica virtutum voluptas castis sine labe corporibus. Solæ omniū nō edunt foetus, sed faciunt. Ipsæ paulatim sicut stipatæ sunt per mella viuiscūt, & vt oportet animal laboriosum ex opere nascitur. Inde vt adoleuit iuuentus, & ad similes labores ætas roborata conualuit, relinquitur liber parentibus locus. Et æ coacta in angustum multitudo noua turba laboret, quasi habita verecundiæ ratione, cedit populus minor, suspensūque proximis ramis examē, humanas manus expectat. Acceptas cum fide colit sedes. Et cum ingenia nostra, quæ nos scilicet ambitiosi nostri æstimatores proxima diuinis credimus, ad percipiendas disciplinas multo labore desudent, nulla apis nisi artifex nascitur. Quid credas aliud q̄ diuinæ partem mentis his animis inesse? Quid præcipuum referas? Non vt cætera animalia per pastus vaga incertum quieti capiunt cubile, noctis arbitrio semper habitatura, sed tutas sedes continēt, vrbes tectis, turba populos imitantur. Non vt feræ volucres, non vt præsentis modo cibi memores in diem viuūt, duraturus hyemi reponitur victus, & repletis vere cellis tutus annus est. Etiam cum ad humanos vsus opera subducta sunt, reparare amissa contendunt, & labor damno incenditur, & nunquam deficit animus antequam locus. Quid q̄ inter animalia, quæ non

Ecce iiii

uerba cōiungunt, nō verba rationis inuicē negāt, tātus operis consensus est, tanta difficillimæ rei, laboris concordia? Nō humano vitio in proprios quæq; vñs lucrum ducit, in publicū viuitur, & cōmunes opes cōgeruntur in mediū, nec fas est delibare gustu, priusq; plena horrea securos spondeant menses. Quis porro tātus ardor operis, quæue officiorū partitio, vt aliæ cōgerant onera, aliæ accipiant, aliæ linant? Quæ seueritas in castigāda inertia? Multa dictu vñs que miranda, præuidere tempestates, nec dubio se cœlo tradere, nec vltra viciniā nubilo tendere. Iā si leues iniquior aura rapuit, ad dirigendos in destinata cursus modico lapilli pondere librare pennas. Illas maiorum pectorum totis pro rege castris procurrere, & inire bella, mortēq; honestam pro duce oppetere. Adice, q; si quas aut ætas longior, aut morbus oppressit, efferuntur prius corpora: posteriōrq; operū q; funerū cura est. Quid illigare cruribus flores: quid ore succos in publicū ferre? Me tamē ipsius operis præcipua admiratio subit, nō est temere, nec fortui tam figurā, & sedes modo reponēdis cibis quæsisse credas, rudis cæra cōponitur, accedit vñsbus inenarrabilis decor. Nā primum tenacibus vinculis fundamēta suspēdūt, tū ab exordio in omnem partē opus æqualiter crescit, nec quicq; ex inchoatis parū est, quod non sua portione perfectū sit iā, nec alia parte opus esset. Gemina frons ceris imponitur, & cū foraminibus tantum spaciū detur, quantū ad generanda examina puram spem capiat. Ipsi enim sibi inuicē anguli hærent, & ita mutuo vinciuntur atque alligantur, vt quod voles id mediū sit. His textis ne vniuersi mellis effluat pondus, intersepta onera cludūt. Quis nō stupeat hoc fieri posse sine manibus: nulla interueniente doctrina hanc artem nasci? Quid non diuinū habēt, nisi q; moriūtur? An vero auctorem vini Liberū colimus, primitiæ frugum Cereri referuntur, inuentrix oleæ Minerua narratur: Mella genuisse minus est, & interponenda gustus voluptate tantū effecisse, quantum ne ipsa quidē rerū natura per se potuit? Ad plurimarū incurfus valetudinū remediū est, & præsentissima medicina. Nam quod ad cibos quidem pertinet, diuites viderint. His animalibus aliquis insidiari potuit, & insidiari quare mella facerent. Hæc pestiferis succis exquisita per fraudem morte confecit, & quod sit indignissimum, quo facilius deciperet, fortasse venenū melle permiscuit. Quæ tam inhumana crudelitas? Quis tam inauditus liuor? Nihil enim est q; vtaris patrociniū tuo diues, paucorum damno foliorum doluisse te simulās. Dum meas apes occidere vis, flores tuos inutiles fecisti.

ODII POTIO. I.

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS XIII.

Meretrix amatori suo pauperi dedit odiū potionem. Adoleſcens deſiit amare. Accuſat illam vneſciti.

PRO IUVENĒ CONTRA MERETICEM.

Entio Iudices hęc quoq; calamitatibus meis accessisse nouitatē, ut vobis nōdū videar odiſſe. Nec me præterit plurimū perire de nocētissimæ potionis inuidia, S dum me putatis adhuc impatientia priore miserū. Quæſo tamen vel hinc totam delati sceleris probationē grauitas vñstra perspiciat, q; dolori meo querelæq; nō creditur, nec amo q; accusare poſſū, nec odi q; amare mallē? Quid est aliud quod bibi q; venenū? Licet igitur nocētissima ſcēminarū rideat q; accuſo, & in manifestissimi sceleris cōfeſſione per ludibriū malorū euadere tentet meorū: nō hoc est quod hodie me torquet ac lacerat, q; à deterrimæ mulieris charitate diſceſſi, ſed q; remedii mei patior dolorē. Eīdem iuſtitia, fidē ſeueritatis humanæ, ne meretrici proſit, vel q; præuaricatione videor explicatus. Pro me forſitan fuerit, vt amare deſinere, cōtra me inuentū est, ut inuitus odiſſem. Hoc primū itaque iudices à clementia publica peto, ne q; videtis triſtē habitū, dirūq; cōſpectu, verbis aſperū, contentione terribilem, mores putetis. Hæc est illa ſanitas mea, hic omnium in hac corporis mētisq; dierū noctiūq; feritate ille modo lætus, ille (ſi creditis) nimīū remiſſus amator excādui. Miſere mini iudices, ne vobis venefica ſic imponat, tanq; hoc mei charitate cōmēta ſit. Suū animū, ſuū tantū ſecuta ſaltidiū est. Odii potionē contra ſe nemo dabit homini, niſi quem oderit. Quæſo itaq; obteſtorq; vos ſanctiſſimi viri, vt calamitatis meæ penitus velitis æſtimare mēſurā. Perdididi infelix q; quādoq; potui amare deſinere: patior neceſſitatē rei, quā breuiter vtiq; noluiſſe: excogitatur cōtra animū futurāq; rōnē, ne q; relinqueretur me9 eſſet affect9. Iterū cū me retrice cōpoſitus ſū, rursus in ſe cogitationes meas, rursus retorſit oculos, & hominē quē ab incōmoda charitate vel lætietas, vel ætas, vel fortunæ ſuæ fuit dimiſſura conditio, ad perpetuā impatiētia virib9 nimia diuerſitatis implicuit. Hoc ſolū inſanabile genus mortis est, vt odiſſe cogaris. Feſtina ad cōplorationē præſentis doloris anime: feſtina, ſed te à priorib9 malis recēs abducit

indignitas, altius gemitus, altius querela repetenda est. Cū meretricis sit q̄ amator odi, cuius putatis esse q̄ pauper adamaui? Nō quidē ego iudices ex illis vnq̄ fui, quibus nobiles opes, affluentes indulſit fortuna diuitias, quorū felicitas capere poſſet in amore luxuriā. Habui tamē vnde ad vitæ neceſſitates, cōceſſa gaudia, parca mediocritate ſufficerēt. Ideoq; meretrice tātū, & quæ certiffima eſt in voluptate frugalitas, vna fui ſemper eadēq; cōtentus. At iſta ſeria, grauis, quæ nunc amari recuſat, ō q̄ voluit amari, quibus artibus, qua calliditate miſerā ſimplicitatē meā ſolicitauit primū: deinde tenuit, donec quantulācūq; ſubſtantiā in huius ſinus credulus, iamāq; ſecurus amator egererē. Iā fruſtra captauit videri miſerari conditionē in quam nos ipſa detraxit. Breuiter totū nocentiſſimæ mulieris accipite facinus, pauperē me fecit, deinde ferre non potuit. Siue enim iudices cōmuniū, quæ ad corrūpendas expugnādāq; mentes excogitat ingenia, meretricū placuit experimentū, & in me tentatū eſt, q̄tū quis amare, q̄tum quis poſſet odiſſe, ſeu mulier omnibus expoſita mortalibus vanitarē ſatidio mei deſpectūq; captauit, ei fama inde quaſita eſt, vt à ſolis videretur amari debere diuitibus. Nō erat proſpecto quod pauloante patiebar, iā tunc noſter affectus, q̄ ſcortorū foribus hærebā, q̄ (ſi iſtis creditis) paupertatē in lupanariū obſequia tranſtulerā, pallor & deformis macies inde veniebant, vnde nūc q̄ excādeſco, q̄ fremō. Nūq̄ hoc tātū meretrix ſcit quēadmodū nō ametur. Quod negari igitur iudices nō poteſt, virus homine firmitus, mēte cōſtātius, quod immodico ardoris aſtu, & exundatē impatiētia poſſit etiā recuſantis animi dolorē cōpelcere, diris vtiq; carminibus & feraliū percantationū terrore permixtū, lenitate vultus, & blāda porrigētis diſſimulatiōe protectū, iā peruſtis, iā laborantibus viſceribus infudit, & hominē ſolatis potius ac molliū remediorū ratione tractandū exaſperauit ira, dolore cōcluſit, magnāq; miſerū cōmuratione renouauit. An fecerit iudices vt amare deſinerē, vos exiſtimabitis, fecit vt amare mallē. Explicutum me putatis, & ab incōmodo hiliorē dimiſſum? Nūc, nūc me fateor debere ſanari. Habet ali-quod ſolatiū quiſquis in amore miſer eſt, q̄ abſtulit fidē: leuior eſt calamitas cui blanditur aliquid de voluptate lætitia. Nūc infelix vror ac laceror, nūc me retinere, nūc regere nō poſſum. Crudeliſ eſt odiſſe meretricē. Veneficii ago. Sepoſita paulisper iudices noxiæ potionis inuidia, nōne vobis videtur implere ſceleris fidē, q̄ abſtulit fidē cōditio perſonæ? Veneficiū iudices tota vita meretricis eſt. Parū ſe lenociniis, parū putāt agere mēdaciis. Et cū omnis ad expugnādas mētes cura collata ſit, nō ſufficit tamen vt de ſui charitate corpori credāt. In hoc nocturnum dierūq; ſolicitudo cōſumitur, quēadmodū de libidinibus fiat affectus, qua ratiōe trāſcurrētia quotidie deſideria teneātur: ne cui proſit offeſa, ne quē explicet pudor, ne quē ſatietas aliqua do dimittat. En quā putetis ignorare quibus vincatur oculis, quæ per incōmoda deſideria flagrantes mentes corrūpat primū, deinde cōſumat, cū ſciat quibus oſcula, quibus arētiffimi rūpantur amplexus, quæ pro lætitia dolorē, pro blanditiis gaudiūq; triftitiā præcipiti velocitate ſubſtituūt. Inſinitū eſt quantū ex hoc medicamēto deprehēdi poſſit notitia peiorū, nemo ſcit tantū remediū. Tentat iudices mulier impudentiſſima ſceleris inuidiā nomine potiōis effugere, vt venenū negat eſſe tantū, niſi quod occidit. Facinus eſt iudices euadere nocētes, quia iam facinus plura deuitat. Quid reſert animo noceat aliquis an mēbris? Eodem ſcelere porrigitur omne quod non licet. Vnūquodq; ex his quod datur, venenū eſt. Excūſatio miſericordie adhuc pro ſexu tuo, pro cōditione mulieris, ſed vt illa noſſes, gratia tui, deſideriūq; poſſes ingerere noſentibus, excogitaſti per quod maritos à coniugū charitate diducas, per quod iuuenū mentes abiūgas ab aliis fortasſe meretricibus: odii medicamentū nunq̄ ideo tantū meretrix habuit, vt illius contra ſe vteretur. Me quidē iudices, ſi quis interroget, in cōparatione veneficii de quo queror, minus odiſſe debeat, quod occidit. Et ſicut ex ipſis quoq; mortiferis mitiora ſunt, quæ ſtatim tota velocitate graſſantur, & dolorē inter exitū vitāq; non detinent, ita crudeliſ quod ſic ordinatur, vt corporis parcat inuidiā, & ſic tantū animi venenū. Quid ais? nō eſt noxiū virus niſi quod occidit? Quid ergo vocaremus illud quo lumina ſola raperētur? Quo pars aliqua membrorū debilitate langueretur? Tu te veneficā negas quæ potes potionē facere, quātū offeſa, quantū ira, quātū dolor? Amabit cui permiſeris, execrabitur ille quē iuſeris, accipiet à te deſideria noſtra ortū, finē, modū. Sane & amor & odium naturalis videatur affectus, veneficium ſunt cū iubentur. Quid q̄ nō poteſt nō habere vim veneni, quod contra voluntatē homini datur? Video cur ſibi medicina permittat corporū vitia membrorūq; morbos inſuſus medicaminibus expellere, & ſine animæ ſpiritusq; cōtagione, quæcūq; extrinſecus accidunt, potiōis vincūt. Nō poteſt vllus affectus ſedibus ſuis per virus expelli, niſi totorū cōcuſſione vitaliū, & cū anima cōſtet ex ſenſibus, quæcūq; auferre tētaueris, illa ſtatim prima noſtri parte

corporis retēta, cōfectōq; quod petebatur, reliqua quoq; viribus vicinæ tabis expirat. Quadā forte medicamina possunt aliud vocari q̄ venenū, dare quod nō licet, nō est aliud q̄ veneficiū. Quantū nefanda de pœnis humanis excogitare potuisti? Innocētius mehercule fuerat vt amaret aliquis inuitus. Potionē excogitasti qua bella cōmittere, qua se totū humanū genus posset odisse. Potes efficere vt nō amēt liberos parentes, vt propinquitas, vt fraternitas, vt amicitia se collidat. Odii potionē nemo accipit, nisi cōtra hominē quē non debet odisse. Tentat hoc loco nocentissima fœminarū de scelere suo facere beneficiū. Meretricem, inquit, amaueras. Differo paulisper iudices affectus huius excusationē. Dii deaq; quantū in hoc contumeliæ est, q̄ sibi meretrix videtur adamata. Tu tibi cuiusq; affectus cenloria gravitate præstabis? Tu tibi æstimare permittes, q̄ frequēter aliquis lupanar intret? Tu cui nō licet excludere debilitates, fastidire fordes, exposita ebrietatibus, addicta petulatiæ, & quæ nouissima uilitas est, noctibus populōq; cōcessa, mores iuuetutis emēdas? Aegre ore animo feras, vt meretrix velit adamari. Eras, inqt, amator & pauper. Volo iudices sic apud vos paulisper agere, tanq̄ in hoc me affectu pro pinqui amiciq; castigēt. Nō ego alicuius matrimonii corruptor inuigilo, nec efferas cupiditates per illicitos duco cōplexus. Inuētas credo meretrices, vt esset aliqd quod liceret amare pauperibus. Nullā ego circa corpora ista cōsistere impatiētia puto. Diligūtur immo dicte sola quæ nō licēt. Vt in furorē charitatis aliqua cōualecat, opus est difficultatibus. Breuis de cōcessis, sed statim satietati vicinus affectus est. Nō fouet, nō nutrit ardorē cōcupiscendi, vbi frui licet. Et quæcūq; in mētibus circa permissa coalescūt, nō sunt desiderii, sed voluntatis. Hoc ipsum tibi mulier obicio, q̄ nos in fabulas sermonēsq; misisti. Solus debet amare meretricē, quē meretrix oderit. Pauperi dedit odii potionē. Quid illā putatis dedisse diuitibus? Si mehercule repente nobis cōtingerent opes, iterū nos in sui charitatē alia potionē reuocaret, & ista nunc seria, grauis vellet impatiētia priore retinere. Meretrix pauperē amatorē propter se tantū nō potest pati. Amātī, inquit, dedi. Hoc si remediū est, detur sciētī. Prima pars sanitatis est vt libēter accipiat. Quinimo cur nō potius datur amaturō? Quāto melius, quāto prouidentius, & minore bibentis dolore cōstabit, vt adhuc labentē aggrediari animū, vt tum adolescētis ardoris impetus in paruis extingatur elementis. Eo tēpore das potionē quo pariter duos patiar affectus. Aliam impatiētia paras, & accipio odiū, quia iam amorē ferre nō possum. Non desino, sed esse aliud incipio, nec emendor in amore, sed transferor. Illa vera sunt remedia quæ fugatis morbis causisq; languoris postea nō sentiuntur, & ea tantū innocenter dabuntur, quæ potentia suæ qualitate consumpta desinunt cū profuerūt: tu mihi dedisti quod semper exasperaret. Perpetua res est odisse sine causa. Ducā licet vxorē, te tamen odero, in peregrinas expeditiones patria dimittat, te tamen cogitationes sermonēsq; respiciēt. Quid interest quēadmodū possederis animū meū, quēadmodū mihi à te nō liceat abire, discedere? Fecisti ut te vbiq; persequar, vt meis fortassis manibus inuadā, velim dare venenū. Qui meretricē odisse nō desinit, amator est. Sed infelix misereris mei. Quid ergo sanitate tā rigida? Paulatim poti⁹ rationē cōpescē, misceātur cōsilia, blāditiis veritas tēperetur. Alioqui nō est q̄ abigas, q̄ expellas. Exasperat necessitates, & in amore cōtentio semper accēdit. Adiuuabit te interim libertas ipsa qua fruār, tēpus, satietas, & fortasse amator alius admonēs cōditionis. Sed inter oscula, inter amplexus, paupertatē nō tanq̄ exploraris, sed tanq̄ miserearis allegas: q̄q̄ quid opus fide? sine curet vt desinā, si quantū affirmas inuitū misereris ac diligis. Amatori vnū remediū est, amari. Si tamen necessaria putas emendationē, q̄ multa sunt amantiū remedia citra venenum, excludē, dimitte, fastidium posset quantū non posset præstare paupertas. Fac vt me potius ipse castigē, vt erubescā, vt aliquādo desperē. Is tantū in amore sanatur, qui q̄ desinit sibi debet. Homo igitur q̄ merito indignarer si hoc tantū fecisset aliquis, vt diligē desinerē, quāto iustius queror factus cū iā sum alius infelix, alia patiēs? Decipiunt nos rerū fallūtq; nomina, & ille qui odit, de amore miser est. Nō refert animi quid nimirū velis, & inter sanitatē languorēq; nihil interest, si utrūq; ferre nō possis. Frustra mihi quicq̄ blāditur remedio, cuius patior tormēta, cruciatus. Aliud est vt amare desinas, aliud ut oderis. Recessisse nunc me tantū putatis ab amore meretricis? Ablatus est mihi ille hominis melior affectus, perdidī miser quicquid est, unde gaudiū, unde uenit uitæ tota latititia. Amor ille per quē rerū naturā sacra primordia totiusq; mūdi elementa creuerūt, qui tenet nūc figitq; rixatiā, & de cōtrariis depugnātibsq; seminibus molē perpetuæ societatis animauit, fugatus eieciūsq; nō habeo infelix affectū, quo quādoq; possim ducere uxorem, amare liberos, appetere amicitias, sperare cōiūctus. Quisquis odii medicamentū biberit, unū fortassis oderit, sed amare neminē potest. Dii immortales, qd ego hausi, quale uisceribus

uirus ingestus est? Nō fuit illud unū uenenū, bibi miser execratiōis quicquid totius mortalitatis ira cotulerat, quod erat omnium animalium furor, omnium serpentium cōgesta rabies. O dii medicamentū quid aliud est, q̄ assiduus animi labor, perpetua tristitia, & homo ab omnibus gaudiis in contu bernū doloris abductus? Fieri non potest ut virus tā impotēs semel in viscera receptū sit, & in unū tantūmodo sensum, mandeturq; quousq; dominetur. Ecce iā mulier odi, quid tamē adhuc facere illud in vitalibus putas? Paulatim se necesse est per totū diffundat animū, & quis primo statim haustu illud expugnet in quod datur, breui tēpore in nominis sui potentia omnes reliquos stringit affectus. Medicamēti cui tantū cōtra animū primum licet, prima fortassis vis erit odi, exitus iste ut uenenū sit. Respondere iudices illis liber, qui me pauloante dicit in amore fuisse miserabilē. Quāto crudeliora, quanto graviora patior, qui dicor explicitus? Modestior cū amare, & quietior fuerat sane pallor in facie, sed ipsa quoq; comis optāda tristitia. Inueniebā colloquia, merebāq; sermones, nūc me omnes fugiūt, auertantur, oderūt. Tū frequēter a lupanari deducebat pudor, abiiciebat occurſus: nūc publica detinent, cōquoror, asisto, cōuicior. Pro miserāda cōditio, rideor ubiq; narror, ostendor. Ego sum tota ciuitate meretricis inimicus. Sic patior miser illas lupanariū insultationes, illa corruialiū maledicta, cōuicia, nō possum satis tormentorū exprimere mensurā. Odi, nec unq̄ uisum sum magis amasse. Intelligitis puto iudices hominē, qui tantū ad vos detulit animi mentisq; cruciat⁹, & pro vita queri. Sed potio infelix, quicquid est per quod paulatim proficitur ad mortē: assidue mecū rixatur affectus, & breui necesse est cōsumat. Quotidie vincor. Quā putatis esse tormēta, quē dolorē, cū mens vetatur oculos sequi, cū a luminibus suis animus abducitur? Quod nō proficit, hoc superest, ut occidat. Me infelicē, si uenenū istud nō habet mortē, si mihi inter hos dolores longior vita ducenda est. Cur ergo post hoc animi vices cōmentāq; prospiciat? Si meretricis impatiētia omnia licent, hoc erit remedium, ut amare rursus incipiam.

ODII POTIO II.

EX SUPERIORE ARGUMENTO DECLAMATIO XV.

PRO MERETRICE CONTRA IUVENEM.

Tū Iudices ita à natura cōparatū est, ut ne sit vllus iustior dolor, q̄ beneficii sui perdidisse rationē, nihilq; grauius afficiat conscientia bonorū, q̄ quotiescunq; nulla merita ceciderūt: nō efficiet tamē nefandū præsens reatus indignūq; delictum crimen, ut misera puella nō gratuletur sibi, q̄ illā pauper accusare iā potest. Tū muerat infelix ne remedio suo sic repugnaret pauper, ut magis amaret, ne iuuenis in omni genere animi cōtentiosus ac pertinax, portionē illā dolore coacta sanitatis expelleret. Bene q̄ & terribilis & minax est pauper, q̄ poenā nostrā, q̄ languinē petit, non expectēs ut statim gratias agat qui sanatur inuitus. Nobis tamē iudices hodiernā pauperis mētē nō prima frōte tractatibus miserimus iuuenis nondū videtur explicitus, & si bene prioris ardoris impatiētia noui, quod maxime facit ira, nō odiū est. Alioq; si profecisset remediū, & à pristino furore iā liber animo intellectū sanitatis admitteret, oēm adhuc puellā vitaret occurſū, nō sibi crederet vltionē, & ipsū quoq; iudici timeret adire cōplexū. Deprehēsa est puto nouissime potiōis superuacua persuasio. Amat iudices, amat q̄ queritur q̄ nō ametur. Quid agā iudices hoc loco? sub quo tēperamēto defensionē periclitātis aggrediar? timeo ne si cepero simplicissima puellā laudare mores, referre probitatē, amare rursus pauper incipiat. Siue enim iudices malignitas est persuasiōis huānā formā vacatē vocare meretricē, seu miserā nomē id ipsoiut aliq̄ amator, cui cū corporis bonis fortuna nō dederat unde seueri matrimonii castitati sufficeret, laborauit necessitatū suarū custodire probitatē. Nullius unq̄ per hāc matrimonii turba ta cōcordia est. Nemo quāst⁹ est pro filio pater. Nemo exhaustas facultates in auidissimos sinus poenitētiā dolore defleuit. Tētet licet ingratisimū iuuenis inuidiā miserā facere prioris affectus, nō poterit obicere meretrici, & q̄ amarit, & q̄ amare desierit. Ne quē igitur accusator hac prima fortunā suā cōploratiōe decipiat, tāq̄ meretricis charitate cōsumptus sit, securi est hoc pro innocētia nostra, talis incidit, talis adamauit, nec habuit quod perderet in tā immodico ardore nisi mētē. Vidistis enim notissimū tota ciuitate miserū. Cū lupanari noctibusq; deseruiēs, & quis indulgētissimā puellā simplicitate frueretur, modo tamē maledictis opprobriisq; vulgi, modo crebra rualiu cōtentione pulsatus, abigi tamē cōpesciq; nō posset, mouit mitissimā puellā hic infelicitis affectus. Laborātī primo sui voluit facultate succurrere, sed quicquid indulserat, fouebat ardorē, quāq; in hac impatiētia, prona persuasio est, quā nihil præsenti meretrix tā saepe contingeret, amari sibi videbatur. Postq̄ nihil misratio, nihil

proficiebat humanitas, tētauit asperitate discutere. Poposcit, exclusit. Non defuerunt misero preces, adhibita sunt ex ipsa iuuenis cōditione cōsilia. Sed ista vincebat, & vires amoris impedimēta perdebat, donec intelligeret hominē qui explicari ratiōe nō poterat, necessitate seruandū. Puto iudices frustra male audit in immodico pauper ardore. Meretrix magis amauit hominē, à quo noluit amari. Cōsumptis igitur optima scēminarū cūctis indulgētiae seueritatibus; cōsiliis, dū apud oēs de pauperis sui amore cōqueritur, incidit remediū, quo iā dicebatur alius amator explicitus. Quæ prima igitur medicamēti pariter ac dātis integritas est, nō negatura porrexit, adiunxit deinde quod dederat, imperauit sibi ne quas admitteret amplius preces, ne querelis assistētis, ne lachrymis moueretur, exclusit. Vultis scire iudices vbi sit medicamēti quod obiiicitur totus effectus? Quisq; odiū dedit, omnia post hoc facit, vt debeat amari. Quādo iuuenis hoc melius in forū aliquādo venisti? Incipis agere seriū, grauem, iā leges, iā dura loqueris, cōiciaris, maledicisq; meretricibus. Hūc tu animū modo inter libidines ac scorta perdebas, macie notabilis, pallore deformis, solāq; impatientiae tuæ fabula notus. Perieras infelix nisi bibisses venenū. Veneficii agit. Credā mehercule iudices ad subscriptionē huius immanitatis expectasse publicæ seueritatis aures. Quod nā seculo nefas nūciaret hic gemitus, quæ pro filiret orbitas de nouercalibus quæ sita cōmissis? Quæ pestiferis heredē medicaminibus enectū tristis cōploraret affinitas? Nō pudet ergo q̄ vacatis lupanarū querelis, & ad vos deferūtur amantiū rixas? Videtis hunc accusatoria fronte terribilē oscula poscit, destitutos queritur amplexus. Vultis vos abire potius in vestra secreta, ibiq; gaudia querelāq; mutata cōuersatione cōsumere. Non agnoscūt leges ac iura miseros. Hic audiūtur seræ calamitates. Non est vltione dignus, de quo potest efficere meretrix vt queratur. Et quādo vnq; iudices audistis de veneficio viuū querentē? facinus hoc semper ex mortibus cepit inuidiā. Si latrocinii probes, cruore, vulneribus: si facilegiū, spoliis numinū, prædāq; templorū. Ita veneficiū si arguas, oportet ostendas putre liuoribus cadauer, inter efferentiū manus fluens tabe corpus. Vt iā istud obiiicere possit & vita, debet aliquid esse passa, quod inuidiā mortis imitetur. Veneficiū voca quod cæcitate grassatur, quod in aliqua deprehēditur debilitate membrorū. Profer agēdū corporis notas, in quas se noxiæ potionis vagus seruator effuderit, vbi depasta senectus visceribus sæuitura cōsederit. Aspicio par laboribus corpus retinere sua ministeria, sufficientē animū seriis actibus, accusatoria firmitate robustū. Crede iuuenis omnibus qui te modo noueramus, nunc acrior erectiorq; resedit in sensus vigor, in mēbra sanguis, viribus velut nouæ iuuentutis exultans. Bibisse te medicamentū probare non posses, nisi meretrix fateretur. Quod si permittitis iudices, vt quicquid extra cōsuetudinē datur, ad huius vulgi referatur infamiā, beneficiū male audiendo vitiatur sanitati, statimq; meretur sceleris inuidiā, quicquid profuerit inuito. Illud tantū noxiū virus vocauere leges, quod non admitteret interpretationis incertū. Iniquissimum est venenū videri, quod in potestate bibentis est an sit remediū. Sentit iudices iuuenis crimen quod detulit, nec nomine, nec effectū scriptionē legis implere. itaq; vocabulo mulieris querit inuidiā. Meretricē, inquit, accuso. Nescis, mihi crede, iuuenis sceleris quod detulisti qualē mihi debeas probationē. Rem expecto mehercule, vt sit ante omnia minax vultus, ferilis habitus, horreant squallore crines, rigeat super nefandas cogitationes efferata tristitia. Facinus quod dicitur iniquitare superos, sidera diris agitare carminibus, tumulos, busta scrutari, & amputatis cadaueribus ipsas in scelus armare manus, fieri nō potest vt auctore suū non statim primo prodat aspectu. Vides veneficæ non horridos vultus placidāq; faciē. Si cogitationes, si consilia pertractes, sola cura de forma est, omnis in hoc collata meditatio, vt sollicitet aspectu, sermone detineat. Audio subinde exactas mero noctes, tua mulier conuiuia, perditas amantiū rixas. Meretricis vnū veneficiū est, ne desinat amari. Nunquid inique iudices in tanti sceleris subscriptione deosco, ne nominibus reos velitis existimare sed moribus? Venefica tua quid prius vnquā, quid simile cōmisit? Cuius per hāc expugnatus animus? Quis queritur iuuenis, quis senex, quis diues, quis pauper alius? In te ergo sola venefica, in te tantū aliud ista q̄ meretrix. Vultis integritatē puellæ breuiter probē? Hanc quā nūc detestatur, accusat, amare mallet. Omnia iudices facinora (nisi fallor) causas vel de cupiditate, vel de simulatibus trahunt. Quod odiū de amatore meretrici? Quæ prada de paupere? Odiū, inquit, accepi. Ecquid iudices? Datis me contra infamam ueneni vel solum medicamenti nomen absolueret. Nec inuenio cur debeat idem videri, quod non potest idem vocari. Agedum iuuenis potionis imple huius immanitātē, dic odium accepi contra coniugem, contra liberos meos, vt à sacris auocarer affectibus, vt pignora sancta despicerem. Illud odiū in meretricē facinus est, quo vitur in

sui

sui charitatē. Ita vel hoc solū sufficit excusationi, q̄ illa cōtra se tantū dedit. Odiū inquit, accipi. Nunc te hic repesco iuuenis inuidiā, quā fortunæ nostræ paulo ante faciebas. Dic meretrix dedit, prostituta porrexit. O q̄ timuerā ne diceres, amatoriuū sui. Cōsurge agēdū iuuenis, & totis corporis animiq; viribus imple susceptæ accusationis horrore. Est quod audiētē tota ciuitate proclamēs, Misere mini mei, adiuuatē, succurrite, bibi medicamentū crudele, sæuū: desii pauper amare meretricē. Iamā nō inquietis noctibus vagus vilissimū cuiusq; perditos patior ictus, nō exclusus ante lupanariū fores postertū diē peruigil amator expecto. Possum nauigare, colere terras, sufficio militiæ, redditus est mihi animus quo fierē maritus, quo senectuti liberisq; prospicerē. Quantū diū deaq; remediū conditioni bibētis valuit. fecerat te potio ista felicem, si diuitē puella. Ita ne hoc non solū iudices innocentissimæ puellæ pro defensione sufficeret, q̄ nihil fecit sua causa? Amatorē dimisit, explicuit illa quæ captare dicitur vt ametur quæ sollicitat, quæ corrūpit affectus. Ingrate quāta de te potuerit gratia frui. Non quidem cōfers precia, non stipes, sed assides, sequeris, hæres præstas comitatū, fauorē, laudas, vbiq; miraris. Hinc ergo iā iratus meretricibus, q̄ illas etiā pauperes amēt, q̄ facile cōtingāt, q̄ laboribus exorentur adeuntū facies, hinc amator vt diuites ament, in crimen maximū captas transſerre beneficiū. Vt aliquis amare definat, nō nisi ab amante præstatur. Quid ais iuuenis? Ita bibisti potionē, quæ finē cupiditatis daret, premeret ardorē, desideria restingeret? Abi, recede, dum puellæ publico generis humani nomine gratias agimus, q̄ hoc fieri posse monstrauit. Furor ille qui (si credimus) numina quoque detracta sideribus misit in terras, qui de sacris venerandisq; pignoribus monstra cōmentus est, ardor qui miscuit hominū ferarūq; cōcubitus, ferū, ignes, claustra laxabat, per interiecta late maria fugiebat, vetatur, perit. Accipite quod magis debeatis stupere q̄ mirari, remediū amoris mulier inuenit. Desinite nūc inceptū timere mortales, nulla pietas horreat nefandæ cupiditatis instinctū, quicquid nō parentū miræ castigatio nes, nō secii propinqui, nō paupertas, nō necessitas poterat efficere, haustus breuis, facilis, vnus extorquet. O si q̄s odiū posset omniū bibere vitiōrū. Felix profecto mortalitas, si reliquos lapsus incōmodosq; mentis errores, fas esset insula potiōe cōpescere. Facinus est, q̄ maximū remediū gratiā sui, auctoris vocabulo perdit. Miraremur hominē, q̄ ui illud cōtra meretricem dedisset. Tibi tamen vltra omnes immodica cupiditate flagrātī, tibi præcipue succurrendum iuuenis. Cuius homo cōditionis adamaueras? Diuitiis opus est, ne simus in amore miseri: & impotentissimi mali difficultates illi fortasse nō sentiant, quos cōtra fastidia ceterosq; cōtemptus explicat felicitas magna pereundi. Felix profecto qui non nisi facultates in lupanari effudit. Tu perdis animū, ille as, tu bibis vxoria, tu lachrymis rogas, pallore blandiris, & quod ad pessimū spectat euentū, miserabilis sis oportet, vt amator esse videaris. Fingete nullū huius affectus sentire cruciatū, id amare te pauper saltē nō pudet? Homo cui nō vacaret agere longa languoris ocia, ægrūq; nō deceret totarū noctiū quies, excusare non possis si tamen perdidisti dies, cuius census ex manibus, ex laboribus substantia, quæ quotidie poscit vltra rationem indies denēsus, amentia pateris, feliciū oscula tantū amplexusq; meditaris, & vnde tibi calamitatis huius non potest nec venia cōtingere, de voluptate miser es. Expectandū videlicet quādo te fames, inopia castiget, sed inter ista coepisti, qd iā facere potest ratio, cōsiliū? Odio sanādu est, quē nō explicat q̄ pauper adamauit. Nō tamē intelligere possumus tecū solā fuisse paupertatē. Iterum, nō opes tantū tibi, nō facultates defuerūt: nō erat, quantū video, propinqui, nō amici, alioqui illi te potius nostra potiōe sanassent: vel si ignorassent huius graminis vires, vinculis nexibusque tenuissent. Quid blādis affatibus impotentissimū eludis affectū? Datū est remediū dolori, qui sæpe egit in laqueos, in præcipitia cōpulit, qui cruciatus laborantis animæ vulneribus emisit. Quantū amor in hominē liceat, illi magis sciūt, qui amāt. Iunge nūc cū fortuna tua cōditionē mulieris adamatæ. Incideras qdē miser in puellā minime superbā, minimēq; difficilē. Quādā tamen nō possum circūire meretrices. Quām multa pro illis exigit sexus, ætas poscit, semper necessitas petit corporū, cultus poscit, passionis tristissimæ impatientia. Totos infelix dies lupanariū foribus impendis, vt quādo prostituta pauperi vacet. Cōtentione numerantiū dilatus, exclusus, ocium meretricis expectas. Negatur tibi cōplexus, indignatione persequeris. Cōtingit, verū felicitate corrūperis, spē gaudia pariūt, aduersa contritionē. Ex vtraq; fortuna desideria coalescūt. Nobis crede qui uidimus, quis tibi uni fuit corporis habitus, quis pallor, q̄ miserabilis, q̄ pudenda tristitia. Quoties tu venenū bibere voluisti? Non est igitur iuuenis, q̄ tibi queraris illam mitissimā partē humanæ mentis ablatā, non charitatem, sed impatientiam: non voluptatem, sed tormenta: non amorem, sed quod amaueras perdidisti. Amoris (si sapientia sequamur auctores) antiquissimum numen, & cui se naturæ debet æternitas. Sed ille mitis &

serius honestis cupiditatibus & viribus sacrae charitatis exultas, vt qui cuncta priscae noctis o-
 perta caligine diduxerit primū, deinde miscuerit. Hic vero quo perditis visceribus adhæremus
 inquieti, lasciuientis adhuc ætatis instinctu tumultuosus ac petulās, telis funereis facibusq; ar-
 matus. Præstat igitur ille mortalibus liberos hac vñtata cōiugii pietate: hic incesta, libidines,
 adulteria, meretrices. Referā nunc fabulosas immodici furoris prodigiosasq; nouitates, con-
 temptū nescientibus oculis ignoti hominis aspectū, formā suis in se luminibus ardentē, virgines
 patrū senectute flagrātes, mortaliū ferarūq; vultus vsq; in mōstrōsā fecūdūditatis onera perla-
 tos. Ex omnibus tamē quæ nobis patiētibus extorquet affectus, hoc sœuissimū patimur, q̄ ne-
 mo vult in amore sanari. Ego tamen, inq̄t, amare mallē. Hoc est ergo propter quod opus odio
 fuit. Nihil agebāt castigationes, nec preces, consilia perdebat. Odio debet amator explicari,
 quē sanat adamata. Interrogare te hoc loco libet, nūquid accusare posses, si quod fecit medica-
 mēto puella, fecisset animos? Licuit te reposcere quantū numerare nō poteras, fastidire, cōtēne-
 re. Iā indignaris q̄ te maluit remedio q̄ dolore sanari? Mulier cui ad dimittendū amorē sufficie-
 bat vt odisset, ipsa pro te cōmenta est, vt illā tu potius odisses. Finge te tamen aliqua remedii
 tui sentire tormēta, arrogātissime miserorū: tu autē sperabas ardoris immodici felicē statim sa-
 nitatē? Quid si queratur æger abstinentiā dolore sanatus? Excussa sunt plerūq; languentiū ver-
 beribus redēptāq; debilitate vitia: ignibus, vulneribus interdū profutura grassata sunt, & quæ
 fuissent mala sanitatis, in gratiā remediorū de maioris periculi cōparatiōe redierūt. Vix meher-
 cule cōtingere potest, vt hilares ab hac impatientia lætiq; discedant, quos pudor, quos satietas,
 quos pœnitentiæ ratio dimittit. Nec sine aliquo morsu resilitur à malis, quæ voluptate tenuē-
 rūt. Iterū materia amoris est, desinere, nec queri. Opus fuit pari diuersitate, viribus quantis ad-
 amasti, ne respiceres, ne frequēter in media sanitate subsisteres. Quale tibi remedium debuerit
 adhiberi, vel ex hodierno sentis iuuenis affectu. Pro homine q̄ post odiū queritur q̄ nō amet,
 parū fuit si amare desineret. Audi igitur ingratissime, quatin⁹ ad publicas aures secreta nostra
 proferre voluisti. Dedi, quid enim, inquit, facerē, quæ remedia tua multa perdiderā? Ferre mi-
 sēra nō poterā, q̄ te iā cœperūt oēs ridere meretrices. Repete agedū illarū colloquia noctiū, qui-
 bus te frequēter alterius, & fortasse diuitis amatoris iniuria receptū inter oscula āplexūsq; mo-
 nui: Quid niser cū fortuna, quid cū mea cōditione rixaris? Parce necessitatibus meis, duo pau-
 peres sumus. Sed & tu quoties in sinus meos lachrymis fletūq; resolutus exclamasti? Sentio fu-
 rorē, sed imperare oculis, sed animū regere nō possum. q̄ libet te mulier odissē. Nō est igitur
 ingratissime mortalium q̄ beneficium nostrum nomine potionis infames. Remedium bi-
 bisti, sed illud odiū tuum est. Quid? q̄ furis, cōiuciaris, exclamas, nō est haustus illius affectus,
 sed amor. Talis fuisti. Aliud sunt, aliud illi, quos in voluptates superfluentiū facultatū mittit
 secura felicitas. Improbis pauperes amāt. Sic tumultuabaris admissus, sic moras, sic impedi-
 mēta f. rre nō poteras. Maledicebas populo, cōiuciaris intrātibus. Cuius vnq̄ felicitis cōmu-
 tata fortuna est, si tūc oēs oderas, nūc vnā pauper odisti? Quin potius iuuenis admittis cōsiliū ra-
 tionē? Quid agis infelix? Cur redditā modo sanitatē rigore nimia cōtentionis exasperas? Præ-
 dico, testor, cōlūmis odiū, nondū totā mentē vis perfusa possedit, adhuc circa te duo maximi
 rixatur affectus, adiua potius, adiua potionē. Cōtra dic agedū quicquid est aliud quod tu-
 multuatur, exastuat: totūq; sanitas cōponat hominē. Tūc te sciemus amare desisse, cū desieris
 odisse. Et innocentia quidē puellæ satis, vt spero, defendimus, magnitudo periculi vocet pre-
 ces. Cōsurge agedū miserrima fœminarū, reliquā defensionis tuæ partē tuere lachrymis. Accu-
 sator quid speras? quid expectas? Ad gēua tua nō mittimus eā. Toto licet infelicē terrore cō-
 uenias, nō ex oculabitur manus. Mortē, suprema denūcies, te nō rogabit. Frustra tibi aliqd de
 periculo nostro metūq; promittis. Nescis puella, non habet odii remediū. Sanē tamen viribus
 potionis effectū sit, vt accusaueris innocentē, sufficit vltioni vidisse pallentem, satis est audisse
 gemitus, memineras hāc esse quā tu nō iuuenis odisti. Quid agis? etiā ne perferes illud pronun-
 ciationis anceps, illud humanæ salutis incertū? Numerabis ergo sentēcias, & si dānaueris, exul-
 tabis nefande, gaudebis? Puto nō adamasti. An & sequeris dū carnifex trahit? Intereris dum hos
 oculos occifura cōtingit manus, dum hæc amplexibus tuis nota ceruix ad supremos nudatur
 ictus? Nō exiles, nō pectus oppones, nō fidē hominū deorūq; clamabis? Accipies percussam
 super palpitātia mēbra cōsistens? Potes hoc videre? potes hoc ferre? Sanatus es. Quod si quid
 tristitius iudicii huius attulerit euētus, diū rapide pereūtū beneficiorū semper vltiores, diū quos
 iste crudelis in amplexibus puellæ frequenter mœrore, lachrymis, aut finē amoris rogauit, aut
 mortē, date nobis iustā de ingrato iuvene vindiētā. Non imprecamur debilitates, naufragia,
 morbos. Pauper sit, & amet quancūq; meretricem, & amare non desinat.

AMICI VADES.

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS XV.

Duo amici, ex quibus uni mater erat, peregre profecti, ad tyrannum appliciti sunt. Mater cognito quod filius haberetur à tyranno, flendo oculos amisit. Oblata est à iuuenibus tyranno conditio, ut dimitteret alterum ad uiuendam matrem, ad diem præstitutam reuersurum, ita ut nisi occurrisset ad diem, de eo qui restiterat, poena sumeretur. Et iureiurando astrictus est. Venit iuuenis in ciuitatē: Mater detinet ex lege, qua parentes in calamitate deserere non licebat.

PRO IUVENE CONTRA MATREM.

Tsi sanctissimi viri olim omnes videor humanorū pectorū affectus in solā amicitia cōtulisse, & patior inuidiā hominis, qui sibi nō reliquerit vt amaret & matrem: quoties tamē vniuersam pietatis meæ cōscientiā intueor, in qua minimū est q̄ videor bonus amicus: nō possum non hāc primā electionis nostræ cōplorare fortunā, q̄ mihi necesse est, aut amicū relinquere aut matrē. Facin⁹ seuerissimi viri, facinus sit impatiētissimis affectibus meis, q̄ succurri nō potest duobus. Excedit omnem querelā meā cōplorationē, q̄ tā diuersis meorū conatibus aduersa conueniūt, vt videar eligere. Quid nō darē miser pro luce matris, qui vt illā vidērē amicū dedi? Fidē vestrā iudices, ne inter maximas necessitates pereat vsus hominis, qui paratus est duobus impēdi. Tā hic est tota ratio clemētiæ, ne ibi me detineatis, vbi non profum. Nec dissimulo sanctissimi viri proferre me cū maximi, tū incredibilis exēpli fidē, vt nō immerito possum videri cū matre colludere. Ego videor excogitasse istū colorē, & hoc q̄ detineor amicitia vocatur infirmitas. Miseremini iudices, tentate me & dimittite. An voluerim reuerti, scire nō potestis nisi reuertor. Illud sanctissimi iudices, illud affectus meos torquet ac lacerat, q̄ sum ingēti expectatiōe deceptus. Sperauērā futurū vt hoc loco rē magnā faceret & mater. Parauerā apud tyrannū hanc iactationem, vt me crederet remissum: & genus ostentationis admauerā, vt miraretur hominis fidē etiam in orbitate. Quo vultis hoc animo ferā, q̄ etiā vt reuertar, amico meo mater imposuit? Et quantū ad hāc pertinet, maximū iuuenē decepit, illū qui meos crediderit affectus. Nō possum iudices litis huius dissimulare facinus, innocētius fuerat vt ego nollē reuerti. Viderint sanctissimi viri, qui receptas nominū persuasiones velut aliquā seruitutē charitatis attendunt. Me si quis interroget, nullos affectus tantū nasci puto. Et si quis omnia vera ratione respiciat, quicquid liberos, fratres, propinquos inuicē tenet, amicitia est. Homines igitur, quos cū maxime incredibiliū rerū loquitur inuidia, sumus sine dubio nō eiusdē pars animā, nō eiusdē pondus vteri, & quāto minus in causis, tāto plus in affectu est. Admirabilior charitas in quā coimus viribus nostris. Nō pudet iudices hāc fateri persuasiōē, minus debetur homini, qui aliquē ideo tantū amat, quia necesse est. Ita est iudices, ita est à primis statim ætatibus in eandē coire vitā, habet aliquē fraternitatis affectū. Sic effectum est, vt nos statim fama cōmitteret, & tali certamine coimus, vt siquid accidisset vni, deberet & alteri exēplum. Inde est q̄ & pariter reuerti cōtēpsimus, & quasi facilius esset inter fidos, placuit sub incerto pelagi coherere. Nec tamen vanitate, nec discursu putetis extractos, magnas & inexplicabiles nauigandi fuisse causas, vel hinc potestis existimare, q̄ nos nō detinuit hic mater. Vtrū ne igitur iudices sumere de nobis etiam nūc voluit experimentū ipsa amicitia, & parū fortuna credidit hominibus adhuc tantū feliciter amātibus? An hāc est magnā semper opiniōis inuidia, nec vlli vnq̄ tā plena cōfessiōe laudātur, vt illos nō ipsa quoq; amicitia tentare velit? Littoribus appulsi sumus, homines quorū omnia casus fama custodiebat, cōsumitur terrore, qui parētibus statim cæcitas est. Hinc illud euenit, q̄ sumus pariter alligati. Sic magis aduersus solutū carcer inuētus est. Pudet iudices fateri, iā in hoc victus, iā inferior recessi, ex duobus magis amatur, quē tyrānus paratus est alligare. Quantū tibi amice debeo. Nō potuit nos diuidere nisi mater. Tibi primū cæcitas nūciata est, tuus hic affectus fuit q̄ hoc crediderit tyrānus, quid ille nō fecit, vt rex desiderauerit vicariū corpus? amplexus est catenas. Sponderi sibi voluit hominē rediturū per maria, per matrē, repromisit de incertis tanq̄ de animo suo. Quis hominū pro se tā multa fecisset? Præstitit inq̄ amicus, præstitit rē quē videbatur ideo tyrānus indulgisse, ne fieret: & hominē q̄ in reb⁹ humanis hūc esse nolebat affectū, decipim⁹ dū tētatur. Ego nō inuenio cur horreat mater carcerē, quid sibi velit quasi destinatas opere ceruices. Nō odit me tyrānus, cuius nō interest an aliū occidat. Miserere mater! si quis est magnorū meritorū pudor querere q̄ vnū de cæcitate impatientius ex nobis amaris semper absente. Cui tu fortunas quibus necessitatibus iniicis manus. Me ad amicū meū admitteret alterius catena, & tyrānus nunc mihi portas aperiret, subsidio nauigiū pirata præstaret. Si mehercule ante morerer, ire deberes mater ad diem. Misera nō in-

telligis quanto te magis & plus obligauerit amicus: plus debes homini, qui me tibi remisit, ex quo pati nō potes vt reuertar. Libet me hercule iudices, libet misereri hominū, q̄ me laudant reuertentē. Amicus mihi credidit vt redire. Ita nunc ego facio rē magnam, ego sum ille bonus amicus, ille mirabilis, ille narrāus. Siqua dicētis fides est, facinus mihi videtur, q̄ scio me non esse periturū. Sēt it iudices & ipsa mater rē se facere turpissimā, si necessitate detineat. Itaq; mulier quā adhuc de affectu cūcta fecerat, ad legē subito cōuertitur. Pessima iudices causa matris est, in qua plurimū lex potest. Liberi parētes in calamitate ne deserāt. Facinus est iudices hoc dici homini reuerso. Ita nunc ego cōtemno matrē, ego despicio cecitatis obsequia, homo, qui omnium calamitatū mearū ambitū in hoc cōsumpsi vt redire, qui inter supremas sollicitudines nō pro me rogauit? Mihi quisq̄ contumaciū supplicia liberorū, mihi neglectae pietatis minatur inuidiā? Bone Iupiter, quāti mihi constitit ne malus filius viderer. Imputē tibi necesse est mater, q̄ meū amicū propter te reliqui, ad quē facinus est nō reuerti. Nondū iudices necessitates meas, nondū amici merita refero, interim cōtendo tūc esse tantū legis vsus vsū, cū in calamitate soli sunt parētes. Magnā partē mortaliū fortuna dimisit a legibus, nec vlla iura tā tristia sunt, vt ea in aduersis patiantur homines. Ego cū me necessitas rapit, sic habeo queri quasi relinquer. Excusatae sunt parētibus liberorū calamitates, & si quē lex ista deprehenderit, in alterius fatū trāseat necesse est tāq̄ orbitatē. Quid enim si me detinēte matre alter ē latere reuocaret, & si bella militē poscerēt, si Legatū patria dimitteret, veluti ad propriā descendā necessitatis meae cōplorationē: Si me damnatū poena cōstringeret, videlicet effringeres carcerē mater, iniiceres carnifici manū & perituri filii iugulū auctoritate iuris operires? Dii deaq; q̄ longe est lex quā retinet hominē, qui pene nō venit. Nescis quantū intelligo mater quantā inuidiam debeat facere liberis parētes, a quibus relinquuntur. Mater quā se deserī queritur, illud exclamet. Filiū meū ciuitas peregrina sollicitat, vt amēnos nescio cuius recessus orbis petat, debilitati meae subtrahit humeros. Iuuenis meus abducitur amore meretricis, & ab officiis ciuitatis vitiis abstrahitur oculorū. Eiusmodi gemitu filiū necesse est persequaris, vt q̄ detineor obiter & poena sit. Non facit ista lex ad liberos, qui misericordia detinētur. Vt turpe sit q̄ recedo, in eo tantū est ad quē reuertor, & vt facinus sit relicta mater, nō faciunt nisi causā relinquendi. Homo qui ad tyrannū reuertor, si malo animo relinquo matrē, dignus sum qui detineor. Nō est itaq; q̄ subinde nominis vestri beneficia mater opponas, nō est q̄ vtilitati tuā fieri potest, si credimus esse in rebus humanis & alterū affectū amicitiae, si quā mihi videtur natura excogitasse, vt coire inuicē possit totū hominū genus, quā nondū circa se tenet omnes admirationes, quia tota non cōtingit, quā tamen peruenerat ad incredibiliū fidē, nisi illā vos impediretis. Amicitia plurimorū corporū, vnus animus, vicariae manus, fortior q̄ matris affectus. Rogo quid refert quid vocetur ille qui sic amat? Quid interest ex quibus magna merita descendant? Vultis scire quid de hoc affectu sentiat mater? Et amicū meū putat malle ne reuertar. Finge me positis paulisper meritis, quibus obligatus sum, hoc tantū dicere. Amicus alligatus est, ire volo mater vt redeat, vt consolet, vt dominū rogē, vt si tyrannus exegerit, vicariū corpus opponā. Quid detines? quid moraris? Hoc est tēpus propter quod coimus. Nescias an diligat cuius nō habet experimēta nisi sola felicitas, & si vitae praestes omnia secunda, amicus ociosa res est. Dicturū me putas, hoc expectat alligatus, expectat totū immo genus hominū, & nos in hanc fidē persuasionis receperunt, vt si hoc faciā, nemo miretur. Vis scire mater quē affectū, quā reuerentiā in calamitatibus amico praestare debeamus? Nullā legē timuit ne relinqueretur. Differo interim causā amicitiae, agere paulisper omnium libet, & tyrānus mihi credidit, volo reuerti. Nulli vnq̄ mater plus comisit fides, neminē magis obligauerūt expectationes. Credidit mihi homo, cui res fauorabilis contingit si decipitur, qui sibi excogitasse contra omnes amicos videtur, vt illi imponeremus. Nō est q̄ mihi supplicia, q̄ omnē mortis apparatus mater opponas. Facinus est, id tantū hominibus bene credere quod expedit: & actū est de rebus humanis, si sola seruatur vtilitatis fides. Infinitū est quantū mihi crediderit tyrannus, si me occiderit reuersum. Intelligit iudices & ipsa mater, quantae reuerentiae locū amicus obtineat, quā incipit cōtendere affectu. Nisi fallor igitur, cū ego sim materia litis, hoc primū existimare debetis, vter in ea calamitate plus fecerit. Ante omnia permittē mihi de hoc affectus tui genere mater queri. Quid tibi tā rabido, tam praecipiti dolore voluisti? Quid aduersus tuas praestare faciē, & in oculos tuos accipere nunciū? Non reliquisti tibi vt redimeres, sine dubio adiecasti ad matris affectus, oculos in media orbitate fudisti, sed illud nō laxat catenas, nō explicat corpus. Quid mihi prodest iste qui se contra filiū cōsumpsit affectus? Plus fecisset mater quā

ter quæ isset ad tyrannū. Alligatus sum, tu nūc sic flebis tanq̃ soluar in lectulo, tanq̃ in tuis manibus expire. In quibusdā calamitatibus desperatio nō est summus affectus, & quilibet orbitatē statim credit, festinat ad impatientiæ securitatē. Insimules licet mater tantæ pro me impatientiæ, tā incredibilis affectus, amicus tē difficiliorē fecit, q̃ seruauit oculos suos, vt alligaretur. Diu deæq; quantū ille præstitit qui mihi inuidit poenā meam, nec recessit. Ille, ille terribilē carcerē facit, qui inde procedit. Iam non corpori nexus hærebat, nec aliud q̃ resederant pondere catenæ, consumpti longo squallore vultus, cōcreta noctibus diebūq; super ora lachrymæ. Misere mini iudices, ne perdat auctoritatē meritū quod vltra expectatiōē est. Ponite sub oculis alligatos, quorū alterū amicus redemit, alterum mater. Rogo vter plus fecerit. Bone Iupiter quā auidē, q̃ fortiter vincula nostra tractauit. Quibus ille precibus exegit, vt sibi crederetur. Accipe, inquit, has manus, hæc mēbra, si fieri potest, ut amicum matri remittamus. In totū explebo, si videatur, vicaria poenā locū recedentis. Vel si vis utique tibi dimissa membra restitui, spondeo, quēcunq; iusseris aperto iugulo diem. Fidem deorū hominūq; quid nō factū est, ut amicum meum pœniteret? Ingestū est misero illud carceris tenebrarūq; secretū, grauioribus vinculis opus esse carnifex dixit ad bonum amicum. Accedere ad illud cubile iussi sunt homines nocentes, & subinde dictū est. Vide tamen amicus si tanti est. Vna vox, vnus miseri gemitus, vrite, lacerate, distrahite, ille tamen reuertetur. Misere mater, magna res agitur, amicum meū reliqui contententē cū tyranno. Exculo me vobis humani generis affectus, & tibi ante omnia mater excuso, q̃ hoc fieri passus sum. Vlla ergo in rebus humanis necessitas tanti fuit, ut illū amicum meū in carcerem ipse deducere, ut squalorē meū, meas catenas in mēbra festinantis exuerē, ut tā abrupti cōmeatus diē cōtra tot incerta promitterē? Testor te misera cōsciētia, & si quod nos in illa necessitate numē aspexit, quātū simus rixati circa catenas, q̃ omnia fecerim, vt ille potius ueniret ad matrē. Fateor iudices, vnus cogitationis pudore victus sum, q̃ tanti beneficii difficultatē ab amico nō accipere, affectus videbatur hominis, q̃ nō credidisset. Misere mater, ne me solutū putes, amicum alligauī. Hæ sunt catenæ quæ tegūt mēbra, quæ per maria, quæ per infinita terrarū spatia restringūt. Sic nō potest carcer effringi. Inuideo tyrāno, scit alligare amicos, sic tenere dimissum. Iterū ac subinde proclamē necesse est, ego amicum meū alligauī, & ut te uiderem, poenā meā altero homini impleui. Scio quo hoc amicus præstiterit animo, sed ego rem feci hominis nō reuersuri. Interrogo hoc loco impatientiā tuā mater, interrogo quid faceres, si nos ad te videndā deduxisset alligatos aliquis satelles, si barbarus aliquis? Fruereris osculis, fruereris amplexibus? Nō est q̃ te ista tanq̃ leuior, tanq̃ expeditior conditio decipiat. Quid putas esse q̃ me dimissit solutū ire quō velle? Crudelis artifex nō reliquit nobis vt imponere mus. Superuacuo igitur hoc vos in matris causā mouet q̃ cæca est, hoc q̃ nobis inuidiam facit vulneribus oculorū. Nolite detinendi putare causas, idem videns faceret. Nec plus est quod nō potest cæcitas ferre, q̃ mater, vt aliqua filio carere non possit, nonnunq̃ calamitas facit. Quod si iudices in persona mea nec affectu, nec meritis inferior est amicus, quid aliud iustitia vestra debet attendere, q̃ vter plus patiatur? Iam satiauit dolorem mater, egressit æstus, effudit impetū, iā non desiderāt oculi, cū cadunt. Adice q̃ hāc qualēcūque fortunā inter amicos tenet, inter propinquos, habet omnia ministeria sua debilitas, suas cooperationes. Vis scire quanto intolerabilius sit quod paritur amicus? Excæcauit te q̃ ego sic tenebar, ille accipit cibos, quos carnisfex, quos tortor apponit.

VENENVM EFFVSVM.
ARGVMENTVM DECLAMATIONIS XVII.

Filium ter abdicare voluit pater. Victus inuenit quodam tempore in secreta domus parte medicamentum terentem. Interrogauit quid esset, cui parasset. Ille dixit uenenum, & se mori uelle. Iussit pater bibere. Ille effudit medicamentum. Accusatur a patre parricidii.

PRO FILIO CONTRA PATREM.

Astutus per diuersos miserae mentis æstus, & eundem dolorē, dum me ab vtroque animi genere semper quod impulerit abducatur, & in pertinaciā desperatio nemque neutram mihi liceat perferre patientiam, hoc primum a notissima clementia vestra peto, ne miremini q̃ inter tā varia tristissimāque facta consilio diductus sum, nec pro malis meis quicquam melius inuenire potui, quā vt morerer: nec pro innocentia, quā vt viuerem. Nouo igitur iudices inauditoq; genere discriminis vtriusque animi reus, quā satis calamitates meas comploratione, quo desiebo gemitu? Filium mori volentem penē occidit, quod interuenerat pater. Videtis adhuc illa secreta no

F f

istri contentione rixantem. Quicquid citra suprema, citra exitum est, contumaciam vocat: quātum absolutionem aspicit, victus. Quis post hoc querat ac dubitet, quo me affectu iusserit virus haurire, qui patricidium vocat quod non biberim. Permissurus fuit, si bibere voluissim. Quāto itaque iudices delationis hodiernae penitus velitis perspicere causas. Obiicere putatis patricidium patrem pro se? Necatur, vritur, sine dubio torquetur vita. hoc enim non potest ferre, quod mori filium iussit, nec coegit, & scit facinus fuisse in imperio, si innocētia est quod reculaui. Siue quid crudelitatis est, vel ab inuidia se criminibus meis defēdit, excusat, & (ne vocem illam tanquam peractum facinus oderitis, substituit pro malo patre miserum. Hic est iudices deprehensae impietatis astus. Nemo vnquam volet innocētē filium videri, quem voluerit occidere. Illud quoque iudices à grauitate publica peto, ne quis me mori voluisse nō credat contumaciter. Adhuc prioris constantiae meae more defendor, alia est mihi ratio cum vici, & fortior sum reus q̄ absolutus. Sed tunc tantum par esse non possum calamitatibus meis, cū me constare cepit nihil aliud esse quā miserum. Bene quod rursus vocauit in forum, iussit integritatis agere causam, fecit ut mihi videar perdidisse mortem. Si poenitet patrem, q̄ me bibere iussit venenum, ego ferre non possum quod effudi. Licet igitur immitissimus senex cōfundere publicos conetur affectus, querelarum fronte mutata, non sumus noui vobis accusator & reus, nec nos modo pietatis euersae recens asseruit immanitas. Patricidam me olim vocat. Ita est enim iudices, ita est, iam pridem hominum nefandorum solis nominibus accusatur. Sic mihi illa prima patris maledixit asperitas. Hic est ille quem definere iam iusseratis, qui semper ad vos recurrit, & vincitur. Fallitur quisquis illam demoribus senis lassitudinem vel patientiam sperat. Patri qui abdicare non potuit, minus est filius nocens, quā absolutus. O pertinacissimum accusatorum genus, victi parentes. Dum auctoritatem nominis vestri fortius imperiosis asseritis affectibus, & ne pudorem poenitentiamque fateamini, contumacia vindicatis errorem, calamitatibus meis accessit, ut ter absolueret. Namq; ut erat in superuacuo odio mei senex prima luce deprehensus, ferre non potuit q̄ reddebar inuito: & quia à iudicibus non imptauerat ut abdicaret, apud se tenuit, ne defineret hoc velle. Credidit tamē aliquid profectū, querelarum errore repetitū, & sperauit iuxta contentionem suam velle lacesseret aliquando pro me iuxta miseratio. Quid facerem igitur? quod verterem iam fatigatam innocentiam? Nec exire me decebat ex domo, ne viderer, quicquid vos non credideratis agnoscere: nec expectare poteram, cum mihi rursus aliam seriem malorum minaretur, q̄ me iam ceperat pater contentione qua vobis irascebatur, odisse. Tandem infelix misertus mei, misertus patris cum de praeteritis prospiceret iurgia tam longa q̄ vitam, captaui fateor omnem occursum, quem mihi videbar exasperare praesentia, exorare dum morior, & tanquam nouissimum ambitus genus excogitaui, ut me in honorem sui reuerentiamque pereuntē, sic odisse defineret quomodo parcere solet ira cedenti. Non habet alium quā mortis exitum filius, qui nec reconciliari potest, nec abdicari. Erat in domo nostra locus, in quē secedebam semper reus, in quem reuertebam absolutus, querelis meis lachrymisque iam conscius, in quem se ferant. In hunc quarens non tanquā custodiae patris imponerem. Nam quid possit inueniri, quo non me captatis aliqd deprehendere cura sequeretur? sed sicut solēt q̄ immori volunt, pudore nō ira ab omnibus quae videbātur auocatura, secessi. Nam nec placuerat exitus genus querulum, tumultuosum, aut quod faceret inuidiā. Sed qd mihi tecū est integritatis nimia simplicitas? Non putat se posse deprehendi quisquis venenum parat ipse poturus. Totus oculis animosque conuersus, habebam miser in opere moriendi (nec dissimulo) cum quadam cunctatione, cum mora, sicuti bonae conscientiae lenta mors est, nec praecipiti per suprema trepidatione festinant, quos hoc solum q̄ sui miseretur occidit. Abiit per tacitas conuestiones mens in oblitus contemplatione posita, & haustus portionem, qua renunciarem rebus humanis, totam apud se repetebat animus innocētiam suam, cum pater secretum quod per impatientiam pereuntis impleueram (quātum credo) lachrymis meis gemitūque perductus, intrauit. Nō potest videri iudices suspicatus aliquid de patricidio, quid tererem, cui pararem, nesciebat qui interrogauit. Nuncio vobis sanctissimi viri, nihil à morientibus fingi, nihil vita laborante simplicius. Ad subitum interuentum patris non tanquam deprehensus obstupui, facinus me tacente non pallor, non est confessa trepidatio, nec si cut accidere nocentibus solet, illa obuia semper errantium patrociniū verba variaui, cum me repente interrogatione subita auocauit, abduxit, quaesivit quid tererem, cui pararem. Sed ego sine cunctatione, sine tarditate respondi, & me mori velle eadem veritate, & confessus sum venenum esse quod terebatur. Date iudices patrem qui filium mori nolit & credit. Quis

habeat iudices dicēti fidē? Venenū filii quod inuenerat pater, nō ille potius effudit, stetit quin-
 imo intrepidus, arrogans iuxta orbitatē quā videbat, & mihi mortem quā promiseram, quam
 minabar, ingessit. Bibe, inquit. Quis post hoc iudices, expectat, ut continuo pateam iubēti? Ita
 demum mihi non est aliud relictum, si patri parui. Audite nunc dii pariteratque homines, qd
 post tres abdicationes, & querelas toties iudicum grauitate percussas, uelut attonitus, amens
 nunciet seculo pater parricida saeuus, parricida crudelis. Nō bibit uenenum. Hoc est totum fa-
 cinus meum, uiuo, respondeo, non fugio iudicem, non cedo criminibus. Iam non miror quid
 sit circa quod impatientia decepta crudelitatis exaestuēt, plusquam orbitatis gaudium, quod
 modo perdidit senex, sperarat ut occidere me posset meo ueneno. Sed quatinus inuenisse le-
 putat quod crederetis, ut contentionibus subinde damnatis auctoritatem de nouo dolore circun-
 daret, inusitata commentus est. Quā sola mihi superest ratio uiuendi, facinus ea simplicitate,
 ea fide denego, qua confessus sum de ueneno. Parricidii agis. Abstulisti quidem mihi partem, ut
 exclamarem hoc loco, fieri non potest. Scio quantum defensionī meae difficultatis adiecerit, q
 iam pridem in domo nostra humanorum pignorum ratio non constat, sed pronuntiatum li-
 quet utri ex nobis facilius sit impietas, yter iuxta alterius languorem suprema non fecerit. Tu
 unicum quotidie proturbare conaris ē domo, uelles inopiam meam, uelles aspicere squalorē.
 Ego osculor illas expellentis manus, ego abiicientis genua teneo, & ad patrem qui me tam no-
 tabiliter odit, non habeo cur uelim redire, si non amo. Præualeret nominis tui fortassis aucto-
 ritas, si contentio nostra cepisset a ueneno. Consumpsisti quicquid est quod parentes ab om-
 nium scelerum suspitione defendit. Non habet pater unde parricidiū de filio credat nisi quem
 posset occidere. Me quidē pater infelicius huius per-suasionis simplicitatē, si quis interroget, nec
 a te parricidiū fieri posse credo, nisi meo ueneno. Facinus tamen in omnibus incredibile pigno-
 ribus, nullis difficilior q̄ liberis puto. Vos adhuc in suprema nostra præcipitat auctoritas, qui
 filiū occidere uocatis plerumq; grauitatē, sicut abdicationis emendationē, sicut reliqua suppli-
 cia nostra rationis fronte protegitis, cunctōsq; prærigida mentis affectus uocabulo molliore
 lenitis. Nos nec felices facinus istud possumus concipere, nec miseri. Non perueniunt ad nefas
 istud, nec necessitates. Omnis citra desperationem dolor, ita languescit. Et quanto dii deaque
 difficilior si pararetur sine cōscio, sine ministro, totūq; facinus & animū filii poscat & manus.
 Memento cuius obiciās immanitatis horrorē, patrē occidere uelle. Hinc tantū accipis uires,
 ut mori possis deprehensus. Vt sciatis, inquit, verū esse quod obiicio, & abdicare uolui. Nō po-
 test pater efficere genus querēdi pertinacia probationis. Tu cū dicis, filius me uoluit occidere,
 uideris tibi facere prioribus iudicibus inuidiā, exclamare uos faciles, uos misericordes, hūc mi-
 hi redditis. Sed iniquissimū est ut abdicatio, quā nec in sui ualuit effectū, fidē maiori crimini
 præstet. Nō sum reus inexplorati pudoris, nec antea cta uitae meae sub hodierna primū lite tra-
 ctantur. Felicior innocētia est citra suspitiones, certior post reatū. Et quantū infamiae præstāt
 obiecta dū nutant, tantū dē auctoritatis absoluta restitunt. An scilicet superatus est gratia pa-
 ter, & apud senes, & apud parentes auctoritate præualui? Viderint q calamitatibus suis sic blā-
 diuntur, ut sibi affuisse credant misericordiā, fauorē. filius a patrē delatus nunquam poterit su-
 perior esse nisi causā. Sane tamē seramus ut prima abdicatione nō egresseris totū dolorē, multa
 tibi de criminibus meis uerecundia querēdi, multa paternae pietatis abstulerit infirmitas, quid
 non implet repetita delatio? Reuersus es in forū iam ad iudices iratos. Quanto terrore cuncta
 pertulit pudor ille iā victi & redeūtis in damnatā colluctationē? Acrior semper ex uerecundia
 dolor. Sed & iudicū cura quāto malignior circa rediturū reū? Quā multis placet illa de simi-
 litudine pronuntiationis auctoritas, & seuerior uidetur diuersa sententia? Tertia uero abdica-
 tio dii immortales, quē apparatū, quē mouit ambitū? Ego miror quod mihi licuit audiri, q me
 nō statim primus querelarū tumultus oppressit. Quid post ista noui pater obiici potest? Inter
 leges, inter iura consenui, non habeo in moribus meis, quod nō melius iudices sciāt. Scilicet ca-
 pit natura rerū ut futurus parricida nō prēmiserit notas, nullis ante sit maximi sceleris imma-
 nitas tumultuata flagitiis, & quandōq; culeo, serpentibus expianda feritas, sub placida mente
 primam pertulit aetatem. Aliud est mīserorū genus, quod clementia, quod succurrendi fauore
 dimittitur. Absoluerūt me qui sciebant non profuturū mihi q non abdicarer. Proclames igitur
 licet, subinde detuli, saepe questus sum, ter abdicare uolui: hoc tamē res ista debet efficere,
 ut tibi non oporteat credi, quicquid aliud obieceris. Non enim sequitur pater, ut me tuis cri-
 minibus accuses, q nocentem tuis moribus probes filiū. Parricidam non facit seueritas uestra,
 non saeuitia, non terror: ad tā grande facinus nō ira opus est, sed moribus: non dolore, sed men-

te. Omnes iniuriæ leuius exasperant, leuius oderunt, innocentis filii ultio est, mori. Quod si manifestum est, nihil tunc in moribus fuisse meis, quod posset esse suspectum, existimemus unde postea traxerim patricidii causas. Vos libet interrogare hoc loco iudices, quis magis debet innocentiam amare? Vici patrem, omni nunc sollicitudine, omni labore custodiam illam gratiā, illum ambitum meū, quo remuneror aduocatos, quo perfoluo iudicibus illud propter quod audeo domum reuerti, propter quod non timeo casus, non subita pro patre, non maligna fata. Fidem non capit, vt me tres absolutiones & innocentem probauerint, & effecerint patricidā. Præterea pater q̄ infirmū me, q̄ trepidū reddit ipsa victoria? An scilicet ignoro q̄ me reuersum circumsistat totius domus maligna cura, q̄ vivo inter homines quibus apud te gratiam parat, si de nobis aliqua mentiantur, fingant? Videlicet hoc nos in facinus præcipitat, impellit, q̄ aliquid speramus de testamento tuo. Quid ego non sentio q̄ simili scelere missus in domū, a charitate tamē exclusus, abiectus sum? Rogo qua fidutia facinus paro toties delatus, & paterna cōquestione petitus? Quod uis patrociniū sperem pro patricidio meo? Defendi non possem, si bibissetu venenum. Finge me patricidii voluntatem, finge habere causas, vnde occasiōē, vnde fidutiam? Ego nec mori possum, nisi vt deprehendar. Venenum paro, qui non ministrū, qui non inuenio consciū? Despicio a liberis, contēnor a seruulis, euitant sermonem meum, colloquia fugiunt, & charitatem tui simulāt odio mei. An videlicet spero posse fieri ut ipse porrigam? Est enim mihi ad conuictus tuos facilis accessus. Venenum mehercule putabis quicquid dederint hæc manus. Et virus præsentaneum paro, quod statim, quod subito corripiat? At quē admodum mihi superfit vlla defensio? An lentū & quod tarda peste consumat, scilicet vt non statim exclames, vt te meum virus bibisse non credas? Rogo, cui parauī venenū, quod dare nō possum nisi mihi? Ita, inquit, patricidæ argumentum est, & hoc ipsum quod habuisti venenū. Omnibus iudices, quibus ad scelus conatus adiuuatur deteriorum quotidie secunda mortalitas, non hanc solam potentiam natura concessit, in quā malis mentibus & nocentium ducuntur ingeniis? sed illis vsus ex animo est totūque quod faciunt, de conscientia possidētis accipiunt. Quid enim si latronem gladio tantum probes? Sic munimus & somnos. Excute peregrinantium sinus, harent tela sollicitis. Non vetant ista leges parare, prospicere, nec instrumēta prohibent, sed existimant vsus. Finge me velut in media prosperitate vitæ proclamare. Venenū parauī, quod incerti casus, ad quod languor, dolor, ad quod cōfugeret improuisa debilitas. Miramini q̄ hoc fecerim homo, qui circa me fortunam, qui discrimina humana lassauī, cui ne scio quid adhuc paret toties victa delatio? Debit habere in sua potestate mortē, quem iā pater poterat occidere. Non est, inquit, credibile ut mori vuleris absolutus, qui reus noluisti. Poteram quidem dicere pater, vixi dum spero fas esse ut incipias aliquando misereri, ut te squallor meus frangat, mitigent lachrymæ, pallor exoret, sed ignosce innocentia, tunc me decuit pertinax & rigida defensio. Vixi ne me videretur expulisse de seculo profundorum scelus deprehensa trepidatio: ne super cadauer meū proclamare posses, certe merito timui, merito prædixi venenum, qui viuēdi non habebat audaciā. Ne supremis meis conuiciareris, ne quid posses obii cere iam non negaturo. Verum tibi de impatientia mea fatendum est, eadem mente nolui mori cum abdicares, quia non bibi cum iuberis. Sed fruiere iterum, fruiere sapius confessione tā mi sēra, & quia oculos spectaculo non licuit implere, fatientur aures, volui mori. Adice si uideatur, hanc malis nostris cōtumeliā ut interrogas, quare abdicare me subinde voluisti. Quid ais rerum naturæ pietas? ita iustiores causas habet impatientia, q̄ corporū damna, q̄ facultatum tristis euerfio? In suprema præcipitat me pater. Ita non hæc vana vox complectitur omnes calamitates? Non videmini nūc vobis vniuersos audire miseros? Possimus fortassis aliorū accidētū sperare finem, non habēt proximorū odia regressum. Quæcūque nexus accepere naturæ, & quæ sanguine visceribusque constricta sunt, non laxantur diducta, sed pereunt. Quæ de primo tenore nascendi vix in contrarium victa deflectunt, diūque prauitatis suæ rigore durata, mox in pristinum cursum remissa non redeunt, sed quo totum pondus omnēque vires inclinata traxerunt, vigore quo sibi permessa creuissent, in ipsius vitii robur adolefcunt. In hoc est tota difficultas, ut incipiat non amare filiū pater, hoc cum fronte confessionis accipit, reliqua præcipiti furore decurrunt, & reductis charitatib⁹ obstat quicqd obstiterat odiis. Semel sibi parētes liberique mutantur, semel auferuntur. Felices qui habent in conscientia sua, quod debeāt emendare, corrigere. Illa demum potest ira definere, quæ coaluit ex vitii liberorum. Ego quid facio, cui non luxuria, non est mutāda petulantia, cuius abdicatio nō de meis, sed de patris moribus venit? Frustra mihi exhortationes, frustra blandientur vana solatia. Hominis quem pa-

ter odisse non definit, unus exitus est, ut se oderit. Et quantulum habet de toto dolore nostro ille quo uenitur ad iudicē dies? Ego cū dico, pater me odit, illud exclamo, omnes sine me sunt festi dies, omnis lætitia sine filio, non alloquitur mœstum, non assidet ille languenti. Gratissimus quisquis de nobis tristius aliquid attulerit, quisquis male dixerit, conuiciatus absenti. Ego si hoc possum ferre, merui. Alia sunt aduersa, quæ de continuatione sui patiētiam parāt, quæ durant assiduitate, firmantque mentem, quæ te pater oderit, quotidie nouum est. Minus fortassis vrant inuicem simultates, & mutuis detestationibus inuisa respirent. Odiū is tantū filius perferre poterit, qui & ipse oderit patrem. Vos nunc iudices, uniuerfos quinimo mortales infelicissimus iuuenis interrogo, quid me facere vultis. Explicuit nos sine dubio de criminibus exitus, quæ absolutus sum, tamen non hoc effecit ne mori uelim, sed ut mihi liceat & uiuere. Victus sum enim mehercule, uictus sum iudices absolutionibus meis, & (quæ certissima est animæ laborantis infirmitas) misera felicitate defeci. Quē mihi vultum domum reuerso, quē suadetis animū? Non decet gaudium meū, exaspero hilaritate: non decet mœror, offendo tristitia, capto sermone, inuius sum tanquā arrogāter insultē. Doloris causa dicor si propius aspiciar, capto sermone contemnere. Quouique uincemus? Nesciunt prorsus abdicationibus mederi, qui nō statim cedunt, qui conscientia suā rigore nituntur. Non uincitur pater, non sum absolutus, cū domū ueni, nemo me diligit, nemo reueretur. Iam ad nos de penatibus illis non pertinent nisi secreta, nisi latebræ. Non exuo, non depono sordes, & mihi quotidie senex tanquā accusaturus occurrit. Attēdo quid faciā, quid loquar, qualis aspiciar, & (quod malignissimū est solitudinis genus) me ipse custodio. Satiasti me uita, satiasti, & cū felicibus quoque ueniat ex nimia prosperitatis continuatione fastidium, quod tedium paras lassitudine miserorū. Consumpta est in lacrymis, in precibus ætas, exacti sordibus dies, anxietate noctes. Quid mihi contra tam indigna, tā grauiā promittat integritas? Abdicari debet quē nocentem pater odit, mori quem innocentem. Sed ut credamus, inquit, uoluisse te mori, cur potissimum ueneno? Possis quidem pater hanc de omnium supremorū genere litem facere morientibus: & quia rerū natura varias fatorū uias indulsit animæ, in nullo non exitu simili ratione deprehēdas quicquid electū est. Sic super stritū nudatūmq; mucrone proclamares, cur non ueneno? Sed nihil est delicatius exitu, quem nō supplicia, non metus, sed collecta de calamitatibus cōmēdat infirmitas. Mihi tamen præcipue cum hoc mortis instrumēto propria concordia est, nō spargit cruorem, nō truce cadaueris relinquit aspectum, placida est, quieta est. Ingratissime senex, ego & hoc sic moriendo prospexeram, ne me occidisse alius uideretur. Te nunc apprehēdo, te interrogo pater, ita parricida sum, ego qui uenenum afferō in domum tuam imparatum, rude, terendum, cui tam multa restant antequā dari possit? Ita parricida sum, qui iuxta te quæro secretū, qui de potione tibi incerta, quā nemo detulit, quā simpliciter, tā facile respondi? Secedo in medios penates, nullos ab introitu præpono custodes, non euito transitus, non excludo uenturos. Rogo utrū hæc omnia sunt occidere uolentis an mori. Venenum quod tibi pararetur, inuenisses absconsum, reconditum, multum circa illud palloris attoniti, concisa uerba, trepida suspiria, & me negantem. Parricida deprehensus effudisset uenenum, ne fateretur. Cur ergo, inquit, si tibi paraueras, nō bibisti? Breuiter pater & secundum naturam conditionis humanæ respondeo, nihil aliud esse in potestate miserorum, quā ut mori uelint. Ego cū dico mori uolo, non hoc dico moriturus sum, de animo meo respondeo, non promitto de fato. Miraris quod quamuis iam teneam uenenu, multum tamē adhuc casibus incertisque superest accipere? perfolis plerūque uisceribus, uitam tamē ab ipsa desperatione redeūtē? Strictos circa colla laqueos, aut nexus, aut ipsius corporis ruina decepit, rotatos per abrupta molis iactus explicuit. Tam cōsentaneum est ne moriatur qui uelit, quod morimur inuiti. Sed malo sicut cepi simplici tecum ratione consistere. Nihil æque pater impetu constat, quā ut mori uelle, nec quicquam res humanæ impatientius habent pereuntis affectu. Hūc si retinere nolles, sufficit ut morereris, & rationem quoque homini mortis eripiet, si quis abstulerit ardorem. Frangit animum quisquis interuenit, abducit, auocat quisquis alloquitur. Ambiuntur cuncta moriendi spatia pro uita. Ideo nos mehercule crediderim eiusmodi exitum eligere secretum. Minimum est quod confundat hominem infirmitate morientem, & exiguis causis opus est, ut displiceat obitus quem misero suasit integritas. Quid si interueniat aliquis, qui gaudeat, qui uindictam se putet, si testes adhibeat oculos, quibus inuidēdum sit? Statim mehercule arrogans uita simulabitur, statim contumax dolor cum deprehēsa morte dissentiet. Nescis quantum mihi hæsitatiōis paraueris, cum interrogas dum respondere cogis. Sed quem & reddere, iterum litigare, defendi. Me uero tūc pariter omnes tenuisti affectus,

VENENVM EFFVSVM

indignatio, pietas, reuerentia, dolor. Ego propter patrem mori possum, coram patre non possum. Adice nunc quod & dixisti, bibe. Si mehercule faucium palpitantemque iussisses adigere ferrum, premerem clavis vulneribus animam: si stringerem aptatos ad colla nexu, conarer abrupto desilire laqueo, si vero iniicerem manum ad præcipitia properanti, flecterem in plana cursum. Merito prorsus anima secretum solitudinemque captaueras. Interuenit pater, actum est, perit ille susceptæ mortis ardor, & utroque nos resoluit affectu, mori non debeo si vetuerit, non potero si iusserit. Bibe, inquit. Nondum quidem potioni virus aptatum est, sed me ideo deprehendisti, quia adhuc terebatur. Multa tamen mihi pater ante facienda sunt. Volo prius conuocare seruulos, contrahere libertos, complorare, conqueri, mādare, defendi. Bibe. Mihi vero tunc adieciſſe viſus es, teneris, hares, eamus ad iudicem. Bibe. Sed hoc iubet tanquam negem venenū. Interrogare vos velut in illa ſecreti noſtri præſentia libet, quem mihi poſt hanc vocem, animū datis. Dicit hoc accuſator, dicit hoc victus, dicit ſecreto, dicit ſic vt poſſit negare ſi biberō. Bibe. Ego quidem volo, & hoc quāmaxime paro, ſed totum hunc animum ſenex tua auiditate mutatiſti. Bibe. Quid reſtat aliud quā vt reſuſcitantis ora diducas, & infundas per oppoſitas manus? Mihi vero tunc excidit quid velim, quid pararim. Vidi truces loquētis oculos, vultus parricidalis ardore ſuſſuſos, iuberi mihi videbar vt biberem tuum venenum. Neſciſti pater pertinaciam meam ſeruare, neſciſti. Filium propter te mori volentem deprehendiſti. Viſ occidere: uerita, inuade poculū ne hauriam, bibam. Exclama, temerarie quid facis? Iam deſino irarſci, iam reuertor in gratiam. Properabo vt hoc ſecum aures ferant, vt impatientia tua fruantur oculi. Tibi imputes quod in me reſorſiſti, quod ablata ſunt ſacramenta pereundi. Innocenti facilius eſt mori, ſi rogetur ut uiuat. Fidem deorum, in quā me contumaciam pater, in quem tunc impulſiſti contentionis ardorem, cum diceret, bibe. Nec viuere mihi libuit, nec mori. Ereptus ſum miſer animo meo, & improuiſa voce percuſſus ſteti ſine aſſectu, ſine negatione attonitus, amens, & me penē aliter occidi. Nihil eſt proſecto improuiſorum dolore torpentius, & fractæ malorum cōtentione mentes ad inexpectata caligant. Non querelas poſt hoc inuenio, nō verba, non lachrymas. Ad nullius rei conatū ſufficit mori alterius animo, & ſuo veneno. Licet igitur noua me reat mole cōuenias, nō poenitet tamē illū vixiſſe, illū nō poenitet ſpiritu rigoreque pereūdi, tāquā parricida moriebar. Pater quod queritur quod non bibi, iā nūc diceret deprehēſus erat, negare nō poterat. Eſſe nūc ter abdicatus, & me contenderet ad iudices meos redire nō auſum. Bene quod ſic eſſe fudi, tanquam rurfus vita placuiſſet. Venenum quod videretur deprehēſum, nemo ideo bibiſſe crederetur, quia ſibi parauerat. Dic nunc, non fui paſſurus ſi bibere voluiſſes. Deinde hoc ſic probas, vt me hodie quoque coneris occidere. Non eras paſſurus. Quādo per fidem iniicis manus? potuit eadem, potuit peragi breuitate qua iuſſeras. Non eras paſſurus. Deinde non timuiſti, ne mihi animum pereundi vel hoc faceret, quod putabam me iuberi? Facinus eſt ſi morior, vt poſtea queratur an volueris occidere. Tu licet inuidiam vocis illius alterius mentis ſimulatione defendas, occiſuri tamen fuit ipſum experimentum. Non intereſt rigoris, quādam patientia, an tentes. Nunquam mouebit patrem filius hoc quod moritur, quem nō mouit hoc, quod paratus eſt mori. Quid nunc faciam iudices pertinaciſſimo rigori? in quod me componam patientiæ genus? videtis hominem quem nullus animi mei ſtatus mutat, quem conſtantia noſtra, quem offendit infirmitas. Viuere volo, perturbat, expellit. Mori conor, interpellat, exagitat. Iam fortaiſſis aliquid (ſi nobis hodie quoque clemētia veſtra ſuccurrerit) parauit, inuenit. Quis finis, quis exitus incredibilium malorum? de filio abſoluto fecit vt mori mallet, de moriente ut viveret. Vos vero ſanctiſſimi viri, quo iam ambitu, quibus poſſem conuenire precibus? Ille veſter infelix, ille veſter abſolutus, flere vetitus eſt. Non habet gratiam ſuam toties genua complecti, & ad fatigatam miſericordiam noui diſcriminis pondus attulimus. O mors ſemper imperata miſeris, negata cupientibus, quando ſuccurres? Me infelicem, perdiſti venenum. Sed quatinus aliquid pater expectationi tuæ repromiſi, nolo deſperes. Fruere quinimo ante ſuprema, ante exitum meum hac voce viciſti. Neſcio quidem quod rurfus eligam obitus genus, an placet reparare virus infelix. Sed prædico, teſtor, quæcunque ſederit traditio læti, miſerere, ne iubeas, miſerere, ne cogas. Facilius me occiderent gemitus tui, lachrymæ tuæ. Et ne mihi putes illā ſecreti noſtri excidiſſe vocem, venenum quidem te iubente bibere nō potui, quādoque tamen hoc occidet quod bibere iuſſiſti.

INFAMIS IN MATREM.
ARGUMENTVM DECLAMATIONIS XVIII.

Malæ tractationis sit actio. Speciosum filium infanem tanquam incestum cum matre cõmitteret, pater in secreta parte domus torfit: & occidit in tormentis. Interrogat illum mater, quid ex filio compererit. Nolentem dicere malæ tractationis accusat.

PRO MULIERE CONTRA MARITVM.

T si iudices callidissimus parricida facinus suū sic ordinauit, ut uobis matrē faceret inuisam siue dissimularet misera mortē filii sui, siue quereretur, tātāq; monstrorū nouitate circumdatam eo perduxit, ut sibi videatur infamaturus iterū vel patiētiam nostrā uel dolorē: matri tamen in cuius calamitatibus ne minimū sibi vindicat orbitas locum, ideo ad vos fugiendū fuit, ut sciretis nō illi præstari q̄ tacet maritus. Laudo iudices, laudo miserā, q̄ interrogare noluit domū, q̄ nihil fecit & ipsa secreto. Hic corā ciuitate, corā liberis ac parētib9, & (licet dissimulare parricida videatur) coram rumore mater inquit, quid tormentis vnici quæsierit, quid morte compererit. Respondeat saltem reus, fateatur iratus, cur in peracta crudelitate modestiæ fronte substitit. Nec vxori potest videri parcere, de qua scire voluit, an esset incesta: nec filio, quem tanquam sciret, ne uo bis accusare videatur. Ream se incesti, reā parricidii putat. Exibet populo consciētā suā, & aduersus quēcūque sermonem, quodcūque secretum, marito, famæ præstat interrogandi potestatem. Vellet innocētiā suis probare visceribus, vellet in equuleos, in ignes hāc miseram præcipitare pietatem. Ignoscite iudices impatientiæ, quæ contra callidissimam dissimulationem libertate doloris exastuat. Incestum probaretur silentio patris, si taceret & mater. Equidem iudices tam contrarios affectus senis satis admirari, satis stupere non possum. In rumore tam suspicax, post tormenta patiēs, modo ad fabulas vulgaresq; sermones pronus ac facilis, in orbitate, in parricidio, reatus quoq; dolore, cōticuit. Quo repente reuersus est: in quā modestiā desperationēque defecit: torfit tanq̄ dicturum, tacet tanq̄ dixerit. Fidē igitur vestram iudices ne cui præstet magnæ seueritatis auctoritatē nō posse defendi, neue ideo suspicari nefanda malitis, quia se filio parricida miratur. Parcere nunc illum cuiq̄ tacendo creditis? loqui se tum maxime putat. Et si bene artes & profundæ mentis consilia perspicio, respondere sibi videtur plus q̄ mater interrogat. Fallitur quisquis hūc esse credit inexplicabilis doloris æstus, & inter silentii cōfessionisq; causas miserum pudorem. Aliū exitum non habet, q̄ ut respondere nolle videatur quis quia filium occidit, & probare non potest propter quod debuerit occidi. Cōiungat quantum uolet nocentissimus senex cum rumore populi silentium suū, & relatura ordinem tristissimæ fortis collata malignitate eludat ora, compescat aditus, securi tamē estote mortales, fas est innocētissimæ matri velut in tēplis, velut apud ipsos proclamare superos, amaui filiū meū. Matrona iudices cuius puellares annos, primā rudēque coniugii mentē nulla libidinū respersit infamia, cui impudens rumor, suspicax maritus nihil vnq̄ potuit obicere nisi filium, quæ pudicitia pri ma fiducia est, edidit partum quē maritus agnosceret, non timuit ne supra furtiuōsq; concubitus paruuli vultus, aut crescentis infantia similitudo detegeret. Natum de se cōtinuo (si quid ipsi creditis) impatiētius complexa q̄ reliquæ parentes, nō in nutrices nec in ministeria seposuit, suis aluit vberibus, suo fouit amplexu. Nunquid & hos annos parricida, nunquid & pueritiam miseri iuuenis infamias? Actum est de sacrorum nominum fide, si ut videatur innocens mater, ætas tantum filii facit. Accendebat hanc erga vnicum optimæ matris impatiētiā rigidus pater, asper maritus, & sibi videbatur parum implere, quem pro duobus conferebat affectum. Rarus hic nanque ad oscula, difficilis amplexibus, & qui vnicum aspiceret animo quo quādoq; posset occidere, fecit ut notabilior esset charitas matris. Omnis igitur miseræ sermo cum filio, omnis in publicum pariter egressus. Gaudebat etiam quod laudandus occursibus, q̄ omni frequentia cœtūq; conspicuus, populo iam ipse fateretur, quod plus amaretur à matre. Miseremini iudices, ne nefandas suspitiones maritum ex vilius traxisse credatis indicis, suum rigorem, suum tantum secutus est animum. Filium si non ames, videatur tibi mater adamasse. Questurum nunc me iudices putatis de licentia sermonis humani? Ego vero iuxta hunc patrē nō accuso rumorem. Quæ materia fabulæ tā impudentis, quis fuerit auctor: iste probauit, qui credidit. Facillimum fuit ut loqueretur populus de incesto, de quo mirabatur patrē suspicari. Hæc sunt iudices quæ mater fecit secure, simpliciter, palam, coram marito, coram ciuitate. Referat nunc suum iste secretum. Iuuenem (quæ integritatis prima simplicitas est) nihil timētem

in partē domus, qua nulla proclamatio, nullus poterat gemitus audiri, rapuit, abduxit. Ibi verberibus, ignibus, omni crudelitatis arte consumpsit. Quis vnq̃ iudices peius de innocentia tēporum, de sacris meruit affectibus? torfit filium vt probaretur incestū, occidit ut crederetur. Ponite nunc ante oculos iudices duorū parentū confessionem. Mater exclamat, filiū amaui, pater dicit, occidi. Nefas est utrūque putetis innocentē. Iam quidē nocentissime senex grande deprehensā feritatis indicium est: q̃ cū filiū occideris, vt interrogeris expectas. Non erumpis ab illo secreto tuo terribilis in publicum, & homo filii cruore perfusus non proclamas, non deos hominesq; testaris, non occidis & matrē. Scilicet modestia te scelērū tuorū q̃ maxime decet, & ideo tibi relinquis vnde sis quietā patientiā. Miser parcis vxori, coniugales deos & lectuli iura reuereris? O q̃ non habet nec quod mentiatur. Malā tractationis agimus. Placet ergo iudices, vt illa voce qua matrimoniorū cōquerimur iniurias, gemitu quo corporū cōtumelias, dāna, cultus, & negatos in publicum deflemus egressus, orbitates ac liberorū suprema plangantur? Quid tamen facere vultis miserum dolorem, si non habet aliam sexus hic legem, si intra iuris huius angustias omnis nuptiarum querela constricta est? Mater quā de morte filii maritum malā tractationis accusat, non vindicat, sed probare contenta est quod nō debuerit occidi. Omittamus paulisper iudices orbitatis tristissimā dolorem, & in parricidio malā tractationis reddamus aliunde causas. Ita nō iuste quereretur vxor, si diceret, adulteriū de me facile suspicatus es, cito credidisti? Matronalis pudor tutelam non ex sua tantum innocentia habet, infirmitas huius sexus non potest totam improbitatis existimationem debere tantum moribus suis: omnis in foeminas venit maritorum prædicatione reuerentia, omnes sermones originē de vestris pectoribus accipiunt. Tristior vultus, querela, fastidium, fatum est coniugii. De pudore pronunciat, mittit in ora populi, mittit in fabulas, hoc proxima ministeria narrant, hoc exteri putāt. Nemo peiore exemplo temere de vxore credit, q̃ cui omnes credituri sunt. Sane faciat vos pronos ad suspiciones nimia charitas, & ex impatience diligendi plerunque descendat vt credas facile quod timeas. Furtiua stupra, raptosq; concubitus obuiat vel falso maritus, fas est, fieri solet, parcus tamen si iam sit & mater, si in fidem castitatis vxoria seceditate profecerit. Quid si sit iam iuvene quoque filio seuera, iam nurum nepotēq; prospiciat? Miseremini tēporum, ne alienā innocentia interpretationem de suis quisq; moribus trahat. Incestū posse fieri pater hoc solo vult probare, q̃ filiū potuit occidere. Rumor, inquit, fuit. Est hercules cui contra rerū naturā, contra parentes liberōsque credatur. Rumor fuit. Hoc ergo sic audiemus tanq̃ si diceres conficius detulit seruus, nunciauit ancilla, improuius affuit, dum non timeor adueni. Rogo iudices vtrū credibiles putatis incestū de matre, an de rumore mendacium? Rē impudētissimā populus loquēdo fecerat, nisi pater credidisset. Pessimū iudices humanarū mentiū malū est, q̃ semper auidius nefanda fingūt, nec vīquā se maius opera precii putant maligni facere sermones, q̃ cū incredibilia quasi deprehensa narrantur. Necesse est cōtentiosius loquaris quod probare nō possis, & affirmationē sumit ex homine, quicquid non habet ex veritate. Est tamē hoc iniquissimū de loquacitate populi, q̃ plerūq; famā accendit cōtētio nō credētū. Materiam miraris rumoris, de qua nemo nec sibi credit, quā qui narrat assignat alii? Rumor res sine teste, sine indice, res ex incertis improbiissima, maligna, fallax, & similis silentio tuo. Quid & ipse de rumore senseris, vis breuiter probem? Tormentis quarendum putasti, an verum diceret. Sane sit aliqua publici sermonis auctoritas in illis, ad quā fas est populi peruenire notitiam. Vnde cur adulteria proferantur in fabulas, explicantur per ministeria per conficiōs, habent incon-sulta gaudia. Pars voluptatis videtur esse iactatio. Facinus vero, cui si fas est vt illud humanā mētis capiat audacia, circumdatur vndique nox profunda, densior caligo tenebrarum quod nocētes suis quoque oculis uix fatentur, non seruo, non creditur ancillā. Quid internūciis, qd opus est ministeriis? sufficit animus duorū, explicat omne filius matrēq; secretū. Incestū tanto incredibilis est, quanto & de illo plures loquuntur. O misera conditio sexus, cuius ipse plerūq; virtutes, fabulas parant. Cur ista nullis in publicum gaudet egressibus? Vnde aduersum omnes tā rigida cōuersatio, tā seuerus affectus? Nihil cōcupisset, nihil ergo desiderat? Filius possidet cuncta tempora vniuersos occupauit affectus filius, matris tota iactatio est. Rogo nunquid admauit? Mihi credite, non est nefandorū ista simplicitas, da vt sit hæc inter matrem & filium cōscientia, parent osculis palām, abstinebunt coram patre complexibus, omnis familiaritas substringetur in publico, sermones, occurus coram seruulis libertisq; vitabunt, & maximi sceleris ardor captabit affectare grauitatem. Elige parricida quod voles, incestum diligens suspectū non erit, negligens deprehenditur. Sed quid ego sic ago, tanquam inauditum, incredibile scelus locutus sit populus? Teneo in hoc sermone facinus vnius mali mariti. Non interest

incestum de vxore fingat, an credat. Quid, iste ergo non timuit tam nefandæ rei famam, nec ad aures patris peruenire rumor erubuit? Dissimules licet, à te malignitas accepit ortum, te secutus est quisquis hoc ausus est narrare, proferre. Da bonum patrem, bonum maritum, dictum me putas, non credet? Nesciet esse rumorem. Ite nunc iudices, & adhuc dubitate quis famæ fuerit auctor, cuius pater agit causam. Speciosus, inquit, fuit. Nō magis hoc facinus in matre est, quàm crimen in filio. Speciosus fuit. Vt hoc obiici possit, vt debeat, adiice & adulter & raptor, in illa matrona maritali dolore penè percussus, in illa virgine publica subclamatus inuidia, quanquam hæc quoq; intra notos discutunt iuuentutis excursus. Quid ais? ab incesto libidines ceperunt? hoc primum vnquam iuuenis admisit? hoc solum argumentum sumis ex forma? Dic potius, deprehendi iuuenē mihi venena miscentem, in necem meā conscientia sceleris est armatus. Infinitū est quantū debeat ante fecisse filius, vt de illo incestum pater sibi credat. Speciosus fuit. Quis enim non est formosus filius matri? Amant debilitates, amplectuntur illum morborū suppliciorūq; pallorem, & in vires charitatis accrescit ipsa miseratio. Non impedit ægræ pietatis an imū deformitas, pulchritudo nō augeat. Amare liberos vnus affectus est. Liberi marite, liberi non amantur oculis: non cōplectitur mater ore, non vultu, sed est in filio matri nescio quid de homine formosus. Possit forsitan nouitas sollicitare visus, expugnare mētes, in matris aspectu coalescit infantia, pueritia confurgit, iuuēta surrepit, speciosum suū quotidie videt, miratur, amplectitur. Quæ tandiu amauit, quādo incipiet amare desinere? Non est opus nocentissime senex ad hoc nefas charitate, sed amentia, sed furore. Vt in iuvene suo mater possit cōcupiscere q̄ formosior est, oderit oportet q̄ filius est, & adeo sacris affectibus nō ad iuuatur in facinus, vt ad aliud nisi per obliuionē sui transire nō possit. Quid q̄ & incredibilis est, quod parē duorū poscit infantiæ, & ad incestū opus est vt adamet & filius, non vt adametur solū? Ab vtro deinde vultis incipere preces, venire sermonem? Audebit hoc rogare filius matrem? mater hoc impetraturam se sperabit à filio? Hunc animum tuū senex, quocum maxime taces, si non est callida, non maligna simulatio de fide tanti sceleris interrogo, an potest mater admittere quod loqui non potest pater. Speciosus fuit. Libet interrogare hoc loco omnes humani generis affectus. Placet ergo vt si filio obtigerit indulgentior facies, vultus erectior, refugiat mater amplexus? Si virginem vsque ad notabilem speciem natura formauerit, timeat oscula pater, horreatq; contactum? Dii deaq; male perdant tam impudentes sollicitudines, tam nefarios metus. Prope est ab incesto, timere ne fiat. Malo simplicitatem, quæ non vereatur infamiam, malo nudos affectus, inconsultamque pietatem. Nihil de se fingi, nihil credat posse narrari. Teneat infatigabiliter, auidē, tanti fama non est vt amet filium mater solitudine pudicitiae. Me quidem marite si quis interroget, omnes matres liberos tanquam ad amauerint, amant. Videbis oculos nunquam à facie vultūque desistere, comere caput, habitūque componere, suspirare cum recesserit, exultare cum venerit, conserere manus, pendere cervicibus: non oculis, non colloquiis, non præsentia voluptate satiari. Hoc est ergo in tam nefanda suspitione sauiissimum, incestum non potest fingi, nisi de optima matre. Execraret mehercule iudices, si crimen istud clarius obiecisset filio pater, si vsque ad verborum processisset amentiam. Nemini minus fas esse debet credere incestum, quàm qui propter illud paratus est filium occidere. Quid quod non credis tantum nefande, sed quatis? Ita tu non times monstri huius agitare secretum? Populus loquitur incestum, sed tu nega. Citius infamat, tanta magis osculare vnicum, & coniugem tene, pariter duos circa tuum stringe complexum. Proh inaudita feritas, ita patri non sufficit non credere incestum, quod non potest probare? Ferrē tamen adhuc suspiciones tuas nefandissime senex, si dissimulanter indicia tanti sceleris agitaſſes. Obserua sermones, secreta custodi, omnium dierum noctūmq; momentis sagax scrutator insiste. Quid tibi cum abruptis? quid cum supremis? Incestum iam credas oportet vt torqueas. At tu, proh nefas, verberibus, ignibus, & tota crudelitatis arte scrutaris rem, de qua non debes interrogare seruos, de qua vernilium quoq; corporum patientiam petulanter excuteret. Laminas accendis, equuleos moues, & parricidio suspicaris incestum. Nescis quod præceps, quod abruptum tam nefandæ diligentia furore comoueas? Pater qui de incesto filiū torquet, non est neganti crediturus. Omnium quidē iudices incertorum suspiciones pessime semper à corporibus incipiunt, nec bene de cuiusq; moribus illam partē hominis interroges, quæ non animo, sed dolore respondet. Nondum dico quem torqueas, quis inter equuleos ignēsq; ponatur, cuius arguta prius indicia præcedant, nouissimum debet esse, quicquid torquet & punit. Fidem hominum deorūmq; ne gravitatem putetis à nouissimis vltimūq; cepisse. Non habet

probationē facinus, de qua pater non potest aliū torquere q̄ filiū. Vi deo qua possis ratione defendi, si omnia ante fecisti, vt incestū aliter erueres. Quid ais? Interrogasti seruulos, non potuit conscius inueniri? Exquisisti ancillas, non apparuit ministra flagitii. Non obscena literarum cōmercia, non fatentisprehendisti nefandæ blanditias? Nihil iuuenis maritus, dominus, pater? Nunc & dic scisse rumorē, sed vt torqueas, ducatur tamen quæstio per coniugis ministeria, per filii seruulos, in illa potius vilitate desæuiat. Prius est vt repudietur vxor, vt diuortio fiat in domo grande secretū. Excedit omnē immanitatē, filium ideo torquere vt scias an innocens torqueatur. Vnicū pater ignibus verberibūsq; interrogas, rogo quid factururus si pernegauerit? Videlicet vt laudes, deinde dimittas: vt amplectaris perusta vitalia, & laceri pectoris vulnere pietati rursus admoueas. Solus superest pudor homini, qui torfit unicū, ut torquere debuerit. Faciat te necesse est res ista pessimum patrem, & oderis oportet filium, cui satisfacere non possis, lamiam malo venena, ferrum, subitos ictus, improuissimq; mortem. Incestum qui non credit, torquere non debet: qui credit, statim debet occidere. Quod si tormenta etiam filii placent, si præstada est satisfactio tam nefandi rumoris, exigo ne perdas quæstionem, in media ciuitate, in ipsa constitue fama, aduoca illos malignos, illos loquaces, & seculi rem exquire auidiēte populo. Corā omnibus torqueri debet, de quo loquūtur omnes. Interroget quisq; quod volet, suis auribus suis credat oculis. Cur in abdita semotāq; partē iuuenis abducitur? Secretū quæstiois nec incesto filio debetur, nec innocētī. Dabo adhuc inter secretū publicationēq; temperamentū. Aduoca propinquos, adhibe amicos, circūpone iuueni serios senes, interfint magi stratus, assistant quibus habere possit ciuitas fidē. Præstare debes aut tibi vt probare possis, si cōfessus fuerit: aut filio, si pernegauerit. At tu nefande, crudelis, tollis quæstionis alterā partē, efficis ne possit amplius innocens esse qui tortus est. Quid agunt contra populum tormenta secreta? Prædico, testor, iterū dantur malignis alimēta sermonibus, & a quæstione seposita in maius reditur incestum. Coram omnibus torquere debet filium pater, & qui vult absoluerē, & qui est paratus occidere. Non vultis iudices ad facinus indignissimæ quæstionis accedat, & q̄ ipse torfit filium pater? Adeo ne non potuit libertis aut seruulis necessitas ista mandari, non carnis flex potius adhiberi? Pater in tormentis filii non auersos tenuit oculos, ipse vestes scidit, velamenta lacerauit, manibus flagella concussit, renouauit ignes, & mori filium contentione non finit, diduxit os, quod iam suprema claudēbant, fouit animum vt longis cruciatibus patientia sufficeret. Odignum patrem, cui dicat innocens filius, feci. Non mehercule improbe mihi proclamaturus hoc loco videor, hominem qui torquetur in matrem, debere coram matre torqueri. Cur excluditur infelix a sua causa, a sua quæstione? Adhibe speciosos cruciatibus hāc nimis amantem: huius gemitus excipe, huius suspiria oculōsq; custodi: si quod facinus admisum est, torquebis quidem filiū, sed fatebitur mater. Irrumpere metum maxime puta in illud tuum parricida secretum, iniice properanti quæstioni manū, inhibe ictus, subtrahē paulisper ignes, quicquid est quod eruiisti profer in medium, memento te fecisse de filio, propter quod tibi non debeat credi. Quid spiritū dolore præcipitas? Quid misera interualla patientiæ perti naci crudelitate continuas, si frustra tibi sufficere credis quod audieris nunciare, proferre? Incestum vt credatur ipse debet audiri. Mirabar & ego iudices si tam nefanda quæstio aliū exitū potuisset habere, q̄ mortē. Hic est parricidii pudor, sic desinunt quæ incipere non debent. Facinus quæstionis, operis scelere maiore, exire tibi videris per orbitatem. Scimus vnde venerit ista cōtentio, nihil extorfit sæuitia misero. Vincit torquētē qui occiditur. Lamiā nō miror, q̄ post ista non habes vocē, verba nō inuenis. Vnicū sine teste lacerasti, vnicū occidisti, soli tibi deinde notū vis videri celare facinus, & in parricidio quæris aliunde tristitiā. Præpostera res est filiū occidere, deinde erubescere. Fas non est non esse notum, propter quod se parricida putat innocentem. Eligas vtrum voles, aut tormenta damnes necesse est, aut silentium. Quod non debet indicari, quæri non debet. Possis videri fortassis crudelissime senex silentiū filio præstare, si viueret. Cōsumpta est paterni nominis religio, omnis pietatis sublata reuerentia. Si hoc ille meruit, parū in quæstione, parū vltionis in morte est. Vindicare vis confessionē? induc cadāver, & super illa vulnere omnes pone causas. Non est eiisdē fateri cur torseris, & tacere cur occideris. Quid ais sæuissime parricida? Filium cōsumpsisti per flagella, per laminas. Potes agere, viscera de tuis concepta vitalibus, sanguinē qui de tua fluxit anima, non infānia, non furore, sed quātum vis videri cōsilio, grauitate lacerasti. Potes tacere, super vulnere vnicū, super exutos artus metuendus assitis, & causas quærente matre, quærente populo, hoc solum dicis, occidi, contenta esse debet incerto. Interrogari nunc te marite credis a matre solā causas mortis illius reposcit

reposeit sollicitudo generis humani. Stant circa liberos attoniti parentes, horret inuicē se charitas fraterna cōplecti, rupta est illa osculorū inter foceros generosq; simplicitas. Quousq; nos cū silentii tui interpretatione cōmittis? Si nihil factū est quod debeat erubescere temporū pudor, quid sibi volunt verba media, suspensa? Si nefas prodigiosis simile fabulis deprehendisti, miserere, ne sis vna morte contentus. Incesta grauius odisse debes, q; & venit in forū, q; audaciā innocentis imitatur, & tacenti videtur irasci. Cum filiū propter rumorē torseris, propter tormenta occideris, non est media res, vt neutrū sciamus. Mater quidē iudices innocētissima hoc cōplorat, hoc ferre non potest, q; nihil parricida respōdet. Sed nobis videtur iamiamq; esse dicturus. Non fallit nos nefande quid captes, hoc q; supra silentiū trahis alta suspiria, q; prorumpenti videris exclamatione deficere, mendacio paratur auctoritas, & in fidem erupturæ vocis affertur, vt fateri videaris inuitus. Dic tamen, par est huic rei matris integritas vt mentiaris. O quāto nunc dolore torqueris, q; instantē nō potes aliqua truci proclamatione discutere, Nō verba tibi contra miserā, sed argumenta desunt: non voce, sed probatione deficeris. Quod solum datur, relinquis infamia, & nos cū perpetua sermonū malignitate committis. Qui interrogantē nec damnat, nec absoluit, rumore contentus est. Modestā mariti pariter & patris accipite. De muliere quæ conuinci non potest, sufficere sibi putat vt incesta credatur. Quis vnq; tam nefandas artes, tam cruentū deprehendit ingeniū? quia non potest probare quod dixerit, captat ut credatur quod non dixit. Dissimulas, taces sæue, crudelis inuenisti tormenta patris. Audi quid misera simplicissimo dolore proclamet. Non efficies, inquit, callidissime parricidarum, vt non audeam cadauer amplecti. Ego vero incesta sum si possum moderari gemitus, cōprimere lachrymas. Coite in funus omnes liberi, omnes parentes, custodite planctus meos, obseruate suspiria, siquid feci, siquid amisi, fatebor. Ecce supra lectulum effusa feralem, laceros artus & perustum cōplexa corpus exclamo, teneo vnicū meū, velit nolit inuidia meum misera formosum. Hoc erat quod infelicissimā matrē vltra solitæ charitatis exagitabat affectus, amabam marite periturum. Infames quantumlibet hanc impatientiam, ego mihi videor defuisse, cessasse, multū de læticia, multū perdidisse de gaudiis. Nemo vnq; filium nimis amauit. Excuso tibi, inquit, iuuenis innocētissime q; supremis tuis nondum præstiti misera comitatū. Vivere quidem te defuncto cōtinuo non debui, sed mori marito tacente non potui. Rumpam tædiū lucis inuise, sed prius licuerit coram ciuitate manibus tuis iusta persolvere, cum damnato supra callidissimum silentium parricida, nihil te dixisse constiterit. Ignosce q; ad iudicium istud orbata durauit. Timui ne si ad exitum impatientia, si præcipiti pietate properassem, faceret alium parricida de mea morte rumorem.

SIMILITER INFAMIS IN MATREM.

Ex superiore argumento DECLAMATIO XIX.

PRO VIRO CONTRA VXOREM.

Ebebatur quidē tristissimæ orbitatis misero pudori, vt iā taceremus omnes, & post tam prodigiosas rerū sermonūq; nouitates, oportuerat hoc esse nouissimū de malis infelicissimæ domus, q; occidi filiū pater. Sed quoniā mulier immodici semper affectus, supra cūcta quæ vel passus sum paulo ante, vel feci, reatus quoque me dolore conculsit, veni petiturus à vobis ne me scientem silentium cōtentioni præstare credatis. Non quia occidi filiū taceo, sed occisus est vt tacerem. Vtinā iudices negare possem q; occidi, vtinā totum miseræ necessitatis ordinem fas esset intrare, & oris huius premere secretū. Miratur hanc aliquis patientiā meam? Ardor ille qui me modo impiegit in filium, ipsa sui immanitate consumptus est. Quicquid erumpere posset in proclamationem, parricidio peractū est, in orbitate conticuit. Non habeo affectū, nisi quo cūcta tantū patiar, audiā, ferā. Vtrūq; de filio fieri non potest, vt & occiderim, & fatear cur meruerit occidi. Quapropter iudices satis admirari, satis stupere non possum, q; mulier cuius præter optimam sane conscientiā, sexus quoq; maiorē malis nostris pudorē præstare debebat, tacere non potest silentiū meum. Nouo quinimo fabulotōq; secū impatiētiae genere dissentit. Quæritur de populo quod loquatur, de patre q; taceat. Nec contenta confessione mariti, nihil se dissimulare, nihil scire reatus auctoritate testantis, mauult de silentio meo facere secretum orbitatis. Istud amentia sit an innocētia, perditus dolor viderit. Ipsius animus potest scire quid filius meus dixerit, quæ me putat habere quod dicam. Fidem igitur vestrā iudices, ne vos orbitatis miseratione confundat sola mater, neue maximæ calamitatis ibi tantum putetis reledisse sensum. vnde vos lachrymæ gemitūq; conueniunt. Mei magis debetis in vxoris comparatione mise-

reri, qui filium & perdidisti, & occidisti. Ego sum infelicior ex parentibus duobus, qui quicquid
 Iudices ista complorat, & patior, & feci. Felicem ignorantiam conscientiam matris, qua suffi-
 cit interrogare. Maior me impatientia, maior vrit affectus, cur filium occiderim indicare non
 possum, nec poenitet quod occidi. Infelix senectus, misera patientia, sic quoque quod multa dicenda
 sunt: Fuimus quondam iudices, fuimus felicissimi parentes, cum adhuc rudis vnicui nobis blanda
 diretur infantia, durauitque domus tota prosperitas, quod diu pariter fruebamur, pariter dileximus,
 quod diu ciuitas de nobis hoc solum poterat loqui, filium nos habere formosum. Ut uero in eam
 adoleuit aetatem, in qua corporalibus bonis iuuentus insolenter exultat, superbus atque arro-
 gans, in nullum vitæ genus, non in priuatos, non in publicos actus florentem duxit aetatem.
 Dii immortales quantus qualisque circa iuuenem rumor ingemuit? omnium maledictis succlama-
 tus, omnium denunciatione damnatus est, donec & ipse consensum circa se publici doloris agno-
 sceret. Inde rarus in publico, & tanquam patris occursum, tanquam ciuitatis ora vitaret. Non est leue co-
 cipere verbis, in quantam ciuitatis execrationem, in quantam culpam iuuenis inciderit. Dictus est oc-
 cidere posse patrem, dictus est dignus, quem posset etiam pater occidere. Quid facerent iudices infeli-
 cissimus senex? iam iam non euitabat fama nec patrem, iam meis auribus nemo parcebat. Interro-
 gare non audebam, dissimulare non poteram. Fallitur quisquis me putat quicquam fecisse consilio: im-
 petus, ac temporis ipsius nescio quis ardor explicuit. Preparari filio tormenta non possunt. Est
 in miseris penatibus pars remota, seposita, profunda tenebris, tristis accessu, omnibus apta fla-
 gitii, & in qua audeat facere facinus & pater. Illo fateor dum me varia cogitationes per totius
 domus spatia circumagunt, quantum intelligere licuit improuisi adueni. Et ille quidem ad con-
 spectum meum tanquam deprehensus obstupuit, refugitque; trepidus, puto ne quaereret causam. Irru-
 pto festinanter, auidem, sine liberto, sine serulo, sicut me deprehenderat temporis illius fatum, mani-
 bus, ictibus, & quaecumque ex obuiis dolor in telorum transfulerat versus, ultra vires senectutis ag-
 gressus, ignes ex proximo raptos, verbera quæ casus obtulerat, non diuiso dolore, non per partes,
 non per intervalla suspensio, sed semel, sed pariter inuado. Pars secreti fuit, ut ipse torquerem.
 Dii immortales, quæ contumacia, quæ fuit illa patientia, cum domi torqueretur a patre, non in-
 uocare matrem? Non repugnauit iuuenis, non opposuit manus, nullum implorauit auxilium. Meris
 tantum diebusque, luminibus tanquam vnicuique flagella sustinuisset, tanquam meis torqueretur oculis, om-
 nes ictus excepit in faciem, verberibus, ignibus laudatos vultus velut illis irascere, opposuit.
 Reddo testimonium nouissimum pudori, cum iam mori vellet, occisus est. Laudo iudices patien-
 tiam matris, cum & ipsa semper plurimum esset domi, & ab illo secreto fortasse non longe, in-
 teruenire noluit, interpellare non ausa est. Sed & manibus meis gratulor, quod non propinquus
 aliquis, non amicus irrupit, occidisset quisquis me tunc ausus fuisset interrogare pro filio. Se-
 pelui tamen lacera membra, funus indulsi, ossa collegi. Non iniecit vxor lectulo manum, non
 inter exequias planctibus elisusque; verbis mihi fecit inuidiam. Vnde in hac impatientia prorupit,
 exiuit domi me nihil interrogauit. Possum iam mater infelix coram liberis ac parentibus, possum
 audientibus diis hominibusque; clamare, & ego amaui filium meum, non osculis, non infirmitate,
 non lachrymis, sed viribus, dolore, patientia. Vnicuique si acie clausisset hostis, vicaria morte
 seruassent, si subitum cinxisset incendium, extulissent relicta meorum parte membrorum, eri-
 pui malignitati, abstuli famam. Habeo quod imputem tibi naturæ pietas. Rem difficillimam fe-
 ci, quod non me potius occidi. Malæ tractationis accusat. A deo ne vxor tibi parum videor dedisse
 poenarum, post periculum & labores ne lucrifaciat pater, quod occidit filium suum? Non pudet er-
 go si irascaris parricida? Quid tibi cum lege quam vos propter minores accepistis affectus?
 Querelas habet ista non gemitus, & matre seposita solam complorat vxorem. Rursus ad po-
 pulum vocas miserum pudorem? materiam noui rumoris accendis? Perdidisti ergo rationem se-
 creti mei. Sic omnia feceram, ne quid aut queri posset, aut dici. Iam vero quid impudentius,
 quid indignius quam cum sibi de liberis credunt licere tantumdem, & æquum ius patris ac matris esse
 contendunt, quasi nesciant nobis arbitrium vitæ necisque commissum? Non est privilegium,
 filium occidere cum fieri potest, nec quisque tantum ideo fecit, quia liceret. Viscera vnicui lacerare
 suffeci. Ignosce, si non potes mihi credere, nemo filium suum occidit odio, non erit tanti iu-
 uenis inuisus. Illud est in patribus usque; ad patricidium terribile, quod amant, quod succurrunt, quod sibi
 videntur aliter non posse misereri. Non est quod vos ab existimatione malorum meorum mollior se-
 xus abducatur. Maioris affectus est filium occidere, quam vindicare. Define igitur me mulier fatigare
 interrogationibus tuis. Ita tibi non videtur omnia respondere pro filio, qui dicit, occidisti? Et li-
 cet comprimantur exclamationes, ora claudantur, nihil negat, qui hoc fateatur. Atqui summo-

rum

rum facinorum ipsa immanitas innocentia est. Filium pater non demens, non insanus occidi. Hominem extra sensus affectibus; positum quisquis nunc miseratur, occidit. Vides senem sanguine suo fluentē, laceratis exustisq; illis sanctioribus charioribusq; visceribus super exanimis vni corpus cruentis manibus iacentem? Horreo cadaver, & velut corpora quæ cælestis examinavit ignis, adire propius timeo. Ad quædā facinora sufficit claudere oculos, vultus auertere, tacere, mirari, & incredibiles calamitates relinquere suis causis. Miserere, ne quid ampli⁹ quæras, ne quid interroges. Dicturū me putas, parce seculo, parce marito, parce patri? Tu vero parce illi qui occisus est. Nouum iudices vxoris in maritū crimen audite. Silentium est de quo queritur. Solebat indignatio vestra conuicia nostra ferre nō posse, & matronalis indignatio dicere videbatur, non parcis erga me merite verbis, nullam habet nostri tuus sermo reuerentiam, facile prorūpis in opprobria, facile quod libet obiicis, exclamas, & dum nimitū libertati uocis indulges, potest populus aliquē de me facere rumorē. Tu mulier obiicis mihi rem quæ nulli vnq; crimini fuit, solā in nostris moribus innocentia voce reprehensam tuetur taciturnitas. Vide cur manus, cur verba peccare videantur. Illis infamamus, his torquemus, occidimus. Vis scire q̄ nō possis queri de silentio meo? Felicissima fueras si idem fecissemus omnes. Finge me paulisper sepositis silentii causis, hoc tantū respondere, nō prodo secretū. Ex omnibus iudices, quibus humana pectora seriis grauib⁹sq; cōplectūtur affectibus, nullā difficiliorē q̄ filietū credo virtutem, adeoq; promptissimo sermone facile delinquimus, vt constantiam tacendi, neq; in aliis ferre possimus. Crimen hoc in me mulier vocat, quod in priscis illis morum mentiumq; rectoribus fuit prima sapientia, q̄ quosdam totius vitæ pertulisse patiētiam magis illa misera miratur antiquitas, quā quod temporum vices, siderum cursus, & profunda naturæ velut conscia ratione sanxerunt. Quæ per fidem impotentia est effringere rigens sacra dissimulatione pectus, euoluere animum, quem super sua secreta compositum non lætitia, non dolor, non necessitas, non fortuna laxauerint? Quisquis de tacente queritur, multo minus ferre poterit loquentem. Nec adeo coniugali societate cuncta miscētur, vt nihil sibi aduersus hanc concordiam proprium relinquat animus. Est aliquis etiam à sanguine suo secretus affectus, genūsq; reuerentiæ, vt tacenda minime velis scire charissimos: quædam nō possis verberibus, equuleis exuere, & plerōsq; videas fortiter super sua secreta morientes. Agedum (si videtur) vtrunq; exum, omnem conditionem, omnem scrutemur ætatem, nullum sine conscientia peccus, nulla vita sine causis tacendi. Si te interrogaret omnia maritus, haberes aliquid & tu quod non fatereris. Et quanto silentium grauius est in sene, verecundius in marito, sanctius in patre. Pudeat nos mulier infirmitatis. Vicit nos modo iuuenis ille constantia, mori voluit vt taceremus. Vides mulier quibus interpretationibus præstes tuum dolorem? Diceris ideo me interrogare, quia scis omnia me potius pati male, quā loqui. Quis enim in hac ciuitate nō nouit taciturnitatis meæ rigorem? Quis ignorat quæ cuncta soleam ferre patientia? Ne occisurus quidem suspiria gemitusque præmisi. Nihil feci vnde erupturum quandoq; in orbitatem patris animum, aut tu precio timore sentires, aut ipse periturus. Hanc nunc me iactare conscientia putas, q̄ nihil in publico, nihil in vllō mihi permisi proclamare conuentu? Ego vero non sum questus de iuvene nec tibi, nec captaui vt illum mecum & mater odisset. Frustra te putas extorquere accusatione posse, quod mihi non ipsæ calamitates, non dolor, non meditatio orbitatis expressit. Vras licet, durabo, perferā, passus sum iam quod erat difficilius, occidi. Torfit, inquit, filium meum. Breuiter iudices ratio reddatur, infamem. Quid refert an innocentem, si illud omnibus liquet? Iuuenem cunctis pignoribus inuisum, omnibus affectibus grauem maligni fecere sermones. Quid agimus anime? quemadmodum effugimus, euadimus? In tanta infamia nihil facere, credētis est. Vis me circumire singulos, reclamare populo, cum rumore rixari? Tuæ fortassis infirmitati conueniat negare, me tantū fortior assertio vni-ci decet. Eripiendus est non cōtentione verborū, sed vt ciuitas stupeat, vt erubescat. Torquere me filium putas? Inuidiam facio populo. Videor mihi illis verberibus lacerare famam, illis ignibus increpare rumorem. Questio de infami filio vnā rationem habet, vt probet innocentem. Dii mala prohibeant, vt noueris illum dolorem, quo potest torquere filium pater. Nihil est infelicius homine, cui de vnico suo mors sola non sufficit. Iuuenem in cuius animo perdi derant nomina nostra respectum, quem quotidie necesse habebamus excusare rumori, qui inter nos formosum mīlebat agere q̄ filium, verberibus ignibusq; consumpsi. Vis, vis scire quæta tormentorū ratio fuerit? Debuit etiam tortus occidi. Si tamen utiq; mater vis scire causas, leniter audi. Prospiciebā miser in grande quādoq; facinus prorupturum, q̄ ocio vitā, q̄ defi-

dem domi perdebat aetatem. Non peregrinationibus excolere mentem, nō experiri militiam, non tentare maria, non rura colere, non administrare remp. non ducere volebat vxorem. Præterea traxerat ex frequentibus castigationibus tedium patris, & in execratione mei, cōscientiā, qua non emendabatur, exercebat. Timebat occurſus, nō audebat adire colloquia, oscula conuictusq; fugiebat. Breuiter perditissimæ mentis definienda mensura est. Oderat me filius & timebat. Filium igitur totius ciuitatis existimatione damnatum, quem adhuc viuere mirabatur homines, torſisse me putatis. Ego vero occidi tarde, diu. Quæſtionē illud vocas? Pœna, supplicium, & malorum meorum exitus fuit. Nulla ratio est interrogandi hominem, cui non est fas nisi negare. Quanta tamen mihi fuit & in quæſtione moderatio? Non enim præcipiti raptus impulsu exilui repente, subito, nec captus dolore cæco impatientiæ meæ velox vulnus induxi. Non potest non ratione occidi filius cum ante torquetur. Dedi moras, spatium, tempus indulſi. Vides quantam hic malignitatibus potuerim præſtare materiā? ſi in illo secreto, gladio tantum, ſi vulneribus egisse, exitum fecerat iuuenis deprehenſi. Non eſt igitur mulier quod mihi facias duplicatæ quæſtionis inuidiam, id eſt q̃ torſi, & occidi. Sola eſt huius neceſſitatis ratio de morte. Illud eſt parricidium, filium torquere victurum. Putas iuuenem viuere potuisse, cui iam non poterat niſi morte ſuccurri? Quē contra malignos sermones afferere ceperam, non reddidi rursus infamiæ, neq; in oculos & ora vulgi de secreto patris emiſi, prouidentia mea tibi quoq; mater, ne in hunc interrogetur, eripui. Ille vero non fuit poſt tormenta laturus vitæ pudorem, ut interrogaretur à ſingulis ut negaret. Verū mulier affectibus tuis renunciandū eſt, ad totius domus noſtræ pertinere innocentiam credidi, ne ſe ipſe potius occideret. Sentit iudices mulier ad ius querelæ ſuæ nec q̃ torſerim, nec q̃ occiderim pertinere. Itaq; quarit quid mihi dixerit ille, de quo neſcit an dixerit. Quid ais mater impatiēſita in morte filii tui nihil aliud ad te pertinet q̃ quid locutus ſit? Ita ſi reſpōdero remittis parricidiū, tormenta non obiciſ: O inconſultam muliebrem ſemper amentia, quid iuuenis in tormētis dixerit, tanq̃ ignoret interrogat, nihil me cōperisse non credit, tanq̃ ſciat quid dixerit. Fidem cōmunis ſanguinis, fidem cōmuniū malorum, ne parricidii me velis agitare ſecretū, ne calamitatibus noſtris grauem facias innocentiam tuam. Viderit quid meruerit iuuenis ille, ego iam poſſum ſuprema reuereri, & poſt exitum vnici reuertor in patrē. Maior deſunctis liberis præſtanda reuerentia eſt, nec quicq̃ minus conuenit affectibus patris, q̃ ſi inſultare videatur occiſo. In gratiam me cum filio reduxit orbitas, iram noſtram mors ſeuera compoſuit. Quinimo recogitanti mihi totum ſecreti illius ordinem, ſubit tacita miſeratio, quantam ego debeā reuerentiam filio, quem potui torquere ſolus, quem potui ſolus occidere. Perſeueras, cogis, inſtaſ: Inuicem te mulier interrogo, cur ſi tantopere volebas ſcire quid interrogare, quid ille loqueretur, non irrueris in quæſtionē, quā nullis miniſtris, nullis cuſtodibus vallauerat pater? Quanto melius mater ipſum adiffe, quāto fortius interrogaffes vna, quāto tibi plura dixiſſet? Quis te mulier affectus abegit, tenuit, excluſit? Agnoſco verecundiam tuam, timuiſti credo, ne ſi in illo secreto fuiſſemus omnes, occidiſſe filium diceretur & mater. Inſtaſ tamen, & miſeri ſenis ora diduciſ: Puta me hoc ſolū dicere, ex maximi facinoris cunctatione veniens quid audierim nondū ſcio, totus adhuc ſum in parricidio meo, & poſt mortē vnici omnia quibus laceratus, occiſus eſt, in animū meum tormenta redierunt. Eſt quidē difficile vt aliq̃ pati pu pudorē parricida videatur, veruntamen ſtupore, amentia, & ſilentio in orbitate deſeci. Abſta eſt mihi omniū verborū fides, omnis ſermonis auctoritas, nec habet cauſam loquendi cui non poteſt credi. Deſine mulier interrogare. Filium quē occidit pater, nec abſoluere, nec accuſare iam debet. Quid, inquit, dixit cum occideres? Miſerā parricidii innocentia, q̃ hoc me nō poreſtaſ, nō magiſtratus, nō propinquus aliquis, non amicus, non ille ſemper loquax populus ac malignus interrogat. Qui ſcitis, tacetis. Me infelicem, nunquid ſcitis omnes? Puta me mulier hoc tibi reſpondere, non habent incredibilia vocē. Quædam maiora ſunt, q̃ vt illa capiat modus ſermonis humani. Tu vero crede nihil aliud fuiſſe q̃ furorē, inſaniffe me puta, videbam quæ non fiebat, audiebā quæ nemo dicebat. Hoc ſolū non inſanientis habui, q̃ tacebam. Finge me reſpondere, nihil dixit, nihil locutus eſt, non credis? At qui multo minus creditura quid dixerit. Accipe mulier breuem verāmq; rationem, cur in quæſtione iuuenis occiſus eſt. Torquebam, nec interrogabam, ſiqua ad aures tuas ab illa quāuis remota domus parte perlata vox eſt, meus gemitus fuit, meorum viſcerum dolor. Quaris cur nihil dixerit? quia non habuit quod ſcire vellem, quod audire deberem. Nihil aliud quæſtio illa captauit q̃ ſilentium, quod præſtare vita non poterat. Quiſquis in tormentis occiditur, ideo tortus eſt vt occideretur.

tur. An tu quæstionem illam fuisse credis, qualis vernilibus corporibus adhibetur? ideo enim equuleos mouebat artifex senex, tenebat fiducias ratione sæuitiæ, vt leuiter sedibus suis remota cōpago per singulos artus membra laxaret. Consumptus est spiritus silentio sui, & verbera igneque animū pariter vocemque cluserunt. Videbatur mihi premere gemitus, tenere suspiria: & sic nihil dixit, tanquam torqueretur ab homine qui sciret. Miraris hanc in filio contumaciam, in iuvene patientiā patri torquenti non potest aliter responderi, quam vt mori malit quam confiteri. Quod sufficit igitur interrogantibus respondeo, mulier occidi. Fallitur quisquis expectat vt obuiam illa communia: ego vero proclamo, non luxuriosum, non amore meretricis infamem, nihil ille delinquebat quomodo liberi solent, monstrum erat inenarrabile, quod nollem deprehendere, quod ferre non possem. Miretur aliquis quod non abdicauerim, nec notissima violatione patrū fuerim tantum expulisse contentus? Tuus mulier nefarius, tuus inconsultus non permisit affectus. Filiū cui contra seueritatem meam ignoscebas, quem mecum odisse non poteris, secuta fuisses abdicatum. Finge iuuenem dixisse nescio quid, ego audire nihil potui, non enim potestatis alicuius more confederam, nec torquentibus aliis agebam iudicem patrem. Ego tunc cuncta & passus sum pariter, & feci. Non vacabat aures præstare verbis, excipere gemitus, existimare singultus: auocauit me contentio, dolor, orbitas, parricidium: omnia facta sunt festinatione præcipiti. Idem patris affectus est torquere vt scias, occidere vt nescias. In meam, inquit, infamiā taces. Ita nunc primū laboras misera de fama, & post vnici mortē pertinere ad te cepit quid loquantur homines? Scilicet filius impensus est vt erubesceres, vt male audires? A deo ne hoc captanti non erat satis rem totam commisisse rumori? Ego vero me famæ tuæ mulier opposui, & inter matrem filiūque; medius parricidium feci, vnici occidi, ne quid aliud loqueretur homines. Alioqui si hoc capto quod putas, quousque taceo? in quod tempus differo illā quā me putas premere vocem? Ecce reatus iudiciū pronuncio. ego tamen scire me nego. Egregiam rationem malignitatis, locuturus aduersus uxorem, feci ne mihi crederetur. Fateor igitur, nihil ad certū indubitatumque perduxi, hoc est quinimo propter quod ad mortem usque contendi. Non explicant tormenta quæstionem, quæ occidit. Quid, inquit, dixit? Felicem te misera, si nescis quid dixit. Ita non es contenta conscientia tua, non sufficit quod non habuit ille quod negaret, quod fateretur? Poscis verba quæstionis, cogis, extorques. Testor, tu facis ne possis negare quod dixerō. Quid dixit? parasse se parentibus venenum? negas. Proditionis agitas sermones? negas. Tyrannidis iniisse consilium? negas. Et quicquid dixerō, negabis. O bonæ conscientie incauta simplicitas. Ita non times ne coactus loqui multa fingam, multa componam? Si potes scire mulier an mentiar, scis quid dixerit. Quid dixit? nihil. quid dixit? omnia. Maledixit seculo, fecit temporibus inuidiā, detestatus est patrem, conuiciatus est matri. Quid dixit? Plus quam interrogabam. Vicisti mulier obstinationem meā. Audi breue succinctumque responsum quid dixerit, quod quæris, quod putas. O si quis in illā vos secreti nostri potuisset adhibere præsentiam, vidisset nouū genus quæstionis, stabat senex furii monstræ feritatis accinctus, manibus exertis, hinc ignibus, hinc verberibus armatus, super ora, super oculos iacentis affluens clamabam furiose, demens tace. Et ille velut exustis amputatisque per quæ dolor exit in verba, fuit attonitus amens. Quoties ad motus viribus ad aliquam corporis partem, totum pectus imposuit, quoties hiatus oris auidē flammam aduersus exeuntia verba collegit? Cum vero iam totus calor verberibus expulsus ignibus nouissimi doloris erumperet, pertractis ab ima pectoris parte suspiriis breuissime collecti spiritus, ille quo redditur anima singultus, fuit similis exclamaturō nescio quid, quod & tu fortassis audires. Occupaui fateor, & aduocatus quas iam consumpseram viribus, manibus, telis, totoque corpore pariter adnixus antequam mentiretur, occidi. Misera temporis illius recordatio, deficientem in manibus meis filium vidi, aspexi ora pallentia, frigidus anhelitus, interrupta suspiria, & animam magno silentio exeuntem, non tamen tormenta laxaui, non subtraxi, restinxi; flammam. Miserere mulier, ne quæras amplius vocem huius affectus, filium qui moriebatur occidi. Non perdidit tamen, non perdidit vnici mortem, fortunam non perdidit, iam me non interrogat nisi sola mater. Consiste agendum mulier loco meo, & in habitum paterni furoris accincta admoue equuleos, flagella, laminas, prædico, testor, aliter non possum loqui, aliter mihi non potest credi. Quanquam miserrime iuuenis (fas est enim iam tuos alloqui manes) exprime mihi vocem nullus poterit dolor, quantum volet, laceret, vel occidat, vincere me tormenta docuisti. Si tamen fas est cogitationis memoria tractare verba misere quæstionis, cur me coram populo magis interrogas? Eamus vxor in illam desolatam domum, in illud iam patris filique secretum, ibi me

INFAMIS IN MATREM.II.

interroga ibi, vbi torſi, vbi occidi, vbi adhuc forſitan filii tui vaga per moeſtos penates anima diſcurnit. Porrigat aliquis imaginem iuuenis occiſi, ponat in ſinu matris illas veſtes, quibus ipſa iuuenē miſera comebat. Eamus ad tumulum, miſceamus ſupra buſta lachrymas. Ibi aut tacebimus pariter, aut iniucem confitebimur. Iamiam miſer mori poſſum, explicuit te ſollicitudo, pietas. Non ſcribo tabulas, teſtamenta ſupremo, verba non credo, & ego moriar in tormentis meis. Illud tantum nouiſſimis precibus à te ciuitas, per liberos, per coniuges, per natos, à te vxor, per occiſi iuuenis ſymbra peto, à te mater, ne quid amplius quæras, tu infamiā ne dicas.

M. FABII QVINTILIANI DECLAMATIONVM FINIS.

DECLAMATIONVM XIX. QVINTIL. CATALOGVS.

1	Paries palmatus.	Pro cæco contra nouercam.	Fo. i.
2	Cæcus in limine.	Pro cæco contra nouercam.	Fo. iii.
3	Miles marianus.	Pro milite contra Tribunal.	Fo. vi.
4	Mathematicus.	Pro filio contra patrem.	Fo. viii.
5	Aeger redemptus.	Pro patre contra filium.	Fo. xi.
6	Corporis proiecti, ſeu Anus cæcæ.	Pro patre contra matrem.	Fo. xv.
7	Tormenuta paperis.	Pro paupere contra diuitem.	Fo. xviii.
8	Gemini languentes.	Pro matre contra patrem.	Fo. xxi.
9	Gladiator.	Pro filio contra patrem.	Fo. xxiii.
10	Sepulchrum incantatum.	Pro vxore contra maritum.	Fo. xxvi.
11	Diues accuſatus proditiōis.	Pro diuite contra pauperem.	Fo. xxviii.
12	Paſti cadaueris.	Pro ciuibus contra Legatum.	Fo. xxx.
13	Apes pauperis.	Pro paupere contra diuitem.	Fo. xxxiii.
14	Odii potio. I.	Pro iuvene contra meretricem.	Fo. xxxvi.
15	Odii potio. II.	Pro meretrice contra iuuenem.	Fo. xl.
16	Amici vades.	Pro iuvene contra matrem.	Fo. xxxix.
17	Venenum effuſum.	Pro filio contra patrem.	Fo. xli.
18	Infamis in matrem. I.	Pro vxore contra maritum.	Fo. xliiii.
19	Infamis in matrem. II.	Pro viro contra vxorem.	Fo. xlvi.

Apud Fran. Gryphium. M.D.XXXVI.

PETRI MOSELLANI

Protegensis, uiri eruditissimi;

in M. Fab. Quintiliani rhetori

cas institutiones, annotationes.



PARISIIS,

Apud Iacobum Keruer sub
duobus gallis in uia Iacobæa.

M. D. XXXVI.

Adamus Petrus candidatis melio-

RVM LITERARVM S.

PETRI Mossellani uiri eruditissimi in Fabium Quintilianū uigilias, consilium erat in aliud tempus reicere, magis forte isti argumento conueniens. Eiusmodi enim uidebatur hoc scripti genus, quod nullam cum hoc seculo tam inique cōparato gratiam uideretur initurum: & ita iam nunc res nostræ habebant ut tempus quod dabatur uacū malleus alibi infumere. Sed quia impatientius nonnulli fidem nostram appellant, neque de finunt conuiciis uerius extundere quā flagitare, nihil morati sumus eorum studiis obsequi: eoque nostram operam addicere, quo publica fere utilitas uocare uisa esset: hac spe potissimum nobis proposita, ut uel si parum ex sententia hæc nobis cedat editio, saltem assequamur, ut officium nō defugisse nostrum uideamur: quod ut maiore animo aggrediamur, facit hæc publica rerum facies, quæ cogit parum etiam e re nostra huc maximè incumbere, ubi capitalius laborari uidemus, quod nostra tempestate in melioribus literis fieri quis non uidet: adeo ut cum gladiatoris animis qui dam in eas digrassentur pro libidine, adolescentes protinus à cunis, quas amplecti per ætatem non possunt, odisse incipiant: eamque de literis opinionem, quam pueri imbibērūt, in omnem ætatem pertinacissimè perferant, dum uidelicet uix uagituum oblitos alligant mox seueris quibusdam studiis, quæ tamen nec tractare cum gratia, nec assequi ullo modo possunt, nisi his freti præfidiis, quæ cum aliunde, tum maxime ex literarum meliorum cognitione ducuntur. Quamobrem optime adolescens, dum ætas fert, his te studiis applica, unde non iniuria maiores nostri omnem & humanitatis, & ciuiliū rationum laudem petebant. Sic enim fiet, ut laboris mei minus pœniteat, & tu habeas cur olim mihi gratias agas. Vale.

In M. F. Quintiliani Institutiones rhetoricas, Annotationes per Petrum Mosellanum Protegēsem, uirum eruditissimum.

M. FABIVS TRYPHONI
bibliopolæ salutem. Fo. I.

IBLIOPOLAE] Si nominis rationem spectes, librorum uenditorem significat: nimirum à βιβλίον, quod Græcis libellum significat, & πωλίσ quod uendo, unde Græci nomen formant βιβλιόπωλης, cuius uocatiuus, quando

est nomen uerbale, habetur βιβλιόπωλλας, quem Latini pro suo nominatio usurpant, iuxta Prisciani traditionem: quæ est, Vocatiuum primæ declinationis Græcorum sæpissime in nominatiuum Latinum transire, idque ferimonet Macedonum ac Thesalorum consuetudine.

Efflagitasti] Differit uehementer efflagitare & postulare: Si quidem postulare est quoquo modo exigere: Efflagitare autem, uelut flagris extorquere, & uehementer postulare id quod indicat Cicero: Quamquam, inquit, causa postulat, non tamen efflagitat. Quotidianum conuicio] Conuicium oburgatio est, quæ audientes uelut ad uitium uocamus. Vnde turisconsultus quispiam in Pandectis, nisi me fallit memoria, quasi conuiciu dictu putat, ut sit uelut exprobratio quædam multis auditibus. De institutione oratoris] Institutiones & instituta differunt, autore Cornelio Frōtōne. Institutiones siquidem præceptiones sunt, siue introductiones quarumlibet artium. Instituta uero decreta, & uelut edicta. Non tamen me fugit, Valerium Probum græmaticum probatissimum, observationibus suis in diuersis titulis: Instituta artium. Non dū putabā satis maturuisse] Id est maturus factus. Sic enim legendum censo, cum ex ueteri exemplari quod sic habet, tū quod uetustior multo, & Quintiliani facilitati accommodatior, translatio sit sumpta à frugibus maturentibus, ut ingenii fructus temporis progressu elimentur, & uelut ad maturitatem perueniant.

Non tam stilo] Id est liniamenti orationis, quibus hæc mea uestire uolebam. Est enim stylus proprie ferreus quidā stimulus, quo ueteres in ceratis tabulis seribebant. Inde trahitū est ad formā elocutionis, quam uariant sententiæ atque uerba. Vfus deinde Horatii consilio] Recentiores codices omnes, Vfus habet in principio huius clausulæ: at in ueteri exemplari animaduerti deesse, idque meo iudicio rectissime, tum quod primum locum in clausula fere solet deinde occupare, tum uero maxime, quod longe prior & rotundior est sermo, si Fabius dicat, consilio Horatii sese dedisse ocium suis libris: Versus Horatii hi sunt, Nonnunquam prematur in animum, Membris intus positus, delere licet. Quod nō edideris: nec sit uox missa reuertit. Ut refrigerato] Id est, extincto inuentionis amore, qui, ut Horatius inquit, cæcus est. Vnde Theocritus: Amori pulchra uidentur, quæ non sunt pulchra. Et Catullus: Cuique suum attributū errorē tradit, ita ut non uideamus manticam quæ à tergo est.

Permittamus uela uentis] Id est, auipitem editionis euetum utcuque cadet experiamur. Sic enim Erasmus exponit in Chiliadibus, ex allegoria hoc prowerbiū faciens, quod à nautis sumptum est, qui in dubiū uetorum flatu aliquoties uela expandunt. Et oram soluentibus] Orā habet ex-

plaria magno consensu: tum Erasmus non aliter citat. Et Si pontinus, oram exponit funem: Porro alii littus exponunt: quæ omnia partim corrupta lectione, partim coacta expositione adferuntur. Nusquam enim, quod equidē sciam, ora legitur pro fune nautico. Neque Fabio dignus est sermo, soluere orā, pro littus soluere: aliqui dixisset dubio procul, ab ora soluere. Libet ergo subscribere castigationi Aldine, atque legere: Auram bene precari, perinde integre, ac si dicas bonā auram precari id est, prosperū uentū. Manet enim in allegoria Fabius ad clausula usque, ut ipse faciendū præscribit, li. 8.

Diu sum reluctatus] Proprie luctari significat brachii complexu, certis quibusdam nexibus contendere: unde reluctari, hoc palæstre genere aduersum aliquem pugnare significat. Fabius aptissime traduxit ad refutationem modestam, deflectione facta à corpore ad animum. Meæ deprecationis] Id est, recusatōis: Nam ut author est Gellius lib. 6. ca. 16. Præter uulgo notam significationē uerbi deprecor, quæ est ualde precor, etiam declarat aliquoties abigo, amolior, uel precibus adhibitis, uel quo alio modo.

Alienis uestigiis insisterem] Quod Pythagoras uetare solebat hoc symbolo: Per publicam uiam ne ambules, id est, expositore Hieronymo, ne sequaris uulgi errorem: nunquam enim tā bene actum est in humanis, ut quæ optima sunt plurimis placuerint. Summam in eloquentia manum imponentem] Trislatio est prowerbiā, sumpta ab artificibus, qui primo rude aliquid futuri corporis simulacrum effingunt, quod primam appellant manū: deinde uero accuratius expoliendo ad perfectionē ducunt, quā uocat summā manū, quod uidelicet postea manum non apponēt amplius: Ad hunc modum Erasmus locū hunc exposuit: Mihi magis aridet eorum sententiā, qui à pictoribus sumptam metaphorā putāt, cū ob alia, tum quod & alterū quoddā prowerbiū fertur, de pictoribus mutuo sumptū, quo iubemur manū de tabula iam satis elaborata amouere. Continentes tanquam parua] Hieronymus in epistola quadā in hæc sententiā sic loquitur: Nō sunt contemnenda tanquam parua, sine quibus magna constare nō possint. Ab infantia incipiam] Medici atque horū princeps Hippocrates apud Iulii Pollucem, li. de Rerum uocabulis secūdo, septem hominis ætates supputat, quarum quælibet septenario numero finitur: huius primā infantiam uocat, quæ ubi sit exacta, tēpus esse aiunt, ut puer litteratorū scholis adhibeatur. Cui sententiæ & Paulus Medicus subscribit in li. de præceptis salubribus. Ad ingenii lumen] Id est, ad eloquentiæ facultatē: Sic enim M. Tullius in Bruto eloquentiā uocat, nimirum quod elegans & eruditus sermo, non nisi ab elegatē & culto ingenio proficiat, quod in oratione, uelut lumine quodam adhibito, ostēditur. Vere siquidem dixit Aristoteles: talis quæque loqui, qualis ipse sit, quod oratio minime mendax sit animi speculi. Colligit] Id est, cōcludit. Sic officio quoque copulata] Cic. lib. de Orat. 3. ferme in principio, his opinor uerbis: Nā cū omnis ex re atque uerbis cōstet oratio, neque uerba sedē possunt habere si re subtraxeris, neque res lumē si uerba semoueris. Est enim illa Platonis uera uox, quæ omnem doctrinā ingenuari & humanarum artium, uno quodā societatis uinculo cōtinere dicit, quam sententiā ut probet apud Platonē Socrates in Gorgia, omnē mouet lapidē. Soli sapientiæ studiosi uocantur] Huc enim Fabius alludit, expressa Græci nominis ratione: Siqui dē Græcis φιλοσοφία sonat, & ἐσφία sapientiā: unde philosophi dicti, quasi sapientiæ amatores. Quod nomē omnium primus arrogauit sibi Pythagoras Samius: Nā tradit Socrates apud Laertium lib. 8. cū interrogaretur quēnā se profiteretur, respondit Philosophum se esse. Pessimis moribus prætendebant] Sunt enim propterea illi ipsi temporibus, nempe Domitiano imperatē, cōsulto Senatūs Philosophiē cti, atque urbe & Italia interdicti. Quædammodum & priori

bus seculis C. Fannio Strabone, M. Valerio Messala COSS. Senatusconsultū scriptum est de Rhetoribus Latinis uel exigendis uel coercendis, autore Gellio lib. 15. cap. 11.

Qualis uere sapiens appellari possit? Sapiens hunc his Stoici numerus perfici uoluerunt, ut esset quispiam improbitus, iniuriolus, non impeditus, liber, diues, felix: quam formam utpote commentitiam, Horatius eleganter uersibus illudit Epistolarum lib. 1. Ad summū sapiens uno minor est loue, diues, Liber, honoratus, pulcher, rex deniq; regum.

Præcipue sanus, nisi cum pituita molesta est.

CAP. I. Fo. 2.

Nde origo animi celestis creditur? Quod uidelicet animus noster e caelo in corpora humana illapsus, in hoc mundo omnia sua instituta, curas omnes remittat, Vel quod creatus sit homo ad imaginem dei creatoris, ut scribit Moses, et Platonici Philosophi assentiunt, cum diuinissimum et sanctissimū hominem esse ex uniuersis rerum naturalium cœtu asserunt. Gracchorum eloquentiæ Tiberii scilicet, de quo in claris Oratoribus sic Cizero: Ac utinam in Tyberio Graccho talis mens ad remp. bene gerendā fuisset, quale ingenium ad bene dicendū fuit, profecto nemo huic uiro gloria præstitisset. Sed per turbulentissimum tribunitum ad Repub. interfectus est. Hic diligentia Cornelie matris a puero doctus, et Gracilis literis eruditus fuit; Nam habuit semper exquisitos ex Græcia magistros. Porro C. Gracchus, uir a pueris quo nemo plenior et uberior ad dicendū fuit, grandis est uerbis, sapiens sententiis, et toto genere grauis. Et Lælii filia] C. Lælius imprimis eloquens fuit, ex cuius orationibus Cicero æstimari postulat de ingenio oratorū, cui et dicendi laudem cæteris illustriorem tribuit in Bruto. Et Q. Hortensius] Hortensius omnium oratorum suæ ætatis, nisi M. Tullio, clarior fuit iudicatus a Gellio lib. 1. Quæ Cicero in Bruto sociū et consortē gloriosi laboris appellat. Non tamen in honorem sexus] Verum multo magis in honorem artis oratorie.

CAP. II. Fo. 2.

E paedagogis] Id est, ductoribus: παιδαγωγοί, quod pueri significat, et huc duco. Interim læuētes] Sæpius interim apud Fabiū pro aliquādo ponitur. Imperiosi] Id est, abutentes imperio sibi cōcesso in pueros. A Babylonio Diogene] Diogenes hic Stoicus Philosophus fuit, ex Seleucia Cilicie urbe oriundus. At Babylonius dictus est, ob uiciniam: siquidem Babylon consinis est Cilicie: autor est Lærtius libro sexto.

Non ratione defuerit, sed oneri] Id est, nihilominus tamen hæc erit ratio optima instituendi, etiamsi per nonnullos stet, quo minus seruetur. Alumno] Id est, eo quem educandum et instituendū suscepit. Id quod prius] Ut paedagogi sint docti, et nutrices recte loquantur.

A sermone græco] Aduertendū tamen est, hanc rationē ad nostra tēpora non omnino quadrare, propterea quod Fabii ætate uernaculus Rome Latinus sermo fuerit, nobis non itidem: quanquam Erasmus Fabii præceptum etiam nostro sæculo seruadum existimet. Ante Grammaticum Aristophanem] Aristophanes Bizantius primus, Apellis ducis cuiusdam filius fuit, audiuit inter cæteros præcipue Eratosthenem, qui Cyrenensis primus Ambrosiū quendam patrem habuit, is in omni disciplinarū genere tam fuit absolutus, ut secundus Plato diceretur: Suntq; adeo huius commentaria de Astronomicis sepe a Plinio citata, de Sectis philosophiarum, de re Grammatica, ac aliis quibusdam, autor Suidas.

Præcepta breuia, argumenta quedā, admonitiones, sic Suidas. Qui minores septem annis essent] Cum sextum septimumq; annū attigerint, tum et pueros et puellas literatoribus tradere oportet benignis quidē illis huiusmodi, quicum gratia et animi securitate doceant, quan-

doquidem animi relaxatio ad uergetā corporis educationem plurimum confert: Duodecimo iam exacto anno, ad Grammaticos, Rhetoresq; mittendi, atq; ad corporis exercitationes cogendi sunt: A decimo quarto ad primū et secundū uicesimi aui, Mathematicæ sapientiæq; studio incumbant, et ad fortiores exercitationes pro corporis robore ducantur, Paulus Medicus lib. 1. rei medicæ. Præmissa etiā quæ capit illa ætas] Declarat Horatius, dū scribit, Pueris olim dant crustula bladi Doctores, elementa uelut ut discere prima.

Et nūquā nō se fecisse gaudeat] Id est, doleat se nō fecisse. An Philippus Macedonum rex] Extat super hoc exemplo Philippi regis ad Aristotelem, cum apud Plutarchū, tum et Gellii epistola, his uerbis: Philippus Aristoteli salutem, Filium mihi scito, quod equidē diu habeo gratiam, non perinde, quia natus est, quam pro eo quod cū nasci cōtigit tēporibus uitæ tuæ: spero enim fore, ut eductus eruditq; abs te, dignus existat et nobis, et rerū istarū successione. Vale. lib. 9. cap. 3. At eo magis] Scilicet nō improbandus est, qui minora præcipit. Oblat hoc] Numerus et nominaliterarum. Ductus] Figuræ.

Sed quod in literis obest] Ut autē, scilicet doceamus habiti et nomina literarū. Non excludat] Scilicet a ratione optima instituēdi pueros. Eburnæ] Id est, ex ebo re sectas uel factas. Tabellæ] Lignæ, uel ossæ insculpi. Vbiq;] Id est, in omni argumenti genere.

Nehoc quidem] Scilicet recte scribendi laborem.

Tardior stylus] Id est, consuetudo scribendi.

Syllabis nullum compendiū] Id est, nulla breuis ratio discendi est syllabarum. Temere] Id est, frequenter.

Inoffensa] Non labasens, titubans, suppeditare] Id est, celeritate et continuationē subministrare. Hinc] Scilicet ex festinatione legendi. Intermissio] Scilicet uerbi alacritas uel syllabæ. Coniuncta] Id est, continuata.

Emendata uelocitas] Scilicet a mendis et uitis.

Per ymagines, et interpretatio linguæ secretioris fameliarem intellige] et quotidianum sermonis usum, cuiusmodi esse debet, quo secretiores et sublimiores auctores exponimus: risum enim mouent docti, qui glossas eius generis scribunt, ut minori negotio autorem ipsū intelligere liceat, quam quæ explicationis gratia sunt annotata.

Non ociosas] Id est, memoria dignas. Proficiet] Id est, conferet. Affectus difficultatis] Id est, dedita opera quæstios. Contraglossos] Cum fragore quodam sese collidentes. Χαραπιοί] Difficiles illi uersus uocantur, quorū exempla multa sunt in Comædiis ueterū Latinorū, ut Plauti: Plura uero in Græcis comicis qui choris suis maxime affectant sese quidē pedalia uerba, hoc est longissima, et affectatæ nouitatis. Nisi] Id est, si non. Eximuntur] Id est, expurgantur, extorquentur.

CAP. III. Fo. 3.

Quibus clarissimarum ciuitatū, ut Lycargo Lacedæmoniorum principi et legislatori qui statuit in republica Lacedæmoniorum pueros erudiendos in cœtu et frequentia omnium, ut est apud Xenophōtē de Republica Lacedæmoniorum. Eugiendo turbam] Nam si grex totus in agris unius scabie cadit, quemadmodū, inquit luuentalis, sic uniuersus adolescentiū cœtus, unius uitiosi pueri contactu inficitur, ac deprauatur, quod illa ætas, quæcūq; uiderit aut audierit, gessat imitari.

Qui in purpura repit] Purpura piscis genus est apud Plinium lib. 9. cap. 36. florem illi tingēdis expectit uesibus, in mediis habes faucibus, liquoris hic est minimi in candida uena, unde preciosus ille bibitur, migrantis rose colore subluces, reliquum corpus sterile.

Iam coccum intelligit] Codices Aldini cocum habent, ut uidelicet referatur ad lautitiā ciborū. Verum mihi ma-

gis aridet ex ueteribus libris cocum legere, ut ad colorem referatur uestiū, propterea quod conchyliū statim sequitur, & de palato institutio deinceps fit sermo. Porro cocū scribit Plinius rubens granū esse Galatiae, aut etiā quod proueniat circa Emeritā Lusitanie oppidū, ubi in maxima est laude, amiculo grano languidus succus, unde color colligitur, idē a quadrimo euandus, ita nec recenti neq; senescēti uires, lib. 9. cap. 41. Nam Conchylium poscit Conchylium piscis quoq; est testa inclusus, cuius ferme salina colligitur, color non ab similis purpure, praeter quam quod conchylium temperatus est, & minus elucēs. Palatū id est, sensum gustus. Verba ne Alexandrinis permittenda deliciis Aegyptus atq; huius caput Alexandria semper studioissima fuit deliciarum, idq; maxime absorbendis gēnis preciosissimis praestitit, adeo ut Alexandria in ditione Romanā redacta Romae quoq; promiscuus ac frequens usus margaritarū sorbēdarium coepit. Porro memoratissimū exemplum luxuriae maxime Regum Aegypti extat apud Pliniū lib. 9. cap. 35. Soluti Fracti deliciis. Fluentes Inchoerenti. Si iungi utring; non posset Vt scilicet domesticum, & publici praepotorem habeat. Lumen Celebritatem.

Tenebris Vmbraculis, domesticis institutionibus. Maiore theatro se dignū putat id est, spectaculo, in quo uires ingenii sui explicet. Praestet alicui gratia Dignatio. Taceo de positionibus] Quae graece thematā uocatur, quae scilicet discipulis olim uelut declamationū argumenta a praepotribus proponerentur. Declamationibus] Ficti argumenti orationibus. Sit incommodum id est, demus enim esse id uitiū incommodum. Affectum Quo scilicet iugitur auditori familiariter amico. Languelcit id est, languorem contrahit id est, lentum morbum.

Situm ducit id est, mucum quandam seu uisiginem. Proderit Anaphora est, quando per plura mēbra unū sepius uerbum repetitur. Excitabitur laude aemulatio] Studium aequandi seu separandi alique. Huius rei id est, profectus. Ingens palmae cōtentio. Apud Latinos scriptores, uictoriae praemii palma significari metaphorice solet, cuius rei causam reddit Plutarchus apud Aulū Gellium lib. 3. cap. 6. quod huius arboris lignū, quantumuis pondus suū perponas, non cedat, sed aduersum nitatur, incuruatque: unde placuerit in certaminibus ex huius ramis corona. Hinc palma dare dicimus, pro uictoria cedere: & palma aufferre, pro eo quod est uictorē abire. Non temere] Fabius in negatiua oratione temere dicere solet, pro frequēter, cū aliis significet incōsulto & inconsiderate, ut Erasmus amotauit.

CAP. IIII. Fo. 4.

Racox ingeniorū genus] Accius tragicus poeta apud Aulū Gel. hanc Fabii trāslationē confirmat similitudine exprimit aptissime his uerbis: Quod in pomis est, itidē esse aiunt in ingenio, quae dura & acerbantur, post sunt mitia atq; uicunda; sed quae gignitur statim uicta & mollia, atq; in principio sunt uicunda, non matura mox fiūt sed putria, relinquendū est ergo ingenio, quod dies & aetas mitificet. lib. 13. cap. 2.

Stat profectus id est, consistit. Extundit, i. frāgit, consumit, uel potest pro excusitat accipi. Retenditur id est, reuagitur. Est signum alacritatis id est, uia citatis ingenio. In hoc impetu Cupidine lusus.

Aemulantur id est, alter alterū conatur superare, uel saltem aquare. Impotenter id est, imperiose: Nā impotens non cum significat, qui nihil possit, sed qui potentia sua in humiliore abutatur. Sic tyrāni sunt impotentes, & pueri nobiles, maligna natura praediti, impotenter faciūt, diu probis uerberibus afficiunt pauperum, & humilium liberos.

Quauis receptum id est, in usum acceptū, seu assumptum. Vapulantibus id est, cū percutiuntur, aut uerberantur. Refringit animum id est, extinguit alacritatē

animi. Tedium dicitur id est, suadet. Obnoxiam] id est, expositam. CAP. V. Fo. 4.

Ecce loquēdi scientiā] Quā partē Diomedes lib. 2. & p. 15. in Graeco uocabulo appellat, quasi tu dicas fuitiū, nimirum quod definitioes & praepcepta loquēdi praescribat. Poetarū enarrationē] Quā idem Diomedes & p. 15. appellat, i. expositum suae enarratiū. Recessu id est, in penetralibus. Fronte id est, in uestibulo. Emendata id est, uitiis carēs & mendis. Mixtum his iudiciū est id est, ratio prospiciendi, quā in quolibet scripti genere probandū, uel refutandū sit, quid eruditū, quid uulgare calleat, & reliqua id genus. Idcirco Marcus Varro Grammatici officii his quatuor constare dicit, Lectione & oratione, emendatione & iudicio: Hec citat Diomedes ex Varrone. Censoria uirgula id est, castigatoria quadam nota. Notare id est, damnare.

In ordinem redegerint id est, gregarios & uulgares fecerint. Exemerunt id est, eximios fecerūt, & extra ingenii aleam posuerunt. Sic apud Graecos Aristarchus Grammaticus Homeri uersus censoria uirgula indicauit, ut alior maxime germanos Homero significauerit appositis asteriscis, hoc est, stellulis: Alios autem tanquā supposititios, & Homero indignos, submouerit familia, idq; adscriptis obeliscis id est, uerbis, quae hodie adhuc in quibusdam codicibus uideri licet. Hoc studiū Origenes in re theologica non neglexit, nec eius aemulator Hieronymus, uelut indicant multae eius praefationes in sacros libros. Excutendum id est, diligentissime euoluendum. Ius] Autoritatem.

Nec citra Musicen] Musica constat ex consensu & diu sensu sonorū & uocū. Metris] Dimensionibus syllabarū. Sic uertit Fabius lib. 9. Rhythmis] Numeris, modulis.

Ortu] Occasusq; signorū, Astrologia ignorare non debet. Empedocleā in Graecis] Diogenes Laertius quinq; uersuū milibus philosophiā ab Empedocle trāctatā esse scribit. Vnde & Aristoteles in lib. de arte poetica hunc non tā philosophis commemerat dicens, uersus quidē esse poete, materia autē naturalis Philosophiae. Ac Lucretium in Latinis] Extant huius Titi Cari Lucretii sex libri, de rerum natura carmine heroico per scripti. Attamen quoniam Epicuri decreta exprimit, sepe impurus deprehenditur. Et qui animā mortalem dixit, & hoc in quinto libro. Praepcepta sapientiae id est, rationes Philosophiae. Proprie id est, accommodatissime, rectis uocabulis. Copiose] Vbertim. Dulcis secretorum comes] Quod uidelicet secreta & arcana nostra, literis mandare queamus per Grammaticam.

Plusopeta] Negocii. CAP. VI. Fo. 4.

Eolicum digamma id est, duplex gāma Aeolum, qui populi sunt in Graecia. Medius id est, utring; cōmixtus & cōfusus. Hoc illud est, quod Priscianus lib. 1. scriptū reliquit dicens: Et & u litterae mediae, alterius inter se sonos uidentur confundere.

Praeter illam aspirationem] Quā adscripta uocalibus, significamus eas spiritui tenui pronuntiandas, quemadmodum inter apices numerari suū & a. id est, leuigationem, & ex aduerso d. a. i. u. aspirationem. Nota id est, signum.

Effectus] Scilicet species ipsius. Species id est, forma. Obliquatur id est, liquidius pronuntiatur, uel obliquius redditur scripta, cui respondet apud Latinos c. Itaq; perspicuum est k & q in nostro numero rediundare.

Si non quassilemus id est, curiosi Graecis assumptissimos. Nostrarum ultima x] Priscianus apud uetustissimos Graecos tradit & non fuisse in usu, seu in numero literarū, sed postea inuenta a quibusdā, quae ualeat quantū c & s, uel & t. Hinc putat quod nec apud ueteres Latinos in numero fuerit literarū, sed postea a Grammaticis inuenta, sit adhibita certis literis. Apice utebatur id est, nota longae lineae, quā Graeci uocāt *macron*, quae suprascripta uocalibus

indicat eas longas esse, quod nulla scilicet in seipsam coeat.

Littera sibi inuidit i. e. in se se prior, consonas sit, alio qui coire nō posset, quia de re extat cap. apud Gel. li. 4. ca. 17 Et c.] Diomedes de hoc studiosissimus Fabii lector inquit, Q. consonans muta ex c et u literis constans supernacua, qua utimur, quādo u et altera uocalis in una syllaba iungitur: ut Quirinus. Nota prænominis Quinti significat, item honoris, Quæstorē indicat, nec minus populū, cū ea notamus Quirites. Tantum] Solum pro tribus nostris figuris, k s et q, nam duos accepit pro consonantibus, ut i et u, cū apud Græcos nulla uocalis consonantis uim habeat, hinc est quod ipsi pronunciant Iacobus, Ioannes, per quatuor syllabas, cum Latini eadem nomina tri syllaba iuxta rationē Hebræorum pronuciare debeant, sunt enim origine Hebræa, quāquā Poetæ nostri uersus gratia aliquoties Græcorum rationē inueniuntur, ut, Ne laceres uersus dux Iacobe meos. Sic Claudianus. Si uertutis operibus] Sic in auri numismatis ueteri inscriptione Ang. Politianus testatur sese spectasse fœlix, pro felix, cuiusmodi sculptura et nos in ære uidimus. Tum addit Politianus, in æreo Galbæ principis monimēto uertutis, pro uirtus, nimirū ut per e ultima significetur lōga.

Placuisse Ciceroni] Antiquitatis, s. gratia, qui, ut auctor est Priscianus, geminare solebat scriptum ii positū inter duas uocales, sic Māius, quod ita accipiendū est, ut prius i cū præcedente uocali pronucietur quoquo modo, et sequens cum sequēte, ita ut utraque ii consonantis sit loco. Nā ut Valerius] Per mutationē s in r, cuius antiquitatis meminit etiā T. Lilius in tertio primæ Decadis, contra hanc rationē Aecoliū populorū, qui ut tradit Corinthus, de linguarū uarietate, atq, Priscianus noster, loco aspirationis digamma Aecoliū ponebat, quos ueteres Latini in multis auctores habet, quomodo uero iniqua que littera cū alia cognationē habeat, Cicero in Oratore perfecto declarat, qui Burrū, et Bruges scribit ueteres dixisse, pro Pyrrhus, et Phryges, nimirū quod Græcā litteram admittere nollent, ex quibus uerbis manifestum est, hoc loco Burrus legendum esse et Bruges.

Literarū quadam cognatio] Cognatio literarū, est afinitas quedam, quæ alia in alia transit et mutatur, uel de uarietate, uel etiā cōpositione, quarū exēpla exhibet Fabius. Est quoq, auctore Prisciano, inter m et b magna cognatio, adeo ut apud Græcos in præterito perfecto passiuo primæ cōiugationis, u pro b usripetur. Et magister, Nimirū quod cognatio sit inter i et u uocales, adeo ut aliquoties sonos inter se cōfundat, quod supra admonuit Fabius. Et Belena in dicante Prisciano pro Helena aspirata, quāquā et Aeoles, quos in multis auctores habemus, Felena per digamma Aecoliū dicebant. Unde duellus, Ciceronis hæc sunt in Oratore perfecto, ubi sic ait: Quid uero licētius, quā quod hominum etiā nomina cōtrahebāt, quo essent aptiora: nā ut duellū bellum, et diuis bis, sic duellū eum qui Pœnes classe deuicit, bellū nominarunt. Sclatū] Festus Pompeius Fragmēt. 17. sic ait, Sclatū nāus est lata, parū altitudinis habet, sic dicta, quod ueteres locum Stlocum, et lites Stlites dicebant.

Sic et Aecoliū] Corinthus auctor de linguarū uarietate dicit, quod Aeoles in dictionibus multis, quæ iuxta cōmūnem linguā per o parū scribuntur, soleat et scribere et pronuciare u diphthogū. Quid o atq, u permutata? V quoq, multis Italiæ populis in usu non erat, et cōtrario o, unde Romanorū quoq, uetustissimi, in multis dictionibus loco eius o posuisse inueniuntur: ut, publicum, pro publicū, polchrū pro pulchrū, colpā pro culpā dicentes, et Hercules, pro Hercules, et maxime digamma antecedeat, ut seruus, pro seruus, clausus pro clauus. Pro Dioui et Veioi] Inscriptiones dedicationū tēplorū proculdubio spectauit Fabius de Ioue Victore. Porro ueteres Diouē appellarūt, quē Ennius Lucetium uocat, apud Gel. lib. 5. ca. 12. nimirū qui præsit luci, dicitq, et sit ad inuadum propensior. Nam et Iouem no

cendi studio sum coebant, appellatum Veioem.

CAPVT VII. Fo. V.

Heodeces] Hic Platonis et Isocratis auditor prius fuit, ex oppido Pamphiliæ, Phaselo a Stephano nominato, qui exiitit unus ex illis, qui ad Mausoleum dicēdū epitaphiū et tragœdiis certarūt, atq, auctore Gellio iactor abiit. Scriptis cū alias multas comœdias, tū præcepta artis rhetoricæ per uersus. Hæc uidetur ex syndesmo] Nam Græci hanc orationis partē a cōiunciendo uerborū appellarūt, siquidē alio uerbū Græcis ligo significat et uincio, futurū eius est Alio unde Alius uinculū dicitur, et autē præpositio cōiungit. A Philosophis maxime Stoicis] Ut a Diogene et Chrysippo: quā apud Laertii quinque orationis partes numerat. Nomē, Appellationem, Verbū, Cōiunctionē, et Articulū. Vocabulū ab appellatione] Ad hanc sententiā Diogenes Babylonius ita finit nomen: Nomen est pars (inquit) orationis, significās propriam qualitātē, ut puta, Diogenes, Socrates. Appellatio uero pars orationis, significās cōmūne qualitātē, ut homo, equus, Scaurus Grammaticus apud Diomedē, uocabulū ita finit. Est, inquit, quo res nominales uocis significatiōe specie nominis eniciamus, ut arbor, lapis, herba. Asseueratiō nē] Astructionē. Cōplexum esse] i. cōmexionem, cōplicationem. A pleriq,] Scilicet a Palemone, qui Fabii ætate uixit. Non desiderat] Sed in contextu orationis, et per se] Certe quod ad uocis originem attinet, et per se appellatio est dicenda. Nam et per se appello significat, unde deriuatur et per se nomen: sed et nomen quod Donatus noster appellatiuum uocat, Græcis dicitur et per se nomen. Falcatim] per fasces.

CAPVT VIII. Fo. V.

Iberum] i. inuidiatū. Festinatione ambitio] i. arroganti. Compendio] i. breuiore uia proficiscendo. Vnde Syllæ] Ludi Apollinæres bello punico primo ex libris Sibyllinis primū sunt instituti, iudante Cornelio Rufo Decēuio, qui propterea Sibylla cognominatus est, et postea corrupto nomine primus Sylla cepit uocari, lib. 1. ca. 20. Macrobi. Burrū] Burrū dicebant antiqui, quod modo dicimus rufum, unde rustici burram appellant buculā, quæ rostrum habet rufum, quomodo rubēs cibo ac potione ex prædio, Burrus appellatur, a Græco et rufus, quod ignei colorē sonat. Festus Pœp. Galbæ] Dicti sunt a colore ancillarū, quæ iam Galbæ iam Galbulæ appellantur. Serani] A serendo dicti sunt. Quod nō minus] i. quæ uoluntas discēdi. Rufus] A colore. Longus] A proceritate corporis. Vbi erit] i. in quibus originibus nominū. Plauti] Quia pedū planitie et latitudine dicti sunt, nimirū origine græca, quæ amplius et latus et uisus appellatur, indicat idem alibi Festus. Pāsa] Qui diuicatis atq, dispensis sunt pedibus, proprie sunt dicti Pāsa, quod ueteres Latini pāsū dicerent, pro eo, quod est expansum et dilatātū. Scauri] Traduntur dicti, qui eminentioribus fuerint talis. Agryppæ] Sunt auctore Plinio, qui præposito partu in pedes nascuntur, ab ægro partu sic appellati, i. difficili. Opiter] Qui patre mortuo, et auctore uito nascitur. Cordis] Qui sero et intempestiuo partu nascitur. Sic Plin. lib. 18. foemū illud autimale et sero tūm cordū a rusticis dici admonet. Posthumi] Qui post humationem patris in lucē nascitur, de quo lege caput apud Au. Gel. lib. 2. ca. 16. Vopiscus] Si Plinio credimus lib. 7. ca. 10. Is Vopiscus dicebatur, qui recenti utero nasceretur, et geminis altero interempto abortu. Cottæ] Quam quæ expressum certi nihil de origine Cottarum legere meminimus, tamen ex Suidæ uerbis, remissam conicere propemodum licet. Is ait, Cottam tam uehementer ictus facere solitum trigula, ut nō solū hostis pectus, et latera traiceret, uerum etiam terræ adfigeret. Græca nimirū origine appel-

Latum significans, qui dictus uehementiores, eodem Suida auctore, uerba in nuncuparunt; nisi fortassis alicui uersimilius uideatur, uocis ratione a malis Cotonis trahere, quorum studiosus fuerit, qui primus cognomentum hoc meruerit.

Scipiones] Cognominati sunt primi a quopiam, qui frequenter in gradiendo scipione, i. baculo inniti consueuerit.

Lenates] A ueste, opinor, ampla & lata dicti sunt. Serani] A serendo dicti sunt. Casu] Scilicet aliquo mirando. Hinc] i. ex hac etymologia, & originatione nominum. Marcipor] i. puer, hoc est seruus Marci. Septimi casus] Nam in Græcorum genitiui, auctore Prisciano ac Diomede, ut plurimum sexti sunt casus, i. ablatiui. Quæ enim Latini efferunt per ablatiuum, Græci ut plurimum per genitiuum; tum autem est uis septimi casus apud nos, cum non additur præpositio a uel ab, e uel ex, ac etiã de. Solent Græci instrumentale cõstructione facere per datiuum, quæadmodum nos per septimi casum, uelut indicat Theodorus Gaza lib. 4.

CAPVT IX.

Fo. V.

Et etiam] Quando uidelicet uerba alioqui prope E modum neutri, in tertia persona positi uisuntur, tum in prima non sunt in usu, neque enim temere dicitur, curror, nauigor & habitor. Præsum quoque] Nā uocem passiuam indicant, & tamen actiue accipiuntur.

CAPVT X.

Fo. VII.

E uirtutibus orationis] Virtus orationis est ea, quæ oratio honestatur, attolliturque, supra uulgi sermonem. Emendata] i. mendis carens, & recta grammaticæ regula castigata. Ornata] Pictura luminibus & figuris, tam uerborum quàm sententiarum. Apte] Ac commodate, & rem, & ad tempus dicere. Regula] Ratio & amplexus. Euphonia] Vocalis sonus, felix sonitus. Ab & ad uerbo, quod in cõpositione semper bonitatem significat, & euphonia, quod sonus significat. Priscus] bonâ sonoritatem interpretatur. Gel. autem iâ simpliciter sonus, iâ uocalior sonus uertit, de quo apud eundem. Quod melius sonet] Valerius Probus in hunc modum præcipit. Si, inquit, aut uerbum pangis, aut orationem soluta struis, & uerba dicenda sunt, non iunctiones illas præancidas, & fœdulas Grammaticorum spectaueris. Sed auris tuâ interroga, quid quo loco cõueniat dicere, quod suas ferit, id profecto erit rectissimum, lib. 13. ca. 20.

Prima barbarismi] Vitii in singulis dictionibus contingens barbarismus uocatur. Solocismus, inquit, Asinus apud Gellium lib. 5. cap. 20. est impar & inconueniens cõpositura partium orationis, quæ uetustiores Latini Stribiliginem appellauerunt, Asinus imparilitate uocat. Gel. certe neque barbarismi neque solocismi nomen apud idoneos auctores reperiri dicit, & antiquos nā, inquit, ut Bæpæpæpæ antiqui, sic & xaxaxax dixerunt. Promissor] Allusit, mi fallor, ad hoc Horatii, Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu? Vestibulum] Cæcilius Gallus apud A. Gel. lib. 16. ca. 5. uestibulum esse loci uacui ante iustū aduū ingressum dicit. Sic dictū auctore Sulpitio, quod olim qui dominos aduū salutandos perirent, eo loco cõsistere magna multitudo solerent. Persio] Satyra quinta Vertere mentem seclē frustra scelerare cantum.

Sicut Catullus] Quod expressit in Epigramate quodam de Aemilio hoc uersus, Ginglyus uero Ploxiem habet ueteris. Exponit partim incisione casu, partim etiã casum ipsū. Illud prius] Scilicet uitiū barbarismi, quod scribendo fit. Hoc secundum] i. uitiū, quod loquendo fit. Diuisio ne rerum] Quæ debent coniunctim offerri. Sed ut parua] Putamus esse parua, sed quæ sunt non uulgata, illud est scilicet M. Antonio. Mistruga] Quem purpuræ regalis non cõmutauit, eū Sardorum mistrugam mutauit, Cicero pro Scæuro. Ruit anima late pro eruit Virg. Rectū] i. uerū, sic loquitur Cicero. In iactationem] i. ad ostentationem. Adiciat literam] Quoniã poetæ aliquoties nolunt uel necesse cogente id genus uita in uersibus esse indu-

stria cõmittit, quod alias uerba fors in arctâ metri legē non cõirent. Sic Virgilius religione dixit, apposta littera, necessitate ductus; alioqui cū re præpositio breuē faciat syllabam, in uersum non quadrasset hæc dictio. Sic alibi Virgil. Testor chara deos, & te Germana tuūq; Dulce caput, magi cas inuita accingier artes. Sed quidam] Scilicet grāmatici, ut sunt Donatus & Diomedes. Eruditionis] i. uariæ lectionis. Tinea Placentinus] Meminit huius Tinea Placentini Cicero in catalogo clarorum Oratorum, ubi facietissimi hominem dicit fuisse, ut qui cū præcone Graniō dicacitate solitus fuerit certare. Pergula] Locus est columnus sustentatus ante aedem, uel omnibus uel pluribus lateribus liberæ auriæ expositus, in quo decumbant ueteres solebant, hoc est pergere, unde & nomen factū, utitur eo Plinius 38. libro.

Meteo Suffecio] Cõiecturam assequi possum, apud ueteres Metius in prima syllaba scribi solitum, per æ diphthongum, & Suffecius itidem per æ in secunda. Itaque hæc ratio in datiuo dicendū fuisse Ennio, Metio, Suffecio, sed quoniã in uersum heroicū syllaba inter duas longas posita non ingreditur coactus est Ennius & mutatione literarum & transmutationem facere; nā æ mutauit posuitque; e & e quod ex diphthongo reliquū erat, transiit in penultimū locum.

Canopitarum] Canobos auctore Strabone lib. 17. solebat scribi; at Stephanus una cū Plinio canopū uocat. Est autem ciuitas centū uiginti stadiis ab Alexandria distans, sortita nomen à Canopo quodā qui illic sit mortuus, Cives Canopitæ dicti sunt. Prælegunt] Ad enarrandum suscipiunt.

Venia] Ignoscentia quo Gellius utitur. Tralimen] Sic legendū opinor, ut sit & literæ u mutatio in i, quomodo sæpe scriptū deprehendimus, & ad sit quoque; transmutatio, i. literarum transpositio, alioqui non esset quod Fabius dicit, exemplū huic loco accommodandum. Porro loci est hoc nomen in Umbria Apuliæ regione ubi Romani quondam infelicititer pergnarunt. Silenna] Lucius Sisenna doctus uir & studiū optimis deditus, bene latinæ loquens, gnarus reip. non sine facietis neque laboris multo, nec satis ueritatis in causis, interiectusque inter duas ætates Hortensii & Sulpitii, nec maiore consequi poterat, & minori necessum erat cedere; huius omnis facultas ex historia eius perspicere potest. Hæc Cicero in Bruto. Porro hanc historiam cū alii, tum maxime citant Gellius & Priscianus. Assentio] Marcus Varro lib. de lingua Latina octauo ita ait. Sentio nemo dicit, & id per se nihil est, assentio tamen fere omnes dicunt: Sisenna unus assentio in Senatu dicebat, & eū postea multi secuti neque; tamē uincere cõsuetudinē potuerunt: hæc Varro. Analogia] Analogia est similis similitudinū declinatio, quā quiddam latine proportionem uocant, quæ probatur, ut quemadmodū dicimus, sentio, dissentio, consentio, ita quoque; simile cõpositū assentio dicamus, Gellius, lib. 2. cap. 25. Verum est] Marcus Cicero in Oratore perfecto, illud uerū appellare solet, quod regula & ratio artis præscribit: falsū autem quod huic est cõtrariū, Pexus] i. crassus. Pinguis] i. impolitus. Illic] i. in assentio. Hic] i. in assentione. Diuersorum generum] Scilicet & immutatione & detractione. Per umeros] Quæcumque; cadunt sub mensurâ & pondus nō habent multitudinis numerum, Varro in regula. Messala] Marcus Messala Minor natus quā nos, nullo modo inopis, sed nō nimis ornatus genere uerborum, prudens, acutus patronus, in causis cognoscendū componendisque diligens, magni laboris, multæ operæ, multarum causarum: Cicero in Bruto.

Vendicauerunt] i. peculiarem sibi fecerunt. Similiter alia] Scilicet multa sunt recepta. Nam siue est falsum, Contra artis & analogiæ rationem usurpatum.

Siue illud] Scilicet assentione. Verum est] Cum ratione grammatica quadrat. Hæc quoque pars] Scilicet quæ assentio dicit. Consensu] i. consuetudine.

Europai] pro Europæ quo modo Virg. dixit: Aulæ

in medio libabant pocula Bacchi. Musta] Malo mulsā legere. O Tupla aqua elixa cum melle mulsū conficit, Paul. Egm. medicus. Exciderunt] i. peccauerūt. Diuisio] scilicet eorū quae debet esse cōiuncta, εὐαίσιον καὶ εὐαίσιον, Coagmentationē & collisionē. Italiam] Nā in hoc uersu Virgilius primā syllabā Italiæ extendit, cū aliās sit breuīs. Hoc iatū, siue hunc metaplasin Diom. lib. 2. ἰατὰσιν, i. extensionem uocat. Præterea] Hoc secundū uitiū à grāmatis ueteribus εὐαίσιον, i. correptio syllabæ naturæ longæ, εὐαίσιον, quod contraho significat. Triumpi] Politianus Miscellaneorū. 19. narrat a se spectatū aureolū numisma, cui inscriptū fuerit ad hunc modū, T rīūpi, citra aspirationē. Insebrebat aspirationem ueteres nostri pleriq; uocibus uerborū firmandis roboradiq; ut sonus earū esset uiuidior uegetiorq; quæ de re nōnihil & M. Cic. in Orat. perstringit, ex quo loco Fabius ferme hæc transcripsit. Qua de re] De quo immo dico usū aspirationis. Inde] Hac quoq; ratione.

Declinato] Deriuato. Accentus] Lex accētū apud Latinos res est perfacilis, modo quātitates syllabarū sint perceptæ. nam dictio monosyllaba si breuīs est, uel positione longa acutū habet tenorē, sed si fuerit longa natura, circūflexū habebit, ut res, mas, spes, os. Porro dissyllaba dictio sic moderabitur, utraq; longa existente, uel ultima, solū est acutus accentus in penultima: ac si penultima longa natura fuerit, & ultima breuis natura circūflectenda est penultima. Quod si ambæ fuerint breuēs, aut altera positione longa, penultima acutum habebit. Postremo in polysyllabis penultima semper erit spectanda, ea si est longa, & ultima breuis, omni modo accentus est in ipsa penultima acutus: At si eadē hæc penultima natura existens longa, sequentem breuē habuerit, circūflectetur, penultima uero breui existente, acuetur tertia a fine, i. antepenultima. Sonos] Scilicet corruptos uocum.

Apice] i. nota. Tenores] Quasi tensiones, a Græco uerbo τῖνα, quod tēdo significat. Si acuitur] Scilicet tunc grauius pro acuta ponitur. Quam] Mediam syllabam.

Cogentes] Coagmentates, ut si quispiā in genitio autō rī dicat, si enim penultimam, quæ debuit esse graui, coagmetat ex duabus syllabis in unam, & iniuria flectit cū contractionē non concludit circūflexum accentū, nisi altera syllabarū simpliciū ante habuerit acutū tonum, quo modo flexus tonus ex acuto & graui conflatur. Atreus] Nomina apud Græcos in uis definitia, tonū habent acutū in ultima, quæadmodū testatur Theod. in. 3. et Steph. alicubi. Iam uero autor est Diom. in. 2. artis grammata, lib. Græca nomina græcis quoque accentibus pronuncianda, si eadē maneant literæ. Porro quæ Græci in uis nos in eui finimus. Dicere solebant] Cū ueritas græcæ rationis iubeat circūflecti. Acuto solo no finient] Cum tamen dissyllabum uerbum nullum finiri possit acuto tono concedentibus regulis, quando illud constat in dissyllabis semper tonum esse in priori syllaba.

Quantum & quale] Sensus est, quantum & quale si interrogamus per ea erit ultima acuta, at si cōparamus, ultima graui tono est claudenda. Quod discrimen in aduerbiis] ut in penē, ferme, fere, nec in ultima graui emnūcietur tono, putentur esse genitiui a fēra fēra, & pōna pōne.

Conditionem] Legitimū locū accētū. Quod idē] Ut scilicet uno accentu efferatur præpositio cū suo casuali. Euenit] i. usu uenit. Positione] Syllaba est longa positione, quando post uocalem breuem sequuntur immediate due consonantes, quod si hæ fuerint mutæ cum liquida, reddunt uocalem præpositam communem, ut uel corripit, uel extendi possit. Cuius difficilior] scilicet legis accētūcularum. Αἰνῶτατος Αἰνῶτατος] auctore Corintho de linguarum uarietate, est proprietas quædā peculiarem alicuius lingue particularis characterem seruans. Harū præcipuas quatuor recenset Plutarchus in Homerū scribens, Atticam, Aæolicā, Doricā, Ionicam: ceterū si quispiā omnes exactius

querere uelit, deprehendit in una græcæ lingue differentias ferme. 24. Omnium uoce] Accentum uocem, quoniam etiam si flexa fuerit, acuta esse merito dicitur, quando flexus sonus componitur ex acuto & graui. Neutra] Id est neque flexa neque acuta syllaba. Claudet] Dissyllabam scilicet uel polysyllabam. Per sonos] Scilicet corruptos pronunciationis. Ιστὰσιν] Autore Diomede, cum i plenior sono profertur, addit Martianus Capella Metacismum, cum uerborum coniunctio miteræ a fiduitate colliditur, ut si dicas mamman ipsam amo, tum Martianus paulo diuersius a Diomede finit. ἁπλοῦς μὲν] Cum scilicet l plurimum dissonet, cuius sit exemplum, sol, luna lucent, alba leui lactea, loracismum ut si enuncies, Iuno Ioui iure irascitur. Postremo Polygisma uocat, ubi s littera crebrius geminatur, ut Sosa in solario soleas sarciebat suas, quæ si uera sunt, non uideo quid non potuerit uitiū loco nune rari, quod tamen Fabius negat. Ιεχέτωρ] Graciliores literarum enunciationes, quibus usu uenit, ut hæstemus, nec quemus celeriter uerba continuare, quemadmodum tradit ex Aristotele Ludonius Cælius antiquarum lect. libr. 7. Porro Ιεχέω, gracilis & tenuis dicitur, & τῖο promo, effero. πᾶσι μὲν] Pinguiores & ampliores literarum pronuntiationes, quod usu uenit illis, qui præter naturam uirilem uocem affectant. Nam πᾶσι, latus & amplius, καὶ τῖο μὲν] quod canum sonat, & uelut recessum & solum solum, quod os oris. Recessu] i. in faucibus ipsis.

Nec ultima unquā] Scilicet in polysyllabis uel dissyllabis. Prior] scilicet syllaba est acuta ut deus. Neutra] Id est neque flexa neque acuta. Vocem] Scilicet dissyllabā uel polysyllabā. Per sonos] Scilicet corruptos literarū. Nations reprehendimus] Vt Erethrises, apud Græcos scriptores male audiunt, quod asperius crebriusq; r litteram enunciant: Sic hodie ab Italis ridetur Germani, in pronuntiatione u consonantis. ὀφθαλμοῦ] i. rectam enunciationem, ab ὀφθ quod rectū significat, & τῖο, dictio, uerbum. Amara corticis] Verg. in Sileno. Tum Phætoniades musto circumdat amara corticis. Vbi Virgilius corticem amarā in formosino genere dixit. At in. 2. Georg. Nam quæ se medio trudit de cortice gemmæ. Vnde recentiores Grammatici dubii generis statuunt hoc uocabulū. Calumnix] i. maligne accusationis uel interpretationis. In gestu] Palæmon rhetor, cuius meminit Suidas, cum in spectaculo esset, & uideret tragediam ab quodam insulso agi, qui inclamans celum, oculos & manus in terram declinabat: rursum aduocaturus terram, oculos & manus porrexit, hoc inquam, Palæmon intolerabiliter spectauit. Suedamauit ergo, Hic etiam manu solacii sinū facit dissonantem enim sermo a gestu corporis. Nutu] Capitis inclinatione. Qui plenissime] De hac re tradunt. Caulationem] i. argutiam obicientium. Nunquam in solo uerbo] Scilicet quod non reueratur ad aliqd aliud. Nam id] Scilicet uitium solacii sinū. Adiectione] Scilicet alicuius uerbi. In eo] Scilicet uerbo. Per genera] Vt si actiū pro passiuo ponitur. Detractione] Vt ambulo uiam. Aegypto uenit] Intelligitur de uel ex. Ne hoc fecit] Vt intelligatur deesse particula. Quidem] ut sit, ne hoc quidē fecit.

Autem non habui] Pro, nō autē habui. Ex quo genere] Scilicet solacii sinū. Igitur] Scilicet hæc particula.

Apud alios sit] Quod igitur ponatur in principio orationis. Diducunt] i. secerunt. πᾶσι μὲν] i. abundantiam. ἁπλοῦς] Defectu. Inuersionis] i. transmutationis. ἀντιστοιχίαν] a τῖο ποῦ ποῦ, & τῖο, per, ut, Transira per remos. ἰππεύματα] Id est, ordinis transgressionem. Siue controuersia est] Scilicet quæ facit solacii sinū. Plurima huic] Plura habet accidentia. Modos] Quos Diomedes inclinationes animi appellat. Formæ] Species. Eorum] Scilicet acutorum.

Alexandriam, Nam adiecta sunt hic prae-positiones, & in, praeter rationem, quidam autor est Diomedes, nominibus propriis locorum minorum, ut urbium & uicorum, ex superfluo apponi prae-positiones: Rursum propria locorum maiorum, ut regionum, prae-positione ipsam desiderat, haec Diomedes lib. 1. de aduersariis. *ἐν ἑστῶν* Cuius exemplum est apud Verg. in primo Aeneid. Treis notus abreptas in saxa latentis torquet. Saxa uocant Itali. Sic enim donatus ordinat, Tres abreptas naues notus torquet in saxa, quae uocant Itali aras. Haec species & a Diomede tropis communeratur, qui longissime absunt a solocisini suspitione. Sex] Scilicet Indicatus, Imperatus, Hortatus, Optatus, Coniunctus, & Infinitus. Adiciunt enim illi, uelut indicat Diomedes Promissum, & subiectum, deducunt enim a coniunctione subiectum, quae de re uide Diomedem libro primo.

In uerbi tota ratione] Fere dici ratione totam Dualis numeri, in uerbo seruari apud Graecos non omnino uerum, nam prima persona dualis numeri in omnibus pene actibus desideratur. Rarissimus eius usus] Nam ut autor est Diomedes libro primo apud uetustissimos Graecos omnino non in usu fuit numeri ratio, sed postea a curiosis quibusdam inuenta est, ita tamen ut frequentius fere usurparent antiquissimi, & probatissimi scriptores pluralem numerum pro duobus, quam dualem, id quod testatur uersus Homericus a Diomede citati.

Præterea] Scilicet sit solocisini. Quod] Scilicet legere scribere. Asperitatis] Quae scilicet est in scribere. Scribere] Paulo diuersus hodie apud Ciceronem legitur ad hunc modum, Nec uero reprehenderim scribere, scriperunt esse uerius sentio. Ex quibus constat Fabium non tam uerba quam sententias Ciceronis citasse: legendum; in Fabio pro etiam esse. Mollitum] Mollius factum.

Tota fere ratione] id est, coniugatione sit.

Vtus apud Graecos] Scilicet observatio dualis numeri in praeterito perfecto actiue. E contrario] Scilicet de pluribus dicitur. Dixere] Scilicet causas suas, id est, dixerunt patronis oratoribus. Verius] id est, magis rationi consonum. Comparationes] i. comparatiua & superlatiua. Patrium] Scilicet nomen, ut Romanus, Thebanus.

An id improprium] Scilicet genus loquendi.

Significatione] Scilicet apta ad propostum. Deerat] Scilicet ad perfectionem sermonis. Quamquam mihi haud displicet legere hoc loco aberrat, ut uidelicet magni peculium qui dicat, non compositione peccet, sed a propria uerborum significatione aberrat. In sensu] i. significatione impropria. Peculioholum] Est autem peculium, autore iuriscōsul-ti proprie, quod serui aut filii familias habent in solo, aut suppellectile, aut etiā quod per militiam lucrifecerūt, cuius usufructum uel patres uel domini habeant. Vt in uocabulo] i. quemadmodum in nomine. In utroque] In nomine & in uerbo. Tradere] Ad perfectam doctrinam.

Externa] Peregrina uel Graeca. Eiusdem generis] id est, eiusdem orationis partes. Hic aut] Pro an, quia aliud, id est, non. Alterum] id est, ne. Vetandi; Prohibendi.

Hoc amplius] Scilicet quod maius est. Loc] Scilicet sunt ambo. Eo tamen intus] Scilicet si dicitur. Comprehensionis] Cōpositionis. Vnius] scilicet particulae. Faciem] Speciem & formā. Tragedia Thyestes] Per disconuenientia generis. Ludi Floralia] i. ludi instituti in honore deae Florae, quā ueterum superstitio segetum florulentia praefecerat. In his ludis iuuenes ac puellae mudi choros ducebant, uelut indicat alicubi Macrobius in Saturnaliis. Ac megalesia] Ludi uero Megalesia erat, quos populus Megalenses uocabant, celebratos in honorem magnorum deorum, Iouis, lunonis, & magnae matris Cybeles, deriuato uocabulo a μέγας μεγάλων, quod magnū Graecis significat. Intercederunt] i. exoleuerunt & ab usu remota sunt. Schemata] i. figurae. Fere] i. ferme. Aliquam]

Propter quam scilicet sic dicatur. Per imprudentiam] Ex insperato, in praesens. In eadem specie] Facie solocisini. Quibus mares] Vt Murena, Cotta. Et neutralia] Vt Glycerium. In ordinem] Scilicet in praerceptiones incideret. In honoratam] Non illustratam nostris praerceptionibus & c. Hoc amplius] Id est, propter hoc. Peregrina] Alterius linguae. Venerunt] Scilicet in usum Latinae linguae. Thufcis] Populus Italiae, ubi modo Florentia est. Vetiūm Oratorem] Cuius etiam meminit M. Cicero in Bruto. Pollio A. Iulius patavinus] Id est, uitiū quoddam patrii sermonis. Patauium uocatur hodie Padua sub Venetorum ditione.

Pollionem] Fuit hic Pollio historicus amicus Liuii & Salustii in scribendis historiis, cuius emulationis uitia multa sunt in Noctibus Gellii, cui plerique ascribit immodicas illas uerborum periodos & circūlocutiones. Pecoritum] Genus est uelutuli apud Gellium libro decimoquinto capite de cimo, ubi plura de hoc uocabulo perstringuntur. Circo] Maximo Romae, ubi circenses ludi agebantur. Dimittebatur enim cretata mappa ei, qui uicerat currum, indicat hoc Martialis iniquis, Cretata Praetor cum uellet mittere mappam, Praetori mappam surripit Hermogenes. Hae diuilio] Scilicet uerborum. In alia] Latina. Alia] Peregrina.

Et confessis] Manifestis, ubi nostra desunt, maxime in exprimendis magistratibus & dignitatibus Romanorum. Mutuantur] Id est, mutuo assunt. Externa] Id est, peregrina, uel Graeca. Amatorum] Affectuorum.

Ex latina ratione] Ex forma dispositionis Latinae.

Parum conueniat] Id est, deest maiestate linguae Romanae. Potētiore] Vt uerbi gratia ante fuisse. Alienis egere] i. aliena forma declinandi. Pronunciantur] Vt uetustissimi Latini, quia scilicet media syllaba producta pronuciari. Prima positio] i. nominatiua. Palemo] Pro Palemon. Nec in a quidem atque in es] id est, in a, in qua terminatione apud Graecos declinationis sunt primae.

Temere] Facile. Caelium] M. Oratorem. Pelia] Pro Pelias. Euthia] Pro Euthias, Ciceronem in libro de inuentione. Olympo] Non hoc mirum est quando nec Graecus quidem sermo patitur antepenultimam acui, ultima saltem longa. Propterea nisi fallit codex deprauatus, Fabius noster hoc loco memoria Graecae rationis lapsus est, quia olympo & tyranno plane eodem accentu efferuntur, nisi forte quispiam malit a Fabio spectari Atticam accentus rationem, quae tertia a fine acui potest etiam ultima longa. Quod si uerum est, aspexit Fabius ad nomina haec Attice scripta, hoc est, per a in fine nominatiua, quemadmodum dicitur eadem proprietatem *μολαας*, & in datiuo *μολαας*; sic genitiuus Achilles & Vlyssi, pro Achilleos & Vlyssios, Graeci enim *ἀχιλλεύς* *ἰσ*, declinant & *ἰσ* *ἰσ* *ἰσ* & inde ueteres Latini, ut uidetur innuere Fabius, nominatiuum Achillis Vlyssius formarunt, latina terminatione, unde sunt latini genitiui, Vlyssi & Achilli, usurpati a Virgilio. Quamquam Grammatici Latini a pud Virgilium in his genitiuis annotent Apocopen, id est, abscissionem ultimae litterae, ut pro Achilli, Achilli dicamus. Graecas declinationes] Sic Diomedes post latinas ponit quatuor Graecas. Latina rationem] Scilicet inter declinationes. Decor] id est, maiestas Latinae sermonis. Calypsonem] Latina, scilicet ratione, in accusatiuo. Caesar utitur] Scilicet in lib. de Analogia.

Sed auctoritatem] Scilicet Caesaris. In ceteris] Scilicet nominibus Graecis. Vt utroque modo] id est, utraque ratione declinandi. Graecam figuram] Scilicet declinandi. Repugnantibus] scilicet praepositionibus. Alioquin] cum scilicet non repugnant. Vt in compositis] Ex in & con. Subabsurdum] i. aliquantulum absurdum, uel absurdum. Maleficus] amale & facio. Ex tribus] Scilicet partibus orationis diuersis. Non cōcesserim] Facere cōpositum.

Etymologie. Fatigatur. i. exercetur. Ad veritatē] id est, ad fontem. Inde. i. studio istius rei. Prauis ingenius] si sint ingenio pravo praediti. Nam & hoc. i. iudicare. Indubitata] s. sunt, quā habet etymologiam.

Iam sit] i. uera etymologia. Lepus] Marcus Varro apud Gellium lib. 1. nocturni Attici refutat hanc leporis rationem, a praepatore suo Lelio traditā, asserit enim uocabulū esse priscae Graecū quod rectiori Graecorū lingua λαιός. i. lepus dicatur. Lulus] i. Schola. Etiā ne hominem] Quasi dicas hominem, quā etymologā Laetian in libro de Opificio copulat. Et quanquā rideatur a Fabio, habuit tamen sui fundamentū etiā in Hebraeorum lingua, siquidē Hebraei duplici uocabulo hominē appellant. A ENOS dicitur hominē, a ratione, quia ex pulcherrima huius mundi structura, non cessat deū conditorē admirari, laudare & amare, id quod ueri hominis proprium est. Alterū est, ADAM quod autore diuo Hieronymo, hominem sonat e terra surgentem.

Inhumanum] Inciuile scilicet. & diuis] Celibes iuuenes dici, nimirū a decorum uitae sumpto uocabulo; nam diuis Graeci dei significat, si tēper, quod horū castimonia perpetua sit. Quanquā gentiliū superstitio etiā calū adulteris oppleat, ut tradit Plinius lib. 2. In inuentione] Subtilium etymologiarū. Agrum] Graece enim dicitur ἀγρός. Ex uocibus] Scilicet manifestum sit duci. Vertere] trāsmutare. Tanti fuit] In tantū placuit. Habitu] id est, proceritate. Etiam deriuat] Scilicet subiecerunt etymologie Arte] Etymologica.

CAP. XI. Fo. 8.

A ssertores] Autores, iudicatores. Intermis-] fa] Scilicet aliquot tēporibus. Manifesta] Apparentia nimirū, & immodicū studiū antiqui tatis prae se ferentia. Affectatione] Immodico studio alicuius rei. Vltimis] Antiquissimis. Toper] Cito.

Antigero] Valde. Exantlare] Exhaurire, perferre; a Graecis ἰσχυρῶς quod exhaurire significat. Prosa-] pia] Generis series. Saliorum] Sacerdotū XII, quos Numā Pompilius, secundus Rex Romanorū Marii Gradino legit, quae sacra quaedā carmina, picta tunica induti, per urbem sa-] lientes canerent; unde nomen habent, Liius lib. primo.

Consecratis] Iam dicatis in usum sacrii. Perpicui-] tas] i. facilitas intelligēdi. Quam sit uitiosa] i. ualde, per admirationē. Vt nouorū] Ex nouis uocabulū maxi-] me uetera iam usurpatoriā a doctissimis. Noua] Vsu no-] stri saeculi approbatoriā. Quid persuaserint] Quae uo-] cabula reliquerint nobis imitanda. Lurchabundum] Eum qui raptim & impetu uorat: Lurchonē enim uocamus gulo-] sum, hos lodes. Cum sit famini generis. Pollioni] Oratori, cuius meminit Cicero in Bruto, qui Sallustii in-] stitutus est, autore Gel. Atqui] i. licet Caelio] Orato-] re, cuius meminit Cicero in Bruto. Colos] Pro color. Alii habent collos, ut sit accusatiuis pluralis a collum.

Calvus persuaserit] Calvus poeta Elegiographus, uel potius Orator.

CAP. XII. Fo. 8.

C onfuetudo] Scilicet sequendorū usū uocabulo-] rum. Iudicium] Virtus quaedā ingenii, qua decernimus quid sequendum, quid refellendum.

Vnde enim] Scilicet sperandum. Velli] Scilicet pi-] los sub aliis, & pudendis. In gradus] Gradatim scindere. Perportare] Quod totum est mollitiei. Reprehen-] sione] Scilicet luxus & mollitiei. Insuper] Persua-] sum sit. Transcam] Taccam. Theatra] Omnes spe-] ctatores, continens pro cōtento. Circi] i. ludorū Circen-] sium spectatores. Omnes barbare] Corrupte, uitiose.

CAP. XIII. Fo. 8.

I ntra Grammatici] id est, minus est, quā quod Grammatici tradere debeat. Malus] Nā cum prior syllaba longā lineā supra scriptam habet,

arborē significat; cum autē breuem, apicem & curuū ut sur-] sum spectet, continet, significat nō bonū. Obtinuit] In-] ter b & p postpositas literas uocabulū & consonantibz, maxime mutis praepositas, nihil ferme discriminis seruari potest, propterea quod etsi diuersae, scilicet sunt mutae, gene-] re tamen eiusdē fere potestatis, unde sit ut altera in alterā transeat. Immunis] Compositū est enim immūis, ab in-] quod priuat, & mūis, significatq; etiā, qui ab aliquo uoca-] tionē habet. Nam k quidem] ut karthago & kalendae. Haec enim atq; alia quaedā per solā k in ueteribus Romano-] rum monumentis tradit scribi Valerius Probus de literarum significatione. Nam illa uetustissima] Haud dubiū est, quin hic locus miseris modis sit deprauatus. Attamen cū sen-] sum Fabii adhuc uelut e ruinis colligere licet, non est animus quicquā immutare. Porro sensus hic habet, quod apud Grae-] cos quoq; priscae tēporibus pauciores literae fuerint, quando apud nos una & eadē litera o, iam longā iam breui est, ita quoq; apud ueteres Graecos fuerit unū tantū o, quod iam ex-] tenderetur & contraheretur, quod quoque in e usu uenisse apud Graecos testatur Theodorus Gaza lib. 3. adiectā scilicet significas. Prout] i. iuxta quod. Palus] priore syl-] laba producitur, dū perticā & uallū significat: palus palu-] dius, locū palustrē corripitur. Et cum] Etiā necessariū est.

Nota] i. apice longo, uel breui. Pluris ne quis] Sci-] licet putet gentiliū singulare esse. Adiectione i literae] Datiui omnī declinationū Graecarū ultimā uocalem iota ha-] bent, nec simpliciter expressam suā syllaba, uelut usu in quin-] ta inflectione, ut βῆμα, βῆματα, uel adscriptā ultimae syl-] lae, minori tamen nota, quā admodū contingit in quatuor de-] clinationibus prioribus, quanquā hodie nō ascribitur ultimae iota, sed subsubscribitur pūctū in modū ita, αἰῶς. Nā deriuat-] ur αἰῶς, quod praedictū significat Latine. αἰῶς] i. la-] troni. Coniunctio] Scilicet aduersatiua. Comitē] id est, comitatū, societate. Si uero cum per q] Si esset cō-] iunctio continuatiua, uel conditionalis. Et quotidie] Scilicet censuerit scribendum. Verum haec] Scilicet discrimina. Inter ipsas] id est, relata sunt haec inter ineptias.

Ratio] Veritas loquendi. Temeti] Prisca Latina lin-] gua temeti uinū dictū est. Pauciores literae] Nā tantū sexdecim fuerūt literae, quā de re uide Plinius lib. 7. & Pri-] scianum lib. 1. O literae] Scilicet us est diuersa.

Rostrata] Quae rostra habebat. Interim] Aliquan-] do. G quoq;] Scilicet adiecta, significat ultimas syl-] las. Vesperus] Stella quae uesperū primum apparet. Sic Marcus Varro exponit. Ad Accium] Poetā Tragicum, cuius meminit Gellius lib. 17. cap. ult. Graeci u] Vsur-] pant hoc contractione facta ex vi breuius syllabis, in lon-] gam u, id quod usu uenit in datiuū nominū contractorū pri-] mae declinationis. Lucilius] Scilicet in uersibus grāma-] ticarum rerū. Quod quidē] Scilicet discrimen seruare in scripto. Pictai] Diues pictai uestis & auri. Verg. 9.

In iisdem] Nominibus. Prima] Scilicet declinatio-] nis. In hac parte] Scilicet usū diphthōgī a. Infra] id est, post. Atqui] Sed. Inscriptione] Cuiusmodi sunt figurae numismatum. Quia subiecta sibi uocalis] Ratio plane nihil ualeat, quādo prius illud u non est uocalis, sed consonantis loco ponitur, quoties ipsam praecedit, unde coniectura est in seruus & ceruus, eam uocem a Fabio senti-] ri, quā redderēt scripta per s, quod ad sonū u consonantis nō-] nihil flatu adiecit. Nam & pronunciamus Caius per g, quia g sonat, & per c scribitur, cuius rei rationē red-] dit Diome. li. 2. quod apud uetustissimos Latinos nō fuerit usus g literae, sed c tantū, quae tertiū locū in serialiterarum ita occupet quemadmodum apud Graecos quoque.

Enotamus] id est, scribimus ad discrimen aliorum.

In nota] Signo. Genetis] id est, rationis, quae muta-] ta sunt consuetudine. His] Scilicet probandis aut im-

probandis. Quod] Quantum. Depositum] Sibi commissum. Hac enim] Scilicet analogia, etymologia, orthographia. Nec ipse] Scilicet puto.

CAP. XIII. Fo. 9.

Etio] Cognitio recte loquendi. Suspendere spiritum] interquiescere. Flexu] id est, temperata uoce. Lentius] id est, tardius.

Intelligat] id est, intelligere oportet. Poetae canere se testantur] Diuus Sauer. Boethius libro de Musica. 7. cap. 1. sic ait, Omnis uox aut euryxus, id est, continua, aut diuina, id est, quæ dicitur cū interuallo suspensa. Continua ea dicitur, quæ loquentes uel pro sam oratione legentes, uerbis percurrimus; festinat enim tunc uox, cum non herere in acutis & grauibz sonis potest, sed quàm uelocissime uerba percurrere expediendis sensibus, exprimendisq; sermonibus. Aius nua] id autem est ea, quæ canendo suspendimus, in qua non sermonibus sed modulis inserrimus, estq; uox ipsa tardior, & per modulandas uarietates quoddam faciens interuallum, non taciturnitatis, sed suspensæ ac tardæ potius cātilenæ. His, ut quidā autumant, additur tertia differentia, quæ medias uoces possit includere, quā Viétruius libro de Arch. 5. cap. 4. medianam nuncupat, cū scilicet Heroum poemata legimus, atq; continuo cursu ut pro sam, neq; suspensam segnorio; modo uocis, ut cantici. Psalmate] id autem auctore Suida, proprie summis digitis chordas musicorū instrumentorū attingo, quo gracilior & tenuior, & magis tinnula reddatur uox: iam uero feminariū uox natura est acuta, & gracilius tinnit uirorū grauitate: Itaq; factitium illud gracilioris lectionis genus, hoc loco à Fabio damnari uidetur. Quamquā non displicet quod Raphael plasmatē legendum mauile, quod si medicamentū efficax ad uocem emollientem, id quod Persius indicare uidetur, ubi dicit, Liquido cū plasmatē guttur Mobile collerit. Prætextatum] Cum nondū uirilem togam sumpsisset. Profopopœias] Affectiones aut fictas personarū inductiones. Flexum] Mutationem quandā uocis. Tracturæ] Hausuræ, sumpturæ.

Infederit] Insuerit. Huic rei] Scilicet uirtutibus horum Poetarū intelligendis. Interim] id est, dum nondū uirtutes eorū potest intelligere. Spiritum] id est, audaciam, magnā fiducia. Rerum] Scilicet quæ narrantur ibi apud Horatiū & Virgiliū. Tragœdi] ut Sophocles, Euripides. Lyrica] Ut Pindarus, & apud nos Horatius in Odis. Licenter] Per licentiā & lasciniā. Elegia] Quæ à deploratione mortuorū nomen habet. Comata] Cæsura, sectiones, incisiones. Comata Sotadeorum] A prælectione, sunt autē Trochaica crebris cæsuris distincta, eo in genio, ut eodē metro seruato, retro legi queant, quorum autor Sotades fuit, id quod Martialis indicat his uerbis, Nec legis retro Sotadem Cinædum. Amoueantur] Ab usu puerorū. In primis] Scilicet conserent Latini prisca scriptores. Plus ingenio quàm arte] Horatius quoque in Latinis ueteribus artem desiderat & castigadi laborem, his uersibus, Aut ignoratæ premit artis crimine turpi, Et data Romanis nemia est indigna poetis. Circa glossema] Aristoteles in Poeticis lib. sic inquit, Omnis uox aut propria est, quæ uidelicet singuli utuntur, aut est glossa, quæ cæteri hoc est, ut postea ipse exponit, Heroicorū uersuum scriptores. Ex quibus Aristotelis uerbis, atq; etiā ex his quæ ex Eustathio citat etymologicus, colligere licet, glossemata & glossas apud Fabium prius & poeticas uoces recte intelligi, quas idem Fabius iam ante, linguam secretiorem interpretatur est, & hic uoces minus usitatas appellat: Sic apud Diomedem intelligendum est Glossematicum dicendi genus: Qui itaq; apud ueteres has uoces interpretabantur, in Græcorum commentariis glossographi dicuntur.

Atticissimus] id est, gratissima Attici sermonis puritas, quæ quemadmodū & Cellius testatur, ceteris Græcorū linguis

& puritate, & breuitate luculenta præstitit. Oeconomia] id est, dispensatio & distributio argumenti proprii. Aures] Scilicet iudicum & auditoriū. Respirant] Spiritum sumunt. Poeticis uoluptatibus] id est, amœnis poetarum uersibus. Reddi] Exhiberi, expromi.

Metaplasmos] Trāsformationes, ut dixi de barbarismo & solæcismo. Necessitati] Quæ scilicet cogitur sic loqui poeta. Artificialium] Artificii poetici. Modis] Rationibus. Tropos] Mutationes sermonis uulgaris per alium uenustiores. Schemata, id est, habitus. Instigat] instillat. Certe] id est, saltem, sæpius sic accipitur apud auctores. Didymo] Græco scriptore Grammatico, cuius meminit Suidas, quī & παρρησιος & dictus est. Vnde] Ex qua rei causa. Deprehenduntur] id est, opprimuntur. Nescire] Scilicet quæ non est opus scire.

CAP. XV. Fo. 9.

Ethodicen] id est, compendiosam, præceptionē siquidē illis Græcis uā significat, & μὲν δὲ ὀνόμαζεν breuiusculā, & magis cōpendiosā, quæ à publica, quæ incedere uetuit Pythagoras, per agrū declinat, unde abbreviationes, artium præceptiones hoc uocabulo ab Aristotele intelliguntur. Succedunt] Affines & cognatæ sunt. Modum] Scilicet argumenti. Stylo] id est, scriptione. Sententiæ quoq;] Sententiæ est oratio generalē proniciationē habēs, hortās ad aliquā rem, uel deterrens, ut in illo Homérico: non oportet per totā noctem dormire principē iurū. Hortas uero ut in illo Theognidis Græci antiquissimi poeta, Oportet eū qui pauperem fugere statuerit, uel latissimū pontū penetrare & scopulos nō horrere præcipites, sic Priscianus transtulit, scribens de exercitatione laborū. Et Chriæ] Vñs, quē Græci χρίαν uocant, est cōmemoratio alicuius orationis, uel facti, uel utriusq; similis, celerem habens demonstrationem, quæ utilitatis alicuius causā pleniusque profertur, unde & nomen habet.

H δὲ λέγει] Quē Hermogenes auctore Prisciano δὲ λέγει uocat, dicitur imitatio sermonis ad mores & suppositas personas accommodata. Priscianus allocutionē interpretatur, nō admodū significanter, nā δὲ ὁ μὲν & cōsuetudo dicitur, & λέγει oratio. Paraphrasi] Vbi uero expositionē circa eadē sententiā uerbis uenustioribus. Tractauerit] Exercuerit. Cuiusq; dicendo] Cuiusq; exercitationis genere. Ratio] Modus. Forma] Habitus. Voce] i. proniciatione, ut Demosthenes quo pacto Orator factus esset maximus, interrogatus: respondit, se plus olei quā uini cōsumpsisse. Crates] Philosophus Thebanus, qui auri grāde pondus mari immerisit, ne ipse ab eo submergeretur. xps dñs] i. usuales. Ratio] Causa subiunctiua alioquoties. Narratiunculas] i. poetarū fabulas, quæ fictæ uero simili dispositione imaginē ueritatis exhibeant.

Cætera] Scilicet præexercitationē. Maioris operis] Curæ, ut operationē, laudē, refutationē, locū cōmunem, cōparationem, descriptionem, positionem, et legislationē, quæ omnia apud Græcos ante rhetorices ingressum tractantur.

Spiritus] Audaciæ & fiduciæ. Grammaticis] id est, grammaticorum præceptionibus.

CAP. XVI. Fo. 10.

γυμνασία δὲ λέγει] id est, eruditionem circularē, id est, omnibus numeris perfectissimā: siquidem constat ex Geometrarū disputatione, omnibz figurarū circuli esse perfectissimū, ut pote omnibus aliis magis capacem, & neque initium neque finem aliquem ostendentē: unde & apud Aegyptios, ueluti testatur Horus in lib. de sacris Aegyptiorum notis, æternitatis est symbolum: tum etiam Geometrie omnium figurarum rationem in circuli natura inclusam docent: Propterea nexus ille capacissimus omnium disciplinarum, cuius uel exitum uel ingressum uix deprehendas, ueteres Græci γυμνασία δὲ λέγει, id est, cir-

nem. Canticis] id est, Lyricis carminibus, ut sunt Pindari. Inoffensa] Decet, non collisa. Aut non] Scilicet necessario. Sonus] Voculatio. Modo] Ratione. Rerum] Variarum. Sicut in mutatio] Adhibetur varie. Atque] Etiam. Flexus] Mediocris mutatio uocis. Epythia] i. felix gesticulatio & modulatio corporis. Nec aliunde] quā a musices cognitione. Sepositus] Peculiariter seimctus.

Quid tā propriū musices? .s. quam habere curā uocis. Præsumenda] Scilicet Oratori. Hæc pars] Cura uocis. Musicus] Seruus, sic enim à Cicerone appellatur. Tona rion] A tenore uel tono, quem uoci Gracchi adhiberet, abun de hoc est scriptum in Cicerone de Oratore, & Gellio.

Intendi] Veleiā remitti crassiore uoce. Huius utilita tis] Scilicet Musices. Sine musico] Possunt percipi. Illoscerte] Nō putabit sine musica esse. Ad Lyram] Vt est Pindarus. Hæc] Argumenta de laude musices.

Antiquitus] Ex antiquitate. Legitimam] Iustam. A Chirone] Qui Achillis nutritus fuit. Committen dum] Errandū, designadū, semper in malā partē. Dubia] Ambiguae laudis. Scenis] Theatris. Effeminata] Emol lita, fracta, deiecta, enervata. Impudicis modis] lasciuis modulis. Minima] Immo maxima. Excidit] Exculpit, extirpauit, extinxit. Psalteria] Psalterium quemadmodū testatur diuus Hieronymus multis locis instrumentum fuit, fidibus decem instructum, unde & regius Propheta Psalte rium de cithordum celebrat: solebat autem qui pulsabat hoc instrumentū una quoque incinere, id quod Græcis τὰ ἄνω δicitur. à quo Psalter & Paltria foemina quæ hoc instru menti genere exercitata est, Hebræi Nablon uocant.

Sambucus] Spadicæ recte legi hoc loco, cum uetusti codi ces, tum uero maxime Iulius Pollux persuadet: Is enim libro decimo cap. 4. Spadicæ inter instrumenta ἀρωγὴ μύρα, id est, quæ manu pulsanter, cōnumerat. Nam Pythagoram] Qui primus omnium Musicam apud Græcos reperit In Spondeum] Quā uocis longitudine, grauitatē quandā præ se fert, siquidem Spondeus modulus, ex more longis so nis conficitur, quemadmodū & apud Poetas per habens lon gas duas syllabas spondus dicitur. Tibicina] Ea quæ ca nebat tibia. Composuisse] Sedasse. Et Chrysippus] In li. de educatione. Allectationibus] Oblectationibus.

Ficta materia] Argumentum. Ponitur] Loco thematis. Phrygiū melos] Genus enim est melodie, quod ut auctor est Lucianus, uehementiam quandam & furorem in animis audientium concitat: uocatur enim ab ipso φρυγίων & cithor, hoc est, intensum & uiolentum. Præcipitia] Id est, præ ruptas rupes. Quæ] Argumenta.

CAP. XVIII. Fo. II.

I Nde] Ex Geometria. Cum sit diuina] Hinc est, quod huius professionis princeps Euclides, æquali cura etiam numerorum rationem libro Geometriæ. 6. tractat: quādo antiquitas, ut Fabius hoc cap. manifestissime indicat, Geometriæ appellatione, & Arith meticen, & Astronomiam sit complexa. Notitia] Quam hodie uocant Arithmeticen. In causis] Agendis.

Circasummas] Circa supputatiōes. Sed si digitorū] Rationem digitorū inuenies in commentariis Hieronymi ex Beda theologo transcriptis. Saltem] Solū. Trepidat] Hæsitat, dubitat. A computatione] Numero. Linearis ratio] id est, cognitio linearis magnitudinū quā pollicetur Geometria. Terminis] Scilicet agrorum.

Lites] Scilicet apud iudices. Mensuris] Spatiis. Ordo] Scilicet probationū, definitiōnū. Propositarū] Sci licet ab oratore. Cōclusio] Cōprobatio. Syllogismis] Ratiocinationibus, collectionibus. Ratione] Scilicet certa. Fit hoc] Scilicet ut falsa sint uerisimilia.

Pseudographias] Descriptiones falsas. Maiora] Quā

scilicet quæ in numero concurrunt. Extremæ lineæ] Cir cunferentiæ. Reprehens] Damnat. Planis] Scilicet figu ris. Paribus oris] id est, æqualibus lateribus. Quadrata] Plus spatii continebūt. Rursus quadrata triangulis] Nā in quadratis æqualiteribus demetendis, latus in sese ducen dum erit, siue latus per latus multiplicandum: In hoc autem quadrato, decem pedes latus constituunt, eos si multiplicau eris per decem, deprehendes aream inclusam centum esse pe dum, nam decies decem centum reddunt. Patere] Extendi. Expeditum] Promptum. Circuitus] Circunferentia. Campi] Spatii. Colligere] Supputatione assequi.

In quaque partem] id est, in unumquodque latus suppie tatum. Extremitatis] Circunferentiæ. Areæ] Spatia in clusa. Lineis] Scilicet æqualibus. Amplius] Spatium cō prehensum. Per oram] Circunferentiam. Intra] In ipsa area. Fronte] id est, lateribus duobus longitudinis.

Ex illo] Scilicet spatio. Amplectuntur] Lineæ circum ductæ. Deducens] Detrahens partem spatii. Eodem cir cum &c.] Aequali circunferentia. Vtrinque] Ex utraque parte longitudinis. Singulis] Pedibus, id est, uno tantū pe de. Quadratos] Scilicet pedes. Ducetur] Per supputa tionem. Longitudo] Scilicet eius. Centum] In quadra to æqualiter. Quadrati] Aequaliter. Amplitudini] In cluse lineis. Amplitudo] Mensura. Locis] Spatii.

Planis] Scilicet locis uel uenit. Soli] id est, loci. Rationem] Machinā. Nicias] Princeps Atheniensis, cuius meminit Thucydides in. 7. Linearibus illis] id est, linearibus supputationibus. De pronuntiatione] Actio ne. Gestus] Decentis motus.

CAP. XIX. Fo. II.

Liquid] Scilicet operæ. Comædo] Histrio ni. Eatenus] Scilicet fiat. In hoc] id est, spe futuri Oratoris. Frangi] Emolliri. Vocis] id est, representandæ. Vernilitate] Licentia, scurrilitate, la sciua. Affectum] Dispositionem animi. Vtrinque] Sci licet gestum & motum. Modum] id est, mensurā, præscri ptiōē. Nimius] id est, immodicus. Excursionibus] Sta tione, immutatione. In his] Scilicet rebus præstandis, ut nō sit minus uultus uel manus immutatio. Prima] id est, opti ma. Nears] Scilicet affectata. Oris] Enunciationis.

Frequens mutatio] Nam monet id Suetonius, se adules cē tulo, principem quandam Grammaticum alternis diebus de clamare solitum, alternis disputare: tum & sese audisse me moria patrum suorum, quosdam e Grammaticis statim ludo transisse in forum, atque in numerum præstantissimorum patronorum receptos. Qua] id est, cuius pronuntiatione.

Demosthenes laborauit] Adeo etiam, ut altera pro alte ra aliquoties scribatur, ut ἀνίστασθαι uel ἀφίστασθαι utrunque clibanum uel furnum significat. Laboramus] In eo quod ægre præstamus. In faucibus] Receptus oris. Puro] Sim plici, id est, in affectato. κατὰ πρῶτον λόγον] id est, scititū. Saltationibus] id est, tripudiū. Intercidant] Id est, pronun tiatione pereant. Vt par sibi sermo sit] id est, ubique sui similis. Gestus] Modulatio corporis.

Expressa sint uerba] Quod fiet, si accuratius primā pue rorum balbutiem emendauerimus, quam inolitam uidemus pertinacissime durare in omni uita. Oris inanitate] bia tu. Recta facies] Erecta statura. Disfendat] Diducat. Rictus] Rima oris, scilicet subducendis superciliis. Vtrolibet] In utranque partē. Pluribus generibus] id est, multis modis uocis intendendæ. In his rebus] Scilicet diducendis aut subducendis superciliis. Momentum] In gens pondus. Flexus] Immutatio uocis & concentus.

Debet etiam docere comædus] Cuius rei exēpla sunt copiosa apud Terentium in Andria: Narrationes, in scena omnium prima, Suasionis scena tertia actus tertii: & secū da quinti

da quinti actus: Commiserationis, scena ultima primi actus.
 Palæstricis uacauerint] Luctandi exercitationibus.
 In oleo] Quo scilicet seungebant decertanturi.
 Ad hoc] Scilicet propofitum. Pars in utro] Nam nō
 nisi ebrii luctabantur. Mentem] Id est subtilitatē men-
 tis. Non indignandum] Id est, non dedignetur discere.
 Chironomia] Id est, lex manū, nam v. m. Græcis le-
 gem significat, & χηρ, p. s. manum. Heroicis] Priscis, ac-
 ceptimus a Xenophonte in libro de Legibus Lacedæmoniorū:
 Porro saltationem hanc opinor esse, quam Iulius Pollux lib.
 4. cap. 14. ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς uocat, additq; Laconicam esse, nimirum
 sic appellatam, decenti & apta glomerandorum pedum du-
 plicatione. Crassi] Scilicet argumenta sunt. Armis]
 Exercitatione militari. Retinebitur] Scilicet usus pa-
 læstricas. Saltationis] Id est, tripudii.
 Exercitatione puerili] Scilicet saltandi, luctandi, di-
 gladiandi. Id agentes] Quærentes. Persequatur]
 Comitetur.

CAP. XX. Fo. II.

Egant] Scilicet omnia posse tradi & percipi.
 N Dies] Quo scilicet hæc omnia possent tradi,
 & distribui, qui dies inquam sit partitus in ho-
 ras. Hoc] Id est, tot labores. Agilis] Sequax.
 Citharædi] Qui canunt ad citharam. Flexibus]
 Permutationibus. Probant] Aestimant. Tempore]
 Scilicet gradiendi. Opprehens] Oppressi rerum dicen-
 darum numero. Electio uerborum] Enunciatione no-
 tat. Stylus] Exercitatio scribendi. Recentes] Instru-
 cti. Obtundi] Encari, hebetari frequentiter iteratione.

Et ut semel finiam] Scilicet ea absurda quæ sequatur.

Colant] Curent. Rationibus domesticis] Curis fa-
 miliaribus. Diu] Scilicet idem. Nouiciis feruis]
 Barbaris, recens emptis. Obduruerunt] Callum obdu-
 xerunt. & αἰδῶν, u. m. A pueris eruditus a uicis, id est, quod
 pueri significat, & αἰδῶν, u. m. A pueris eruditus. Tempus] In-
 fantie. Continui] Assidui. Grauant] Scilicet pro-
 prio pondere. Sed] i. quia. Metiuntur] i. aestimant
 pueri per meditationē. Fatigatio] Quæ ab alio scilicet
 inducitur. Sensus] Scilicet addiscitis. Cogitatio]
 Quæ nos ipsi urgemur ad disciplinas suscipiēdas cū scilicet
 aduultor factus. Succursus] i. extraordinarius. Con-
 sumi] Conuolucere. His artibus] Mathematicis disci-
 plinis. Moduletur] Modulos musico componat.

Notis] Signis musicorum. Opera] Officia. Nec
 saltatorem] Quæ de re uide Gel. lib. 1. cap. 5. Suppedi-
 tabit] i. suppetet. Emicuit] Excelluit. Athenæ]
 Exultantes omniū disciplinarū. Præteximus] Obtendi-
 mus. Pythagoreorum] Disciplinarū, quæ numeris con-
 stabant. Operis] Rhetorici officii. Vsum] Aduo-
 candi & patrocinandi. Sordidum] Sordidus hominibus
 dignū. His disciplinis] Liberalibus. Acquirant]
 Lucra. Sordide] Inhoneste. Quid studia referant]
 Id est, quantum opum. Aduocationum] Patrociniorum.
 Spectaculis] Inanibus rebus spectandis. Ineruditus]
 Incivilibus. Voluptatibus] i. eas potissimum quas ex gu-
 stu & tactu concepit, de quibus uide Gel. lib. 19. cap. 2.

IN LIBRI SECVNDI.

CAP. I. Fo. 12.

Atio] Rectus modus instituendi.
 Eius rei] Eius institutionis. Alie-
 nas] Rhetorū partes. Declamare]
 Fictas causas exercendi gratia agere.
 Idque] Scilicet facere, dicunt sui of-
 ficil esse. Materias] Causas. Iudiciales] In quibus iu-
 dicis sententia expetitur. Cætera] i. materias laudati-
 uas & uituperatiuas. Satis] Scilicet sibi esse. Deteli-

cta] Posthabita. Nomine] Causa. Gratia quoque
 his] Quod scilicet re de fortā non designati sunt excipere.

Protopoparias] Personarū fictiones. Irumpunt] i.
 insiliunt. Opera] Officia suadendi & dissuadendi.

Debita] Destinata. Subdidat] Subhereat. Rhe-
 toricen] Narrādo, suadēdo, dissuadēdo, pronūciando &c.
 Prouecta] Progressa. Literaturam uocauerunt]
 Vnde etiā Grammaticos ueteres Literatos uisgo appellauerūt,
 ut ex Cornelio Nepote citat Suet. Trāquillus in lib. De Cla-
 ris Grammaticis, quo loco & hæc addit, V eteres, inquit, Grā-
 maticici & Rhetoricā docebant, ac multoties de utraq; re com-
 metarii ferūtur: secundū quā cōsuetudinē posteriores quoq;
 existimo, q̄ q̄ iā discretis professionibus, nihilominus uel re-
 tinuisse, uel instituisse, & ipsos quædam genera institutionū
 ad eloquentiā præparandā, ut problemata, periphrasēs, elo-
 cutiones, ethologias, atq; alia hoc genus, ne scilicet seci omni
 no atq; aridi pueri rhetoribus traderētur, quæ quidē onititi
 iam uideo desidia quorundam & infantia: non enim fastidio
 putem: hæc Suet. Paupertate] Quæ scilicet literis debet
 contineri. Constatere] Permanere. Primi illi] Vt
 sunt Crater, Mallotes &c. Vis eloquendi] Nā Græcis
 ὁ λόγος, eloquor dicitur. Detrectet] Non abneget.

Opera] Officio. Effecerit] Profecerit, promouerit.

Rudimenta] Præexercitamenta. Vt Theses dice-
 rent] Thesis, est deliberatio aliqua, rationis usu probata de
 negotio aliquo, quod in consiliū uenerit, ut Num ducenda sit
 uxor? An bellū suscipiendū? An muri renouandi? atq; id ge-
 nus alia, de quibus solēbāt cōtendere. Cætera præexerci-
 tamenta] Quod scilicet idē testatur Suet. in lib. De Cla-
 ris Rhetoribus. Alia genera] Causarū. Quæ in par-
 te] Narratione. Plurimum] Artificii, rhetorici.

Certaminibus] Forensibus contentionibus. Non cō-
 munes loci] Cōmunis locus est oratio, quæ bona uel mala,
 quæ alicui sunt amplificatur ut contra tyrannū locus cō-
 munit est. Quisq; reip. leges uiolauerit, capite plectendus
 esto: hæc enim oratione omnes qui legibus non obteperant, quod ex
 eo multis quadret. Hæc Aphthonius. Directi] Cōpa-
 rati. Cōpositos] Fuisse. Quæstiones] Scilicet propo-
 sitæ. Generaliter] Generalibus argumentis. Medi-
 diis] In intimis penetrabilibus. Hæc arma] i. loci cōmū-
 nes. Res poscat] Vsum. Quæ] Præexercitamenta.
 Fundentur] Artificiose. Aliqui] Malo iudicio præ-
 diti. Festinationem] Quæ uitio datur. Labor] Sci-
 licet puero. Quod] Quam rationem docendi.

Labor] Præexercitando discipulos.

CAP. II.

Fo. 12.

Ires] Profectus. Consequi] Asequi intelli-
 V gentia. Conspici] Dignosci. Mores] Ra-
 tionem uiuendi. Quod] Officiū præceptoris.
 Eius rei] Officii. Adulti] Matura ætate prouecti.
 Ab iniuria] Vitiū scilicet. Ferociiores] Intracta-
 biliiores. Grauitas] Seueritas morū. Licentia] Immo-
 dica libertate. Præstare abstinētiā] Vitiū scilicet.
 Astringerit] Adiunxerit, similes fecerit. Habeat]
 Scilicet in se. Comitas] Affabilitas. Soluta] Licen-
 tiosa. Inde] Ex austeritate tristi. Hinc] Ex comita-
 te dissoluta. Castigabit] Verbis seueris. Minime ira-
 cundus] Immodicus ira. Nec dissimulanter] Non ta-
 cebit ea scilicet, quæ sunt emendanda. Simplex] Facilis,
 apertus, minime inuidus. Assiduus] Continuus.

Immodicus] Non decet tā festinare prælegendo, quā
 cōmeare. In laudandis dictionibus] Declamationibus.
 Malignus] Inuidus. Res altera] Malignitas laudā-
 di. Altera] Id est, immodica laudatio, negligentia.
 Minime contumeliosus] Fastidiosus. Referant]

Imitatione exprimant. Suppedite] Subministre.

Tamen uia illa uox] Sic Plin. lib. 2. in quadā epistola ad Nepotem suū scribit, dicens, Habeo hic quos legā, nō minus dīctos etiam: legendi semper erit occasio audiendi non semper multo magis ut uulgō dicitur, uia uox afficit: Nam licet aciora sint quae legas, altius tamen in animo sedent, quae pronuntiatio, uultus, habitus, gestus, etiam dicentis affigit. Et Diuus Hieronymus in epistola ad Paulinum: Habebat, inquit, nescio quid latentis energiae uia uox, & in aure discipuli, de auditoris ore transfusa, fortius sonant.

Imitemur] Effingamus eos. In laudando] Discipulos & praeceptorem. Pendeat] Hareat, dubius sit.

Humanitas uocatur] Scilicet immerito.

Theatralis] Theatro digna. Seuerē] Grauiorē.

Hostis] Pestis. Effuderint] Quicquid quoquo modo ediderint. Dicit] Declamat. Discernent] Discipuli iudicio praeceptoris. Facultas] Facilitas. Succincti] Parati. Clausulam] Periodū. Excurrunt] De sedibus suis exultatione] Gesticulatione. Id mutuum est] Multi mutuo scabunt. Hinc] Ex hac consuetudine.

Tumor] Fastus. Illo tumultu] Applausu. In hoc] Hanc curam. Dicit] Praeceptor uel discipulus.

Moribus] Formandis. Vltimis] Extremis, maximis. Schola] Coetus scholasticus. In hac parte] Qua optimi quique praeceptores eligendi sunt. Fides, opinio.

CAP. III.

Fo. 13.

Doneos] Maturus. Tanq̃] Quasi. Mediocritas] Simplicitas. Ad suscipiendas]

I Sustinendas. Superba] Fastidiosa. Qua in re] Id est, questione. Imbui] Statim insci, impleri.

Eluendis] Exuendis, eximendis. Onus] Scilicet docēdi.

Prius] Scilicet tempore. Error] Falsa opinio.

Exifflant] Scilicet parentes. Stomacho] i. utiq̃; ualente mediocri iudicio eruditionis, quod in corpore stomachus, hoc in animo ingenium est. Securitas] Ignauia.

Præceptores] Mediocres. Prius] Citra iudicium.

Frequentior] Quam scilicet prior. Descendere] Se se demittere. Idq̃] Quod scilicet non descendit ad minora. Interim] Partim. Inferioribus] Rudimentis.

Neq̃] possunt] Nō possunt se se demittere ad interiora. Nolint] Se se demittere. Non habeo] Ceseo, refero.

Poste aurē] Scilicet inferiora prae stare. Cōtendo] Rationibus certis cōprobare conor. Ratio] Certus modus institutiōis &c. Planissima] manifestissima. Eminent]

Præluet, nisi absurda quae sequantur. Phidias] Statuarius nobilissimus, cuius meminit Plin. lib. 36. cap. 5.

Iouem] Statuā Iouis Olympii. Accedunt] Adiunguntur sunt, ut multa deorū statuē. Loqui] Quod est Grammatici. Prudentem] Accuratum, rerum usu doctum.

Mensuram] Mediocritatem. Minuat] Contrahat.

Facinora] Nugis exposita. Perspicuitas] Facilitas intelligendi. Eriguntur] Surriunt se se. Tumidos]

Praeceptores inflatos. Corruptos] Infelici iudicio praeditos, uel malū dicendi genus habētes. Genere peccātes]

Vtentes. Tinnulos] Plus satis tenuēs, & acutos in dicēdo. Cacozelia] Infelici imitationis genere dicendi.

Virium] Ingenii. Diuertunt] Diuerticula quærit. Teneros] Imbelles. Quod] Scilicet dictum à me.

Tuor] Ratione defendo. Id] Scilicet ut uerba mea sententiae sint contraria. Corrigitur] A praeceptore.

Vitiola] Scilicet dicta, uel scripta. Ad Phœnicis Homerici. Nam hic Phœnix apud Homerū sic ad Achillem uerba facit, Propterea, inquit, tuus pater me tibi adhibuit praeceptorem, ut te docerē haec omnia, uidelicet ut & sermone eloquens, & rebus agendis ciuilibus enaderes. Dicere] Elo-

quentem esse. Facere] Rectos mores prae stare.

CAP. IIII.

Fo. 13.

Inc] Posthac. Dilata] Prolata. Parūper]

H Aliquādiu. Ingressus] Initiū. Excepta]

Scilicet ea narratione. Fabula] Argumentū.

Robustior] Firmior, efficacior. Arida] Sicca, tenuis.

Ieiuna] Plus satis breuis. Inornatas] Non uestitas uerborū copia. Lasciuat] Immodice uagetur.

Sinuosa] Implicata. Descriptionibus] Locorū & temporū, & personarū quae fecerit, & cui personae sit facta.

Accerlitis] Nimium affectatis. Vtrūq̃] Indicare scilicet, atq̃; lasciuare. Indoles] Indiciū & specimen futura rei. Lata] Facēda. Plura iusto] Plus quam satis est. Iucundioris] Mollioris, lasciuioris. Corpus] Scilicet pueri. Alstringat] Gracilius reddat. Hinc] Ex hac ubertate. Macie] Macilentū habitū. Expressus]

Delinatus. Sicca] Breuias. Ingenium] Ingeniū ubertas. Iudicio] i. per iudicium. Praesumitur] Antefumitur & paratur, ut se ultra homines non audeat exundare. Materiam] Scilicet orationis: Alludit ad materiā lignorum, quae fabri domos aedificant. Fulsam] Amplam.

Decoquent] Absument, translatio rusticis, defruta & sapam coquentibus sumpta. Ratio] Quae indies magis ac magis excreuit in pueris. Limabit] Translatio à fabris ferrariis sumpta. Deteretur] Consumetur. Sic] Scilicet materia. Caelatura] Insculptura. Rumpat] Frāgat. Apud Ciceronem] Li. 2. de Orat. Terram spectantes] Nihil egregiū conantes, propter pusillanimitatem.

Macies] Immodica tenuitas, & macor ille iudicio carentis. Vitiū] Immodice ubertatis. Virtutibus] Rerum & uerborū copia. Lacu] Torculari. Austera] Acioris saporis. Ferent] Scilicet musta. Proficient] Meliora fient. Oderunt] Scilicet studia. Cicatricem]

Vulneris obductum. Iccundus] Comis, affabilis.

Leuantur] Mitigantur. Sint aspecta] Translatio à Chirurgo sumpta. Quadam] Scilicet uitia. Interponendo aliquid] Vbi deficiunt. Discre] Praelegere.

Morosa] Argumenta. Imitetur] Scilicet uerbis suis.

Expertus sum] Scilicet in meis discipulis. De integro] Demō. Enim] Scilicet expertus sum. Quatenus] i. quāto gaudent discipuli. Alia aetas] Adulta scilicet. Larius] Pinguis. Ingenio] Ingeniū inuentione.

Retro] Retrogrado ordine narrare. Expositionē] Narrationē. Discurre] Narrationē. Cogantur] scilicet pueri. Ad gremium] i. in conspectū & ad iudiciū non possunt aliquid perfectū perficere. Memoria]

Ratiocinando. Extemporalis] Quae ex improbitate & ex tempore. Expectata] Matura aliquatū, lactatione]

Id est, pertinet ad arrogantiam & iactantiam circulatorū & circulatorū. Locus] De parada scilicet facilitate sermonis. Transibitur] Praeribitur. Naturam] Quasi sibi iam a natura esset. Quærimus perfectum] Scilicet oratorem. Cito] Prompte, expedite facile.

ἀνακωή] Id est, de structio proposita alienius rei in narratione, hac autem ratione euertere sunt, quae neque admodum manifesta, neque omnino, ut nunc loquuntur, impossibilia uideantur, scilicet quae mediam quandam conditionem habeant. Conuenit autem hoc exercitationis genere, primum autorem rei narrare criminari, ac per hoc ei fidem abrogare, deinde rei ipsius expositionem adiungere, quā particulatim infirmare decet, primum quod sit obscura, unde confecta uideri queat, quod non uerisimilis nitiō sit fieri non potuerit neque docuerit: sunt aduersarius noluit, contigisset, multa inde sequi contendimus. Quod exercitationis genus omnem rhetoricæ artis uim in se continere tradit Apthomius, unde haec transulimus. Iam uero narrate rei confir-

confirmatio u[er]ba sexus dicitur, quæ contrariis rationibus est tractanda. Aegerea] Nympha. Græcis historici] Vnde & nugator homo dictus est Herodotus, & fabulator Diodorus, iude Plinium. Inde] Post hæc genera exercitæ tionis. Formatur] Instituitur. Inde] Ex hoc opere. Modum] Mensurâ quandâ. Laudare claros uiros] Tertia pars rhetorices continetur genere demonstratio.

Hi] Locî communes. Generali tractatu] in quo non nominantur persone. Adulter cæcus &c.] In quos declaramus. Pro luxuria] id est in defensionem in sua prodigalitate. Defenditur] Scilicet in scholis. Theses] Positiones. Comparatione] Collatione. Militaris uiri] Equitis. Posterior] Scilicet locus iuris periti armilaris uiri laus maior. In causa] Quæ Cicero dixit pro Murena contra Seruium Sulpitium iurisconsultum.

illæ] Theses. Deliberatium genus] Quod potissimum locum habet in senatu &c. Genus] Scilicet causarum. Coniecturam] Iuris periti hodie præsumptionem appellat. Armata Venus] Lactatius libro institutionum primo, ca. xx. de Venere calua, ac armata sic loquitur: Vrbe a Galis occupata, obsessi in Capitolio Romani, cum ex mulierum capillis tormenta fecissent, eadem Veneri caluæ consecraverunt: a Lacedæmoniis fortasse didicerant, deos sibi ex euentis fingere, qui cum Messenios obsideret, & illi furtim deceptis obsessis egresit, ad diripiendam Lacedæmoniam cucurrissent, a Spartanis mulieribus fugati sunt. Cognitis autem hostium insidiis, Lacedæmonii sequebantur: his armatæ mulieres obuiam longius exiuerunt, quæ cum uiros suos cererent parare se: ad pugnam, quos qui putarent Messenios esse, corpora sua nudarunt. At illi uxoribus cognitis, & aspectu in libidine concitati, sicut erant armati, permixti sunt utique promiscue nos enim uocabat discernere. Propter huius facti memoriam eadem Veneri armatæ ac simulachrū posuerunt. In hanc Venerem Politianus epigramma græcum reliquit longe uetustissimum, quod exstat in epistolarum uolumine, ni fallor quarto. Cupido puer] Reddit Propertius harum omnium rationem his uersibus. Quicumque ille fuit puerum qui pinxit amorem, Quorum hoc ultimum est. Nec quisquam ex illo uulnere sanus abit.

Emblemata] Proprie ea dicuntur, quæ uarij coloris in sternendis pavementis interseruntur, ueluti tessellæ, etiam colores diuersi uestibus intertexti, emblemata dicuntur græca origine, quasi tu dicas inieclamenta, a præpositione in, quæ in significat, & ἐλάω, quod iacio. Quarere] Scilicet omnino. Exequi] Præstare ratione. Volumatē] Scilicet eorum, qui sibi hæc finxerunt. Genus] Scilicet exercitæ tionis. In officiis] Civilibus. Actis] Actionibus forensibus. Promptu] Ad manum semper. Extēporales] Non præmeditata, nō ante promissa. Quo] Facto.

Facies] Natura. Quomodo] Scilicet possint. Altercationibus] Partis aduersæ. Rogare] Examinare. Tractantur] Vbi ueniunt. Tanto ante] Multo. Prosequi] Exprimere. His oratoribus] Pauperioribus. Fastidium] Tedium. Repositi] Biscotti. Suppellex] Parata rerū copia. Deprehēsa] Oppressa. Audientium] Iudicum. Pudorem] Scilicet moueat. Ambitiosos] Honoris cupidos. Proprie] Versantis in ipsa causa. Eum locum] Communem. Inserunt] Ipsæ cause. Applicunt] Quoquo modo, uel si adductum, Vel] Scilicet mouet pudorem. Arcessunt] Attrahunt. Nasci] Sua sponte oriri. Desiderant] Id est, uehementer queritur ad causam. Quidam] Oratores.

Quantumlibet] Quantum licet. Legum laus] Lex autem est, inquit Aphonius, inuentum quoddam & donum deorum, aut decretum ciuitatis. Hanc commendabis tot fere rationibus, quod sit legitime lata, quod sit iusta, utilis, quod possit obtineri recte, totidem modis contrariis uituperanda

est lex eadem. Iure ciuitatum] Ius est, inquit Vlpianus ex Celsi iurison. ars boni & æqui. Huius studij duæ sunt positiones, publicum & priuatum. Publicum est, quod ad statum rei Romanæ pertinet. Priuatum est, quod ad singulorum utilitatem. Sunt enim quædam publice utilia, quædam priuata. Et publicum ius in sacris sacerdotibus consistit, quod hic sacrum uocat Fabius ius, non habebat legum rogandarum morem. Vel hæc] Loca, ex quibus argumenta trahuntur causa nostra. Euagari] A proposito, quod erat de exercitamentis primis apud rhetorem. Operibus] Officiis rhetorices. Suffecturas uires] id est, pares.

Suaforis] Actionibus. Controuerisiis] Indicialibus. Exercitatio] Legis uituperandæ & laudandæ. Consuetudinem] Propter scilicet longam.

Iure] Scilicet municipali. Decretis] Propriis. Apud Græcos] Maxime Athenienses. Iudicem] A quo examinaretur de legitima latione legis.

Vtroque] Et Græco & Romano. Certa] Certis finibus circumscripta. Laudem] Scilicet iuris. Genera] Species triginta sex. Eam] Legem.

Quam] Dubitari in legum latione. Omnibus] Scilicet iuribus. Clodii] Scilicet iure dubitabatur, aut dubitari potest. Rogationes] Scilicet iure. Quod] Scilicet ius rogationis. Varium] Variis modis tractatur. Trino nundino] Triduo quo nundinæ celebrantur. Erat mos Romanis nundinis leges ferre, ut rusticæ tribus per occasione nundinarū & ipsæ ad rogationē adesset. Idoneo] Quo legem ferre non licebat. Intercessionē] Contra impedimenta, & contradictionem aliorum Tribunorum & magistratum. Legitimis] Id est, requisitis ad legem, uel legum ceremoniis. Manentium] Consuetudine approbatarū. Sed hæc] Reprehendere leges. Virium] Scilicet legis. In rebus] Scilicet queritur. Partes] Scilicet reprehendendi. Utilitas] Naturæ] Naturæ liratione. Tempore] Ratione temporis.

Obtineti] Recipi a consuetudine. Reprehendi in hoc] Scilicet exercitationis genere. Vtriusque] Totas aliquando, nunc partem legis solere reprehendi.

Fallit] Me latet. Perpetuum] Vt perpetuo durent. Honoribus] Alicui scilicet deferendis, qualis Manilia fuit. Hæc a Manilio rogata, quæ decernitur imperium ipsi Cn. Pompeio Magno. Imperiis] Decernendis.

Ciceronis oratio] Pro lege Manilia. Constant] Leges Honorariæ. Qualitate] Aestimacione. His] Exercendi rationibus. Facultatem] Copiam.

Assumpta] Scilicet mutuo. Ratione] Modo. Argumentatione] Comprobationibus argumentorū. Materias] Conficta causarum argumenta. Dicere] Tractare in scholis. Phalereum] Tempore Demetrii Phalerei, ex cuius oratione Cicero dixit Athenas redoluisse.

Alio libro] Forte in eo libro, qui est de causis corruptæ eloquentiæ, qui non exstat. Hoc] Quod uidelicet declamandi ratio sit instituta a Demetrio. Nituntur] Firmantur. Cicero] In epistola quædam ad Titianum.

Plotius fuit] De hoc Plotio Gallo, Cicero apud Sueton. de claris rhetoribus sic dicit, Equidem memoria teneo pueris nobis, primum latine docere cepisse P. Plotium quendam, ad quē eū fieret concursus, quod studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam nihil idem non licere. continebar autem doctissimorum hominum auctoritate, qui existimabat Græcis exercitationibus alij melius ingenia posse.

CAPVT V. Fo. XIII.

Nterim] Dum eo peruenimus. Quantum] Si licet commodis. Susceptos] in disciplinam ad scholas. Quod] Genus rudimenti.

Sentientibus] Indicantibus nobis. Longa] Inueterata. Robusti] Eruditiores. Laborem] Tedium

praelegendi. Nostrium] Maiorum suorum, qui non fuerant usi praefatione. In posterum] Posteris meis.

Legentibus] Orationes Demosthenis vel Ciceronis.

Præire] Iter ostendere. Praefatio] A praefatore.

Pueri] Auscultantes. Vim] Naturam. Officiū]

Dignitatem. Virtutes] Elegantiarum rerum & uerborum. Eius] Rhetoris. Valdius] Magis. Alii ualidius.

Laborem] Tedium. Gremium] Instar nutricum.

Deseruiant] Indulgeant. Libri] Eius. Quadra-

ta] Quadratum Latini scriptores illud dicere solent, quod

habilitissimum atque proxime ad perfectionem tendit, quæ ad

modum corpus quadratum apud Geometras, secundam perfe-

ctionem habet ab orbiculari. Sic apud Græcos Simonides Ly-

ricus poeta, ut citat Plato, uirum bonum τὸ γὰρ ὅλον, id est,

quadrangulum uocat. Et Cornelius lib. Medicinæ. 2. corpus

quadratum in homine dicit esse habitissimum, quod uideli-

cet neque nimis obsum turgat, neque ualde gracile uiribus

& robore deficiat, sed quod medio sese modo habeat, sitque

pectorosum & neruosum, & hoc quoque modo canes qua-

drati apud Columellam dicuntur. Cuiusque] & c. Græ-

cismus est. Lectorum] Orationis. Pronunciationi]

Actioni. Tum] Scilicet si electore constituto.

Causa] Vel iudiciali, deliberatiua, uel demonstratiua.

Ociofum] Quod non peculiarem rationem & usum ha-

beat. Pati] Ferre scilicet in oratione quæ sic prælegitur.

Inuentione] Argumentorum. Elocutione] Inuer-

bis lecti uel non lecti. Fides] Verisimilitas in hoc narra-

do. Deinceps] Scilicet admonere debet præceptor.

Crebra] Densa. Argumentatio] Explicatio argu-

mentorum. Inspirit] Intonet, penetret in animos au-

diendum. Asperitas] Acerbitas. Maledictis] Tor-

tis in aduersarium. Iocis] Interpersis. Affectibus]

Mouendis. Loquendi] Acerus uerborum. Vbi] In

qua orationis parte. Virtus] Immutatio, quæ Græcis di-

citur μῆτις. Speciose] Cum decore. Figura] For-

maloquendi. Lenis] Mediocris. Quadrata] In qua-

dram redacta. Prauitate iudicandi] Infirmate.

Humilia] Inefficacia. Rectus] Purus. Deflexa]

Detorta. Partium] Honor. Leuitique] Crispis.

Capiuntur] Delectantur. Acu] Calamistro.

Securitas] Negligentia. Perfluent] Perueniunt usque

ad aures. Displacebit] Scilicet omnibus quæ dixerim.

CAPVT VI. Fo. 15.

Istoria maioris est autor] Dubium non est, quin

H] hoc ad Sallustium referendum sit, cuius autoritas, &

in historia grauitas, longe plus Liuius celebratur, &

ab Augustino, & a diuo Hieronymo, tum & distichon quod

dam circumsertur, quod Romæ etiam ante Martialis secula

in laudem eius decantatum est: Hic erat, ut perhibent docto-

rum corda uirorum, Romana Crispus primus in historia.

Obtineri] Scilicet a præcipientibus & discipulis.

Autor maior] Sublimior. Incipientibus] Scilicet ar-

tem rhetoricam tractare. Minores] Infirmiores.

Videbatur] Scilicet pueris. Floridius] Picturatus.

Genus autorum] Vt est Plinius Iunior. Primarum æ-

tatum] Quæ per naturam florent, & succo quodam natu-

ræli turgent. Optimos] Scriptores, Ciceronem, Demoste-

nem, Herodotum. Candidissimum] Vt Herodotum, id

est nitidissimum, expolitum, nenustatum.

Expositum] Intellectui peruium. Perfectus] Ali-

quantum eruditione. Apertus] Expositus. Tum] Deinde.

Quemadmodum Liuius præcipit] Plinius legendum

erit dubio procul, quando constat ex Iunior Plinio lib. Epi-

stolarum tertio, Maiorem Plinium sex uolumina conscri-

pisse, in quibus inquit Plinius Iunior, Oratorem ab incunabu-

lis & instituit & perficit. Vide Fabium libro decimo capi-

te primo, qui Liuium legit, Simillimus] Ita quoque de.

bet sequi lectionem. Horridi] Ob antiquitatem.

Vim] Vehementiam. Elocutione] Verborum dele-

ctu. Huic] Priori uitio. Tum] Eorum seculo.

Lasciuia] Nimia ubertas & quasi licentia.

Lasciuia flosculus] Notat dicendi genus nimio transla-

tionum & allegoriarum, tum & incisionum usu factum, &

plane uariatione quadam picturatum atque effeminatum.

Delineantur] Demulceantur. Firmis iudiciis] Robu-

stis ingenii. Periculum] Aleam corruptionis.

Solida] Constans. Deterfo] Amoto. Cultus] Im-

modicus uerborum ornatus. Assumatur] Decerpatur.

Et nouos] Suseferim legendos. Virtus] Eloquendi.

Genus] Rationem. Eligere] Scilicet ex recentioribus

etiâ uetustioribus. Tutius] Sine periculo.

Erratur] Titius cum priscis.

CAPVT VII. Fo. 15.

Aterias] Argumenta. Dicendum] Declamā-

M] dum. Diuisione] in capita declamationis consi-

cienda a discipulo. Dirigere] Ordinare.

Implebant] Materias propositas. Lineas] Primam

quamdam effigiem declamationis diuisionibus ostendissent,

translatione a pictoribus sumpta, qui docturi discipulos, so-

lent ducere rudes lineas, quibus discipuli tandè se exercereat.

Declinationes] Discipulorum. Tractabant] Exa-

minabant. Locos] Declamationis, qui difficiliores esse

uidebantur. Excolebant] Exornabant. Vtutū] Insti-

tutum. Tantum] Id est solum. Lapsos] Digressos a re

cto iustoque itinere. Emendationem] Quæ sequeretur

declamationis. Auribus] Non etiam stylo, scriptura.

Diuisionem] Ordinationem materiarum in sua capita, quæ

magister præscribit. Stylum] Scripturam.

Perferunt] Traiciunt. Reprehendentem] Scilicet

ea quæ sunt ommissa. Viuaciores] Generosiores.

Moribus] Corruptis. Repugnant] Obiurgationi.

Recta] Scilicet in declamatione discipuli.

Vtraque ratio] Vtrumque propositum.

Præformata] Prius exposita. Vires] Facultatem inge-

ni, exercitationis. Exemplum] Præuentis præceptoris.

Vestigia] Rationes. Viribus] Propria ingenii facul-

tate. Adminiculo] Porrigentis manum.

Permitti] Credi. Sibi] Id est suis ipsorum uiribus.

Nemala] s. inducti. Alieni laborē] Præceptoris.

Præcedentes] Præficientes. Expertas] Comprobatas.

CAPVT VIII. Fo. 15.

Vtandum] Delendum. Aetatibus] Primis quas

M] omnes septem Hippocrates in septem singulos di-

stribuit annos. Studere] Perficere.

Profectus] Scilicet studiorum. In hoc opere] Scri-

bendi. Ea cura] Ediscendi, Complectendo] Cum com-

plectuntur. Huius generis] Ediscendi scilicet

Intra se] In animo. Sentientes] Aliud agentes.

Compositione] Structura. Figuris] Scilicet senten-

tiarum & uerborum. Quæsitis] Affectatis.

Sermone] Confabulatione. Cautis] Agendis.

Conciliant] Perant. Fructum] Dulcedinem.

Elimauerint] Emendauerint, & ad formam quandam

perduxerint.

CAPVT IX. Fo. 15.

Mmerito] Sine ratione. Notare] Obseruare.

I] Quo] Ad quam artem, professionem.

Quod] Scilicet tantâ uarietatem esse ingeniorū,

Composuerint] Adornauerint. Deinde] Post hanc

rationem. Doctrina] Ratione instituendi. Propria]

Insita ingenii bona. In idem] Disciplinari genus.

Palæstra] Luctandi artis. Gymnasium] Exercitiū.

Pueris] Studiosis palæstricæ. Certamini] Generi cer-

tationis. Sagaciter] Accurate. Limato] Exacto.

Ita] Scilicet tradunt illum. Singulis,] Disciplinis. Prouehatur] luetur. Eminent] in quo quisque per naturam poleat. Adiuta] Promota. In duerta] In naturæ suæ contraria. Aptus] Scilicet per naturam.

Quod] scilicet iam à me dictum. Libera] Absque periculo In parte] Id est ex. Receptas] Vsu comprobatas. His] Scilicet ingeniorum proprietatibus.

Historia] Scilicet olim scribenda. Compositus] Aptus. Hæc] Discrimina ingeniorum. Palæstricus] Doctor palæstræ. Quod] Genus. Sacrorum] Rerū comprobatarum. Destinabitur] Dicabitur. Foro] Contentionibus forensibus. Partem] Scilicet disciplinæ.

Operis] Rhetorici opificii. Natura] Scilicet felix per se. Corruptus] Infelici ingenio. Tumidus.] Turgidus fastu. Inciderit] In scholam nostram. Detrahare] Eecunditatem. Timore] Ingenii. Adicere] Scilicet aliquid ad bonam naturæ. Naturam pugno] Immutanda censeo. Sed] Scilicet opinor. Cessat] Absq̃, tardum est. Præcipiti] Festinabundo. Natura] Ingenio.

Sane sit] Scilicet me permittente. Ducantur] Scilicet præceptione. Melius] Felicius. Contigerit] Discipulo. Liberalior] Felicior & dignior. Libero] Homini generoso. Necessesse] Euenire in tanta ingeniorum varietate Ea] Scilicet diuersa. Cura] Diligentia & præceptoris & discipuli. Eminet] Per naturam.

Exemplo] Scilicet palæstræ. Pancratiasten] Luctatorem atque pugilem, ut est παρτιστὴς Id est percutiendi ars. ex qua hodie nata est ars gladiatoria. Tunc & disci iactitandi exercitatio in usu erat. Et qui his omnibus certatim generibus, πύρρα & dicebatur: qui autem pugilatoria uicisset, Pancratiastes nominabatur. Id quod colligi potest ex libro primo Rhetoricorum Aristotelis.

Calce] Scilicet protendere. Nexus] Brachiorum & erurum implicationes. Certaminis] Pancrati. Erit] Scilicet discipulus. Possit] Scilicet efficere. Maxime] Scilicet per naturam. Alterum] Cauendum est.

Trans] Scilicet aliquem. Docebitur] In palæstra. Ab eo] Disciplinæ genere. Vetur] Palæstræ præceptor. Partibus] Certaminum. Illum] Discipulum.

Quorum] Luctæ & pugnæ. Quanto] Quasi dicat, maxime in finitibus partibus. Satis] Felicissimo oratori. Pressæ] Acute & breuiter. Subtiliter] Tenuiter.

Alpere] Inæqualiter. Phonasco] Exercitatori uoculationis, id est suauioris pronunciationis. Sic enim Suidas exponit φωνασκῶνς feliciorum & suauiorum pronunciationem exercendo reddere, origine sumpta à φωνή uox, & ἀένω, exerceo. Acutis] Eleuatis. Mediis] Temperatis. Grauibis] Depressis. Imo] Principio.

Ad summum] Finem. Neruis] Omnibus eius partibus. C A P. X. Fo. 16.

On minus] Tardius, segnius, Cætus] Concessus. Charissimi] Præceptoris & discipulo. Studio] Accurato. Dociles] Faciles ad docendum. Neutrum] Neque doctrina præceptoris, nec docilitas discipuli. Confertur] Conficitur.

Sulcus] Ductus aratri. Præmollius] Aratro præscissus, & imbre conspersus. Fouerit] Contexerit. C A P. XI. Fo. 16.

Ponsiones] Quæ frequentissimæ sunt in causis, & sunt certi quidam cōtractus de re aliqua quæ fieri debeat, uel non fieri, firmantur quæ sponte ex promissa aliqua poena, si uel fiat, uel non fiat. Sic apud Plinium lib. xxxiii. Cleopatra Aegypti Regina sponsionem fecit cum Antonio, si non centies sesterteret, hoc est centies mille sesterteriorum unica cœna absumeret. Operibus] Exercitationibus primis. Declamandi] in facta causa orandi. παρρηγῆς] Collectio populi, conuentus. Panegyrici

dicuntur orationes, quæ hominibus in hoc aduocatis, in laudem uel principis, uel reip. uel etiam alterius rei, magna olei iactura primum scribuntur, deinde ad populum recitantur. In quo genere extat panegyricus Hølenes titulo Gorgie rhetoris, & Traiani principis à Plinio Iuniori habitus. Verum omnium maxime in hoc argumenti genere excellit Iſo crates, uelut testatur Cicero in Bruto. Veritati] Id est imitatur omnino formæ ueri officii oratoris. Plerisque] Græcis scriptoribus. Virtus] Gratia. Iucunditas] Exornatio perpetuæ prosæ. Meditatione] Exercitatione. Eo] Propterea. Docentium] Scilicet peruersæ, id est uitiata est culpa docentium malo. Licentia] Immodicala lasciniæ. Materia] Argumenta, quæ tractabantur in declamatione. Veritati] Vſu, quem nomine ueritatis hic accipit. Magos] Incantationes magicas. Tragicis] Scilicet personis & noueris. Sponhones] Interpacta. Hæc] Argumenta. Themata] Fabulosas positiones. Expatientur] In amœniores locos fabularum. Materia] Scilicet lasciniæ. In corpus] Pinguescant. Erit optimum] Vt scilicet sic in corpus eant. Stulta] Plus satis ridicula.

Cedendum] Huic opinioni, quod scilicet pertractare permittimus pueros. Adipes] Pinguedinē, saginam orationis. Deprehendetur] Obseruabitur. Operis] Opificii. A forensibus causis] quæ fere in foro tractantur. Exercitatio] Ratio declamandi. Præparare] Scilicet exordio. Nullus] Scilicet inquam in foro.

Pronunciaturus] Sententiam laturus. Ociosus] In nullum usum comparata. Ad consuetudinem] Declamandi. Nominibus] Scilicet adiectiuis, ut indicis, testis.

Perplexæ] Involute dubiæ. Actus] Ductus in quibus plus sudoris sit exhauriendum. Quæ] Scilicet ignorata sit à nobis. Per alia] Genera, exercitationum primariū.

Oſtentationem] laſtationem ingenii. Inclinari] Scilicet eam a ueris causis forensibus. Quales] Cuius generis. Panegyricos] Vt Gorgiæ Iſocratis atque aliorum. In hoc] Vt ostenderemus nostram artem. ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ] Oſtentatum. Nitoris.] Cultus immodici. Sine arte] Scilicet pronuntiatio ipsorum, si sic dicerent ut nos fabulamur. Imitatio] Naturæ. Decore] Persona quadam histrionica. Finxerimus] Propter usum forensē omnino. Sumimus] Tanquam certam ad præcationem.

Requirat] Tanquam omiſſum a nobis. In transitu] Obiter. C A P. V. T. XII. Fo. 16.

Inc] Post hæc deinceps. Parsartis] Quæ scilicet H uersatur in præceptis. Priora] Scilicet arte a nobis præscripta. Quosdam] Malo iudicio præditos. Limine] In ipso operis ingressu & uestibulo.

Sed] Scilicet quæ. Natura sua] Ingenii sui felicitate. Exemplo] Imitatione. Noema] Sententia.

Theodoreus] Id est imitator in dicendo Theodori Gadaræi, qui insignis eloquentiæ doctor fuit, quemadmodum indicat Eabius lib. iii. capite primo inter scriptores artis rhetoriæ. Apollodoreus] Imitator disciplinæ Apollodori Bizanti, de quo & ipso est eodem loco apud Fabium.

Parmularius] Id est profitor artem faciendarum parmularum. Sunt autē parmulæ breuiora scuta, quibus ictus aduersarii excipimus. Porro hi] Scilicet arte contenti perferunt. Exclamauerunt] Declamationibus extulerunt.

Igitur] Scilicet illi negligentia patroni. Nec] Scilicet dicunt. Probatione] Argumentis ordine positis.

Rebus fictis] Quæ scilicet cadunt in declamationem. Cuius rei] Id est quarum sententiarum. Periculo] Quasi ex tempore, cum iam dicendo uires ingenii periclitemur, & ostentemus non sine periculo si res infelicitè cadat.

Cogitando] Excogitando quæ dicere uelit. Magnum] Scilicet declamationis decorum. Vltro]

Non ex arte. Nonnulli] Contemptores artium.

Destinant] Concipiunt. Notauulgatiora] Quam fuerant priora. Rationis] Instituti sui. Causas] Totas. Locos] Aliquos. Corpori] Toti cause.

Vnde] Ex quo exercitationis initio fit.

Commentariis] Collectaneis. Congerunt] Conuerunt. Elidunt] Eiuculantur. Nam &] Scilicet ita elidunt. Barbari] Saep̄ etiam stultus fuit opportuna locutus.

C A P V T XIII. Fo. 17.

Equi] Ex priore opinione. Ineruditi] Artibus s non instructi. Opinione] Quod ineruditi sunt ingeniosiores. Rixam] Cum duo tresue manum una conferunt. Inoditi] Nulla eloquentiæ arte insigniti. Luctator] Qui luctandi prouinciam sumit.

Incumbit] Inclinat sese. Inuasit] Apprehendit. Ab his] Vulgaribus. Hic] Luctator imperitus.

Illum] Gladiatorem existentem. Mollis] Delicatus. Diuisio] Distributio rerum uerborum & argumentorum.

Rudia] Nondum artificis manu tractata. Politis] Arte elaboratis. Compositis] Ordinatis.

Maledicus] Homo gaudens conuiuiis. Libero] Magna cum libertate animi dicente. Effusus] Immodicus in uerborum acrerum copia, ut Apuleius in Asino aureo.

Litigatoris] Clientis. Libentissime] Audiunt.

Artifex risus] Elocutione] Id est, delectu uerborum. Perdita] Supra modum res uerbis attollere conatur, adeo ut dum nimium intendit, aliquoties causam ipsam rumpat & perdat. Nimium] Immodicum.

Raro] Euenit ut grande aliquid inueniat. Et] Scilicet dum grande aliquid inuenit. Vitia] Scilicet quæ inde sequuntur. Pensat] Rependit, æquat. Copiam] Rerum scilicet & uerborum. Omnia] Quæcumque in mentem ueniunt. Electio] Rerum & uerborum.

Accedit] Ad iungendum. Docendi] Plane exponendi. Recedunt] Imperiti. Argumentorum] Probationum. Frigus] Segnitie tarditatis. Corrupta iudicia] Vt iudices corrupte iudicantes censent.

Quarunt] Petunt, spectant. Eminent] Effulgent in oratione ineruditorum. Vt libet] Hominibus.

Detrahere] Copiæ uerborum & rerum. Limam] Artificum. Detrahit] Doctrina. Minus] In homine inerudito. Hi] Ineruditi. Emugunt] Eboant.

Anhelitu] Frequenti. Collidere] Complodere. Circulum] Id est, concionem populi & uulgi.

Pullatum] Pullis uestibus utentem. Actum] Gestum quendam propriū. Colori] Habitui. Obseruatione] Continuo in eodem tenore consistenti. Ratione] Arte.

Tulit] Instigauit. Tumultuentur] Dicendo.

Quando] Id est, quia. Deprecati sumus] Precibus amouimus. Finem] Dictis nostris. Desinere] Ab orando. Talia] Præcepta artis. Ocium] Scilicet quod sumus affectu a foro & scholis.

C A P. XIII. Fo. 17.

Rigat] In arte scilicet tractanda, tradenda, uel discenda. Præceptorum] Regularum.

E] Vt] Quasi tanquam. Conscriptas] Constitutas. Quale] Esse debet, præcipitur. Deinde] Scilicet præcipitur. Propositio] Argumentorum.

Excursio] Digressio, quæ luparis græce dicitur.

Tum] Præcipitur in hac arte. Cæteraque] Vt sunt argumentatio, confirmatio, conclusio, refutatio. Quæ] Scilicet sic ex ordine tradita. Quidam] Qui scilicet nullius sunt consilii, hoc est iudicii. Iustus] Tanquam legislatione. Præscripta] Artis scilicet. Causis] Scilicet nouis, quotidie emergentibus. Consilium] Iudicii rectum, ut aduertat quid quo loco quadret. Rerum] Agendarum.

Dirigat] Ordinet in hoste. Frontem] Principiū aciei.

Promoueat] Vt promineant aduersus hostes.

Pro cornibus] Ante cornu peditum. Ratio] Ars, modus. Licebit] Scilicet per occasionem.

Mutabitur] Hæc ratio. Alperitate] Densitate. Mutabit] Hanc rationem fortasse rectissimam.

Hostium genus] Ab armatura diuersum. Cuneis] Oblique ordinatis militibus. Auxiliis] Subsidiis.

Legione] Lectissimo militum numero, inde enim legionem dictam esse, primum trium millium numero autor est Varro lib. de uita po. Ro. tertio. Vtique proæmum] scilicet sic præcipitur. Breue an longius] Scilicet sit cōmodius. Figura] Vt per Apostrophem, Prosopopœiam &c. Continua] Perpetua. Recta] Suo ordine facta. Causa] Quotidie emergentes nouæ. Itaq;] Docebunt nos causæ. Sancta] Decreta sunt. Plebiscita] Plebiscita apud Aulum Gellium ex Capitone lib. decimo cap. uicesimo, leges sunt quas plebes, non etiam populus accipit, rogante Tribuno plebis: Rogatio autem omnis iuris, omnique legum quasi fons & origo est, quod uidelicet nihil profertur, nisi per rogationem, id est interrogationem.

Quid modus] Scilicet sit. Excogitauit] Per observationes. Vitale est] Vt scilicet artes præscribantur.

Autoritatis] Præceptionibus. Actum] Actionem. Deceat] Sese & causam. Status] Expressus ære. Habitus] Faciei lineamenta. Discobolos Mironis] Disci iactator, expressit enim statuarius hominem in disci iactu miro artificio intentum etiam supra uires, de qua re est apud Plinium libro trigesimo quarto capite octauo. Porro exercitiū genus erat apud ueteres maxime Græcos disci iactus, inde erat discus lapis grauis & rotundus, sed paulo prior, nam pællus iacio significat, inde discus pællus.

Meminit Iulius Iulius Pollux, & Lucianus in quodam dialogo. Status] Incessus. Corporis] Ita formati, ut est à natura institutum. Sit] Scilicet in picturis. Et] Scilicet sint. Rigens] Non flexum. Flexus] Membrorum corporis. Motus] Qui expressus pictura & statuariis.

Vultu] Expressimodo. Species] Varietates. Cursu] Expressa sunt ut currere uideantur.

Incumbunt] Inclinant sese. Distortum] A naturali membrorum ordine alienum. Artis] Cuius est exprimere etiam nixus, ut Plinius habet. Difficultas] Exprimendi illud quod uolumus. Delectationem] In oratione.

A recto] Naturali institutione. Speciem] Habitum corporis. Antigon] Regis Lacedæmoniorum.

Operienda] Tegenda. Cithnius] Nam oriundus erat ex oppido Cithno, quod in Archadia Pl. collocat & Steph. Coloten Teium] Ex Teio insula oriundum, nobilem pictorem, cuius Plinius meminit libro tricesimo quarto capite octauo. Iphigenia] Puella filie Agamemnonis.

Chalcantem] Sacerdotem. Consumptis] Omnibus expressis. Vultum] Plane tristem. Huic] Operi Timantis. Parum] Non pro dignitate. Genus] Præceptionum. Quicque] Vnum quodque. Interim] Dum eo perueniamus. Technicorum] Eorum qui omnino artem sequuntur, a τῆς, quod Græcis ars sonat: unde τῆς τεχνικῆς artificiosus, quo uocabulo etiam Cicero in Bruto usus est.

His] Præceptionibus. Per funes ingredientium] Fumibulorum. Stratum] Factum, paratum.

Torrentibus] Impetu uisus fluminibus. Compendio] Commoditate. Opus] Rhetoricæ. Tradita] Apud Rhetores.

C A P. XV. Fo. 18.

Ed non omnia] Non possumus omnia latine facere. Neillos] Græcos omnia sequuntur.

Nostra] Latina, Romana, ut est dictator, COS. Hæc interpretatio] Oratoria oratrix.

Essentia] Qua uidelicet reddidit uerba græcæ, cuius

interpretationis mentionem & Fabius facit libro tertio, ubi decem summa genera rerum ab Aristotele tradita pertractantur. Porro Boetius Severinus fugiens duritiam Plautinae interpretationis, substantiam dicere maluit, quod hodie philosophorum scholæ postissimum sequuntur, etiamsi Capiton libro de uerbo mirifico tertio eius hanc interpretationem, ut impropria reiecit & refutat. Propria est translatio rhetorices in oratoriam. Sic] Eadem ratione uocis.

Talis est] Tam generaliter significat omnes benedicendi partes. Intellectum] Acceptionem. Appositum] Nomen adiectiuium epitheton. Piratica] Qua utuntur piratae, id est, praedones maris, ab eo, scilicet qui hanc latrocinandi artē inuenit, Piratae dicti. Re] substantiam] Rem quae significatur nomine substantiae. Rhetorica] Vt scilicet possimus commode uertere, quemadmodum grammaticen in litteraturam. Indecora] Inepta, dura.

Cum M. Tullius] Inscit] hoc loco Fabius libros Ciceronis de inuentione, quos dubio procul ipse autor Rhetoricorum inscripsit: aut de arte rhetorica quemadmodum in emendationibus codicibus & hodie legitur. Ridiculum autem est quod quidam ex hoc loco conati sunt astruere libros Rhetoricorum ad Herennium scriptos, Ciceronis esse cum multis argumentis constet, etiam ex praefatione operis sumptis alterius mediocrius cuiuspiam fuisse. Cautionis] Falsae reprehensionis. Disciplina] In rationem quandam discipline praefscribi. Summa] Summum officium.

Sequentia] De arte & opere.

CAP. XVI. Fo. 17.

Valitate] Id est, bona ne sit an mala, ars ne an exercitatio. Verborum] Scilicet quibus definitur. Dicit] Putant ut est Gorgias apud Platonem. Volunt] Vt est M. Cicero & Socrates apud Platonem. Laude] Ab honestate. Vsum] Exercitiū.

Scientia] Quae semper est certissima. Virtute] Quae semper est honesta. Artem] Praeceptis conclusam.

Apposite] Accommodate. Frequentissimum finis] Definitio firme ab omnibus posita. τὸ ἀναγκαῖον] ἀναγκαῖον possum. Opinio] Ratio haec definiendi. Ilocrate] Cuius domus officina dicendi in uniuersa Graecia dicebatur. πειστικὴ] Persuasionis: πείσθω apud Graecos persuasio dicitur. ἀναγκαῖον] Artificem, opificem. Declaratione] Expositione huius Graecae definitionis. M. Cethegum] Antiquissimum apud Romanos Oratorem, ut Gellius libro secundo Cicero in Bruto, & Cato maior auctores sunt.

In libro] Nam inscriptus est Gorgias finis de Rhetorica. Id fere] Quod scilicet Isocrates dixit. Illius] Gorgiae. Sic autem apud Platonem Gorgias loquitur, Opus rhetorices est persuadere posse dictione, & in foro iudices, & Senatu Consultores & concione auditores, & in alio coetu quisquis fuerit civilis. Quibus Socrates sic respondit: Nunc mihi inquit, uideris proxime cuiusmodi ars sit rhetorice declarasse: nam quantum ipse intelligo persuasionis opificem eam dicis. Suadae] Deae persuasionis. Medullam] Florem in his uerbis. Dictus] olis popularibus olim. Qui cum uiuebat homines atque ciuim agitabant, flos delibutus populi] Sic dicitur medulla. Hos enim uersus Ennianos de M. Cethego citat Cicero in Bruto, & A. Gellius lib. 12. cap. 2.

Pluribus locis inscripsit] Porro declarationis huius uberiorem rationem tractauit Angelus Politianus doctissime capite quodam Miscellaneorum. Rhetorice] De inuentione, nam in praefatione voluminum de Oratore puero sibi eos libros rudēs & impolitos excidisse ingenue fatetur. Verum in his ipsis libris uerba Ciceronis de rhetorice sic habent. Officiū eius facultatis uidetur, dicere apposite ad persuadendum, finis persuadere dictione. Autoritas] De quo Cicero in libro de Oratore. Dictat] Scilicet nobis persuasionem in animo. Cicatrices] Vestigia uulnerum.

Populi] Aspectantis. Elapsum] Aufugisse, Phrynen] Scortū nobile. Hyperidis] Discipulis Isocratis nobilissimi oratoris, cuius Cicero in Bruto meminit.

Periculo] Imminētis damnationis. Finis] Definitio. Idem] Quod scilicet esset uis persuadendi. Dicendo] Dictione. Coactus] Disputationis tenore & progressu.

Theodectes] Discipulus Isocratis rhetor nobilis, de quo plura Gellius, & qui quoque certauerit ad Mausoleum.

Est creditum] Traditur. Interim] Partim. Corruptores] Scilicet boni, uel uitiatōres, stupratores.

Ab sunt] Vt meretrix, adulator, corruptor. Apollodorus] Bizantijs scriptor artis rhetoricae.

Oratore] Oratoris artem. Fortunae] Euentui incerto. Dicit] Libro primo ad Theodectem.

Inueniendi] Perspicit. Persuasibilia] Quae morem persuadere possunt. Supra diximus] Quod uidelicet alijs conuenit quam Oratoribus. Quae] Inuentio rerum persuasibilium. Hermagorae] Quem pene Marcus Tullius Cicero expressit in libro de inuentione. Addita his] Supra dictis. Circa res omnes] Quorum opinionem

Crasius apud Ciceronem in libro de Oratore imitatur. Ciuiles] Vt est apud Platonē Gorgias. Subiectis] Subiecta esse. Persuasibile] Ad persuasionem aptum.

Idem] Rhetorice uersari circa res omnes. Non orator] Vt adulator. Infinitum est nomen, ut non homo apud dialecticos. Pulcherrimae] Rhetorum, Oratorum. Persuadendi] Idē faciendi. Docendi] Scientiam faciendi. Sollicitus] Curiosus. Videndi] Perspiciendi. Contumeliosus] Quae cadunt in deliberationem & iudicialia genera causarum. Demum] solum.

Excludi] Omitti. Certe] Sine controuersia dictum sit. Laudatiuam totam] Totum demonstratum genus causarum. Cautius definiuit] Rhetorice. Hoc] Definitionem eius. Iudicatrix] Collatrix.

Secundum] Iuxta. Itemque] Scilicet cautius definiuit. Quibus] Definitionibus. Ille] Finis.

Videndi] Perspiciendi, iudicandi. Sibi] Rhetoricae. Persuasionem] Assensu. Habitu] Gestu.

Mille alia] Dicta sunt de rhetorica. Eisdem] Superiorum definitionum uerbis. Materia] Subiectio. Scientiam] Certis demonstrationibus constantem.

Artem] Coacervationem praereptionum & regularum quarundam. Vsum] Experientiam practica.

Τῶν] Quasi attritio, cōtritio &c. Athenaeus] Nobilis scriptor Graecus, cuius opera adhuc extant, ad cuius imitationem Gellius & Macrobius scripserunt, sed is longe felicius. Non multum ab hoc fine Athenaei abest Titi Castricii sententia, qui apud Gellium Noctium Atticarum libro primo capite sexto, de Rhetore sic uerba facit. Aliter inquit, censor loqui debet, aliter Rhetori concessum est sententis uti falsis, audacibus, subdolis, captiosis si modo uerisimiles sint, & possint ad mouendos animos hominum qualicunque astu irrepere, propterea turpe ait esse Rhetori, si quid in mala causa destitutum atque impugnatum relinquat, sed hunc una cum alijs satis refutat Fabius noster.

Hoc totū] Volumen Platonis. Volumina] Vt Phaedrum atque de legibus, in quibus etiā de arte rhetorica disserit. Evoluunt] Perlegunt. Peritiam] Experientiam, & πείρα Graece dicitur. Alio loco] In eodem paulo post libro. In hoc libro] Cuiusmodi est liber, de quo Fabius hic agit: quanquam hodie iuxta Trasilli Platonici ordinationem inscriptionis uerbum aliud est, etiam si à Fabiano titulo non admodum diuersum, nam ἀναγκαῖον] praefscribitur, id est, uerissimum, nimirum quod in eo libro falsa rhetorum sententia inenitabilibus argumentis eueratur, reiciatur, refutetur &c. Caullatricem iustitiae] Nā quemadmodum partim ex Gellio, partim ex Basilii Magni

epist. ad Libanum rhetorem constat, plerique erant eo seculo Rhetores, ut Protagoras nominatim a Gellio citatus, qui profitebantur eiusmodi artem, quæ causam inferiorem re ipsa uerborum lenociniis redderet superiorem, & uicissim superiorem uerbis adeo deprimeret, ut inferiorem faceret. Quatuor partes ciuitatis ponuntur Platoni in Gorgia, duæ corpus, reliquæ animum spectantes, iustitia, scilicet scientia, medicina, & exercitatio, quæ in omni republica bene morata esse debent, autore eodem. Simulacrum] Imaginem falsam. Ciuitatis] Ciuili facie. Corporis] Scilicet bene procurandi. Medicinam] Rationem moderandi. Duas] Partes ciuitatis. Animo] Cuiusdam assignat Plato. Mangonium] Artificum sunt autem Mangones, qui emebant & reuendebant tam homines quæ equos.

Fuco] Factitio colore. *ἰατρικὴ*] Redargutorios reprehensiuos. Vocant] Platonicis. Præcipiendum] Id est docendum fuit. Compositi] Dialogi Platonicis.

δογματικὴ] Doctrinales, decretorii, à *δῶκιμα* dicta in futuro, quod uidere opinarique significat. Inde *δῶκιμα* decretum, doctrina. Exercebatur] In usu erat. Talem] Quartam partem adulationis. *τῶν*] Hoc modo, ad hunc modum, quomodo administratis. Honestam] Virtute præditam. Disputatio] Socratis. *ἐκαστὸν*] Necessarium rhetoricum hominem iustum esse, iustum autem scilicet hominem, necesse est uelle iusta facere. Ad quod] Dictum Socraticum. Ille] Gorgias. Polus] Gorgie discipulus.

Calore] Temeritate. Inconsideratio] Andacior. Illa] Supra dicta. Simulacro] Particulæ ciuitatis. Tum] Postea Polo fatigato, excipit sermonem. Producitur] Vi argumentationis adducitur.

τὸ δὲ μάλιστα] Debetem recte rhetoricum fore iustum, ergo oportet esse scientem iustorum. Apparet] Manifestum sit. Phædro] In Dialogo quem scripsit de pulchritudine honestatis, nimirum quid sit per se pulchrum significat. Aliter] Sinon putasset aque rhetoricam bonâ.

Quæ] Scilicet illa scribere. Scripsisset] Plato.

Inuictus] Disputatione sua. Nam & Socrates] Ac cusanit Milesius Socratem apud iudices, quod iura violaret, per hoc quod deos ex instituto maiorum in ciuitate susceptos, non existimaret, sed aliud nouum quoddam demonium introduceret, quemadmodum Plato indicat, & cum illi poena mors decerneretur, orationem quam ei Lysias scripserat, laudauit quidem, quod bona & præclara esset, uerum sibi eam non conuenire. Percontanti igitur Lysie, cur si bona esset ei, non conueniret? respondit, Et indumenta speciosa esse possent, & tamen mihi non conuenire. Porro quemadmodum plerisque locis testatur Plato, erat omnino hæc populus magis argumentis in structa quam ueris, & philosopho dignis. Lysias] Orator suauissimus, secundum post Platonem obtinens locum. Litigatoribus] Litigantibus apud iudices. Ita] Hac ratione. Fraus] Dolus.

Iure] Lege. Quo pacto] Socrates & Lysias alius orationes conscribere, uide Marcum Tullium Ciceronem in Bruto. Ideo] Scilicet factum esse. Superioribus] Infamantibus officia Rhetorum. Petit] Venatur.

Simile ueri] Credibile. Conscientia] De iusta, scilicet causa. Instrumenta] Præcepta artis rhetorice.

Nequitiam] Oratorum uictoriam tantum petentium & non conscientiam. Viderint] Perquirant.

Opinionis] Scilicet prauæ. Ciuitatem] Scientiam rerum ciuiliū Cicero primo Rhetoricorum, cuius hæc sunt uerba, Quare haud oratoriam facultatem in eo genere ponemus, ut eam ciuili scientiæ partem esse dicamus. Philosophiæ] Partem scilicet esse dixerunt.

Substantiæ] Essentiæ. Virtutes] Ornatus elegantias. Mores] Rectos. Chryssippi] Sophistæ.

Ductus] Tractus. Cleanthe] Philosopho Stoico, quæ

præceptorem Chrysippus habuit. Plures] Finitiones.

Quæstiones] Quæ tractantur in Rhet.

Oporteat] Deceat, rectum sit. Alligat] Astringit.

Exitum] Dubium fortunæ euentum. Illi] Scriptores.

Coercent] Scilicet rhetoricam. Anguste] In angustias.

Persequi] Scilicet scripto. Ad quod] Ad quem finem, finitionem.

CAP. XVII. Fo. 19.

Randi uiribus] Sic exercendi ingenii gratia, Picus Mirandula iusto pene nolumine barbariem defendens, eloquentiam in seclatur, idque potissimum efficit eloquentiæ uiribus, unde huius potissimum ab Hermolao Barbaro & abunde responsum est A apologia, Quidam] Maligno iudicio præditi Rhetores.

Indignissimum] Absurdissimum. Orationis] Eloquentiæ. Fraude] Dolo. Profalsis] In defensionem causas falsas habentibus. Comici ueteres] Græci, quorum est princeps Aristophanes, qui à quibusdam Socratis accusatoribus ingenti pecunia persuasus, in calumniam Socratis totam scripsit comœdiam, cui titulus, Nebula, in qua Socrates nubes, atque id genus alia deos facit & proficitur.

Meliorem facere quis possit] Quam professionem & Protagoræ tribuit Aulus Gellius libro quinto capite tertio, sicut & Laertius. Græcorum] Vi Periclis, qui eloquentiæ uiribus fretus, tyrannidem in Athenienses, alioquin liberos exercebat, & de Romanis Gracis duobus.

Gracii] Sic Cicero in persona Quinti Scenole ad Crasum loquitur libro primo de Oratore, Sempronius, inquit, Gracius, homo prudens & grauis, haud quaquam eloquens, & sepe alias & Consors saluti reip. fuit. At eius filii Tiberrius & Caius omnibus uel naturæ, uel doctrinæ præfidiis ad dicendum parati, cum ciuitatem patrio consilio, uel autis armis florentissimam acceperint ista præclara, in tu ais ciuitatum gubernatrice eloquentia rem publicam discipauerunt, unde alibi Cicero optat eandem fuisse in administranda republica mentem isorum, quanta fuit uis in utroque dicendi. C. Flaminius] Flaminius Consul homo temerarius, contra auspicia profectus, signis militariis, quæ tolli non poterant effossus, & ab equo quem conscenderat, in caput deuolutus, infidiis ab Annibale circumuentus, & scriptum & pulcherrimum perdidit exercitum, apud Thrasimenum lacum, autor est Lilius, 22. libro. Similia] Meliorem causam peiorem facere & eduerso. His] Iam dictis argumentis, Adiciunt] Aduersarii. Status] Conditionis. Eoque] Propterea adiciunt. Expullam] Legibus Lycurgi eorum principis, uelut testatur Xenophon in lib. quem scripsit de repub. Lacedæmoniorum. Vbi] In quibus Athenis. Affectus] Iudicem ad misericordiam, iram inuidiam atque id genus alia concitare, quod ut scribit Aristoteles Rhetoricorum libro primo, in iudice affectus mouere ad causam non pertinet, & multo minus ad actorē, cuius officium saltem sit, fidem facere, aliquid factū esse, uel non factum, futurum aut non futurum, sed reus ipse misericordiam ne dignior an supplicio sit, id totum arbitrio iudicis relinquendum statuit. Quare laudat uehementer eas res, in quibus legibus cauetur iudicem affectibus peruertere, tractatque hanc quæstionem doctissime prudentissimeque, unde plerique excerpit in lectiones suas Ludouicus Cælius libro tertio capite. 13. Quæquidem] Id est, quæ ratio. Si procedit] Quod uidelicet ab utentium uitio dandæ sint artes. Dux] Scilicet fuit Gracchi Trib. pleb. qui cum plebem legibus agrariis contra Senatores commouisset, à Senatu interfecit. Porro seditiosum Saturnini Tribunatum coëruit C. Rabirius auctoribus partibus, uelut testatur Suetonius in Cæsare & M. Cicero in Bruto. Glauicia] magistratus] Post natos homines improbiti-

mos extitit C. Servilius Glaucia, is Prætor eodem die, quo Saturninus Tribunus plebis publice est interfectus, cum plebem contra Patres armaret. Valetudinis] Adverse.

Procumbunt] Prociunt. Excudatur] Fabricetur. Militi] Pugnaturo. Deformem] Pudendam.

Diremisset] Rescississet. Pyrrhi pacem] Pyrrhus Rex Epirotarum, rei militaris expertissimus, cum traiecto exercitu in Italiam magnis cladibus Romanos iam affecisset, iniquis & duris conditionibus Romanis pacem proposuit, quam illi cum parum abfisset quin acceptissent à populo Cæcus tum grauitur lecto decumbens, sese in curiam deportari iussit, ac ibi dicendi uiribus pactam Pyrrhi pacem dissuasit atque diremit. Solem lunamque] Subindicat hoc loco Fabius noster quorundam Platoniorum sententiam qui etiam animalia quædam statuebant immortalia, ut solem & lunam & reliquos stellas.

Verū hæc sententiam] quæquæ forsan parū intellectū Aristoteles pariter & theologi refutant, decernentes omnia animalia esse mortalia, nec stellis, aut mundo etiam ipsi aliquid anime inesse. Sed hæc altioris sunt disputationis.

Aspernamur] Hæc ratione. Contra agrarias] Leges agrarie erant, quibus decernebatur agros ex hoste captos populo uirum per Triumuiros distribui debere. Hæc leges subinde à Tribuno plebe promulgabantur, sed M. Cicero in contrarium tanta grauitate orare solebat, ut etiam eis ipsis actionibus populi fauorem emeritis fuerit.

Popularis] Grata populo. Catiline] Coniurantis contra rempublicam. Toga] Orando in foro.

Supplicationes] Gratiarum actiones diuis faciendas.

Honor] Supplicationum faciendarum pro diquo.

Oratoribus dignitas] Nam post imperatoriam dignitatem, ut indicat Cicero in Bruto, Orator summam dignitatem obtinebat. Vnde Cicero ibidem de Seruio Sulpicio Iuriconsultorum optimo, detractante officium Oratoris, sic scribit, Maluit enim in secunda arte, hoc est iuris ciuili prudentia, esse primus quam in prima, hoc est oratoria facultate secundus. Aliiter] non alia arte. Populus] Cæcis.

Commota] Persuasæ. Astringent] Obnoxios facerent. Claritas] Fulgor, hodie de uarietate diuina Lactantius libro primo In situ. & Augustinus libro quarto de doctrina Christiana. Quaruntur] In dubio sunt.

Summam] Finem. Persuadendi] Qualicumque opere intelligendi. Obuius] In promptu in prociunt.

Rationem] principalem. Fulgurare] Oratore, sic enim Aristophanes Comicus de Pericle dicit, Fulgurabat ac tonabat, & dicendo uniuersam commouit Græciam. Cuius rei mentionem facit eruditus Plinius Iunior Episto. libro primo sermo in fine. Socios] Communes possessores.

Quod] Promere posse loquendo, quod in animo habeas.

Quandam] Etiam non perfectam. Moliri] Extruere, conari. Texere] Continuare. Fetus] Pullos.

Excludere] Incubando. Quantum adinuat] Parum admodum. Cultu] Exornatione. Parte] Negociorum. Amicos] Ab incurfu aduersariorum.

Intellectu] Opinione omnium hominum. Pericli] Principi Atheniensium.

CAP. XVIII. Fo. 19.

Inis] scilicet disputationis. Expatari] Ab instituto digredi. Voluptati] Ingenio meo.

Quod] Rhetoricæ esse artem. Dicat] Primo lib. Rhetoricorum. Studiis] Affectibus propriis.

Stoici] ut Chrysippus. Peripatetici] Vt Aristoteles & Democritus & Phaleurus. Trahandam] Disputatione excutiendam. Exercere] Periclitari.

Policratem] Rhetorem. Buirum] tyrannum Aegypti, qui homines ad aram mactare consueuerat.

Clytemnestram] adulteram uxorem Agamemnonis, quæ in maritum cum Aegysibo conspirauerat, quam & perfecit, ut testatur Homerus cum alibi, tum Odysse. libro primo. Socratem] Integerrime ac laudatissime uitæ uirum. Naturalem] à natura insitam. Quod] Rhetoricæ esse obseruationem, Antonius, ut seruatur personæ decoro. Dissimulatore] Negauit se artem didicisse.

Opinionem] Quod non sit ars rhetorica.

Deprecantur] Precibus mala auertere conentur.

Caillationes] Falsas reprehensiones. Fiat] Oriatur.

Semper] omni seculorum memoria. Thyiamet Co-raca] Primos præceptores artis bene dicendi.

Orationem] Artificiofam. Huius rei] Eloquentiæ.

Laboramus] Solicite perquirimus.

Præceptorem Phœnicem] Adhibitum, Achilli illustrando. Oratores] Vt Nestorem Pylorum principem, cui medium & temperatum genus dicendi attribuit Homerus, si statui iudicio Ciceronis & Fabii in. x. In tribus du-cibus] Menelao, cui tenue attribuitur solum orationis: & Ulyssi, cuius orationem hybernus nitibus, copia scilicet facit similem Poeta, Iliados. iii. etiam si in primo ex Nestoris ore melle dulcior fuit oratio. Iuuenes Græcos] quod in xiii. Iliad. Homerus habet, ubi in funere Patrocli statuitur eloquentiæ præmium iuuenibus. Achilles] Apud Homerum lib. 16. Consummauerit] Perfecerit.

Initia] Omnium artium semina, quæ natura indita esse probat fufius Plato multis rationibus in Memnone.

Salubrium] Rerum naturalium. Contrariorum]

Insalubrium. Experimentis] Id est usu. Vnde Plinius]

Sunt eius generis medici, qui ab experimentis, quibus totam

artem tribuebant, iuxta se nominauerunt, id est, experi-

mentorum professores. Deligauit] Id est Ligatura de-

mulsit, curauit. Febbris] A febre prius uoce, id est fer-

uere. Rationem] Quare scilicet faceret. Fabrica]

Architectura. Modo] Arte. Loquitur] Quomodo docu-

que, tum incultis illis seculis. Fatentur] Fateri possint.

Quo] Responso. Illud] Argumentum.

Didicerit] Scilicet dicere. Ad cuius rei] Argumen-

ti. Demadem] Oratorem nobilem apud Athenienses, cu-

ius pater nauta fuit, à quo ipse Demades non scholis Rhet-

orum, sed remis est adhibitus, autor Suidas.

Hypocritem] Actorem fabularum, siquidem Græcis ὑπο-

κριτης significat similes, & eam personam represento, a

qua ipse sum alienus, nam actores ipsi fabularum aliquoties

pro pauperiores, representant personam Agamemnonis, aut

Regis: quo factum est, ut qui quoquo modo aliud præ se fe-

rant quam debet hypocritæ dicantur. Fallo] Non uere.

Hos] Demadem & Aeschinem. Pater eius] Lysa-

nias nomine, ut Suidas testatur. Genus] Exercitationem.

Potissimum] Dicendigenus est quod non admodum ad

superiora respondere uideatur, quod ut ait Marcus Cicero,

Vsus & exercitatio omnium magistrorum præcepta super-

rat. Argumenta] Contra Rhetoricæ, quæ aliud in se

nil habent, nisi subtilitatem & argutiam quandam cauilli-

landi. Aristoteles] Reliquit enim librum singularem de

arte Rhetorica, quem amici cuiusdam nomine, Laertio auto-

re, inscripsit Gryllum. Ei] Rhetoricæ. Ciuitatis]

Ciuilis scientiæ, nimirum eam partem politiciæ, quæ affe-

ctus & hominū tractare & formare pollicetur, intelligit.

Multa] Argumenta. Critolaus] Philosophus Peripa-

teticus cuius Laertius meminit. Agnon] Scriptor cuius

Suidas meminit. Fidem] Ipse se indignū fide & suspectū

reddidit. Epicuro] Contra rhetoricam sentiente.

Hi] Rhodius, Epicurus, Agnon. Locis] Sedibus

dialecticis argumentorum. In infinitum] Ne non sit fi-

nis huius disputationis. Ex materia] Subiecta.

Aiunt] Aduersari nostri. Quae] Opinio. Veris]
 Quae tantum facere debebunt quantum uera. Sibi ipsi]
 Scilicet uerum quod falsum est. Falsis] Verorum causa.
 Inclusus] Circumseptus inter oppidum Casilinum &
 Caliculum motem, ut narrat historiam Liuius libro tertio,
 tertiae Decadis. Sarmenis] Romanis. Montes] In
 Caliculum, supra quem praesidium Romanorum erat, &
 hoc stragemate Hannibal cepit. Habuit] Quod scili-
 cet mulier esset. Falsam] Fallitur. Offudisse] Impos-
 uisse & falsum pro uero obtulisse. In causa Cluentii]
 Aulus Cluentius ueneficii reus fuit. Recepsisse] Cau-
 esse. Aiunt] Accusatores rhetorice artis. Finem]
 Bene dicere esse rhetorice artis. Euentu] In alea fortunae.
 Notum prouerbum] Erasmus in prouerbiis, & hoc
 inter adagia recenset, putatque Hemistichium esse ex uete-
 ri quopiam poeta, sed ignoto, est certe mensura dimidiati He-
 roici, dum clauum rectum teneam, modo officio meo fungar.
 Petit] Spectat potissimum. Vim] Immodicam poenā.
 Summam] Finem. Rationem] Iuxta praescripta ar-
 tis. Excidet] Abierit. Actū] Diligenti actione.
 Effectum] Persuasionis. Illud] Argumentum.
 Artes] Expertos, Finem] Scilicet suū. Nescire] Quā-
 do scilicet consecuta suū finem sit. Quorum] Scilicet fal-
 sum dicere, & affectus mouere. Rationē] Id est, cum sa-
 lutare est illis apud quos sit, sic Orator causam pietatis agēs,
 in auditoribus mouerit affectus, scilicet odium peccatorum,
 & amore uirtutis, profecto omni laude dignus, nedum
 non turpis erit. Concessum] A Platone in libro de mēda-
 cio. Aliquando] Cum salutare est his, quorum gratia
 mendacium dicimus, sic enim sentit Plato, & hanc opinionē
 etiam Origenes in homiliis editis in epistolam Pauli ad Ga-
 latas sequitur, Et Hieronymus hac parte Origenē sectatus,
 etiam in Petro & Paulo mendacium, hoc est, simulationem
 & dissimulationem interpretatur eo loco Pauli, ubi legalium
 ciborum gratia ipse Paulus se se resititisse in faciem Petro di-
 cit. Quamquam Augustinus ex huius quaestione occasione
 contentione pene cum Hieronymo suscepit, etiam si impa-
 tientissimi Hieronymi clauo reperiū, postea desistit, ne-
 luit indicant epistolae super hac re ab utroque scriptae.
 A Equitate] Sententiae proferendae. Imperiti] Iudices
 causarum. In hoc] Propter hoc. Fallendi] Salubri
 mendacio. Mihi] Oratorio. Concilium] Coetus Sena-
 torum. Inuidia] Apud iudices. Praesumpta] Vel
 bona de malo, uel mala de bono. Eloquentiae] Arti ipsi.
 Mobiles] Instabiles profunt, siue falsa siue uera.
 Ex eo] Loco scilicet. Haec] Scilicet dicunt.
 Dicenda] In oratione. Per hoc] Non erit rhetorica.
 Vtraque] Haec argumenta. Propositis] Argumen-
 tis. Illa] rhetorica. Componuntur] Contēdit, cōmit-
 tuntur. Ars] digladiandi scilicet armorum erit scientia.
 Componitur] Committitur. Nauilibus] Nauma-
 chiiis. Imperatoria] Erit ars: Nam duobus apud iudicē
 contendentibus oratione, cum alter persuadet, opus & finē
 suū cōsequitur, etiā si aduersarius ad hūc finē nō pertingat:
 nō ergo est sibi contraria, cū per eam alter persuadeat, alter
 non: nam hic defectus non est artis ipsius, sed eius qui non
 plene didiciisset, aut arte abuteretur, quarentur ab utroque
 credibiles saltē, quoniam cōtraria Philosophis autoribus quae
 sunt eodem genere posita, maxime distant, ut sub colore al-
 bi & nigri contraria sunt, quoniam maxime distant, &
 aequaliter sub genere collocantur: flauum autem & album
 non sunt contraria, quod non maxime distant.
 Frequentissime] Defendenda sit. Sciantur] Cer-
 tissime tenentur per causas. Opinione] Quae iam fal-
 sa iam uersa est, & iudices nesciant an sint certa. Nihil]
 Pertinet. Ignem] Ut Heraclitus. Aquam] Ut Tha-

les. Quatuor elementa] ut Empedocles.
 Nec sciunt] An sint uera quae dicunt.
 Insecabilia] Atomis, ut Democritus & Anaxagoras.
 Res] naturales. Distantias] Intervalla, ut Astrolo-
 gi. Terrae] ut Cosmographi. Probationum] Argu-
 mentorum. Sed] Obiectio. Verisimilia] Quoniam
 eiusdē facultatis esse quae sunt uera, & quae uerisimilia
 autore Aristotele, ii. Ethicorū. Cleantes] Philosophus
 Stoicus, locus a definitione. Nihil non] Omnia.
 Inspectione] Contemplatione. Ab ea] Dialectica,
 ut testatur Aristoteles in libris Rhetoricorum, ubi utrique
 eandem materiam assignat, nempe res omnes, & nihil de-
 terminatum, imo addit quod Rhetorice cum Dialectica con-
 uertatur, & recurat, quod & Zeno indicauit cum dixit,
 Dialecticē & Rhetoricē uelut extensam, Dialecticam
 autem uelut clausam, ut citat Cicero in Bruto.
 C. A. P. XIX. Fo. 20.
 Estimatione] iudicio. Astrologia] Ratio
 A tractans motus & intervalla syderum.
 Actum] Corporis. Intellectu] Intelli-
 gentia. Rei] Syderum calī, quae artium ratio diuina
 contemplatiua, a diuina diuino, contemplor. Agendo]
 consistunt. Hoc] Agendo, παραρρηκτα] Actiua, effectiua, a
 παρά, ago. Effectu] Consistunt elaboratione,
 Operis] Scilicet sui. Quod] opus. Finem] Artis,
 Poeticen] Factiua. Qualis] Cuiusmodi, cuius ge-
 neris. Hoc] opus. Ita] Quod scilicet actiua sit scien-
 tia, ceteris] Effectiua ac factiua. Res] Rhetori-
 ca. Impeditur] Orando. Medicus] Desinit esse.
 Secretis] Domesticis, priuatis, quae ad solem non ferū-
 tur. Puta] Syncera propter conscientiam. Actiua]
 Vitae effectiua. Opus] conscribendarum historiarum.
 Ex tribus] Contemplatiua, actiua, effectiua. Vltus]
 Vtilitas. Hoc] Administratiua. Rei] Artis actiua.
 C. A. P. XX. Fo. 20.
 Vari] dubitari uulgo. Conferat] Momen-
 tum adferat. Quod] Scilicet disputare, in-
 quirere. Vtroque] & naturae felicitate, &
 doctrinae cura. Referte] Intereffe. Hoc loco] Quo
 modo interpretamus hanc quaestionem. Vtrilibet] Vel
 naturae, uel doctrinae praeparationi. Altera] Si cōsideres na-
 turam. Per se] Sine doctrina. Valebit] Efficiet.
 Doctrina] Praeparatione. Natura] Felici. Ex pari]
 Aequaliter, id est, si simul aestimatur per se priuata cultore
 Praxiteles] Nobilis statuarius, cuius meminit Plinius, lib.
 xxxiii. cap. 8. Rude] inelaboratum. Pariū marmor]
 Aduēctū ex Paro insula, de quo marmore uide Pliniū libro
 36. Idem] Marmor. Expolisset] Exculpisset.
 Plus] Scilicet ingenii. Natura] Hominis.
 Fingitur] Excolitur. Materia] Subiecta.
 Precium] Aestimatio. Summa] Insculpta materiae.
 C. A. P. XXI. Fo. 20.
 Edius] Quibus quispiā abuti potest: Sola enim
 M uirtute ipsa abuti non possumus, aliis omnibus
 rebus secus, Aristoteles lib. iii. Politicorū, & pri-
 mo Rhetoricorū. Secus] Inuitiles. Virtus] Qua nemo
 abuti potest. Compluribus] Ut Phalereo Demetrio.
 Illud] Genus facultatis. Ratione] Certo modo artis.
 Sineliteris] Sine ceteris artibus liberalibus, citra quas
 non constat ars dicendi. Fames] Paupertas rerum.
 κακὴ τέχνη] Malam artem. Multos] Id quod Cicero in
 Gracchis usuuēisse demonstrat, quorum eloquentia in id fue-
 rat comparata, ut rempublicam maiorum consiliiis magis fe-
 licibus quam eruditis stabiliant, euerterent. Adde etiam
 quod flagitiosissimus quisque olim eo bono magis magisque
 polluit, ut testantur historiae Romanae.

In acum] Foramen acus. Sine frustratione] tactu non fallente. His ergo] Inutilem operam anxie in res nō ita magni momenti collocantibus. Dissimillimas veritatis] Cum longe secus ex Rhetorum præceptis agere conueniat: quibus enim modis assequemur, ut ueras causas, atque ob id serias cū dignitate tractemus, nisi ante circa declamationes ueluti tyrocinia exercuerimus? Instituire conamur] Ab ipsis incunabulis. Bono uiro conuenit] Inter dicacitatem, & eam quam Salustius loquentia & eloquentia Fabius uel maxime interesse existimat, quod prior illa in Catinas, aut si qui sunt magis pestilentes, cadat: Altera uero, quæ uirtutis nomine conetur, non nisi in bonum uirum.

Philosophi] Quibus peculiare est res introspicere, & uerbis de inson quibuslibet, sed ex præscripto loqui: cum oratori interim liberum sit suis uti pigmentis, remque tanquam digito obiter ostendisse. Consonare sibi] Vix est quod graui uiri, qui idē sapiens uideri uelit, dignitati æque repugnat ac dictorum factorumque inconstantia, adeo ut inuenias quicquid experiri uoluerint animorum causa non alia censura utantur, quam si perpetui sit quidam bene consultorii consensus: Nihil interim prohibet declinare de uia atq; sententiam palam mutare, si id rei honestas, aut parum cognita, iudicat. Quædam semina] Nam Cicero omnium uirtutum animis humanis inesse semina, id est, scintillas quas dā dixit, quæ ad maturam frugem tum demum uenirent, cū ita diu perpetuæque exercitatione ex alijis in tenebris producerentur. Honestorum & turpium peritus] Ob id in primo de Oratore Cicero philosophiam moralem adeo necessariam censuit oratori, ut cum sine hac affectus moueri non possint, tum uirtutum laudes uitiorumque uituperium, in quod sepe orator, ita poscente argumento, diuertit, nullo modo tractari possit.

CAP. XXII.

Fo. 21

M Ateriam Rhetorices] Scorsim quidam uerba materiam statuerunt alij rem, atque in utraque partem est acriter satis certatū antiquitus: Nos uero uerbo ipsa que res materiam artis rhetorice nominamus. Hæc M. T. Cicero de inuentione uel rhetoricorum, uel commentariorum in Hermagoram. Appellatione] Scilicet oratoris. Argumēta persuasibilia] Id est, res quæ possint oratione persuaderi, uel probatiles, quæ possint persuaderi. Operis] Rhetorici. Fiunt] Persuasibilia.

Materia] A rebus, circa quas uersantur ciuiles questiones, quæ in coetu populi tractantur, & in republica ciuitatis aguntur. Qualitate] Id est, re ipsa. Modo] Mensura & numero minore, quoniam & priuatae questiones cadunt in materiam rhetorices. Vitam] Rationem uiuendi. Omnium uirtutum] Vniuersi cuiusque per se.

Eorum] Virtutum. Partibus] Vitæ gubernandis.

Fine] Definitionibus. Parte] Scilicet uitæ.

Ethice] Morali philosophia. Negocia] Occupatum in negociis ciuilibus. Quodam loco] Primo de oratore.

Alibi] De oratore. Non propriam] Nam aliæ discipline quoque res tractant. Eamque artem] Rhetoricen. Circumcurrentem] Ambientem omnes alias artes.

Materiam] Quam etiam cum alijs artibus communem haberet: Nam si singulæ discipline singulas res habent subiectas, & rhetorice omnes res subiectas ambit, certissimum est, quod hanc materiam cum alijs disciplinis communem habet. *ῥητορικὴν*] A Erariam. Intelligit fabros caldarios, sartaginum, ahenorum, cantuariorum, uasorum. Vasa] Sic excussa. Palæstrica] Luctandi arte. Communis] Medicinæ. Philosophiæ] Moralis. Non obstat] Nostræ sententiæ. Dicunt] Aduersarij. Nam cum Philosophorum] Cum simpliciter Philosophiam dicimus intelligenda est ea quæ uel ciuitatem, uel mores priuatorum, uel do-

mus administrandæ curam pollicetur, quod ea pars omnium maxime ad huius uitæ utilitatē pertineat. Sic Socrates à Cicerone fons philosophiæ dicitur, nimirum quod relicta illa quæ naturæ arcana scrutatur, primus omnium Græcorum morum disciplinam docuerit, alioqui iam ante apud Iudeos gentem omnium antiquissimam tres philosophiæ partes celebratæ erant, quemadmodum probat Eusebius de præparatione euangelica. Obstat] Non est aduersarium nostræ sententiæ. Hoc] Dicto suo. Versari] Occupari. Materia] Scilicet cum philosophia. Primo] In præfatione primi libri. Illi] Philosophi. Nostra] Rhetorica.

Cum sit dialectices] Etiam autore Aristotele ad Alexandrū. Concilia] Breui, acuta. Eadem] Materia. Perpetuæ] Soluta, proæ orationis. Illud] Quod sequitur. Respondere] Huic obiectioni. Hoc inuenio] In præfatione lib. 1. de oratore. Magnarum] Quæ in cōtrouersiam ueniunt. Non incium] Aliquo modo conscium. Causas] Lites quæ possint contingere.

Quaratur] Controuersia sit. Melius] Scilicet dicit faber uel musicus. Confirmationem] Comprobationē. Hostien] Oppidi Hostia, quod ostium & ianum in morem faciat. Atqui] Scilicet certe. Liores] Non naturales colores in corpore ad flauedinem tendentes.

Cruditatis] Non cocti cibi. Veneni] Scilicet dati. Mensuras] Terminos agrorum. Quod quidem] Scilicet uerum esse. Præfatione] Inter præfandum.

Polus] Discipulus Gorgiæ qui idem dicit.

Hermagoras] Qui sex libros scripsit de arte rhetorica, & docuit sub Augusto Cæsare Romæ questiones qualiscunque controuersia. Instrumenta] Rhetorices.

Opus] Oratio. Vox] Spiritus longus & patientia laterum, sunt instrumenta oratoris. Calator] Artis professor. Hæc] Dubitata.

IN LIB. III.

CAP. I. Fo. 22.

VAESITVM] Questionibus agitatum. Tulerunt] Permissum.

Q Materiamque] Subiectum, quod Græci *ὑποκείμενον* dicunt. Dicere] Oratorē. Hinc] Posthac, deinceps.

Vnde] Ex quo initio. Quibus] Scilicet partibus. Exequar] Pertractem. Intra quem modum] Intra quod præscriptum, id est, metam.

Constiterunt] Gradum fixerunt. In cæteris] Scilicet artibus, ubi non tractamus nuda præcepta. In id] Ut iactaremus ingenium. Materia] Argumentum fecundius. Hoc ipso] Hac ipsa miscella & mixtura.

Studijs] Rhetoricis. Ea] Præcepta. Ieiuna] Tenuis, minus plena. Delicatas] Delitius affuetas, teneras.

Qua] Causa, ob quam causam, ne scilicet raderet aures delicatas: tacita est allusio ad uersum Persij qui est, Auriculas teneras mordaci radere uero. Absinthia tetra &c.] Supra modū amara: siquidem ut est autor Dioscorid. lib. naturalis medicinae. 3. tam est acerbum absinthium, ut apud Græcos *ἀέριον*, id est, immensum acerbū cognominetur, discit uentris ac stomachi dolores, quæ potissimum ratione pueris tormina uentris patientibus solet misceri: sed & Plinius lib. 27. cap. 7. huius herbae naturam ac medicinas plures ex Dioscorid. ferme ad uerba exscripsit. Hermolus certe à Græcis poetis quibusdam *ἄμινον* dici asserit, tanquam dicas importabile lib. 3. corollarii. Et quæ sequuntur] Ut puerorum ætas improvida ludificetur, laborum tenus interea oportet amarū absinthii laticem deuorare. Philosophiæ] Naturalis. Lucretius] Epicureus. Rationem] Insecutus. Vtitur] Scilicet libro. 4. de rerum natura statim in principio. Medentes] Medici.

Tetra] Amara. Aspirat] Attingit, oblituit. Oras]

Extremitates terminos. Mellis] Sui auitatis, iucunditatis. Abinthii] Amaritudinis, fastidii. Ex eo] Propterea. Gratiam ineat] Ne plus odii ferat, ne minus placeat. Quosdam] Scriptores. Contra] Scilicet opinionem nostram. Eodem] Ad eundem finem.

Diuersas tamen vias] Rationes artis diuersas, translatione sumpta auiarum ductoribus. Illi] Sequentes scilicet discipuli. Nec mutaueris facile] Quispiam mutare possit. Persuasiones] Opiniones. Ad ea] Præcepta. Mox] Deinde. Sui] Ex suo ingenio natum, de promptum. Recta] Recte inuenta. Poeta] Vt Homerus, Empedocles Philosophus atque etiam rhetor, quem philosophiam carmine illustrasse constat.

Artium] Præceptionum, quæquam Aristoteles his priores aliquas scribit in libro Redargutionum, qui tamen hi fuerint, non exprimit, nisi forte Empedoclem quispiam intelligere uelit, ut traditur a Suida. Post eos] Opinor intelligi Phœnicem illum Homericum, qui apud Poetam Achillem docet & rerum actorem & uerborum oratorem esse, in. 9. Iliad. tum & Menelaum, cui argutum & subtile dicendi genus adscribit Homerus: & Nestorem, cui dulce & mediocriter: tum & Ulyssen, cui fecundum & amplum magnificumque tribuitur ab eodem Homero lib. Iliad. 3.

Gorgias Leontinus] Hic Gorgias autore Suida primus præceptis rhetoricis adiunxit translationes, Allegorias, Apostrophos, & id genus alia uel sententiarum, uel uerborum lumina, de quibus Fabius ipse in. 8. & 9. prescribit. Porro huius nomine librum de Rhetorica reliquit Plato. De ætate autem eius in idem consentiunt M. Tul. in Catone Maiore, & diuus Hieronymus in epistola ad Nepotianum de Clericorum officio. Thrasimachus Chalcedonius] Per eum scribendum est, sic enim Stephanus Chalcedonam Bithynia urbem describit. Prodicus Chius] Ex insula Chio, discipulus Protagoræ, ob corruptam institutionem Athenis cicutam bibere coactus est, autor Suida.

Protagoras & Euathlus] De hoc Protagora & Euathlo Gellius copiose agit libro quinto, capite tertio & decimo, cui loco magna ex Fabio lux inferri potest, contenditur enim isti super mercede pacta, uerum quæ fuerit non exprimitur: sed & Apuleius Floridorum libro secundo, florulentius idem tradit. Is] Gorgias. Multis] Rhetoribus. Illorum] Coracii & Thysiae. AEmulus] Studiorum æmulator socius. Abderites Protagoras] Ex Abdera Thraciæ urbe. Edidit] Euathlus ipse.

Eleus] Ex Elide oppido adiacente Olympiæ A Egyptiæ: primum enim autore Stephano ab Elis nomen gētile Elisios, postea eliso d Elisios & per contractionem in Eleus, sed nos Latini frequenter u diphthongon in e longum uertimus.

Eleates Alcidas] Ex Elea urbe Italiæ oriundus.

Antiphon] Rhamnusius. Primus] Scilicet Alcidas discipulus Gorgiæ. Orationem] Oratoriam.

Creditus] Scilicet a Thucidide, qui audiisse se scribit.

Pro se] In causâ capitis. Etiam] Scilicet eodem seculo fuerunt, floruerunt.] Diximus] In præcedenti libro.

In] Contra. Theodorus] Eodem seculo floruit.

Ipsi] Scilicet Rhetores floruerunt.

Artifices sermonis, ingeniosos: siquidem] Artifices ingeniosum & uasum significat aliquem, Plato in Phædro & Protagora. Locos] Communes.

Disputationes] Quasdam cōpositas in singularum uirtutum laudes & uitiorum uituperationes, quas iuuenes discipuli apud eos discabant, cuius rei meminit & Aristot. in calce libri Redargutionum Sophisticarum, idq; non sine uituperio. In Bruto] In libro, quem scripsit ad Brutum de claris Oratoribus. Ornatum oratorium] Elegantia Oratori peculiarem. Ferri] Circumferri.

Equidem] Ego quidem, quod ad me attinet.

Fama] Quæ scilicet etiam apud conicum Eupolim, tribuit ei suadendi deam, quam Græci $\omega\delta\omega$ uocant, dicitur eum ita auditorum animos demulxisse, ut etiam dictorum acleos relinqueret: tum & Aristophanes de hoc ait. Fulgurabat, inquit, dicendo, tonabat, atque uinuer sam cōmouit Græciam. Meminit eius quoque famæ Plinius in Epistolis libro primo. Esse] Scilicet scriptores. Hæc] Scripta.

His] Rhetoribus iam dictis. Clarissimus] Scilicet omnium. Eius] Isocratis, nam ut Suidas ait ac Plutarchus alii Gorgiam, alii Thysiam, alii Hermogenem, quendam, alii Prodicum, alii Theramenem tradunt.

Aristoteli] Afferenti Gorgiam. Hinc] Post Isocratem. Via] Rationes discendi. Præstantissimi discipuli] Vt Theodectes, Theopompus, Hyperides & quidam alii, quos Cicero in Bruto recenset, & Suidas in collectaneis. Porro quod de Isocratis etiam hic asserit Fabius, & confirmat Mar. Tul. in Catone maiore tum & Hieronymus cōsentit, illud ipsum uariatur apud Suidam, qui mortuum scribit anno quarto & nonagesimo. Præcipere] Docere.

Scholis] Dissertationibus, disputationibus: Græci proprie scholas uocant non ipsum discendi locum, sed magis disputationes prælectiones atque id genus alia, quæ res Platoni dialogos legenti statim est obuia. Traditur] A Laertio in uitam Arist. Philoetæ] Comico scilicet.

Est] Extat. Dictum est in superiori libro, quod scilicet inter doctores ambiguit sit, cuius autoris id sit opus, Aristotelis ne, an Theodectis. Rhetorice] Nam testatur Laertius librum unicum scriptum ab eo, cui titulus, Oratoria præcepta. Hinc] Diligenter scripserunt de Rhetorica. Stoicorum] Vt Chrysippus ac Diogenes.

Peripateticorum principes] Vt Demetrius Phalereus, cuius libro de interpretatione oratoria in hunc diem extat.

Viam] Suam rationem dicendi. AEmulus] Conceptor comes studiorum. Athenæus] Ille antiquior, scilicet nam & recentior quidam extat Athenæus nomine, qui sub M. Antonio Imperatore diuino philosophas, id est, sapientium hominum cōmuni doctrinæ scripsit, ad cuius imitationem composuit Saturnalia Macrobius, ut plerique existimant. Apollonius Molon] Quem Cicero ipse in insula Rhodo audiuit, ut ipse sæpe testatur. Cælius] Nā hunc æmulum Hermagoræ Suidas facit. Dionysius] Scripsit præcepta, quæ hodie Græce extant. Pergamenus] Ex Pergamensi Phrygiæ urbe. Apolloniæ] Quæ ciuitas est Colonia Corinthiorum, quamquam Stephanus hoc nomine uiginti quinque recenset urbes. Gadatenus] Ita censet legendum Stephanus qui a Gadara, non Gadareus, sed Gadareus uenire dicit, id est, oriundus ex Gadara ciuitate Palestine. Viderunt] Scilicet uiuentem, nam ut Suidas autor est, potissimum sub Cæsare Augusto Romæ dicendo floruit ac diutissime uixit, quare non incredibile est Fabii seculo, quod fuit Domitiano imperante, aliquos superstites fuisse qui Hermagoram uiderint.

Cognoscas] Accipias ponitur quando uidelicet secunda persona pro tertia quauis accipitur. Valgium] Eualgium, utrunque apud autores, alterum tamen frequentius inuenitur, Valgius scilicet apud Macrobius.

Atticus] Attici meminit Suidas, cum Rhetorem eum dicit. Ipsi] Apollodoro in scriptis.

Epistola] Apollodori. Agnosce] Scilicet Apollodori esse: siquidem agnosceamus ante cognita, cognoscimus autem qualicumque. Plura] Quam scilicet Apollodorus.

Censorinus] Sic cognominatus a seueritate celsæ gestæ. Inchoauit] Inchoatum opus de arte reliquit, quem exilem uocat libellum Mar. Tullius in Bruto.

Imperfectum] Ad finem non perductum.

Res] Neceſſitas, uſus. Dedit] Appoſuit. Tacere] Nihil precipere. Elapſos] Excidiſſe. Diceret] In præſatione librorum de oratore. Minora] Præcepta.

Materia] argumento rhetorice. Pater Gallio] Ad differentiam filii Gallionis. Priores] Aetate, functum uitæ fuiſſe Plinium, ex hoc Fabii loco conſicere poſſumus.

Parco] Taceo nomina. Eorum] Hodie uiuentium ſcriptorum. Inuidia] Alludit ad Ouidii dictum, Maius ab extincto nomen in ora uenit. Atque ad Horatium ſimul, cuius hi ſunt uerſus in hanc ſententiam libro Epiſt. 2.

Diram qui contulit hydram Notaque fatali portenta labore ſubegit. Comperit inuidiam ſupremo ſine domari.

Vrit enim fulgore ſuo qui prægrauat artes Inſra ſe poſitas, extinctus amabitur idem. Pigebit] Scilicet me.

Addixi] Adiuravi. Imbutus] Affectus, Alludit ad uerſum Horatii, qui de ſe ait libro primo Epiſt. Nullius addictus iurare in uerba magiſtri. Quo me cuius rapit tæpeſtas diſſeror hoſpes. Eleſturis] Lectoribus.

Promeruiſſe] Quod promeruerim.

CAP. II.

Fo. 22.

Ermonem] Loquendi facultatem.

S Protinus] Genitis hominibus ſermonem inditum fuiſſe. Huic] Principio & ſemini indito à deo. Vtilitas] Sperata ſcilicet eloquentia.

Studium] Amorem, Summam] Perfectionem huic dedit principio. Exercitatio] Vſus, qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperat, Vſus enim, ut ille dixit, poteſt omnia. Video] Deflexio eſt à corpore ad animum.

Inde] Hoc principio. Diſcrimen] Capitis, aut fortitumur. Hæc cauſa] Hoc principii. Prior] Quam ſit accuſandi cauſa. Niſi quis dicat] Quod ſcilicet abſurdiſſimum eſſet. Qui] Scilicet latro. Obſeruatio] Diligens cura artis. Artem] Scilicet mendendi.

Eorum] Vtilium & inutilium inuentorum. Vagæ] Huc & illuc errantes ſine manſionibus, id quod & de Aboriginibus narrat Salluſtus in Catilina, & hodie in multis gentibus Scythicis experientia cognoscere licet.

CAP. III.

Fo. 22.

Egationibus] Numeribus legatorum.

L Plurimi maximique] Vt Ariſtoteles, Cicero, Hermagoras. Setimo] Conſulatio philoſophorum eſt; Oratio uero oratorum in Senatu uel iudicio ad iudicem. Grauis] Oratio. Concluſione] Clauſula. Ultra] Supra rem & uerbum. Quomodo] Stulte ne, an prudenter. Diſpoſitionem] Quæ uidelicet indicat, quo quid loco dicendum ſit. Loco] Ordine.

Ea] Memoria. Hoc] Scilicet ſic diſpoſita, uerbis ornata, fixa memoria. Actio] Decorus geſtus, uultus & motus corporis. Modo] Saltē. Actio] Quod uidelicet natura contingat. Inuenire] Quæ ſcilicet ad propoſitum facerent. Iudicare] Dignoscere inter leuia & grauia, inter ſulta & prudentia. Contraria] Sui inſtituto. Communia] Parum ad rem facientia.

In rhetoricis] Recte Aldus pro rhetoricis topica legit. Nam in Ciceronis rhetoricis de iudicio ne uerbum quidem ſit ullum. Quod autem hic Fabius citat, legitur in Topicis ferme in principio his uerbis, Omnis ratio diligens diſſerendi duas habet partes, unam inueniendi, alteram iudicandi, Inueniendi ratio prior. Diuiſiſſet] His uerbis, Vt oratorum in rebus eſt & uerbis, ſed & res & uerba inuenienda ſunt, & collocare proprie in rebus, inuenire in rebus eloqui dicitur, collocare eſt commune, tum ad inueniendum reſertur uox, motus, uultus, atque omnis ratio eloquendi comes, eſt eorum omnium atque cuſtos memoria.

Indicaſſe] Non dignoſciſſe. Apta] Ab ineptis.

Topicis] Sedibus argumentorum. Subiecit] Propoſuit. Mutuari] Mutuo accipi. Oratoriis] Quibus

partes oratoris Cicero perſequitur. Omnium inuentorum] Diſpoſitorum. Poſtea] Poſt topica & rhetorica.

Non minus] Quam ſuperioribus. Dion] Rhetor uel Philoſophus, cui Chryſoſtomo ab aurea eloquentia nomen fuit, qui circiter Fabii ſeculum, ut certum eſt, floruit, maxime gratus iamiam ſenex Traiano Caſari. Nec ratio temporum repugnat, quoniam hic ſit Dion, cuius Fabius meminit, quoniam Domitiano, quem celebrat Fabius ſuo ſeculo florentem, ſucceſſiſſet Nerva, Nerva autem Traianus, neque multi inter nos ſupputantur anni. Modo] Saltem.

Oeconomia] Nam Græci οἰκονομία, Latini domum & familiam ſignificat, uis autem diſpoſitio & diſtributio ſonat, unde οἰκονομία dicitur paterfamilias, ſive diſpenſator domus, & res uel ars οἰκονομία, cuius eſt ſummum opus, quæ ſuo loco, & tempore, & ordine facere prudenter, quam diſciplinam Ariſtoteles duobus uoluminibus proſequutus eſt, quibus titulus, Oeconomica. Et item Xenophon in libro qui Oeconomicus dicitur. Porro quod Fabius abuſionem dicit, Græcis eſt ſpecies tropi, ἀνὰ ἄλλους appellata, quoties ad ſignificandam rem proprio carentem nomine alio abutimur, ut cum pro magno nebulone ſurciferum dicimus, & lacum in quo piſces non ſunt piſcinam: quod in codicibus Aldinis hoc loco addicitur. Nam abuſus, amotum ab aliquo ſuperioris ſeculi docto homine ſuſpicor, ac poſtea ab Aldo, forſan plus æquo curioſo, contextui interſerum: nimirum quod cū Fabianis uerbis plane pugnet, quodq; in cæteris omnibus codicibus deſideretur. Poſtremo non uidetur aduerbiū Abuſus dignū puriſſima Fabii eloquentia. Elocutionis] Scilicet uirtutis orationis. Nomi] Huic neq; quadram, ti, nec apto. Eloquemur] Verbis uſi ſumus. Elementa] Principia quibus accreſcit rhetorica. Humor] Vt putat Thales Miſoſus. Ignis] Vt putat Heraclitus. Materia] Vt putat Ariſt. Plato. Inſecabilia] Inſecabilia, quas Græci ἐνέχυρα appellant, ut putat Democritus & Anaxagoras. Partes ſunt] Dicendæ. Materiæ] Scilicet partes. In his] Partibus tribus materiæ.

Quidam] De quorum numero eſt Ariſtoteles primo Rhetor. capite tertio. Cauſarum] Cadenitium in officiū Oratoris. Ariſtotelem ſecuti] In rhetoricis ad Alexandrum. Concionalem] Δικηνομήνην, hoc eſt, genus cauſarum quod in concionibus deliberantium uerſatur, quam idem Ariſtoteles Rhetorice prima ad Theodectem capite tertio, ex trium eruditorum generibus ἡ δὲ δικηνομήνη hoc eſt concionalis, δικηνομήνη id eſt, iudicis, & δικηνομήνη id eſt, ſpectatoris, tria genera Rhetorice quoque ſtatuit, Deliberatiuum, Demonstratiuum & Iudiciale, nihil plane in uerbis diſidens. Quam diuiſionem ex Platonis Gorgia ingratuſ diſcipulus furatus eſt, ubi Gorgias ſic ad Socratem. Officium Rhetorice eſt, poſſe perſuadere & in iudicio iudices, & in conſilio conſultores, & in concione concionales audire. Tunc] Ariſtotelis ſeculo.

CAP. IIII.

Fo. 23.

Aximo noſtrorum temporū] Intelligi hunc

M Plinium Maiorem qui, ut inquit Gellius, ſuæ ætatis tēpore ingeni dignitatisque gratia ſummam tenuit auctoritatem, quique ut iunior Plinius meminit in quadam epiſtola, reliquit. 36. libros ſtudioſorum in ſex uolumina, propter amplitudinem diuiſos, in his Oratorem ab incunabulis & inſtituit & perfecit. Genera] Cauſarum quaruntur. Cauſis] De iniuriis illatis.

Conſilium] Amicis. Mitigamus] Lenimus concitatum animum. Concitamur] In iram ſcilicet.

Præcipimus] Docemus. Obiurgamus] Amice. Male dicimus] Contumelioſe. Renunciamus literis] i. abſtinemus non à literis, deſtitimus à diſciplinis. Quo] Argumento. Rem tam late ſuſam] Cauſas forenſes & alias.

Breuitate] Breui diuisione. Hoc] Hanc causam.

In his] Tribus generibus. Laudes] Encomia clarorum uirorum. Scribebantur] Eo seculo. Dicere] Ad sepulchrum. *ἱπτάσις*] Orationes funebres, sic Aristoteles Rhet. I. Periclem summum Græcorum principem introducit *ἱπτάσις* dicentem, Et apud Mausoleum, id est, Mausoli Regis Carie sepulchrum, epitaphius dicendis certant nobilissimi Rhetores, Theodectes, Theopompus ac uirior Isocrates: Nam quod Gellius maiore suspicatur quoque in certamen descēdisse, error est ex amphibologia ortus, ut liquere potest Suidam legenti diligenter. *ἱπτάσις*, ad uel iuxta præpositio, *ἔταφον* sepulchrum, *ἀτάφον* quod sepelio sonat, *τάφον* in futuro. Ut] Scilicet hac causa.

Frequentissima] Plurimum in usum uenientia.

Defendunt] Hanc partitionem triplicem causarum.

Tria faciunt etiam] Ut Aristoteles in primo Rhetor. capite tertio. Et Plato. Delectationem] Quam scilicet Aristoteles theatricam, id est, spectatariam uocat. Ratio] Causa triplicis partitionis. Manifestum] Iudiciale.

Partim] Aliqua. Sententiæ] Arbitrio.

Anaximenes] Rhetor Græcus, patria Lampſacenus, discipulus fuit Diogenis, cui cognomentum Canis, et Zoili Grammatici, eius qui Homeri poemata uenenato infecit uerbu, postea Alexandri principis Macedonum præceptor in re Rhetorica extitit, de quo plura alia Suidas in Collectaneis.

Apud Græcos quosdam] Atque adeo apud Platonem ipsum, qui in Gorgia, postquam tria hæc genera uulgata ex præfisset, adiecit etiam officium esse oratoris in alio quouis actu civili, dicendo persuadere posse. Eorum] Iudicium.

Lite] Controversia. Species] Harum partium.

Quod] Scilicet postremum, etiam peculiari uocabulo, *ἱπτάσις*] Exquisitum. Protagoram] Sophistam nobilem. Precandi] Rogandi. Quod] Precari.

ἱπτάσις] Precationem. Sophistæ] in Dialogo Sophistes, uel de Ente. *πρόσμικτης*] Consulaturia, *ἀπὸς* præpositione, quæ hoc loco coniunctionem et societatem significat, *ἐν κύκλῳ*, quod in circulis differere sonat.

Permittamus] Indulgeamus. Nobis] Latinis.

Cuius partis] *πρόσμικτης*. Genere] Causarum. Quæstione] Contineri putant. Dictare] Ingerere, præscribere, inſillare hominibus cordato. Dixi] In principio huius capituli. *ἱπτάσις*, *ἱπτάσις* autem Hammonio de differentis dictionum, proprie laudationem hominis, aut animalis, aut etiam rei inanimata significat. Sic extat *ἱπτάσις* Helenes a Gorgia scriptum, sed *ἱπτάσις* caluitii lusum a Sinesio, postremo et Muscam encomio celebravit Lucianus. Porro hymnus laudem in aliquem deum compositam significat. *ἱπτάσις*] Demonstratiuum siue ostentatiuum. Quam ostentationis] Quanquam enim *ἱπτάσις*, *ἱπτάσις* in futuro, monstro significat, *ἱπτάσις* tamen proprie ostentare et uelut iactare significat, quam etymologiam probasse uidentur, qui res ridiculas et nugacissimas nugæ ad ingenii ostentationem laudibus euxerunt, uelut Phauronius quartanam febrem celebravit, atque etiam Therſiten, Picus Mirandula Barbariem, Glauco iniustitiam apud Platonem. Intra hoc] Spatium laudandi et uituperandi.

Panegyricos] Sermones laudatorios. *ἱπτάσις*] Ostentatorios. Ostentatione] Ingenii atque uirium.

Sequuntur] Scriptores. Id] Hanc causam.

Cæteræ species] Causarum si quæ sunt. Ex his] Speciebus cæteris. Intendere] Aliquid imputare. Communia omnium] Scilicet causarum.

Conciliare] Favorem parare iudicis] Auditoris.

Docere] Rem factam, aut non factam. Inminere] Quæ contra nos sunt. Materiam] Causas.

Quæstione] Inquisitione. Omnia] Genera causarum.

Conſiliis] Dandis. Aliquid] Vtile aut honestum.

CAP. V. Fo. 23.

Aturalibus] Ingenii dotibus. Arte] Ratio-
ne quadam præceptionum. Arti subiicimus]
Dicimus partem artificii. Doceat] Clara co-

probatione audirent scire faciat. Delectet] Cum gratia et uoluptate audientium dicat. Opus] Rhetoricæ.

Res] Quas narrando doceamus et inspergendo.

Quadam] Materia, causæ. Probationem] Quæ est pars docendi artificialis. Celsus] Cornelius.

Quæritur] Est quæstio, controversia. Partitio] Diuisio eorum, quæ præstare debeat Orator. Conſistit] Certum sit. Quæſtiones] Controversias Oratori tractandas. Iure] Ambiguo, aut aliter ab aliis interposito, cum uerba ipsa uidentur cum legum latoris uoluntate pugnare, aut cum uerbum aliquid in lege positum, habeat plures significationes, cui negotio discutiendo Cicero Iurisconsultor præfisse dicit libro primo Rhetor. De re] Facta aut non facta, iure uel iniuria facta. Illud] Quæſtionum genus, quod uersatur in scripto. Rationale] Quod scilicet rationibus sit probandum uel improbandum. Idem] Quod nos iam dicimus. Verbis] Legum. Conuenit] Consensus est. Similibus] Appendiciis circumstantiis.

Cicero] In Topicis ferme in fine, ex quibus hæc Fabius mutuatus est. Ciuiles] Ad statum ciuitatis pertinentes. Philosopho] Qui contemptis singularibus, in scientiam non cadentibus, autore Aristotele, uniuersalia maxime spectant. Genus] Infinitarum quæſtionum. Scientia] Cognitione. Actionis] Exemplum sit. Prius] Genus quæſtionis infinitæ scientia distinctum. Generum] Scilicet est modorum. Quale] Ad iustum pertinet.

Quid] Ad diffinitionem. Sequens] Actio quæſtionis infinitæ. Adipiscamur] Scilicet rem, quæ præponitur in quæſtione. Complexus] Adiunctione.

Personarum] Quibus res adhibebuntur. Res] De quibus est controversia. Amplior] Vniuersalior.

Quod] Scilicet a me dictum. Aliquid] Scilicet certi. Inde] Scilicet ut infinita fiant finita. Simplex] Nullo respiciens. Prima quæſtio] An sit administranda res pub. Altera] Antum administranda, cum tyrannus aliquis summæ rerum præest, quo tempore difficillimum est bonum præstare magistratum.

Hic Hermagoras] Ex Collectaneis Suidæ colligitur quidem, duos Hermagoras fuisse, priorem Philosophum, qui nihilominus *πρόσμικτης*, aduersus Academicos scripserit, hic titulus an ad Rhetorem referri queat, nondum apud me statui, cum *εὐφροσύνης* uocabulum ut plurimum in malam partem apud Græcos accipiat, pro falsa specie sapientie: horum autem quendam nominat celebriorem, cuius sex libros Rhetorices citat. Refertur] Hæc simplex.

Hic] In hac quæſtione. Subest] Scilicet uerbis.

Tyrannus] Qui sibi non populo gerit imperium. Subest] Præest. Qualitatis] Quod scilicet in qui præest sit tyrannus. Dixeri] Eiusmodi quæſtionem.

Generales] Quod in genere et in uniuersum aliquid complectantur. Vtique] Maxime. Prior] Naturæ. Qualitatis] Vtilitatis uel inutilitatis, iustitiæ uel iniustitiæ. Iure] Quæſtio sit. Coniecturæ] Quas Iurisconsulti præſumptiones uocant. Coniecturis] In quibus non certis argumentis utimur, sed quasi indicibus, præſumptionibus. Scleris] Perpetrati. Certum] Conſtabit. In uniuersum] Generaliter. Theſeis] Quas Cicero proposita uocat. Aliter] Aliâ ratione expressas.

Causa] Quæſtio. Orestes] Matricida. Recte] Iure. Generis] Naturæ. Hæc] Causa. Illic] In Theſe. Hic] In causa. Negocii] Seculares circumspectas quasdam. Quidam] Scriptores, ut Cicero. Omnibus] Exeplis. Illis] Quæſtionibus potissimum tractatis a Cicerone.

cerone. Finis] Felicitas, summum bonum.

Personam] Certam. Perueniri] Ab oratore.

Speciem] Specialem questionem. Illam] Quam ego iam refuto. Quadam] Generales questiones.

Non pertinent] Ad oratorē. Quam] Si ille prior scilicet. Materiam] Subiectam. Quod] Quam sententiam Hermagorē. Contendit] Nititur probare.

Genus] Infinitum. Improbatur] In prefatione de oratore. Vniuerso] Generali. Status] Capita causarū.

Summā] Eadem. Adicitur] A scriptoribus.

Illud] Quæstio in rebus. Hoc] Quæstio ad aliquid. Negocium] Tractatus. Causarum] Rationum, qui

bus aliquis motus fuerit. *περί τινος*] Circumstantiam, appendicem personarum. Cicero his uerbis] In Topicis & rhetoricis utitur.

CAP. VI. Fo. 23.

Liquo statu] Quasi cardine aliquo.

A Omnibus] Generibus comune.

Ducatur] Elicitur. Id] Disputare de statu. Materias] Causas. Res] Progressus, ueritas.

Quidam] Vt Cicero libro primo Rhetoricorum.

Appareat] Eluceat, eliciatur. *καρπώδους γυναικῶν*] Generalissimum caput. Interest discendum] Non debet turbare discētes. Nomen] Scilicet *σῶς* & *φ*.

Non primum] Multo malim legere nonnulli.

Ab Eucrate] Naucrate legendum est, constat & ex Gellio & Suidæ collectaneis, insignem inter Isocratis discipulos fuisse: Verum quod ipse sciam, nulla usquam mentio Eucratidis dicitur sit. Clazomenio] Putant primum traditum. Euagari] Expatari oratio. Confiscat] Quasi pedem figat. Status est] Quod summum orator intendit ac index discernit. Causarum] Duarum. Parum elocutus] Puto parum expressisse quod senserunt.

Status] In quo tota causa occupatur.

Quæstionis est] Scilicet status. Ex his duobus] Quid & quis fecerit. Vtraque pars] Quis & quid fecerit. Conflictio] Concusio. Confusio] Nascitur.

Leuius] Scilicet est peccatum. Intelligitur] Quid sit status. Inde] Ex definitione status, qui est conflictio duorum. Conflictionum] Causarum. Ducendum] Eliciendum. Alia] Questiones. Porro] Deinde, scilicet.

Constat] Quæstio. Harum] Quæstionum conferentium ad summam causæ. Interim] Aliquando, partim.

Simplex] In qua unus tantum est status quæstio.

Inde] Ex quo orator præcipue spectandum putat. Quæstionum] Scilicet status eorundem.

Posthūmo] Reo de repetundis pecuniis. Actionem]

Repetundarum. Competerē] Ex Iulia lege. Pecuniam] Regiam, publicam. Potentius] Nullam pecuniam peruenisse ad posthūmum. Milonis] Qui Clodium occiderat. Insidiator] In uia Appia scilicet.

Liquere] Ostensum est.

CAP. VII. Fo. 23.

Eprecationem] Refutationem. Cicero]

D In Topicis. Congressus] Commissa.

Vnde] Ex quibus Ciceronis uerbis statuentis statum in depulsiōe criminis. Rei] Opinioni.

A depulsiōe] Abiectione criminis. Sumi] Duci.

Ab eo] Actore. Propositionem] Intentionem, obiectionem suam. Negat] A se probare, hominem occisum esse à reo. Dicit] Respondendo. Idem] Probatio quod iure fecerit. Eius] Rei. Intētio] Status ipsius.

Accedo] Assentior, quod uidelicet status oriatur ab accusatore. Vero propius] Est uerisimilius.

Respondente] Exoni responsionis. Varium] Iam uerum, iam non uerum. In coniecturalibus causis] In quibus crimen obiectum reo actor ipse coniecturis probare

cogitur. Syllogismo] Scilicet cogit ut aduersariū, cuius syllogismi propositio maior legem, ut uocant, habeat: Minor autem assumptio adhibeat crimen aduersarii, sicque inferatur legem latam esse de crimine, & si credimus Aristoteli Rhetoricorum primo, leges in uniuersum feruntur, quibus particularia subsumere licet. Verbi gratia] Si is quem adulterium commississe accusamus, dicat actorem legem non habere, cogit actor eiusmodi uti syllogismo: Iuste in adulterio necare deprehensum, tu es in adulterio deprehensus, ergo iure lege necandus eras, & ex consequenti licet tecum iure agere. Faciat statum] Det ansam statui.

Eundem] Statum. Inficiale] Negatum.

A reo] Propter reum. Syllogismo] Collectione argumentorum. Illis] Scriptoribus, qui ex depulsiōe statum ducunt. Status] Facto ab ipso accusatore.

Negat] Reus. Is] Quinegat. Coniectura] Ad comprobandum. Legem] Accusandi. Nihilominus] Nihil priori impediēte. Permittat] Adulterum deprehensum occidere. Qui artem ludicram exerceuerit] Extat hodie edictum Prætoris Pandectarum lib. 2. titulo De iis qui infamia notantur, quod referente Iuliano Iuriconsulto, sic statuit: Qui artis ludicræ pronuntiandine causa in scenam prodierit, infamia notatur. Porro senam Labeo Iuriconsultus ibidem interpretatur, locum, uel publicum uel priuatum, in urbe aut uico, quo homines ad spectaculum confluant, iam qui se in hortis tantum exercendo Prætori ostenderit, haud quaquam hac interpretatione tenetur, id quod eodem titulo Caius Iuriconsultus apertius indicat his uerbis, Qui autem operas suas locat, ut prodiret artis ludicræ causæ, neque prodiret, non notatur, quia non est res adeo turpis, ut etiam consiliū puniri debeat. Theatrali lege]

Quæ negabatur locus in quatuordecim primis ordinibus ei, qui uel ludicram artem exercuisset, uel censum equestrum non haberet, id est, quadraginta seferitia. Ludicram] Vt qui prodierit in scenam. Primis ordinibus] Theatri.

Ostenderit] Periculum suæ artis fecerat. Prætori] Prætorē conspiciente. Intētio] Obiectio.

Quæstio] Scilicet oritur. Excitatus] Ab aliquo. Iniuriarum] Sibi illatarum. Depulsiō] Responsio accusatoris. Frequentius illud] Vt scilicet intētio sit actoris, depulsiō rei, & ex depulsiōe nascitur status.

Emineat] Emergat, exoriatu status uere.

Subiectas] Materias, causas. Diuersi status] Particulares. Res] Lis. Id] In quo res maxime uertetur.

Magis] Mihi pugna erit cum eo. Eius rei] Status. Quamquam] Et si. Disputationem] De appellatione status. Numerus] Statuum. Conuenit] Consentitur inter autores. Translatio] Probationis nomen.

Genera] Nouem elementa, summa genera in quibus status uersantur. Coniecturis aliquot in suspitionem uenio, locum hunc ab oscitante aliquo scriptore confusum, quod exempla adducta in elemento ipsius status parum cum Aristoteli mente coherant, qui certe labefacere exemplum ponit elementi facere, & irasci quoque, cum nulla ratione ad sententiam quadret, & commodius referetur ad passionis genus: Est autem autoribus Philosophis, ira passio, qui & irascitur patitur, neque dubito quin docti, qui uel per transennam Aristotelem inspexerint, nobis sint suffragari.

Tempus quod *χρόνος*] Hammonius Græcus autor, differentiam facit inter *χρόνος* & *καιρός*, *χρόνος* dicit simpliciter significare tempus infinitum: sed *καιρός* partem aliquam temporis alicui negotio opportune uel tempestiue adhiberi, id quod Fabii uerba pene exponunt. Addicta] Dum sua rat tradita in seruitutem creditori ad tempus: nam addicere est, se tradere creditori in seruitutem ad tempus, donec soluat, qua de re est titulus in Pandectis: De additione in certum diem. Videtur] Sumi.

Iterum] Secundo modo acceptum. Speciem] Partem. Operis] Superius dicti. Huic] Elemento.

In pestilentia comestator] Dubium non est, quin in declamationibus hoc celebre fuerit argumentum, nimirum eum accusare, qui grauisimo reip. tempore, hoc est, pestilentia, comestationibus, copotationibusque indulserit, nec magni penderit publicum ciuitatis malum. Quod] Elementū.

Strenue] Dedita opera. Debeantur] A republica scilicet. Tyrannos] Malos principes. Tot tyrannos sustulit] Athenienses cum aliquoties infelicitate cum Lacedæmonis pugnaissent, eadem uicti sunt: at Lacedæmonii uicti, ne per occasionem rebellionem pararent, triginta præposuere uiros, qui reip. summæ præessent, hos triginta sustulit Thrasibulus, unde declamandi materia olim fuit in scholis, tot ne præmia deberentur Thrasibulo, quot tyrannos occidisset. Porro hæc materia in elemento neneri uersatur.

τρεῖς τῶν] Modum rationem. Hinc] Ex hoc elemento proficiscitur. Alio modo] Quam licuerat.

Adulter loris cæsus] Cum tamen lege Iulia alius ulciscendi modus præscribatur, nempe occidendi deprehensum in adulterio: Porro quod hic de adulterio loris cæso adducitur, opinor ex historia sumptum esse, quæ refert Crispum Sallustium deprehensum in adulterio loris bene cæsum à Tito Annio Milone, & sic dimissum. ἀποφύας] Occasionem operum. Hi] Qui nouem elementa statuunt.

Detrahunt] Superiori numero elementorum.

Quidam] Vt Hermagoras. Dicta Græcorum ciuitiosa] Tam ociosi Græci fuerunt illi præci, ut Cicero, Græcum ocium, pro summo in Bruto dicat. His] Item dictis.

Offendi] Declarari. Locos] Quæstionum.

Vtraque re] Et statibus & locis. Elementis] Principiis nouem. Coniectura] a coniectu. Est enim coniectura, incerta rei indicium ab aliquo manifesto signo, aut suspitione, aut ex uultu eius, de quo agitur: ut deprehensus est quispiam corpus recens in solitudine sepelire, hic cædis reus sit, a sepeliendo, & ex sepultura quæ manifesta est, inuestigamus incertum, hoc est, qui autor cædis fuerit: Hermogenes Rhetoricorum libro primo capite tertio.

CAP. VIII. Fo. 25.

Vtores] Græcos. Colligeret] Compræbar. Quoque] Scilicet hac ratione.

Vtrorūque] Vtrolibet. Coniectura] Diligens reiper signa. Genus] Statuū. Archidamus] Scriptor Græcus, cuius tamen Suidas non meminit.

Quod genus] Status. Et hæc quæstiones] In definitionem cadunt, quare sub finituo statu sunt comprehendendæ. Inficialē] Negatiuum quando reus negat factū.

Coniectura] Quia cōiecturis probare oportet quod reus inficiatur, id est, negat. Alii in partem] Dederunt.

Nomine] Inficiali. Furtum] Rei priuatae.

In rem] Scilicet diuisoriam statuū. Reliqui status] Scilicet oriuntur, finitiuus, qualitatiuus. Idem] Hoc de statibus. Quæstionem] Litem. Illud] Genus positum in externis. Hoc] Positum in opinionibus nostris.

τῆς νοῦς] Cogitationem, mentis conceptum.

Idemque] Aliter dictum ab Apollodoro. ἀποφύας] Dubium præscriptum. Quo dubium] Dictum.

Prelumptum] De coniecturis. Item] Dicit de statibus. τῆς νοῦς] De essentia rei, & accidentibus.

Prius genus] Quæstionis. Sequens] Genus accusantium. Reliqua] Reliquos status habet. Ad aliquid] Scriptum uel non scriptum. De eadem] Essentia.

De alio] Accusante. Possidoniū] Rhetor, cuius Cicero frequenter meminit. Coniecturam] Exhibet.

Quod] Genus. κατὰ τὴν φύσιν] iuxta constitutionē. κατὰ τὴν φύσιν] iuxta notionem, sententiā animi: notio uero est, quandiu species in animo concepta manet.

Definitio] Cū uerbis exprimitur. Partes] Species. Legales] E legibus exorientes status. Mentis] Cogitationis, opinionis nostræ. Summo fere altissimo] ut honestum esse. Succedentibus] Posterioribus generibus.

Interdum] Tractatur quæstio. Melius] Est dictū de statu substantiæ. Pars] Species. Succedentium] Partium, particularium magni subiectarum & subalternarum. Aut] Tractatur. De re nominata] Nomine expressa. Vbi] In quo genere quæstionis. His] Statibus. Et] Quia. Quinetiam] Scilicet quia.

Scripti & uoluntatis] Scilicet quæritur.

Ambiguitatem] Scilicet quia est. Ambiguitas autē hoc loco dubitatio est, quæ ex uariis uerborum accētū, aut distinctione diuersa syllabarum oritur. uerbi gratia, Duo erāt ciuādā filii, alter Leon, alter Pantaleon dictus: pater moriens, sic testamento scripsit, Hæbeat mea Pantaleon. Ex his uerbis uterque filius contendit paternā bonā ad se attinere, alter legit, hæbeat mea pātra id est, omnia Leon: alter coniungendum censet. κατὰ τὴν φύσιν] id est, iuxta dictum & sententiā, siue mentem. Testamenta] Decreta. Abdicaciones] Quod tenore uerborum comprehendit, id est, exheredationes. Nomina] Quæ uerbis conceptis continentur.

κατὰ τὴν φύσιν] Is status est, quoties crimen ipsi confitemur quidem, sed a nobis transferimus, uel in ipsum actorem, uel in quam aliam causam, ita ut factum quidem ipsum concedamus, culpam autem in alium reiciamus: quanquam hæc de re paulo alter Hermogenes, qui cū putat κατὰ τὴν φύσιν esse, quādo crimen ipsum scilicet in totum a nobis reiciamus, quasi ad nos nihil pertineat, nimirum quod iuste ex causa negetur ansa aduersario nos accusandi: uel si quispiam cædis damnatus, casu aliquo carnisfici nism frustatus, dicat non bis supplicium de uno crimine sumendum, id quod partim ex Hermogene colligimus, qui iuriditalem statum sic uocat: partim ex ipso Fabio, cuius uerba paulo supra hæc fuerunt: Iuridicialis est qui ἀδικαστικός Græce dicitur, ἀδικαῖος iustus, Alii iudicium, κατὰ τὴν φύσιν] dictio, sermo. κατὰ τὴν φύσιν] Est enim Hermogene autore syllogismus apud Rhetores, applicatio alicuius facti nō scripti particularis ad scriptum ipsum, hoc est, legem, uel testamentum, ita ex hac coagmentatione existat forma syllogismi dialectici, uerbi gratia. Negatur alicui facultas per syllogismum hoc modo: Meretricis filius ne dicat apud iudices, hic est meretricis filius, negabitur ergo ei locus orandi. πρὸς τὴν φύσιν] à τὸ πρὸς τὴν φύσιν] exhortor.

ἐν τῇ φύσιν] Expletuium statum & perfectiū.

ἐν τῇ φύσιν] Subiunctiuum, ἀνατὶς] uanque auto sonat, quia in translatione actor uel iudex mutatur.

Mutatione] Definitione, in qua mutatis uocabulis una qui diffinitum & per diffinitionem explicatur.

Comparatiuo genere] Causarum, in quibus comparamus crimini, cuius res agitur, aliquod egregium factū, quod plus in se habuerit commodi, quā crīmen obiectum detrimenti. κατὰ τὴν φύσιν] Antiquum enī erat, & iam ante uulgatum κατὰ τὴν φύσιν. In alio statu] Id est, de.

Ab Hermagora] Similiter & ab Hermogene, qui nihil Hermagoræ rationem uelut referre uidetur, eius hæc sunt uerba eo loco, ubi de iuridicialibus statibus agitur: Fit autē inquit, contraria accusatio, quando reus confitetur se crimen commississe, & peccasse, uerum culpam transfert in aliquod aliud, ut in actionem, qui in eo nomīne merito poenas dare debeat, quod si inquit, in aliud trāsferit culpam, tum rursus fit diuisio, aut enim in aliquod culpabile merito trāsferit crimen cōfessum, & facit κατὰ τὴν φύσιν] aut si hoc non possit, præcatur, & contendit sibi ueniam dari, causa extrinsecus adducta.

Sit ne liber] Existimandus. Perinde] Ac si esset liber aliquis. Tantisper] Dum iudicatur apud iudices ab aliquo in libertatem: Afferre enim apud ueteres Iurifcon. significat, homines quoquo modo pro seruis æstimatos in liber-

libertatem iuris restituere. Omnia] Ista quaesita scilicet. Refertur] Relationem aliquam mutam fieri.

Statutum] Causarum. etiam] Dignitatem, aestimationem, precium. Hoc] Scriptore. Tribus] rationibus. Coniectura] finitionis, qualitatis.

Ratio] Statutum. In illis] Rationalibus statibus.

In his] Quaestionibus legalibus. Hos] Legales status. Illas] Quaestiones. Proprietatem] Finitionem.

Hanc qualitatem] Secundum accidens. Quae] Species qualitatis. Laudatio] Pars causarum.

Eadem] Quae in negociali. Destinatis] In animo conceptis. Negocialis] Scilicet est pars. Iudicium] Censura. Regesta] Reposita. Deduxerat] Conscripterat. Scholae] Disputationes. Tradentis] Eius qui Ciceronis praeceptor fuit. Hoc loco] De negociali statu.

Nos ad Hermagoram] Scilicet redeamus. Hic] Theon Rhetoricae traditor. Semina] Fontes.

Citra nomen] Sine nominis translatione. Reperiuntur] Apud Aristotelem. 3. Rhetoricorum ad Theodectem. Has] Sequentes. Voluntati] Legum la-

toris. Quam] Quaestionem legalem. Ipse] Hermagoras. Rata] prout. Et.] id est, iuxta uerbum, siue dictum sub exceptione. Quorum] Nominum. Prius] Dictum.

Et] Hermagorae. Omnibus] Scriptoris Graecis artis Rhetoricae. Exceptionis] Voluntatis. Legum] Contrariam. Albutius] Rhetor Latinus.

Eadem] Diuisione, qua usus est Hermagoras. Detrahit] Ab acrio legalium quaestionum.

Nullum] Statutum. Excesserunt modum] Veniam petit, quod tam uarias uariarum sententias congererit, id quod certe opus fuerat: est enim modus in rebus, sunt certi denique fines, ut Horatius inquit. Et fortasse tutissimum erat] Palindromia modeste incipit, quod post XX. annos nunc demum secus incipiat sentire. Hoc Hieronymus, Augustinus, Origenes fecerunt, et Cicero quoque facit in praefatione libri de Oratore, ubi dicit sibi quaedam rudia excidisse. Rhetoricam rem] Scilicet ad Herennium conscriptam, ut Hieronymus uult, et approbat, id quod fecisse pro tempore praecipio existimatur: Hoc quoque faciunt doctissimi quique homines nostri seculi. Hippocrates] Cuius fuit ex Asclepiadem genere. Catulum] Cuius Romadum, alii Catullum, Aldus legit Lucullum, alii Lucilium.

Particulas] Praeceptionum priorum. Didicisse] Priora. Satisfactum uolo] Dicit propter suos discipulos sui temporis. Persuaserim] Vera scilicet esse ea.

Hi] Quatuor. Quartum] Legalem. Diximus] In duobus prioribus Rhetoricae libris. Quaestionum] Civilium. Cecidisse] Non rectam iuris formam seruasse.

Quaestiones] Quae sequuntur. Actiones] Iura persequendi quod alicui debetur. Quaestio] Principalis status. Maior summa] Scilicet fidei commissio uel hereditatis, quibus non poterant hereditatem uel legata relinquere: si relinquebant, eorum fidei committebant quae capere ex testamento poterant hereditatem: et ideo fidei commissi appellati sunt, quia nullo uinculo iuris, sed tantum pudore eorum qui rogabantur, continebantur. Verba autem fidei commissorum haec maxime in usu habentur: Peto, rogo, uolo, mado, fidei tuae committo, quae perinde firma singula sunt, ac si in unum congesta forent. Controuersia facti] Id est, coniecturalis status. Cognitor enim fieri] Tria genera sunt eorum, qui nobis in causa nostra apud iudicem adesse possunt: Patronus, qui proprie erit Orator. Aduocatus, hoc est iuriconsultus, qui ius ipsum suggerit: Et Cognitor, qui omnem rei causam cognitam habet: et propterea tuetur ut suam, absente uero reo. Iudicio] Controuersia.

Interdicere] Mihi usu huius rei. Petere] Ut tibi crederem. Interdictum] Mihi. Omnia] Exempla iam

dicta de translationibus. Legitimis] Veris statibus.

Præscriptionem] Iure civili constitutum fuerat, ut qui bona fide ab eo qui dominus non erat, cum crediderit eum dominum esse, rem emerit uel ex donatione, alia uel causa qua quis acceperit, si eam rem, si mobilis erat, anno ubique uno: si immobilis, biennio tantum in Italico solo usu capiebat, ne rerum domina in incerto essent. Verum Iustiniano Imperatori legum instauratori, melior, ut ipse ait, sententia resedit, ne domini maturius suis rebus defraudarentur: Ideoque caut, ut res quidem mobiles per triennium, immobilis uero per longi temporis possessionem: id est, inter praesentes decennio, inter absentes uiginti annis usucapiantur: Prius illud de mobilibus usu capionem, posterius uero praescriptionem uocant. Leges] Quibus agitur. Actio nihil aliud est quam ius persequendi in iudicio quod sibi debetur.

Species] Legalis status. Leges] Habent. Status] Principale caput cause. De qua] Causa. Sed] Scilicet ea quaestio habet caput litis. Apertius erit] Exemplis. Non est tale] Non est huiusmodi exemplum, ut statim ex intentione et depulsionem oriatur status.

Causam] Principalem. Ad id] Pertinet. Pronunciat] In uera causa. Quaestio] Principalis. Ut puto statim habet] Quaestio et status hinc oriuntur. Ergo] Status hic. Agis] Persequeris ius tuum.

Ignominiosus] Infamis. Quaestiones] Scilicet oriuntur. Illi] Superiore exemplo non ego. Simile] Haec conflictatio. Propositiones] Obiectiones plene.

Sed] Haec res statum facit. In hunc] Modum. Haec] Morte hostis morere. Cetera] Omnia exemplaria.

Status] Sic se habent. Tenu] Scilicet est quae et breuissima: Nam geometrae lineam definiunt, extensionem esse a puncto ad punctum, aut fluxum puncti in longum. Porro rectam lineam esse dicit extensionem a puncto ad punctum. Apertior uia] Breuissimam hanc uiam rationem, quantum licet scietur, sed si montes interponantur, aut paludes, aut flumen, aliquoties compendio neglecto commoditatem in speciemus, ad hunc modum Fabius tametsi breuissimo praecipio statum doctrinam absoluerit quae, mauult tamen commodiorem rationem, et rudiorem uiam sequi. Licebat] Lege. XII. tabularum.

Libertas testamentorum] Omnia per testamentum facere et hereditibus alienare. Sed lege Falcidia cautum est, ne supra dodrantem, id est, tres partes bonorum legando exhauriantur. Porro iuriconsulti hereditatem uenerunt per assem intelligunt: Vide titulum de lege Falcidia libro Pandectarum primo. Deserui] Desertor imperatoris factus sum. Non stetit per me] Non fuit culpa mea factum. A quibus] Scriptoris. Ea prima quaestio] An res sit. Hoc] Quod sit res. Rationali parte] Admixto statu rationali. Illae] Quaestiones scilicet uersantur. Disputationem] Legum XII. tabularum.

Philosophorum] Philosophum Sextum Caecilium Iuriconsultum apud Aulum Gellium libro. 10. cap. 1. differrentem uide, et consule si uidebitur. Praemio] Quod quis promeruerit. Quatuor] Coniectura, Finitio, qualitas, Legalis, Proposita, formaeque, Themata et exemplaria causarum quaedam. Tum uocabam] In duobus libris prioribus emisit per incuriam. Simplicius] Magis peruenit intellectui. Contemplatione] Respectu.

Legalium] Quaestionum. Nititur] Fulcitur. Voluntate] Aequa interpretatione, quam limitationem hodie iurisperiti uocant. Comparamus] Vera sit nobis accommodata et conueniens. Efficacior] Potentior. Diuersum] Vario sensu aduersarii.

Simplicia] Quod tantum unum statum praeseferunt. Faciem] Speciem. Scripti] Verborum. Voluntatis] Rerum. Syllogismus] Nascitur hinc.

Legis] Contrarietatis legi: quæ ætæ uia Græcis dicitur. Idem] Statibus. & uia] Statibus] Ambiguitas. Generi] Statum legalium. Rerum] Voluntatis. Scripti] Verborum. Hac omnia] Specialia.

Rationem] Naturā, modum. Varietatem] Varium sensum. Ratione referenda] Quam obiter adhibemus causæ nostræ. Quam mente] Aliquid factum sit.

Singulos] Legalibus, & rationalibus. Illud] Caput principale. Quo statu sit utendum] In qua parte causæ pes sit figendus. Dolore] Figura, habitus. Vitium] Argumentorū roboris. Pro Milone] Qui in Appia uia Clodii occidit. Componeret] In defensionem Milonis.

In coniunctis] Causis. Conuenit] Inter scriptores. Generis] Naturæ. Re] Vel hereditate.

Legibus] Ex formulæ legum. Ciuistantum] Sit in urbe. Liceat] Per leges. Adoptionum] Ut adoptetur ab aliis in locū filiorū. Familiam] Naturalem.

Sustulit] Procreauit, genuit. Instituto] Per testamentum. Abdicato] Filio. Lex] Ab aduersariis.

Fit] Abiicitur. Prior status] Quæstio. Altera] Quæstio. Habet] Statum. Ante legitimum] Cum nullus nothus secutus sit. Sed natus] Filius. Voluntate] Sententia. Nato] Tanquā non ante legitimum nato.

Argumento] Quod sequitur. Tantum cuius] Qui non ante legitimus est natus. Post filius] Scilicet ne erit ante legitimus natus, quia nullus secutus est. Legis] Ob contrarietatem scilicet. Voluntas] Legis. Duo status] Scripti, uoluntatis atq. etiam syllogismi. Duplex] Lex ipsa. Volenti] Filio adoptato. Redire liceat] Ut demus tibi quod maxime tibi liceat redire. Idem status] Oritur. Duobus] Nato atq. abdicato. Eorū] Duorum. Alter] Nothus. Repellitur] Ab hereditate per adoptatū scilicet abdicatus, ne quid de bonis paternis capiat hic, quia pater adhuc dicitur abdicatus, certum est abdicatū inter liberos esse, cum pater & filius mutua relationem habeant. Intestati] Præsentis. Legem] Scilicet sibi. Status] Oritur hic. Quia pater] Adhuc dicitur. Colligit] Comprobat. Petitione] Hereditatis. Filium] Scilicet legitimum. Legitimi] Filii.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

Legitimi] Ex legibus profecti. Tres illi status] Scilicet cadunt in controuersiam.

liuit amor Omphales reginæ, ut etiā non ueretur habitum suū, hoc est leonis a se interfecti exuiū, cū reginæ monilibus cōmutare, tremereq. haud aliter, ac timidus canis ad scuticas dominæ statog, tempore certum fili nodū a se ductum, amicæ persoluere. Pensa enim certa pondera sunt quæ stato tempore ancillis cōficienda attribuire solebant ueteres matresfamilis, qui mos & hodie apud plerq. durat. Historiam scribit Ouidius pulcherrime in epistola Deianræ ad Herculem. Pietas] principis nostri. Nam autore Suetonio impotentia tyrannidis prouectus Domitianus, in capite edictorū sic dictauit dominus deusq. noster, id quod & Martialis indicat hoc uerbu de Domitiano scribens. Edictū domini deiq. nostri. Intestatorū] Qui emortui sunt nullo facto testamenti. Decreta] Senatū consulta. Inter quæ] Scilicet mortuis decreta. Monumenta] Lucubrationes. Menander] Poeta comicus. Ut in Paride] Nā cū Hecuba Paridis mater somniasset se flammā parere, quæ Troiā succederet, adhibiti cōiectores interpretati sunt, Paridē filiū regem natū, Troiani regni, & sui ipsius excidiū fore: quod ob raptā Helenā Menelaū uxorem postea usū uenit, uelut narrat Poeta Homerus & Virgil.

Et Therfitæ] Quem Homerus ad portentū usq. deformem facit, capite acuminato, eoq. raris capillincōperso, tum oculis strabis, humeris contractōribus ad caput, altero pede claudū, postremo graculorū instar bonis sententiis obstrepentem. Unde ob contemptū ab Vlyssæ uerbis coercetur.

Nereæ] Homerus in nauū catalogo omniū principū, qui ad Troiā uenerint, formosissimū scribit, sed tamen imbellē.

Plistinem impudicum] Hunc Plistinem tradunt adulterū concubitu iustulisse Agamemnonem & Menelaū, cum alias Atreus legitimus pater dicatur porro forma egregia Plistinis adiutus, obrepsit uxori Atrei. Ut Melio] Spurius Melius eques Romanus frumentū populo suo impēs largitus est, & ob id factū cōciliata sibi plebe, regnū affectans a Cato Serrulio Hala magistro equitū occisus est, ac domus solo æquata, autor est Linus. Marco quoque Manlio] Qui Capitolii a Gallis defenderat, cū obstructos ære alieno liberaret nexos, crimine affectati regni damnatus, de saxo Tarpeio deiectus est, in cuius notam senatū consultū factum est, ne cui de gente Manlia Marco cognomen esset.

Perses] Persen hunc uel Regem Persiarū, quo Persæ nominati sunt intelligo, uel quempianomine Persen, qui autor fuerit Persis eius legis, quæ sciebāt matres & sorores in cōnubium adducere, id quod Catullus Epigramate quodā infestatur: Porro quod Ludouicus Cælius hunc locum correptionem fere in totū mutare conatur, non placet, etiā doctissima sint quæ ad locum hunc congerit, lib. 10. cap. 18.

Lacedæmoni] De differentia gentium uide stultitiam Erasmi Rapto uiuere] Xenophon in lib. quem scripsit de Rep. Lacedæmoniorū inter alia cōplura & mire potentiam eorū cōmendantia, recenset legum fortitudinis, & patientiæ uelut speciem fuisse: unde & Horatius sic ait, in Odis: Me non tam patiens Lacedæmon. Et Lyciurgus Lacedæmoniorū princeps, masculis pueris uictus rationem tenuissimam præscripsit, concepsit &, ut si quæ insuper desiderarent ad famem restringendam, furarentur & rasperent, modo nō deprehenderentur: nam deprehensis poena statuta erat, nimirū ut hac ratione bellicosiores, & in hostem ferociiores euaderent. Laudantur autem urbes] Sic Ausonius Treueros, & Mosellæ finitū, Romam, Mediolanū, Viennam, Gallie urbem. Veteribus Romanis] Unde submovit Senatus Cato Censor eum, qui decem argenti pondo domi haberet ut refert Florus: Et Fabritius ut est apud Gellii, ingens auri pondus a Samnitibus oblatū recipere noluit, malens in fictiliū uas forū usū ipse uiuens aurea habentibus imperare.

Frugalitas apud Sybaritas] Populos Calabriæ, qui ob luxum nimū & uestiu & ciborū, de se prouerbia dedere.

Frugalitas apud Sybaritas] Populos Calabriæ, qui ob luxum nimū & uestiu & ciborū, de se prouerbia dedere.

Frugalitas apud Sybaritas] Populos Calabriæ, qui ob luxum nimū & uestiu & ciborū, de se prouerbia dedere.

Frugalitas apud Sybaritas] Populos Calabriæ, qui ob luxum nimū & uestiu & ciborū, de se prouerbia dedere.

Frugalitas apud Sybaritas] Populos Calabriæ, qui ob luxum nimū & uestiu & ciborū, de se prouerbia dedere.

Frugalitas apud Sybaritas] Populos Calabriæ, qui ob luxum nimū & uestiu & ciborū, de se prouerbia dedere.

Frugalitas apud Sybaritas] Populos Calabriæ, qui ob luxum nimū & uestiu & ciborū, de se prouerbia dedere.

Frugalitas apud Sybaritas] Populos Calabriæ, qui ob luxum nimū & uestiu & ciborū, de se prouerbia dedere.

Frugalitas apud Sybaritas] Populos Calabriæ, qui ob luxum nimū & uestiu & ciborū, de se prouerbia dedere.

Frugalitas apud Sybaritas] Populos Calabriæ, qui ob luxum nimū & uestiu & ciborū, de se prouerbia dedere.

Frugalitas apud Sybaritas] Populos Calabriæ, qui ob luxum nimū & uestiu & ciborū, de se prouerbia dedere.

Frugalitas apud Sybaritas] Populos Calabriæ, qui ob luxum nimū & uestiu & ciborū, de se prouerbia dedere.

Frugalitas apud Sybaritas] Populos Calabriæ, qui ob luxum nimū & uestiu & ciborū, de se prouerbia dedere.

Nam Sybaritica mensa prouerbialiter pro lautissima uiuendi ratione dicitur: Tum et Martialis Sybariticis libellos uocat amatorios, et obscenos. Vide Erasmus. Factorum laus generalis] Apud Laertium philosophus quispiam, optimior Carneades, fragilitatem humane conditionis deridens, mortem adeo plausibilem auditoribus fecit, ut plerique domum regressi, uitae tadio mortem suam sibi que conscriberent.

Quorundam a medicis ciborum] Vt Cato et Christippus brassica laudes peculiari uolumine persecuti sunt uelut testatur Plinius lib. 20.

In uituperando Catone] Auctor Suetonius a Iulio Caesare duos libros quos contra Catonem scriptos reliquit, Anticatores inscripisse.

C. A. P. X.

Fo. 28.

Onești quæstionem] Opinio est Stoicorum precipue philosophorum, qui omne utile honestum statuunt: quorum sententiam Marcus Tullius fuisse tractat libro tertio Officiorum: et etiam in Paradoxis. Hæc est ratio uerissima] Quod scilicet non sint utilia nisi honesta.

Communis magis intellectus] Iuxta uulgum sensum. Loquendum] Est apud imperitos. Eas] Deliberationes. Iugumque Caudinum] At uero Titus Veturius, et Silius Posthumus: Quia cum male pugnatum apud Caudum esset, legionibus nostris sub iugum missis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt his: iniussu enim populi senatusque fecerant. Eodem tempore T. Mutius et Q. Aemilius, qui tunc Tribuni plebis erant, quod coram autoritate pax erat facta, dediti sunt, ut pax Senatum repudiaretur. Atque huius deditio ipse Posthumus qui debatur, suus et autor fuit. Quod idem multis annis post C. Mancinus, qui ut Numantinus, quibus cum sine senatus auctoritate foedus fecerat, dederetur, rogationem suam eam, quam Lucius Furius et Sextus Atilius ex senatusconsulto ferebant, quæ accepta, est hostibus deditus. Hæc Cicero libro tertio Officiorum. Hic uilius certe fuisset, præclaros illos uiros in re aduersare. Verum quia honestas disuasit, dediti sunt hostibus.

Legales tractatus] Controuersie legales, an liceat, an sit permittum legibus.

Interim] Dum eo perueniamus.

Det Halenses] Insulam. Cuius titulus est hodie in codicibus Græcis περι ἀλωαν. Est autem Halensis insula, quæ cum ante Atheniensis ditionis esset, capta a piratis, et hinc a Philippo Macedonum Rege recepta, diu in ambiguo erat utrius esset, Atheniensis ne populi, an Philippi. Quare cum Athenienses ipsi repetundarum agerent, Philippus reddere eam quidem Atheniensibus recusauit: quod uidelicet ipse eis non extorsisset, sed a latronibus redemisset, uerum doni et muneris titulo se statum hanc uelut in gratiam Atheniensium populo: id quod ignominiosum uidebatur Atheniensibus, res bello accepta est, idque ex consilio Demosthenis. Apud Ciceronem in Philippicis] Nona antoniana. De statua] erigenda.

Panegyricis] Orationibus laudatoriis.

Libera] Arbitrio dicentis exposita.

Isocrates fecerit] Nam a laudibus eloquentie exorditur. Vicinia] Cognatione quasi. Gorgias] Eodem modo fecit. Olympico] Laude Olympicorum ludorum. Conuentus] Scilicet uniuersæ Græciæ, ut quanto quoque anno essent celebres. Crispus Salustius] Nam Catilinam aspiciatur a collatione animi ad corpus, et utriusque uirtutum. Et Iugurthinum bellum incipit a refutatione opinionis, quæ fragilitatem humane naturæ querebant.

Extrinfecus] Aduenientis obiter. Concitanda]

Commouenda est aduersus hostem. Conciliationem]

Ad amicitia restauranda. Fas habetur] Permissum est. Studio] Gratia, Mores] Eius qui consilii. Operibus] A Edificiis. Voluit] Cicero ex sententia Aristotelis, Vires] Facultates. Mores] Leges, constituta.

Rerum] Facultatum et morum. Re] Ipso argumento. An Isthmos intercedi] Isthmos Græciæ terræ angustiam, inter duo maria sitam significat: cuiusmodi est in Achaia, ubi Corinthus oppidum: Tum et in Thracia. Porro destinauit Iulius Cæsar Achaia Isthmum perfodere, ut maria confluerent, idemque exsiccare paludes Ponticas, auctor Suetonius: sed morte præueniens non perfecit. Portum autem Hostie extruxit ingentibus impendiis Claudius Cæsar, ut in eius uita refert Suetonius.

Alexander terras] Alexander Magnus cum ex auctoritate Democriti philosophi accepisset plures esse mundos, statuit Oceano pernauigato eos uincendos inquirere: Unde declamationum argumenta antiquitas duxit. Imuit hoc lunæ nalis, Vnus Pelæo iuueni non sufficit orbis.

Plurima] Diverse species. Sententia rogantur] Queruntur consilia. Stipendium] Apud Lium libro quinto. Simplex] Vnum statum tantum facit.

Accedunt causæ] Aliquoties ad materias.

Deliberat Cæsar] Vide Cæsarem in commentariis.

Gallis bellum minantibus] Gallorum rex Brenno in Hetruriae finibus Clusinos adortus, magna affectu clade. A Romanis ergo missi sunt Legati ad pacem faciendam inter Clusinos et Gallos, qui exorta rixa Regem ipsum trucidarunt: Unde Galli commoti Romanis indixerunt bellum. Hinc deliberatio quam proponit Fabius.

Milites] Deterrenti ferocia Germanorum.

Hæ] Materie. Quæstio] Simplex. Fas] Ius gentium. Locus] Occasio. Hunc casum] Hanc consternationem militum. Defecti] Destituti.

Neceste est] Deditionem facere. Idipsum] Quod subicitur. Circumuenti] Ab hostibus.

Non fecerunt Saguntini] Saguntum Hispanie oppidum munitissimum, cum diu frustra oppugnationem Hannibalis sustinissent, ut quidvis potius quam fidem populo Romano datam deditione facta frangerent, ad extrema adacti, sese una cum domiciliis concremabant.

In rate Opitergina] Opitergium oppidum est Italiae, non procul a Venetiis, uelut indicat Plin. lib. 13. cap. 19. Eius ciues pugna nauali ab hostibus circumuenti, potius quam se hosti trucidandos relinquerent, mutui cædibus sese confecerunt. Non magis] Mihi uidetur esse consilium.

Dubiis] Quorum euentus est incertus.

Tertiam partem] Suadendi. Qua parte] Utilitatis.

Partes] Suadendi et dissuadendi. Illic] In exemplo Opiterginorum. Hymni deorum] Unde ludi Apollinares in honorem Apollinis instituti sunt. et Megalenses ludi in honorem magne deum matris Cybeles.

Serui armentur] Nam cum multis cladibus exhausta esset Romana ciuitas, ita ut inuentus libera ad exercitum reparandos non suppeteret, consilium factum est, et senatus consultum, quo permittebatur seruos armari contra hostem, quando lege statuebatur capitalis poena seruo militanti.

Cæsar uicerit] Pompeianos, et ex sequenti fide non seruatum auxilium ulciscitur.

Quod est ueri similis] Posterius scilicet Cæsarem uincere. Vtrisque differentia] Hoc est, pluribus et singulis consultantibus. Senatus] Concilio omnium ciuium.

Catonis] Maxime ferocitatis uiro, et ab omni ambitione alieno. An Caio Mario] Nonarum rerum studiosissimus, et ex altera parte ciuili belli auctor: arma enim contra Syllanam factionem cepit, uelut refert Lucius Florus.

Scipio prior] Vehementis et ferocis ingenii uir.

Proficiet] Mouebit. Vanitas] Pro qua grauitas.
 Aliquanto uero magis] Scilicet permouendus est animus eius. Propter id] id est, hoc argumentum.
 Malorum] Scilicet ex uitis. Bonorum] Ex uirtutibus. Liberare] Occasionem responsionis.
 Casari] sed citra utilitatem eius recta sunt, quae propositum honeste persuaderi Casari. Suasorias] Materias. Haec consilia] Paru decora. Suadere] Scilicet sese, sed tanquam eius persona qui consilium petit digna.
 Impellunt] Suadendi ratione. Color] Scilicet quida honestatis. Loquitur] Ad milites. Indignatione] Quod uidelicet indignissimum ei uideretur, reipublicae administratione gubernacula paucis quibusdam prepotentibus, & nouis hominibus in manus dari, per quorum factionem nobilitas non admodum diues, & plebis paupertas opprime retur. Sic Atreus] Qui proprios liberos occidit.
 Ambitus] Studium honoris conseruandi, etiam per seculum. Haec] Consultatio. Quae dicuntur] Per consilium. Summissiorem] Mensuran quandam minorem. Ratio ipsa] Argumentatio. Protopopeia] Id est, quando introducimus in oratione deliberatina consilium, ad imitationem alicuius personae compositum, uocabulum certe ipsarum personarum fictionem sonat: *πρόπειν* personam significat, & *πρὸς* fingi. Aliter Casar, aliter Cicero] Casari enim tribuit Sallustius orationem mitem, & supra modum indulgentem, dum uidelicet uel sic in Catilinaria coniuratione negat animaduertendum in coniurationis autores idque facit callide nimirum, quo ad clementiam audacissimi cuiusque fauorem conciliet, sicque ad imperium occupandum praeparat. Rursum Cicero, diu gloriam ueram ex patriae libertate omnibus uiribus sectatur, mauult mortem subire, quam non uel ingenii artibus rempublicam tueri. At Cato seuerissime animaduertendum in coniuratos, uelut patriae honestas suadet, censent. Duplicis est operae] Alterius suadendi, alterius seruandi decorum.
 Vocem dabat] Quibus accommodabat orationem suam. Indoctis] Hominibus, nam si indoctus esset cui scriberet, indoctam quoque & eo dignam orationem meditabatur.
 Habitus] Gestus. Alio] Discrimine. Hoc] Personis distare. Controuersias] Contentiones iudiciales.
 Poni] Proponi in declamando. Priami uerba] Quibus exorat animum Achilli ferocem, ut Hectoris filium occisi corpus reddat honorifice sepeliendum: Est autem locus apud Homerum ultimo Iliad. Syllae dictaturam] Cum ea seruare licuisset, unde & Iulius Caesar dixit, Syllam literas ne scivisse, quod dictatura depositusset, cuius occasione potuisset imperium inuadere. Haec] Themata lib.
 Substituimus] Introduximus pro nobis loquentes.
 Pro Coelio] Coelius adolescens hac causa suspectus erat iudicibus quibusdam, quod Clodiae nenenum parasse diceretur: Verum Cicero hanc causam Coelii sic tueretur, ut substituitis personis Appii Caei, quem non pudeat de libidine uerba facere, & Clodii fratris iunioris ipsius Clodiae, qui quod una cum sorore concubuerit, facile promere queat, quae se eo scio soror libidinosam commiserit, atque hac arte eludit iudicium, Cicero, quodque Coelius spreuerit Clodiae blanditias, in ius ab aliis adulteris uocetur. De poena Theodoti] Qui cum preceptor esset Pholomei Regis Aegypti, autor fiat discipulo pupillo ut Pompeium Magnum illuc ad littus appellentem in fugam iuberet interficere, & caput eius ad Caium Caesarem hostem de ferri: Caesar autem in ius Pompeii capite, illachrymans cum uirum interfectum, cuius uita uictoriam suam clariorem reddidisset: quare deliberat, an supplicio afficiat Theodorum eius cedis autorem. Vide Florum.
 Permissa autem est] Et utilitatis ratio, quae propriae est suae serie materiae. Quae] & de honesto] Vt

nonnihil etiam demonstratiui generis accedat.
 Abrupta] Nihil auditorem praeparantia.
 Concitata] Vehementem, hoc est, affectibus plenam. Non quiritur] id est, non quaestionibus obturbet, quae omnium maxime declamationes desiderant.
 Torrens] Impetuosam orationem. Cur] Quasi dicat, nullam ob causam. Nam & Philippicas] Constant Philippicae deliberatiui genere, suadet enim Demosthenes Atheniensibus bellum suscipere contra Philippum.
 Breuitas quoque] Quae semper generale quiddam habet: Porro hoc demum generale est, quod in singularibus similiter contingere est deprehensum.
 Nanque in his] Historiis. Conciones] Habita ad populum, siue milites. Sententia] In senatu habita.
 CAP. XI. Fo. 30.
 Vae est quaestio] Quasi dicat nulla plane.
 Aristoteles] Lib. iii. Rhetoricorum.
 Hoc quoque] Hanc rationem partem causae iudicialis, quae proponit breuiter, postea uel narranda, uel explicanda idem Aristotele.
 CAP. XII. Fo. 30.
 Npocuniis repetundis] Pecuniarum repetundarum nomine, intelligimus ea omnia quae diuitis constant, uelut ne fides, uasa aurea, & argentea, et signatum. Porro actio repetundarum frequenter cadere solebat in Magistratus Romanos, qui in provincias a se natu emissi, provincialium opes pro sua libidine ardebat, adeo ut septennumero intoleradis iniuriis ad acti provinciales, ipsi pro consilii actione repetundarum pecuniarum intederent, in quibus alius ob aliam ereptam, crimen diuersum intendebat, ut cognoscere licet ex actionibus in Verrem. Quoniam Praetor certa lege sortitur] Constitutis diebus per sortem iudicatur seorsum, & diuerso tempore de diuersis criminibus. Olim enim dies iudiciorum per sortem partibus condecabatur, autore Sexto Pompeio.
 Centumui] Triginta quinque tribus Roma erant, & ex singulis tribus termini ad priuata iudicia cognoscenda legebantur, qui iudices Centumui dicti sunt, etiam si numerus centenarius excedat, sed appellatio sic seruata est, quoniam facilius. Quidam] Scilicet ex delatoribus.
 Sicut diuinationes] Cum de constituendo accusatore quaeritur, iudiciumque super ea re redditur, cuius potissimum ex duobus pluribus ne accusatio subscriptione iurum permittatur, ea res atque iudicium, Diuinitio appellatur, quoniam iudicium iudicem diuinare quodammodo oportebat, quam sententiam sese forte par sit. Aul. Gell. lib. ii. cap. iiii.
 CAP. XIII. Fo. 30.
 Si fere omnes exemplo] Intentio omnis: Ore stem Clytemnestram matrem occidisse. Depulso, occidi, sed iure. Ratio, quia patrem Agamemnonem interfecit. Firmamentum, sed non oportuit matrem indematam occidere filium, nascitur iudicatio ex firmamenti & rationis controuersia, an Orestis interfuerit patrem uel cisci, & matrem nullo iudicio damnatam occidere? Est autem firmamentum, quod ad deliciendam rei rationem ab accusatore refertur, sine quo accusatio non consistit: Inde ex firmamenti & rationis conflictu nascitur quaestio, quae & iudicatio dicitur, & hoc in statu coniecturali non inuenitur, quoniam in ea non est ratio. Preiudicium dicitur res, quae cum statuta fuerit, exemplum affert iudicaturis quod sequantur. Porro iudicium est res, quae causam litemque determinat, sic Aconius. Conuicium] Obiurgatio est, quia audientes uelut ad uitium uocamus, unde iurisconsultus quispiam in Pandectis, nisi me fallit memoria, quasi conuicium dictum putat, ut sit exprobatum quaedam multis auditibus.
 Amplificatio] Ea est cum uerbis aut sententiis pluf-

personae narrationem πρὸς ἀποστολὰς, & temporis χρόνος
προσφάτως, causarum ἀντιπροσφάτως, aut etiam ἀντιπροσφάτως.

Vt idem [Cicero in Verrum.

Ciceronis de discursu] In oratione pro Roscio,

Chrylogonus] Inimicus Rescii.

ἰμετὶ πρῶτον, Subformatio. Vel de re constare] Cūnar
rationis uirtute res ita de pingitur oculis, ut non tam audire
quā spectari putetur, quod maxime sit propriis uerbis, natu
rali rerum seruatō ordine: porro ῥῶτον & Græcis imaginem
sonat ἰνὰ sub, quod sit uelut subiecte rei imago.

Pubertas] Quando corpus pilis uestitur, tunc pubertas
incipit. Diuersa pars expositio] Aduersarii pars tene
tur explicare fusu, quam actor proposuit sub compendio,
si commodum fuerit. Rabirio Posthumus] Reo repetum
darum. Conuenit] Inter autores.

Ante acta uita] Modeste & pacifice.

Aliisque] De causis. Tragediis] Euripidis in Aia
ce. De laude] Gloria bellica propter arma ipsius Patro
cli, quo certamine actus Ajax per merorem in insaniam re
ductus est, unde postea sibi ipsi mortem conscisse narratur.

Eiusmodi narrationes] Parum plenas.

Petitionem] Magistratus.

Hic] In ea narratione, Veneficio] Cuius reus age
batur. Ille duas] Narrationes, Excutiendi] Repellendi. Ventum] A Rege Ptole
maeo. Curationem] Administrationem pecuniarum.

Suscipisset] Posthumus.

Vel augendi] Gratia. Iter] Per Siciliam.

Cuius] Narrationis. Paulo ante] In principio Iulius
capitū. Soluendos] Recreandos.

Proserpina] Quæ sit a matre Cerere.

Comparatum] Inuentum.

Conciliator] Magni faciens. Sed hoc] Hunc ordi
nem. Nisi forte] Quod absurdum est dicere.

Pro Milone scriptam] Nam non paucam causam, sed
armatorem, qui iudicium sospitant strepitu deteritus, in
media causa obmutuit, & quod uox non poterat, domum re
gressus calamo Miloni præstare.

Præpositis] Disputatis. Distulisse] Protulisse.

Præ indicatione] Quæ prima est quæstio post proo
mium. Quæ est secunda] Quæstio.

Gratiam] Clodii. Quod fiet] Qui ordo orationis.

Cauendi] Excipiendi. Flagitiis] Grauius scoloribus.
Criminibus] Accusationibus. M. Caelius] Adoleſcēs
perditus. Petulantia] Proccacitatis.

Deinde] Nomen? Ipsius] Scleris.

Actione] Oratio: accusabatur enim ab amico Clodia
nobilis matrone, tanquam pro aere quod debebat ipsi mulie
ri, uenenum parasset. In quibus] Ludis.

Certa quædam] Argumenta. Ideoque] In scholis
suo loco, contra suam partem. Meditatio] Præ exercita
tio. Vtrumque] Scorsim. Scolasticis] Declamatio
nibus. Zelotypum] Maritum: Zelotypus maritus dici
tur qui cum uxoris pudicitia non credat, eam quibus potest
rationibus ita deformat, ne corporis elegantiā alios in sui amo
rem alliciat pelliceatque: nomen sumptum est ab æmulatio
ne formæ. Pro & æmulatio dicitur, & ῥῶτον & forma.

Malæ traditionis] Quod se male tractet, uel enormis
lesionis. Aristotelis] Libro tertio Rhetoricorum.

Per medium] Mediocrem modum narrandi imitari.

Quo] Id est quare. Esse uerisimilem] Nam nisi ue
ra esset ista narratio, haudquāquā posset tota pro nobis esse.
Non tamen exquisitis] Parum obuiis autoribus.

Quæ quidem uirtus] Perspicuitatis.

Nescias præstare sic] Dubitare quis poterat, utrū mi
nus uelint proprie loqui, an minus possint: adimit autem Fa

bius hoc sermone istis nouatoribus & facultatem & uolun
tatem puræ orationis, & ad hunc modum exponit Fabii uer
ba Erasmi in commentariis De uerborum & rerum copia.

Rerum] Dicendarum. Funis] Quo nauis e puppi al
ligatur retinaculo alicui ipsius portus, sic enim exponit hunc
locum Sipontinus pontifex, quemadmodum uidet epistola. i.
libro. i. quo legere mauult auram: neque desunt qui diuer
sam lectionem secuti, oram legunt, ut sit sensus, soluere orā,
alittore: Ego tanto codicū cōsensu, qui oram habet, nō repu
gnare audeo. ῥῶτον] Cōsiam, a ῥῶτον. i. scindo, & ὄν,
id est, con. τῶτον] Id est, superfluas locutiones per
iterationes intelligo, quas Grammatici uocant ἰνὰ ἀνὰ ῥῶτον,
& ἰνὰ ῥῶτον, id est, reparationes & iterationes eiusdem
sententiæ, idque per eadem uerba.

Apud Ciceronem] In oratione pro Aulo Cecinna.

At partito] Quod secundo loco criminandum.

Quod Cicero] Pro Quinto Ligario, reo læsæ maiestatis
apud Imperatorem Iulianum Cæsarem.

Minis] Fabulis. Præparationes] Faciunde.

Latuerint] Irreperint in animos iudicum.

Simplicitatis imitatio] Vt enim homines simplices in
mēdaciū suspicionem haud temere ueniunt, ita quoque hæc
morum simplicitatem imitata aliquoties plus fidei mouetur
quam arte contorta, unde etiam prouerbio dicitur, Veritatis
esse simplicem orationem: & pueris ætate simplicissima in
proverbio attribuitur ueritas.

Festinat] Festinanter. Hæ sunt] Videlicet ratio
nes. Magnificentiam] Rerum & uerborum.

ἰνὰ ῥῶτον] Magnidecentiam, per Aristotelem in
Moralibus, ἰνὰ ῥῶτον πρῶτα uirtus est eorum, quos magna
debet, ut illustrium iurorum & principum, id quod uoca
bulum indicat, quandoquidem & Græcis ἰνὰ ῥῶτον ma
gnus dicitur, & πρῶτος decorum. Cōstat autem magnis
sumptibus faciendis in utilitatem publicā: hinc transfertur
ad orationem, quæ nihil habeat humile, nihil uidgare, siue
res, siue uerba p̄fectes.

Submittendum] Diminuendum.

ἰνὰ ῥῶτον] Velut lucē quandam orationis, partim in par
titionibus, partim in de Oratore, partim in Topicis, qui hanc
uirtutem ea parte considerant, quæ reddit sermonem effica
cem: & uelut plus operantē, ab opere ἰνὰ ῥῶτον uocant, ἰνὰ ῥῶτον
enim Græcis opus significat, & sic utitur uocabulo hoc di
uus Hieronymus in epistola quadam ad Paulinā sic inquit:
Habet nescio quid latentis energie uis uox, & in aurē ab
ore præceptorū diffusā fortius sonat, tametsi uulgares codi
ces fere omnes ἰνὰ ῥῶτον habent: Porro qui lucem quā rebus
adfert spectant, ἰνὰ ῥῶτον uocat, quod ἀπὸ τοῦ lucidum & cla
rum Græcis significet. Et secundum hunc modum accipien
dum est hoc loco apud Fabium, quando ipse euidentiam uer
tit, & perspicuitati uelut speciem subiicit.

Moratam cum dignitate] Mores & sensum hominum
communiū prae se ferentem, & ex exprimentem.

Prætereundam narrationem] Vt Cicero in. ii. de Ora
tore inclinat in hanc partem.

Actione] Ratione, genere, natura, pene quando aduersa
rii actio non id intendit quod commissimus: aut plus intendit
quā sit admissum, aut leuius cōmissum gratioris nomine accu
sat, ut si quis furem sacrilegii accuset.

Ingenuum stuprauit] Ad legem Iuliam de stupris,
adulteriis, statuitur stuprum committi in muliere ingenua
uel libera, uel uidua, etiam in uirgine & puero.

IN LIBRI QUINTI

CAP. II.

Fo. 39.

D

E praedictis] Praedictum, inquit Aconius Pedianus, dicitur res quae cui statuta fuerit, affert iudicaturis exemplum quod sequantur. De rescissis] Annihilatis videlicet per cognitionem iudicium, cuiusmodi iurisconsulti inofficium vocant, de quibus rebus est apud Valerium Maximilib. 7. cap. 7. & 8. Tum & in Pandectis. Qualia in Oppianicum] Hic enim Oppianicus de ueneficio Aulo Cluentio parato accusatur: ad quod conuincendum adhibet Cicero iudicium, quoli bertus Fabritii damnatur, quasi uenenus in exhibiturus fuisset. In reis deportatis] Relegatis quemadmodum fieri solebat in quadam capitis diminutione, cum ciuitas quidem amittitur, sed libertas retinetur, quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit, qui uel in insulam deportatus est, sic Iustinianus lib. i. instit. de cap. diminit.

In duas hastas] Hinc est quod Valerius Maximus iudicium centuualium saepe iudicium haste uocat: ipse certe quanquam apud idoneos scriptores de hac antiquitate nihil compertum comprehendit, coniecturus tamen aliquot adducor, Centuuiros iudices in duas partes distributos, ut causas à priori parte iudicatas, posterior demum accuratius recognoscere discuteretque. Itaque si in causa aliqua altera pars pronuntiasset, potuit ex sententia hoc firmanctum adferri, quo minus recognitio posterioris partis iam facile in aduersum pronuntiare ausa fuerit.

Aduersus consulta] Decretum enim senatus conscriptum erat, eadem Clodii contra rempublicam esse, quod iudicium ad causam Milonis pertinet.

Signatum] Nam si argentum omne legatum est, & signatum argentum est quoque argētum, sequitur & hoc Legatum, siquidem signatum argentum species est argenti.

Quae mater familias] Huiusmodi enim uxor apud iurisconsultos tantum dicitur mater familias.

Alterae] Scilicet quae tantum uxor erat.

Probatis] Scilicet moribus in manu & potestatem cum uniuersa dote uenit. Alterae] Quae simpliciter uxor est, & suum habet peculium, sibi que non marito lucratur.

Absolutum Catinilinum] Hic enim cum minorē Africam Praetor expulisset, a provincialibus reus repetundarum factione optimatum absolutus est, nisi quis malit referre ad mitem plane sententiam quam de huius coniuratione dicit Caesar apud Sallustium in Catilina.

CAP. III. ET II. Fo. 39.

Ars] Actionis. Aliis] Stupidis.

P Publicum testimonium] Vt adulterio poluisse sacra, quae matronis adire tantum concessum erat, iuris autem capitale, atque Clodius ut indicat Cicero, muliebri habitu indutus, nocte ingressus, & ab aliquibus matronis agnitus, sacrum omne perturbauit.

Quem] Liberum aut seruum.

Causa] Praesumptione. Quis] Torfit.

Iniquam] Duram. Metum] Religionem.

CAP. VI.

Fo. 39.

Q Vndeos] Vt Epicurei, Diagoras, Lucianus, Plinius. Nullo offerente] Iurandi conditio nem. Id] Insurandum.

Cognitio] Qui cognoscit causam.

Qui] Iudex. Atque id agi] Moliri spectari.

Occupaturum] Ante capturum.

CAP. VII.

Fo. 39.

C Ircate testimonia] Circa ea quae per tabulas aut per testes formantur.

Significatio] Emphasis. Voluntate] Cos-

ctus. Quo ipso] Facto. Contra quem] Et per hoc suspectum se reddit, quasi ex odio det testimonium magis quam ueritate. Praesentibus] Testibus.

Actionum] Accusationum.

Nixa] Firmata. Inuadere] Accusare.

Eleuata] Infirmata, quemadmodum in oratione pro Lucio Flacco eleuatur testimonium Graecae nationis: sic enim Cicero ait. Veruntamen hoc dico de toto genere Graecorum: Tribus illis literas, de multarum artium disciplinas, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: deinde si qua sibi alia assumunt, non repugno: testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit, totiusque huius rei quae sitis, quae autoritas, quod pondus, ignorat: Vnde est illud, Da mihi mutuum testimonium: Non Gallorum, non Hispanorum putatur, totum istud Graecorum est: ut etiam qui Graecae sunt, hoc quibus uerbis a Graecis soleat dici, sciant. Porro haec ipsa oratio, indicat omnes homines hic a Fabio notatos, qui refelli possunt testes.

De auditionibus] Qui audita testantur.

Diuerfa] In foro. Argumentum] Ostendendum.

Illae] Scilicet diuersae. Consistentium] Quasi inuati.

Satis est] Scilicet eis contra quos dicturi sunt.

Per hoc ipsum] Testimonium.

Euocare] Expiscari. Propositi] Animi.

Pedetentim] Prouerbium a tentanda glacie tractu concreti primum fluuii. Interrogando] In iudicio.

Incessere] Inuadere reprehensione.

His temporibus] Vt pote Demosthenis.

Post finitas] Scilicet in mediis actionibus.

Pernicax] Malignus. Prudens] Qui usu rerum est edoctus. Efficere] Comprobare.

Ex medio] Sumptis euulgari consuetudine.

Frigus] Ineptitudo. Artis] Fraudes.

Subsellia] In eo loco, ubi aduersa pars est.

Noceat] Aduersetur parti.

Quorum mentionem] Quarum artium.

Testatio] Literarum. Testes] Praesentes.

Illae] Testationis. Quæritum] Dubitatum, pugnatum est. Religionem] Iurijurandi.

Ingenia] Quibus argumenta inueniantur.

Hinc] Dicitur. In his] Argumentis.

In illis] Testibus. Vtrinque] Ab utraque parte liti gantium. Quæstio] Controuersia.

Ipsis] Testibus. Omnibus] Praesentibus.

Duplicem] Verborum. Stoicos] Qui deum omnia providere putant. Coniectorum] Interpretum somniorum. Mathematicorum] Astrologorum.

Amenioribus] In affectibus tractandis.

Traduntur] Videlicet ab Homero, libro. ix. Odyssae.

CAP. VIII.

Fo. 41.

G Raminis] Herbae. Plinius lib. xiii. cap. 16. Loton arbor est, quae ceteris alio nomine dicatur, cuius baccae fabarum magnitudine tam fixae dulces, ut genti etiam ab earum usu nomen sit inditum: siquidem Lotophagi dicantur, & hoc certe ab arbore Homerum intellexisse apparet: alioqui & genus herbae est, de quo forsitan memorialapud Fabius quod sentit: nisi quod quibusdam placere uideo, ut germinis legatur. Mihi si detur libera suspicandi facultas, a semidocto aliquo & temerario castigatore putauerim arborem in germen commutatam, nimirum qui de herba loto aliqua legerit, de arbore autem nihil.

Nec ulla res probari] Vnde cum alii loci emergunt a genere ad speciem, a maiore ad minus, ex pari uero fingunt locos a similibus, a definitione, ab interpretatione, a specie ad genus: ac a minore ad maius.

Quadruplex ratio] Quae scilicet argumentando appa-

ret. Fiunt autem argumentationes rhetoricae ut plurimum conditionales, quarum formae quatuor sunt usitatissimae. De quibus hic Fabius, & copiosius M. Cicero in Topicis, & Boetius ex Theophrasto in libro de hypotheticis syllogismis, tum Georgius Trapezuntius, & Martialis Capella uterque in sua Dialectica.

CAP. IX.

Fo. 47.

Enchiridia] Aristoteles Rhetoricorum primo, capit. 3. & Hermagoras, Enchiridia] Verisimilia.

Idcirco ingreditur qui mouetur] Quia loci arguendi affirmatiue à specie quidem ad genus ualet, à genere uere ad speciem non est nisi negatiue consequens: recte enim sequitur, qui non mouetur eum nec ingredit.

Virginem Atalantam] Filiam Regis Colchorum, uenandi studiosam, a Meleagro amatore in hoc apri capite donatam, etsi Suidas Acasti cuiusdam filiam facit, quam Peleus adamauit: sed de alia sentit opinor: prioris mentionem facit uetustissimus poeta Graecus Musaeus.

Deferuntur] Litigatoribus.

Areopagitarum] Iudices Athenienses, qui in Ariopago loco Marti sacro, unde & nomen habent, cognoscebant causas tantum capitibus. Autor Iulius Pollux.

Spurius Melius] Spurius melius, ut narrat Lilius lib. iiii. populum Romanum annonae penuria laborantem, frumento distributo ita sibi conciliauit, ut spem regni conciperet. Verum cum innotuisset gladios actela in eius domum compertata: cum iudicium huic iudicium refugeret, a Seruilio Hala magistro equitum capsis est.

Marcique Manlii] Manlius cum res alienum, quo populus demersus erat, sua largitione dissoluisset, in suspicionem regni affectati uenit, ex Capitolii arce precipitatus supplicium dedit. Lilius in quinto.

CAP. X.

Fo. 47.

Nehymemata] Conceptus animi.

E Epichremata] Inchoata argumenta.

Apodixes] Demonstrationes.

Interpretatur] Ex ratione Graecae uocis, quae derivatur a uerbo ἐνθυμίζω, quod cogito & in animo comminor significat. Sententiam] Ut, credo hunc autorem huius cedi, qui a heri cum occiso rixabatur.

Tertium] Scilicet intellectum.

Contrarium] Quia ex contrariis rationem trahit.

Imperfectum] Quia tantum duabus propositionibus exponitur. Quod sane] Totidem partibus concludere syllogismum. Vulgus aggressionem] Quia ἐπιχειρῶ aggreddi significat, & ueluti operi manus admoveo: ab ἐπι, quod ad significat, & χεῖρ manus, ut intelligas hoc uocabulo quandam argumenti quasi preparationem & destinationem, etiam dum suis partibus non explicatam.

ὑπομνημα] Liberae demonstrationes.

Quaque eorum] ut quid sequatur ad quaque rem, uerbi gratia, sequitur ad inuidiam nocendi cupiditas, unde argumentum trahitur pro reo contra actorem inuidum, sic in uenue luxurioso facile haeret crimen adulterii uel stupri, amicitia in semibus, beneficium in nouerca.

An credibile sit] Et Horatius in arte poetica quid cuique etati hominum uel gratum uel aduersum sit, uersibus aliquot perscribit. Porro meo iudicio non est compendiosius iter ad hanc doctrinam, ut felicissime discere liceat, quam ex comœdiis & tragicædiis.

Alioqui indubitata] Si semper usi uenirent.

Aut Scarum ducas] Quoniam auctore Plin. lib. ix. cap.

54. & Oppiano de natura piscium in Rhodio mari agit.

Ea porro sunt genus] Triplicem intellectum apud Porphyrium philosophum habet uocabulum genus, primus est, quoniam omnes eiusdem familiae collectos uniuersum generis appellatione comprehendimus: alter non admodum a priori discrepat, siquidem familiae originem ac uelut caput hoc modo genus dicimus: haec duae acceptiones hoc loco a Fabio designantur: porro tertius Dialecticorum est, apud quos est genus, quod de pluribus speciebus subiectis dicitur, ut animal de hominibus & equis. Similes maioribus] Hinc est quod Euripides dicit, nisi generis fundamentum recte iactum fuerit, necesse est infelices esse: qui inde nascuntur, & profecto Plutarchus in commentariis de liberis educandis plurimum interesse censet, quibus quisque parentibus nascatur, etiam quod ad ingenium & mores attinet. Quare Diogenes cum petulantem adolescentem conspiceret: Vere, inquit, pater ebrius te profeminauit. Petulantiae] Audaciae.

Contraria] Deformitas & imbecillitas.

Studia] Professiones.

Forensis] Rabula.

Commotionem] Affectionem.

Consilia autem] Consilia hic accipe, quaedam animi inductiones, & quasi uoluntates, ut cum dicimus: nescio quo consilio hoc factum sit, & Graeci significantius hoc ostendit, apud quos consilium a uoluntate nomen habet, siquidem βούλα uoluntas, & βούλη, consilium.

CAP. XI.

Fo. 48.

Vius manu Pyrrhus] Nam cum uictor argos ingressus esset Pyrrhus, & pauperculum quendam obuium equo prosternere pararet, ancila quaedam, perclitantis filii casu mota, rupta e tecto tegula, eaque in Pyrrhi caput deiecta hostem occidit: Plutarchus in uita Pyrrhi. Scipio] Malo tamē hoc loco eum intelligere, qui primus omnium suorum alius detrectantibus, contempto mortis periculo, hostilem murum transcendit, cuius meminit Lucius Florus lib. 38.

Ille quoque fabula] Gellius certel. ii. capite circiter penultimo, magna cum laude fabulas illas, quibus inter se muta animantia confabulantur, Aesopo tribuit: At quia Quintilianus noster hoc loco tractationem quidem earum in soluto & simplicis orationis uel sermonis genere Aesopo permittit, sed originem plane refert ad Hesiodum, hac nimirum usus coniectura, quod in Hesiodi Georgicis subinde eadem fabulae narrantur, atque etiam ad allegoriam trahuntur, iam constat multis seculis Hesiodum Aesopo antiquiorem, adeo ut apud Plutarchum historiae scriptor Ephorus uel Homero uetustiore faciat: nec admodum a Fabii iudicio dissentit Calistratus Graecus scriptor, in imaginum descriptionibus, ἀντικειμένων] Suspicor plane libroriorum incuria uerbum omisum, neque enim Graeci hoc fabularum genus simpliciter ἀντικειμένων nominant, sed ab auctore sic cognominant, ut testatur idem Calistratus in descriptione imaginum. Atque haud scio an non ex eadem scripturae consideratione coniectura sumi possit, hic legendum ἀντικειμένων nomine possessiue, porro ἀντικειμένων sonat ab Aesopo factum uel scriptum. παραμύθια] Hinc enim Graecis pro uerbiu habet nomen, quod cuius iuxta uiam, uel obuium sit, a παρα quod iuxta, & μύθος uia. Non notitum] Ad huc modum legit & exponit Erasmus in tertia Adagiorum editione, indicans ex Epistola Ciceronis ad Atticum hunc usum esse pro uerbiu, si quis provinciam ad se non pertinentem, aut paru uiribus aptam recusset, neque enim minus huius est gestare clitellam, sed asinorum & mulorum.

Vt aquam frigidam] Haud scio an non rectius lega-

tur frigidam, ut simpliciter intelligas hoc morbi genus, quod frigore concutit uniuersa membra. genus plane oppositum febri: nam ut asferuendo febris dicitur, quam immodice calor uexat: ita contrarius morbus a frigore immo dico, a Fabio frigida dici potest uideri. Græcice utriusque genus suo uocabulo effertur: etenim febrem calidam *δυσπνία* uocant: frigidam uero a maris & aquæ rigore *κρυμα* dicunt, & ad hunc modum his uocabulis usus Lucianus. Porro ueteres Latini: frigidæ febres ex legibus XII. tabularum querqueras nuncuparunt. Nihil autem uetat quo minus ad maiorem curiositatem eorum, quos hic dānat Fabius, frigidam aquam legamus, ut quæ noxia uideatur pota febrientibus.

Homeri uersu] *Homerus hac de re. ii. Iliados scribit, & certe Aristoteles Rhetoricorum. i. hos Homeri uersus agnoscit.*

CAP. XII.

Fo. 46.

B Agoam] Celebrat præter alios Bagoam Lucianus locis aliquot, ut qui Alexandro Magno fuerit in delictis.

Megabysum] Et hic inter effeminatos Darii Regis concubitores refertur, certe Plinius recenset quendam sacerdotem hoc nomine. lib. XXV. cap. x.

Doryphorum] Celebratum puerum, cuius uirritatem etiam pictura & statui honoratā tradit Plinius. xxxiii. cap. xiii.

CAP. XIII.

Fo. 49.

Nihil autem aliud melius est mundo] Apparet plane, hoc quod Rodolphus Agricola, homo ut doctissimus, sic & diligentissimus libro Dialecticorum primo affirmat, Fabium ipsum tametsi artificem differendi summum, quod ad tractanda argumenta pertineat, paululum negligentem: obiter magis aliorum quam suam referre sententiam, id quod uel hic locus in d. care poterit, nam cum in proposita ratiocinatione medium terminum & in propositione & assumptione prædicari faciat, idque ita ut assumptione sit negatiua, iuxta Aristoteli sententiam in Analyticis, nihil inferri poterat aliud quam negatiua, hic autem affirmatiue concluditur, cum animal esse, & per hoc haud dubium quin improba sit ratiocinatio. Huc pertinet quod hodie Dialecticorum uulguis tradit, conclusionem semper deteriori præmissorum inherere: nam si altera horum fuerit negatiua, & conclusio negabit, & si particulariter proponatur in altera, conclusio quoque eandem rationem imitabitur: quāobrem tametsi inuitus sic mutandam esse sentio lectionem, ut aut sine uel præter rem legatur, id quod ratio subiuncta satis aperte demonstrare uideatur. Cæterum hæc propositio aut confessa est, ut, qui beatam uitam uiuere uolet, philosophetur oportet, hoc enim conceditur, aut proxima probanda, ut mors nihil ad nos.

Cætera sequi] Nisi confirmata prima parte non possunt. Est & assumptio] Aristoteles priorum resolutoriarii cap. xxii. & xxiii. probat manifestissime, recte argumentandi forma seruata in omni figura ex falsis quidem datis colligi posse uerum, at ex ueris non nisi uerum, quare subolet mihi certe mendū esse in uerbis Fabii & in prior parte legendum, falsa intentio, & postea uera conuexio in hunc modum, sed ut ipsa esse falsa, si illa uera sunt,

nunquam est falsa conuexio.

τεταυρη] Sic maxime diuidunt Dialecticæ, indicat Martianus Capella, uidelicet ut ratio inueniendi & eliciendi argumenta ex locis quos uocant appelletur *τεταυρη*: uerum ea scientia, quæ iam inuenta argumenta & e sedibus susculcta in modum ac figuram recte ordinantur, nuncupatur Græce *κρηταικη*, hoc est iudicatoria, uel *κρηταικη* quod iudico est, unde *κρηταικη*.

IN SEXTI LIBRI PRÆ
FATIONEM, QVÆ
INCIPIT. Fo. 50.

V

Vlnere orbitatis] Alludit Fabius ad Etymologiam orbitatis, siquidem oculi ob rotunditatem orbis dicitur, unde quia liberos nostros non minus quam oculos ipsos amamus, qui liberis spoliuntur per *ἀντιγραφον* orbi dicuntur, quasi oculis capti. Porro Fabius noster hic per lumen oculum intelligit.

Quod nefas erat] Subindicit Fabius per hoc quod dicit nefas erat, didicit enim homo cordatissimus Platone præceptore, non fas esse ex hoc corporis carcere emigrare, antequam is qui ante animam indidit, hoc est, deus ipse iubeat, quæ diuina plane sententia tractatur copiose apud Platonem in De republica, & Ciceronem in somnio Scipionis, quod ex dicto Platonis libro tractatum est.

Igniculos ingenii] Hic uocat quasdam futuræ eruditionis uelut scintillas, unde maxima eruditionis flamma potest sit profectura: breuiter uocat sic Cicero animi nostri propensionem uel ad uirtutes, uel scientias, idque Platoniorum more, qui animis nostris scientiarum omnium atque uirtutum seminaria innata statuunt, quam quæstione tractat Plato in Menone.

Illius] Matris scilicet nomine, quæ ante filium erepta doloris sensu caret, ut uel hinc appareat supra felix legendū esse.

Flosculus] Indicia & spem futuræ eruditionis.

Infelicem conscientiam] Quæ ea nouit, quæ nihil profunt.

Manes] Per umbram & animam filii mei & uxoris. Fulminis] Quo postea prostratus proiectusque est.

Festinatam maturitatem] Sic in primo libro præcox illud ingeniorum genus idem Fabius non temere inquam ad frugem peruenire asserit, & Accius tragœdiarū scriptor apud Gellium sic ait: Quod in pomis est, idem esse aiunt in ingentis, quæ dura & acerba nascuntur, post sunt mitia, atque iucunda: Sed quæ gignuntur uicta & mollia atque in principio sunt iuuunda, non matura mox fiunt, sed putrida, relinquendum igitur ingenis, quod dies atque ætas mitificet. Tum Cato apud Plinium lib. 7. hoc idem testatur: Senilem uentem præmaturæ mortis signum, ad Helium scribit, & Plinius ipse magna hominum admonitione scribit, qui spectatissime floreat celerrime marcescere lib. xxi. cap. i.

Inuidiam] Fatorum & proidentie.

Spes] Præmaturæ iuuentæ.

Errorum] Id est, moribundam & euaniidam opinionem: agere enim animam, est luctari animam cum corporeculo.

Tuos ne ego o spes inanes] Imitatio est Ciceronis in oratione pro Milone in epiloquo.

e iiii

Fugientem spiritum] Alludit hic fabius Ad Hippocra-
tis, & quorundam aliorum veterum sententiam, qui ani-
mam aliud nihil esse putarunt, quam spiritum & flatum
per omnes corporis partes diffusum.

Adoptione] Id est, per hoc quod consul adoptauit nu-
per in filium.

Atticæ eloquentiæ] Inter omnia eloquentiæ genera,
nullum magis celebrant scriptores quam Atticum: pro-
pterea quod inter Asiaticum, quod nimia copia redundat,
& Laconicum nimia breuitate accisum, medium sit, utrin-
que temperatum, id quod indicat Cicero cum alibi, tum in
Oratore perfecto, quem librum quilegerit accurate, haud
quaquam dubitabit, quin hoc loco Atticæ eloquentiæ legē-
dum sit. Sed & Terentius in Eunuchio cum per ironiā om-
nibus numeris perfectam eloquentiam in milite glorioso
ostendere uellet, ait in persona Gnathonis: Dixi, in hoc
Atticam esse eloquentiam?

Candidatum] In Romana rep. qui ambiebant magi-
stratum, digni eo honore candidati uocabantur, quoniam
candidis uestibus erant amicti, nimirum ad integritatem
morum atque innocentiam ostendendam, per quam magi-
stratu digni uideri possent: hinc per translationem candi-
datum eloquentiæ dixit Fabius, pro eo, qui non multū abijt
ab iuius gloriæ palma.

Superstes] Adscribendum est hoc loco ante superstes,
parēs amisi, uel simile aliquid, alioquin nullus colligi potest
sensus: ut sit ordo, Te omni spe Atticæ eloquentiæ candi-
datum parēs amisi, superstes tantum prænisiue ad pœnas
has si nō cupido lucis, certe patiētia uincet & reliqua mea
etate.

Ad crimen fortuna] Hunc locum Plinius uelut expo-
nēs lib. ii. cap. 7. sic ait, Toto quippe mūdo, & locis omnibus
omnibusque horis hominū uocibus fortuna sola inuocatur,
& una nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogi-
tatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conuictis colit-
ur uolubilisque, a plerisque uero & cæca est existimata,
uaga, inconstans, incerta, uaria, indignorumque fau-
trix, huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in to-
ta ratione mortalium solam utraq; paginam facit. Et in
uenalis satyra. x.

Nullum munus abest, si sit prudentia: sed te

Nos facimus Fortuna deam, cæloque locamus.

Sua culpa dolet diu] Quod uidelicet ex animo amet,
atque excutit tristitiam, & uiri est omnia mala extrinse-
cus obuenientis pectoris robore fortiter perferre: tū Stoi-
cis autoribus nihil malum censendum, quod non nostro ui-
tio contingit.

Effecta] Elaborata, expolita.

Fortunæ] Quæ ingenium tot malis oppressit.

Alioquin] Præter calamitatem qua obrutus fuero.

Propter hoc] quod uidelicet tot malis ingenium no-
strum debilitatum fuerit.

Illam] Inuidiam fortunæ.

Boni autem consulere] In bonam partem accipere.

CAP. I. Fo. 51.

Equebatur] In numeratione partium oratio

S nis. Rebus] Resumendis, repetendis.

ἀναμνηστικῶς] Siquidem ἀναμνηστικῶς Græcis
caput significat, & cuiusque rei sententiam. Hinc uerbum
ἀναμνηστικῶς, quod significat in capita & summas colligo: tum
ἀνὰ ῥυθμὸν & retro significat. Intellige ergo etiam Græ-
ci nominis ratione, per causæ totius summas & capita.

Decurrendum] In peroratione, uel peroranti, nō etiā

immorandum singulis repetendis.

Alioquin] Nisi hoc feceris.

Impotentem] id est, potentem, qui abutatur sua po-
tentia.

Inuisum] Qui omnium inuidiæ subiacet, & per hoc
ostendit infamiam fore iudicibus ab solutionem Vatini.

Iudiciorū] Quibus hæcenus ab solutus esset Verres.

Singula] Scilicet dicta sparsim in oratione.

Turba] Hoc est, cum acerratim & indigeste oculis in-
dicis quæque causæ capita subiiciat.

Liberius in peroratione] ἱερὸς Græcis sonat col-
lectionem cum delectu: siquidem deriuatur a uerbo ἱερῶς
ἵνα, quod significat eligo. Manet ergo ex uocabuli quoque
ratione, ex toto orationis corpore, summas tantummodo
& capita rerum, & uelut ordines in perorationem colli-
gere, quæ si animo concipiat index, nihil periculi sit etiam
si alia fors exciderint.

Summa] Caput artis.

Attrocitas] Græuitas.

Anfractus] Posset legi pro anfractus tractatus, sim-
plicius enim esset, & Fabio magis dignum.

Demosthenes] In oratione qua pro se in Midia dixit.

Ser. Sulpitius] Orator & iurisperitus, cui M. Cice-
ro de claris oratoribus iuriscilius scientiæ palmā tribuit,

quique, ut idem testatur, in secunda arte, hoc est iurisperi-
torum literis maluit esse primus, quam in prima arte, hoc
est eloquentia, secundus. Quare obiter, & præter profes-
sum eloquentiam tractauit.

Hoc genere] Commendationis.

A sinis] Gallus.

Ex personis] Cum orator assumit sibi personam liti-
gatorum.

Proportione] Mutuo quodam respectu inter duo, ut
quemadmodum sese habet quinque ad decem, sic decem ad
uiginti.

Impetu] Principio & initio affectus.

Frigeſcere] In morando.

Descendit] Cui aliquid detrahatur in progressu.

CAP. II.

Fo. 52.

Abulam supra Iouem] Duplex hinc accipit
T poterit intellectus, quod scilicet & in ipsam
Iouem, tanquam facti pestē suppinxerint, uel
quod depictam tabulam supra Iouis statuum in Capitolio
appenderint. Neque enim quisquam cōmissurus uidetur,
ut mendacii & scelus sui deos uelut probatores inducere
audeat, maxime cū Homerus grauius plane scribat, deos
ipsos ad nullum malum constanter auxiliatores.

L. Murenæ] Cum uidelicet & ipse Catilina Con-
sulatum peteret, quo magistratus prætextu per coniura-
tionem suam rempublicam opprimeret. Itaque ad depellan-
dam eam a republica pestem, consultum fuerat, L. Mure-
nam per fas ac nefas magistratum arripere, atque hanc esse
huius loci summā colligitur partim ex oratione pro L. Mu-
renæ, partim pro L. Flacco.

Has tragedias mouere] Mouere tragedias quasi pro
uerbialiter usurpatur a scriptoribus, pro eo quod est affe-
ctū uim omnem, & ingētem rerum tumultum ostendere:
sumpta tralatione a miserabili tragicorum exitu, qui nū
quam sine mortis comploratione terminatur: unde & gra-
uia & ampla uerba ei argumento conueniunt, id quod in-
dicat Horatius in Arte.

Telephus & Pelcus cum pauper & exul uterque.

Proicit ampullas & sesquipedalia uerba?

Si curat cor spectantis tetigisse querela.
Fuit quondam] Antequam resp. sub imperium unius
uenisset. Impericia] Inelegantia.
Rigor] Inhabilitas.
Deformitas] Deducus.
Asserunt] Peroratio in fratris recusantis frigidissi-
me magno omnium risu.
Hæc] Tolerabilia hæcenus uitia recensuimus.
Inde est enim illud] Peruulgatum.
Qualitate] A Estimatione.
Nauarchis] Principibus nauarum.
Cruciatusciuibis] In medio foro.
Philodamo] Ciue Syracusano.
auspatis] Partiales perorationes.

CAP. III. Fo. 53.

VM] Habitu, affectum.

E Supradictis] Operibus affectuum mouen-
dorum. Multi] Qui sibi nomen Oratoris
occupant. Atque hoc est] Possi in quem uelit ani-
mum rapere iudicem.

Proprium opus est] Peculiaris labor.

Sibellis] Actis. Quia sensum oculorum] Pre-
mit amor amantes, quoniam ut scribit Plato in Symposio:
Amor omnis excæcat, ut quod amat, quod uerum sit cer-
nere nequeat: Hinc quoque fit, ut sui ipsius cognitio om-
nium maxime homini sit difficilis, quandoquidem ita com-
paratum est a natura, ut quisque sui ipsius amore teneat-
ur, ex quo fonte omnium uitiorum riuulos scaturire idem
Plato testatur.

Mores] Conuenientes cuique pro sua conditione, for-
tuna, sexu, ætate, officio: Hæc enim sunt quæ mores alios
faciunt, secundum quendam intellectum, si generaliter ac-
cipiunt mores. In hac parte] Affectuum.

Fluere] Sua sponte obuenire.

Quo] Per quam uirtutem.

Quod genus] Affectuum.

Vitium] Scommæ. Honestus] Dignitate prædi-
tus. Inuidiosum] Inuidiæ obnoxium.

Rei] Propter quem alicui inuidemus.

Somnia quædam uigilantium] Alludit opinor Fa-
bius noster ad senarium Iambicum ueteris cuiuspiam Poe-
tæ Græci, quem Basilus Magnus in quadam epistola ad
Nazianzenum sic fere refert ai γὰρ ἡ νύκτις τῶν ὑπνῶντων
ὡς πῖνα, id est: etenim spes uigilantium sunt somnia.

ὑπνῶντων] Vocabulum hoc dupliciter apud autores scri-
bitur, nam qui uim orationis & efficaciam mouendi, quæ
habet, spectant, ab opere ὑπνῶντες uocant, eo quod Græcis
ὑπνῶντες opus dicatur: Porro qui lucem, quam rebus addit, at-
tendunt, æclaritate nominant ὑπερπῶντες, quia Græcis ὑπερπῶντες
clarus dicitur, posterius probasse uidetur Marcus Cicero,
qui illustrationem ac euidentiā uertit.

Equus ille Pallantis] Certum est hunc locum libra-
riorum negligentia mutilum circumferri: Nam Vergilia-
na quæ notat Fabius A. Eneid. II. sic habent.

Et bellator equus positus insignibus A Etam, Et lachry-
mis guttisque humectat grandibus ora.

CAP. IIII. Fo. 54.

E risu] Virtute mouendorum affectuum.

D Noluisset] Risum mouere.

Contegisset] Per naturæ felicitatem.

Salsum] Mordax. Hoc] Quod sequitur.

Vt Cicero dicit] Cic. 2. de Oratore.

Sunt enim longe uenustiora] Quin & facilius est

tela obiecta ab aduersario in ipsum retorquere, quam no-
ua ex proprio ingenio depromere.

Dicaces] Festiui.

Materias in hoc idoneas] Vt est materia Erasmi in
laude Stultitiæ, & Senecæ in morte Claudii.

Festæ] Scilicet cognominatæ.

Conuersatione] Ciuitate.

Atticorum] Qui hac uirtute omnes excelluerunt.

Insulsum] Inconditum. Hi] Attici.

Ciceronis utar] Ciceronis uerbis in 2. de Oratore.

Imprudentibus] Nobis inuitis.

Item factu] Risus mouetur.

Insulsius] Quam & uultu & gestu risum mouere.

Lene] Molle. Refert] Multum intertest.

Obscurnitas] Turpitud.

Obiici potest] Ab aduersario obscurnitas.

Iudicio liberali] Iudicio instituto ad hoc, ut in liber-
tatem ex seueritate assereretur reus: Liberale iudicium
apud ueteres erat, quo contendebatur, liber ne quispiam
an seruus esset.

Omnia] Quæ aguntur. Is] Heluius.

Cepasio] Oratori cui aderat.

Putaret se] Cepasius patronus Fabritii.

Ipse] Cepasius adiecit.

Cicero] In hoc genere facietiarum.

Actu] Ductu orationis.

Aliis quibusdam] In Bruto.

Narrat] In persona Cæsaris.

Cai Planci] Quem defendebat Crassus.

Duobus lectoribus] Qui recitabant duas Crassi ora-
tiones. Dialogos] Tres.

Maledictum] Dicterium coniciosum.

Agendo] Orando. Exciderunt] Per incogitan-
tiam. Ipsum] Dictum, Varium] Inconstantem.

Eodem genere] Ambiguitatis.

Bouillas] Prædium. Quod] Dicterium.

Occlusum] Quod uidelicet omnia sua audacia per-
fringeret. Magistros] Scilicet auctionis, qui bona eius
sub hasta uendiderint: Nam ut colligitur ex uno & al-
tero loco Epistolarum Ciceronis ad Atticum, qui præ-
erant hasta, sub qua bona uendebant, & magistri appella-
bantur. Quo referunt quidam & Ciceronis locum, qui est
in Epistolis, libro septimo Fam. Sed heus tu, manum de ta-
bula, magister adest citius quam putamus: significat e-
nim Dictatorem Cæsarem adfore, qui præscriptorum ci-
uium bona sub hasta diuendat. Et ne quemquam sua frau-
demus laude, primus, quod equidem sciam, hunc locum Fa-
bii illustrauit Ludouicus Coel. in lection. Antiq.

Calumniantibus foret] Adeo, ut Vatinius Cicero-
nis emulus, in sua oratione scurræ consularem uocita-
rit, nimirum ob immodicam risus affectionem. Certe
historiam hanc sic Macrobius recenset libro secundo Sa-
tur. quo loco huius facultatis in re latina principes duos
facit, alterum comicum Plautum, alterum Marcum Tul-
lium. Porro hic amor immodicus in tam rusticam Theo-
criti musam ita apponere solet, ut sepe non pulchra, pul-
chra tamen uideantur, sic apud Flaccum, Balbinum ama-
torem amasiæ suæ Agnæ delectat Polyphus, morbus om-
nium foedisimus: Et in recentioribus Bucolicis quispiam
amicam suam altero oculo inutilem, uel ipsius Dianæ for-
mæ præfert.

Sed inest proprius] Id est, festiui & tetrici. unde
& Mart. canit, Nec grata est facies cui Gelatinus abest.

Porro autore Suida gelatinus eam apud Græcos sonat lineam, quæ sub ipso mento uelut canalis apparet in hominibus gratiofis dum ridet, nimirum uocabulo factò ἀπὸ τοῦ γαλατοῦ id est, rideo.

Facetum Vergilio] Quia ut res ipsa indicat Vergilianæ illa grauitas procul est ab omni risu, aut ergo facetum hoc loco aliud quiddam a risu significat, aut Horatius iocando insigniter lapsus est.

Vt in illa pyxide] Quia uidelicet Marcus Cælius per Licinium familiarem, Clodia impudicæ mulieri uenenum porrexisse accusabatur, quam rem rumor in obsecram fabulam uertit, quasi Cælius stuprum obtulisse Clodiam uideretur: quam rem Cicero in oratione pro Marco Cælio uerecunde his uerbis significat. Hic etiam, inquit, miramur si illam commentitiam pyxidem obscenissima sit fabula consecuta, nihil est, quod in eiusmodi mulierem caderet uideatur. Audita est periculata et percelebrata sermionibus res est. Percipitis animis ludices iam dudum quid uelim, uel potius quid nolim dicere, quid etiam si est factum, a Cælio certe non est factum. Quid enim attinebat? est enim ab aliquo fortassis adolescente nontam insulso quam non uerecundo: Sin autem est fictum, non illud quidem modestum, sed tamen non est infacetum mendacium, quod profecto nunquam hominem sermo atque opinio comprobasset, nisi omnia quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare apte uiderentur.

Petis] Stans et pilam captas et magistratum, quem mirum quam facile illis Cæsar concedebat.

Verecundia] Ipsius uel dicterii uel auctoris.

M. Vellinius] Legendum sentio Festiuius, cum ei renunciatum esset, aliquando desinet pluiere.

In Orchestra] Nam in ea theatri parte, quæ se ad spectaculum edendum exercebant actores et gladiatores, tum et aliorum exercitiorum, quæ ad corpus attinebant locus erat, ut indicat post Iulianum Victorium libro sexto. Porro pila non nisi in campo ludimus.

Domitia] Vxor, quemadmodum C. Cæsar meminuit. Curionem] Oratorem nullius pene memorie, ut scribit Cicero de claris Oratoribus.

Victoriat] Numulo, cui sculptura inerat uictoriæ Romanæ, cuius adhuc ænea aliquot nomismata circumferuntur. Porro æstimationem eius si cum nostri seculi moneta conferre desideras, excute quæ super hac res scripsit Guliel. Budæus in libro de Ase et eius partibus.

Impotenter] Cum immodica potentia.

Decipiendi] Aduersarium.

Inopinatum] Dictærium.

Castellio] Dedit occasionem.

Inferam] In hortum. Vetus] Amicus quispiam.

Illum] Qui uetus testamentum habet.

Facultas] Quia et Fabius in calce præfationis in hunc 6. lib. pro hereditate facultatem patrimonii dixit.

Coloris genere] In comædiis ueterum Græcorum spī rare adhuc testatur Fabius libro primo.

Quem sequar] Id est, Pompeius parum mihi uidetur par esse repellendis Cæsaris ceptis, ut non admodum tutum sit eius partis esse, id quod ad Pompeii contumeliam dictum uideri potest. Vnde idem Cicero apud Macrobiū cum ad Pompeii partes se tandem contulisset, interrogatus quando uenisset: respondit, sero, et causam subdens, nihil enim hic inquit, apparat est.

Cicero Coreliæ] In Epistolis familiaribus.

Monebant me] In Domitio Marso.

Illic] In examinatione testium.

Nationes totæ incessantur] A quo tamen non temperauit sibi Mar. Cicero, nam in oratione pro Lucio Flacco, Caræ omnes lacefiit, tum et Phrygas, adde Græciam uniuersam, nisi quod rei asperitatem interiectis interim laudibus Atheniensium atque Lacedæmoniorum lenit, et inuidiam minuit.

Heluio Mancipi] Mancipes dicebantur Romæ, qui aliquid e republica uel emebant uel conducebant: siquidem, ut notat Festus, sublata manus significabant populo, se publicum aliquid conduxisse aut emisisse.

In Scuto Cimbrico] Cosmographi certo pronuntiat, eos esse Cimbroz populos, quos uulgus hodie Dacos appellat: Siquidem Ptolom. etque alii, Dacos non longe à ripis Histri ponunt, ubi hodie putatur habitare V Valachi.

In Delphino sedisse] Herodotus historiarum libro primo hanc fabulam historiæ loco sic fere narrat, fuisse hunc Arionem nobilissimum citharædum, qui a Rege Corinthi Perandro in Siciliam missus, ut principes uiros arte sua exchararet, cum naue regrediens opulentus, nauis ipsis spem lucri ingentis dedisset, atque illi hominem in mare præcipitare statuerent, precibus obtinuit, ut antequam in mare desiliret, liceret sibi nouissime citharam pulsare, ubi impetrauit in nauis prora genibus mixis bellissime ad citharam cecinit, adeo ut Delphinus cantilenæ suauitate demulsus, nauis allueret, quod ubi uidit Arion in piscin dorsum desilire, sicque e maris periculo est euectus.

Cicero] De Oratore. 2. unde hæc sublegit Fabius, facetiarum uocabulo cauillationem intelligit, quæ sit in perpetua oratione undequaque uelut diffusa.

Dictorum] Dicta hic uocat Fabius, quæ eadem a Macrobio dictæ appellatur, nimirum quæ in aduersariis et acutè iaciuntur.

Atellanae more] Est autem Atellana, quemadmodum indicat Diomedes in tertio, genus fabulæ mimicæ, magna obscuritate humana uitæ consuetudinem utrunque imitans, sic dictum ab Atella Oscorum ciuitate, ubi primum frequentari cepit hoc comædiæ genus.

Fere ambiguitate] Aristoteles in Elenchiis sophisticis duo genera facit ambigui sermonis, alterum quidem appellatur ἰσορροπία, quia æquiuocatio, cum uidelicet uariis est uocis eiusdem usus. Latini recentiores æquiuocationem dicunt, ex quo ut plurimum risus concluditur, de eo hic Fabius maxime sentit. Alterum genus est, quod idem philosophus ait ex diuersa sermonis et multiplici structura, disiectio neque aliud atque aliud sensum accipere, ἀποσπασμὸς ὁ ἰσχυρὸς Græci uocant, Latini generaliori uocabulo Ambiguitatem.

In metalepsin quoque cadit] Ea figura fit, ait Erasmus, cum gradatim itur ad hoc quod ostenditur: Sic Virgilius primo Aeneidos de uentis, Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris. Nam per atras ostendit nigras esse: per nigras uero tenebrosas, et per hoc in præceptis profundas. Ad eum modum et hic ex muneris peruitate statim intelligitur Augusti paritatem, quæ tamen magis est conspicua, si contrariorum amplitudo comparetur. Porro mos erat principibus Romanis, populi animos liberalitate sibi conciliare, quæ res cepit a uini congiariis propinandis, sed postea uocabulum et ad alia liberalitatis genera deflexum est, indicat hæc omnia Suetonius in Cæsaribus.

Heminariam esse dixit] Sipontinus Pontifex in commentariis latine linguae, hoc loco heminam legit. Porro hemina uocabulum a Græcis ortum, dimidiatum

sexarium sonat: sed utraque lectio probabilis est.

Sed satagere] Satagere anxius multa agere, id quod Graeci *πονεω* uerbi dicunt, id est, simul multa facere, uerum ita ut nullum pro dignitate conficiat. Sic Torontius amorem adolescentem rerum suarum satagere dicit, hoc est, plus habere quod agat, quod sit sollicitus. In euangelio translato, Martha satagit circa frequēs ministerium. Hanc uero uerborum diuersa significantium similitudinem Graeci *πονεω* uerbi uocant: Cicero de Oratore tertio, agnominatorem interpretatur, & in eam figuram hanc dictorum speciem reuocat, in secundo eiusdem operis uolumine.

Fiunt & detracta] Vt si dicas per iocum: Hic ciuitatem non honorat, sed onerat.

Et binis coniunctis uerbis] Verbi gratia, si quempiam stulte sapientem graeca compositione *σοφιστικον* dixeris, & *σοφισ*, quod sapientem significat, & *σοφισ* stultum: quo uocabulo usus est Erasimus in declamatione Stultitiae. Huc pertinent quae per contrarietatem adiciuntur, stultitiam iactantiam, diuitum paupertatem, prudentem simplicitatem.

Lentulum Spintherem] Siquidem qui longi sunt, & per hoc tardi, proprio uocabulo Lentuli dicuntur. Sed aurum lentum dicimus, quod in longas laminas deduci possit. Itaque ad similitudinem Lentulum olim uocatum, simplices Romani Spintherem dixerunt. Porro Spinther stimulum significat oblongum capitatum quo mulieres uestes lineas affigunt: Graecis autem *σπινθηρ* flammam significat.

Scipionem Serapionem] Indicat Festus Pompeius, Naeui carmen citans, deformes & immundas anus olim Serapis dici solitas: nimirum uocabulo factitio, a sono quem id hominum genus sercando edit. Hinc conicio & Scipionem per iocum Serapionem appellatum: Nam quod codices Serapionem habent, neque in re, neque in uoce Scipioni conuenit. Alinus albus] Albus nimirum, quod insignis esset, & praeter ceteros notabilis: Alinus uero, quod in obuium quemque praeter doctum diceria iaceret, haud aliter ac alinus citra discrimen quemuis adruunt.

Quamullus [spado] Spado autem libidinosus esse non possit, nimirum quod libidinis instrumentum caret.

Definat putere] Locum corruptum nemo dubitat, sed qui resistere conetur, itidem est nemo: Nos certe citra praedictum aliorum legendum censemus: Cum ei renunciatum esset aliquando desinere plueri. Nam renunciare alicui, pro eo quod repulsam pati apud Latinos scriptores frequēs est. Porro plueri usurpari pro eo quod aduersam fortunam sentire, testari potest Horatius, cum hic uelut alludens in odii canit, Sperat infestis, metuit secundis.

Alterum certum bene praeparatum

Pectus informes hyemes inducit.

Iuppiter idem.

Et alter hoc uelut exponens sic scribit.

Fidere Batte decet, melius cras forsitan habebis,

Spes est in uiuis, non est spes ulla sepultis.

Et quandoque pluit deus, & quandoque serenat.

Augustus de Pantomimis] Pantomimi apud scriptores Latinos sunt, qui gestibus corporis in omnem partem flexis, nullam sententiam non imitantur, id quod uocis ratio indicat: siquidem *παις* omne sonat Graecis, & *μυμνα* imitor.

Per hyperboleam] Transgressionem ueritatis supra modum. Ad fornem Fabii] Ad arcum erectum in honorem Fabii. Constat ex Plinio naturalis historiae libro. 18. atque item Macrobi Saturnalibus, complura Romanorum nomina a leguminibus mutuo esse assumpta: sic a fabis dicti Fabii, a pisib. Pijones, a cicere Cicerones, a lentule Lentuli. Suspicor ergo dicerium, de quo hic Fabius agit, per iocum reuocasse Lentulorum humilitatem ad ipsius familiae originem, nimirum quae debeatur minutissimo leguminis generi

lenti, a quo non degenerarent Lentuli. Porro quaecumque hoc fuit dicerium per intolletandam alicuius librarii supinitatem omissum est.

De theatro] Quo actus fabularum inter se distinguantur in ueterum comicis & tragicis spectaculis: tegebant enim hoc uelum umbraculo suo actores tantisper, dum personas inter se commutarent, nimirum pro actus sequentis ratione. Malo te ciuica donare] Quae donabatur ab imperatore ei, qui ciuem in acie, aut etiam ex oppugnatione urbium liberasset, quemadmodum de militariibus hisce coronis scribit in Noctibus Gellius.

Hippocentaurum] Poeta sinxerunt in Thessalia monstrasse olim, quorum pectus, manus, & caput humanam faciem imitarentur, cetera pars esset equina. Iam festiuitate iuba se hippocentaurum negat, quandoquidem equum, cui insideat, sua uoluntate ab aspergendo luto arceere non possit, quare hanc molestiam sibi initio uertendam non esse.

Primpilari] Romani, ut testatur Titus Livius, cohortes suas in centurias distribuere solebant, perfectis singulis centuriis, quos a ceteris Centuriones, ab armatura uero graui quam gerebant, Primpilos, quod ex his qui pila gereret primi essent. Porro auctore Vegetio, pilum hastile est graue, quinque pedes & semis longum: Hinc dignitas ipsa Primpilatus nuncupabatur, & homo primpilarius, qui primi pili auctoritatem habuisset.

Uersus commode positi] Sic & Marcus Cicero in praefatione sua in Catone maiore ad Titum Pomponium Atticum scripta, gratiam ex uersibus duobus & semis illius antiquissimi Ennii querit.

Nisi qua Vlysses] Fuit enim Laertes, quemadmodum Odyssae primo scribit Homerus, pater Vlyssis: tamen cum Telemachus Vlyssis filius appellatur. Et Ouid. Vlysses patronymico uocabulo Laertiadem nominat. Porro significat Cicero Accium aduersarium nisi doli dolus euadere potuisset, & non aliter quam Vlysses effugerit e manibus Cyclopi, primum per dolum inimici oculo eruto, dein hac occasione naue confecta, qua de re iucundissime fabulatur Homerus Odyssae libro nono.

Notis uersibus] Vel nouis uersibus legendum, quos ipsi scilicet pro tempore fingemus, quemadmodum auctore Dionysio Halicarnassensi, ipsi Socrati in orationibus plus quinquaginta exciderunt. Nec defuerunt quae aliquot apud Ciceronem obseruauit. Et Linius historias suas ab hemistichio heroico incepit: Id quod ipse Fabius obseruauit in. 9. Vel totum illud, seu fictis notis uersibus, tanquam supposititium a glossematario quopiam adscriptum tradendum. Quia praeter notos uersus fingere aliud nihil est, quam quod supra dixit, eos ponere uersibus ex parte mutatis: Deinde nullum adiecit exemplum, per quod huic membro locus esse possit, tamen quod sequitur de prouerbio aptissime cohaeret, proxime cum eo quod praecessit, cuius hereditas est, quod iam uocat sapientiam.

Tollat te qui non nouit] Haec Fabii uerba alioqui obseura interpretatur uelut Horatius in epistolis, agens de scurra Plauto, qui sponte sua sepe cadens, tanquam crure fracto miserandis uocibus praetereuntes implorabat, ut humo tolleretur: peregrinus autem quisquam ac doli ignarus, siquid alleuaturus accessisset, a scurra ludibrio habebatur. Verum ubi iam eius simulatio plerisque innotuisset, isque uere aliquando fracto crure tolli quereretur, nemo subuenit, omnibus planum solitos agere ludos arbitrantibus.

Cum Spingen domi] Porro constat siue ex historia, siue ex fabula, apud Thebas monstrum quodpiam latitasse, quod praetereuntibus enigmata dissoluenda proponeret, atque inter cetera proposuit, quodnam animal esset mane quadrupes, meridie bipes, uesperitripes: Hoc cum nemo co-

uicere posset, tandem Oedipus superuenit, asserens hominem significari, qui mane id est in infantia, manibus loco pedum uteretur, meridie uero bipes & erectus incederet, uesper autem, hoc est in senectute Scipioni inmixtus fieret tripes.

Auctionem proposuisset] Publicam licitationem rerum suarum, hoc est, cum certatim emptores rem pluris ac pluris licitantur. An in tabulis] Ex ambiguitate forsani risum quaesuit, cui locum dat etymologia, siquidem chirographus ex uocali ratione est scriptura cuiusvis manu facta, à χηρ, quod manum sonat, & γράφω : etiam si uisus eius est pro scriptura, quam quis propriis digitis exarauit, quod genus iurisconsulti & γράφω dicunt, Ausonio certe Theodosius Augustus scribens, ἀντὶ γράφω uocat.

Nam licet ista rebus] Hic locus à nemine, quod sciam, hactenus restitutus, utemque poterit corrigi, si in hunc modum legatur, nam sic dicere, ut ista rebus & personis conueniant, quod in utrisque oportet, perfectæ eloquentiæ. Aut si propius ruinam lectionis mutari uolueris, sic ordina : nam sic ut ista rebus & personis conueniant, quod in utrisque oportet dicere, perfectæ eloquentiæ est.

ἀντὶ γράφω] Siquidem ἀντὶ γράφω loquor, sono, pronuncio, hinc sapienter, breuiter sciteque uel dicta uel responsu Graeci uocant ἀντὶ γράφω.

Neque grauem mortem] Qui credit animam immortalem, imo iuxta Platonis disputationem in Phedone, nouit hanc uitam aliud esse nihil, quam perpetuam quandam miserrimam, in qua uidelicet anima corporis uinculo uelut carcere quopiam detineatur. Porro mortem demum transitum esse, & ueram illam & caelestem animæ genuinam uitam, quam & in hoc mundo nos pro uirili meditari iubet. Idem & quod Plato, cum Philosophiam dicit aliud esse nihil, quam mortis meditationem. Omnium horarum] Sic Tiberius Augustus apud Suetonium, duos proficitur se in familia habere omnium horarum homines, cum quibus iucundissime consuetudinem habeat. Porro cuiusmodi esse debeat seruis iocis, quæ accommodatus, scribit felicissime Gellius libro duodecimo capite quarto. Et in eundem usum multa congerit Erasmus, qui proterbiū ex hoc dictorio fecit.

Transi ad Caesarem] Alludit dictorium hoc ad sententiam uerissimam, quæ aliena nobis semper magis placere, quam nostra dicuntur, quam feliciter extulit, qui dixit.

Vicinumque pecus grandius uerba habet.

Vsq̃ adeo nostri nosmet ponit. Atque huius argumenti sententiam conscripsit Flaccus in Serm. Quid sit Mecenas.

T ne à sententiis] Quia per iudicii facultatem dignissimus quæ sententia sit grauis, quæ uulgaris & languida, in uerbis autem per eandem uirtutem discimus propria ab improprie. Consilium uero est ratio quædam, quæ quid sit humile, sordidum, quid magnificum, quid proprie significat, in qua re totius eloquentiæ, imo eruditionis fundamentum cõsistit. Porro si arte inuari posset hæc res, certe maxime ad rem pertinuerit feliciter statim primis ab anis institutum esse, ac deinde non nisi in optimis quibusque scriptoribus uersari, maxime uero, si quid ipse iudicare ualeo, in Fabio, Plutarcho, quibus si quæ adicere uolas ex recentioribus, erit citra controuersiam Erasmus. Gustus aut odor] Quia quemadmodum gustus & odor sensus sunt corporis rebusque corporeis sentiendis à natura sortiti, sic quidam est rationis & ingenii sensus, per quem sunt res soli intellectui obnoxie.

Difficile consilium] Certe ex superioris seculi hominibus, maxime Hermolaus Barbarus proxime ad hanc uirtutem accessisse uidetur, quæ profecto tanta est, ut citra eam frustra dicendi laborem sis subiturus.

Ommistas deuinxerit] Committere hoc loco uocabulum proprium architecti est, duo uel saxa uel ligna inter se coaptata costringere, idque uel interfusa calce in ipsam ruinam, uel ferro impacto in utrumque uel bitumine uel quouis alio ferrumine, hinc commissura dicitur ipsa coniunctio, atque ea pars, quæ sic duo inter se committuntur, hæc ex Vitruuio.

Tque AEschines] Quoniam AEschines hoc nomine rerum fecit, quod contra legem in Senatu sententiam dixisset. Demosthenes quoque]

Demosthenes uirtutes corona aurea honorandas censuit, eo quod ad extruendos ciuitatis muros pecuniam e domesticis facultatibus erogasset, id quod contra leges libertatis haberetur, uidelicet ne quis per eam occasionem ad tyrannidem aspirarent: Tum & alia fuerant leges, quarum prauaricatione reus premebatur, atque imprimis quod si corona aurea auctoritate Senatus cui decernatur, id publicandum in curia, si uero plebiscito, in cõcone populi, quorum neutrum seruatum queritur AEschines.

Pauperis educatoris] Quod uidelicet non immerito duceret filiam pauperis educatoris, si pater uerus non solueret alimenta. Porro leges ciuiles non consentiunt in nuptias, nisi uoluntas parentum acceperit.

Nec probationum] Suspicio, nec probationum loco, maioris lucis gratia à quopiam studioso olim annotatum, uidelicet ut sciretur, quo loco à Fabio concessum hoc de argumentis disponendis, neque enim mos est Fabio, ad plenum adeo & sollicite repetere quod quid loco dictum sit.

Procuratorem habendi sit ius] Procurator is est, qui aliena negotia mandato domini administrat: constituitur autem coram, uel per nuncium, uel per epistolam. Item ueteranis procuratores dari possunt, militibus non possunt, sic iurisconsultus libro tertio Pandect. de Proc.

Ex asse hæres] Nam iurisconsulti totam hereditatem assis nomine intelligunt, quam deinceps in suas partes diuidunt, quæ de re in Pandectis habet, titulo de insti. hære. lib. 28. & li. 6. de petitione hæred. Porro ad hæc plenissime intelligenda plurimum adiumenti attulerit, lib. 1. Gul. Budæus de Asse & eius partibus. Ex utraque parte] Actoris & rei. Cuius rei] Diuersitatis. Inde] Ex primo cõflictu. Quod] Ipsum amittere. In factis] In questionibus facti. Viro forti] Aldus hoc loco paulo curiosior, pro uirum, quod est in antiquis exemplis, subiecit Viriatum, proprium tyranni nomen: malo ego antiquiorem lectionem, cum propter codicum cõsensum, tum uero maxime, quod subiungitur, mulier occidit, uxor occidit: quoniam dubium non est, quin uxor ad uirum tyrannum referatur.

Aut prauaricatione] Quamquam iurisconsulti discrimen faciunt inter prauaricationem, calumniam, & tergiversationem, ut uidelicet prauaricatio sit, cum accusator se-gniter agit de dila. opera, & potissima quæq; in accusando omittit, quo uidelicet effugiat supplicii reus: & calumnia, falsorum criminum obiectio: tergiversatio uero cum ab actore causa in totis negligitur, & omnia hæc dolo malo. Tamè hoc loco prauaricatione accipit Fabius generaliter, ut & tergiversationem includat, alioqui non procedet Fabii argumentatio, uidelicet nō omnibus propositis, quibus fiat ut quis reus absoluat. Propositione] Intentione summe causæ.

Multis millibus uersum] Seriem dictionis uersum

uocat. Vtra pars] Cum duo uidelicet aequalem causam habent: hæc quæstio locum tantum habet in iudiciis quæ exerceantur partibus, quasi eiusdem causæ sociis, id quod usu uenit in causis familiæ heriscundæ id est, hereditatis diuidendæ, communis diuidendi, & finium regundorum.

Petitionum] Pronotationum. Narrare] Proponere. Possessorem] Qui communem hereditatem habet in suamam. Propositio] Actionis quæ intenditur.

Colores] Velut quosdam habitus dictionis.

Locus speciosus] Quæstionibus copiosis & magnam utilitatem & ubertatem dicendi præbentibus, quales sunt communes quæstiones, & uulgo frequentissimæ.

Ea] Scilicet quæ sunt communia.

In oculos] Aperta quæ sunt remotiore, aut occultiora, aut simile quippiam deest.

Cum fecisset fortiter] In rempublicam.

Fauorabiles personas] Quæ suorum iudiciis possunt demereri. Quæ omnia] Iam hic excusatur pro rustico. Sententia] Quibus clauduntur periodi.

Præcipites] Arguta, hoc est, quæ tametsi prima fronte argutiam & acumen habere uidentur, attamen si semel atque iterum excuseris, uanæ apparent, & uelut concidunt.

Vel obscure] Ut uidelicet obscuritas admirationem faciat nunc nostro seculo gregariis Oratoribus.

Tumultu & clamore] Tumultum hic & clamorem intelligo audientium acclamationem, atque item applausum, sive id in schola declamantibus contingat, sive in foro orantibus, qui mos Quint. seculo atque item huius discipuli Plinii Iunioris, usque ad conualuit, ut Plinius de hac re præceptum datus in Epistolis, dicat. Scito eum pestime dicere, cui quam maxime fuerit applausum, quod uidelicet quæ eruditæ sint, a paucis, hoc est, eruditis iudicari, quæ autem uulgus autem non tam iudicium, quo caret, quam affectum sequitur impetum. Cura in proximo] Quæ cognata.

Hæc] Videlicet quæ supra dicta sunt pro rustico.

Expugnata] Euncta. Sequentibus] Scilicet argumentis. Literis] Græcis. Incipiat] Quæ admodum præscripsi, ut iure gentium petat. Propositio] Rhetorica. Tam æque] Tam manenti ex naturali lege.

Postulationi] Petitioni hæreditis.

Confessus] In eis de quibus conuenit inter partes.

Hoc tantum] Derelictum patrem.

An uoluntate sit standum] Quia leges scire, ut iurisconsulti dicunt, non est uerba, sed proprietatem & mentem iuris tenere & amplecti: ratio enim est anima legis.

Satis] Accurate leges communes ad particularia transire. Exceptione] Quod tamen absurdum est.

Argumenta] Verba, absurditatem comprobantia.

Actum] Contra legem. Idem ille] Orator.

Cogitauit] Sic meditatus causam & progressum, & iu dicitur cursum. Ad disertum] Personam disertis fratribus assumat. Ut ait Cicero] In oratione pro Lucio Murena, quo loco Marcus Tullius anxias has, & superstitiosas iurisconsultorum meditationes, in Seruii Sulpitii inuidiam docet. Porro Tibicinem latinum hic uocat, quod comedia latina pro Græcorum choris tibiis iam dextris, iam sinistris distinguitur. Alludit ergo Cicero per transitum ab actore ad reum, uel a reo ad actorem partium ad dexteras & sinistras tibiis comediarum Latinarum. Qui plura super hac re desiderat, legat quæ erudite congesti in uestibulo Terent. comediæ A. Elius Donatus. Vt ista] Possit aliquem non abfuisse, & tamen heredem esse. Occurrit] Pro persona rustici. De causa] Silentio tuo, absentia.

Colores] Introducti cõsiliis, uerisimilis argumenti causa. Intendamus] Animum acriter.

Excutit] Explicat. Eum] Qui non aluerit paren-

tem. Reum] Peregrinum.

Accusatum de peregrinis sacris] In urbem adductis. Erat enim capitale & apud gentiles contra magistratum auctoritatem noua & peregrina sacra aut nouum etiam colendorum sacrorum ritum inducere. Quæ res Græcis, & maxime Platoni describitur: Hæc lex cicutam bibere coegit Socratem, non autem cicutam, & uini nimis cultorem, si gneorum autem & saxeorum irrisorem.

Vendidit lenoni] Et per hoc filii pudicitiam prostituit. Lex] Scilicet filio exhæredando, quod patri prodictionis res non adscribit. Dura] Noua.

Verecundum] Religio est dicere timeo: Hoc propterea non adfuisse parenti. Ad exules] Quia scilicet sunt infames, nec iure agere possunt, ut in titulo de his qui infamis notentur. Vtraque parte] Et per hoc modestia commendatur, qui nolit aperta fraude agere cum fratre.

Ne periculi] Et sic deferatur causa patri.

Deficiat] Meditanti oratori. Tendamus eo] Ingenium nostrum explicemus. Id commodum] Suae causæ. Ultra illud] Quod primum fronte occurrit.

Sublatione] Annihilatione, exhortatione.

Perinde] A Equili conditione. Quia alioqui duo præmia postulasset rusticus, alterum quo pater, alteri quo frater restitueretur. Reliqua] Quærenda pro rustico.

Idipsum] Quæstum. Nunc utique] Diuiditur maxime. Semissem] Dimidium hereditatis.

Vniuersa] Patris bona. Patris memoria] Vita summi. Instrumentum est] Ducitur ex altero statu, uel etiam dat occasionem alteri statui: uidelicet an non iure pater totam hereditatem restitutori filio reliquisset.

CAP. III. Fo. 61.

Natomorum] Ut uidelicet tradunt Epicurei: & probare conatur multis uerbis Lucretius de rerum natura primo. Parua atomos intelligunt Epicurei tenuissima corpuscula, & ut uox indicat, insectilia, quæ per radios solis uolitare conspiciuntur.

Per quæ] Tanquam instrumenta.

Ratio] Causa. Adeptum] Quæ prima est species alterius generis. Incrementum] Secunda species.

Proueniunt] Promanent.

Cætera eiusdem generis] Ut amor, immodica letitia.

Causæ] Earum quæ factæ sunt. Quæ de re] Contentione iuris libro tertio dictum, ubi de statibus agit.

Mediterraneus] Inter maria conclusus.

Pro Milone] Cicero, dum probare contendit haudquaquam esse uerisimile, si Milo animum occidendi Clodii habuisset, quod negotium in uia Appia frequentissima tentare uoluisset. Ad coniecturam] Dum quæritur an aliud factum sit. Contra licuit] Quam iniuriam feci.

Præstant] Locis. Quæritur] Sit in dubio.

Valet] Locus. Et Miloni] Habebat enim Clodiorum familia conditoria sua in uia Appia, in qua cæsus est Clodius. Testatur hoc Cicero in oratione pro Milone.

Æstimationem rerum] Qualitatem.

Speciosæ] Vxoris. Damnatam] Ut eam postea duceret, ut ex ea lucrum & quæstum faceret.

Causa accidentalis] Causa quæ ex cunctis cognoscitur: alias ad affectum inferioris diæ destinata, de quibus rebus copiose est de naturali auctoritate apud Aristotelem lib. 2.

Seruus] Exiuit. Penula] Veste ambulatoria.

Quæritur] Ambigitur. Incurrent] Subiacebunt cuique loco.

CAP. IIII. Fo. 62.

Initio igitur] Aristoteles & Peripatetici definitionem, hoc est, orationem, quæ breuiter essentiam rei explicat, & per id est, terminum appellat.

re solent, nimirum translatione sumpta à finibus agrorum. Nam quemadmodum in agris fines circumscribunt certum loci spatium, ita finitio ambit naturam & uim eius cui adhibetur: Hinc & Latini uim appellantur. Hinc duplex finiendi modus exsistit ex duplici ratione diuidendi. Siquidem apud Scuerinum Boethium libro de diuisionibus, omnis sectio generis fit uel in species, quam diuisionem uocant, ut sit animal mortale & immortale. Nam iuxta Platonicos corpora celestia animalia sunt, sed immortalia. Et ex hac diuisione ratione prior modus in uniuersum finiendi oritur, ut si dicatur animal est corpus animatum, sensu prædeditum, ut sit distributio per partes totius, quam Partitionem uocant, ut si diuidatur animal in caput, pectus, brachia, uentrem, crura, & ex hac partitione oritur definitio, quam Fabius per partes nuncupat, ueluti si finies animal, quod constat ex partibus supra recitatis in partitione. De quibus rebus breuiter quidem est apud Georgium Trapezontium, quam fassissime perscribit Boethius ex Theophrasto. *irascuntur* Vocis ratione, dum ex uocis origine argumentum ducimus, ut si quis dicat, Philosopho iure honorem exhiberi, quando nullam tam debeat quam sapientie studio. Cicero in Topicis ueriloquium uocat. Subiecta Tanquam partes ex quibus confent. An addictus Addicti dicuntur, qui cum soluendo non sunt, à magistratibus addicuntur creditori in seruitutem, tantisper uidelicet, dum seruando res alienum rependerint. Hi ergo tametsi interim seruiunt, non tamen sunt serui: quoniam serui si manumittantur, postea dominorum libertini fiunt, sed addicti etiam seruitutis onere liberati, deinceps pro liberis non habentur.

Que ad aliquid sunt Nam genus aliquod non dicitur, nisi respectu speciei subiectæ. Rursum species eodem modo ad genus refertur, quemadmodum filius & pater se respiciunt, ut alter ab altero distare non possit.

In manum] *Dotestatem mariti cum omnibus bonis suis.*

Accipimus] Apud Aristotelem in Politicis.

Ille] Cicero. In quibusdam utique] Vt si probatur non adesse propria tum quoque necesse est non esse ea quibus adesse hæc propria non poterant, ut si dicatur, male & turpiter uiuit, ergo bonus non est, nam uita turpis locum non habet in bono uiro. Diuisio] Generis in species.

Vnum] Membrum. Remotione] Omnium membrorum. Efficitur totum] Ex enunciatione partium, quæ omnes negantur, ut Cicero hunc locum in Topicis uocat à partium enumeratione. Interrogat] Ebutum aduocationem. Non sicut in modum] Vt aduersarium attingat.

Oppianico] Aduersario. Appetisset] Animo occidendi. Casu] Forte fortuna.

Vulgatum] Exemplum. Intelligitur] Sic se habere. Exordiri] Exordiri proprie significat texturam filorum incipere, hinc exordium textile illud primum filum proprie significat: unde per translationem de quouis initio dicitur, non ergo recte speraueris ex sordido exordio unquam tibi fore togam auro gemmisque intextam, atque haud scio, an non hoc exemplum prouerbii loco olim iactatum sit uulgo, quo significetur eius rei haudquaquam prosperum fore exitum, cuius initium fuerit parum faustum.

Totam prætextam] Auro gemmisque contextam.

Pullum] Nigrum, sordidum. Et contra colligitur] Initium ex fine. Inductionem] Quod uidelicet ex simili concessio inducat aliud non diuersum, sed concedendum. Mulieri permittitur] Iure.

CAP. VII. Fo. 65.

Cripti & uoluntatis] Cum uidelicet id quod scriptum est, uidetur aliud præ se ferre, quam is uoluit, qui hoc scriptum reliquit. Qua in re cum

alii, tum maxime Cicero putat potius acquiescendum uoluntati hominum, ad quam debere & testamenta & leges etiam uelut amissum quandam exigi.

Hinc pendet] Inde originem habet.

Fur quadruplum soluat] Variatum uidemus apud auctores de furum poena: Constat tamen principio Athenenses, eo tempore quo utebantur legibus Draconis, capitis supplicium constituisse furi: at demum tacito illiteratoque consensu hæc lex cum aliis plerisque impendio acerbioribus est antiquata, & recepta de furibus lenior aliquanto poena ex Solonis legibus. Romani uero inter furem nocturnum & diurnum plurimum interesse iudicabant, atque cum qui ferro se defendisset, & qui non defendisset, ob id de poena aliter atque aliter est Romæ obseruati. Prostat caput] Vulgauerat corpus. Liberi parentes alant] Vici aliqui beneficiorum referant. Si enim uidemus hoc pietatis genere se mutuo afficere Ciconias, ut parentes egere non sinant, quanto magis hominem hoc docuerit Antiquitas uero qui pietatem, clementiamque uellent in uolucro quodam significare, hi Ciconiam pingebant: inde factum tradit Plutarchus, ut in regum sceptris exculperetur Ciconia, quæ admoneret summo imperio oportere esse clementiam quandam adiunctam.

Peregrinus si murum ascenderit] Certa poena, atque capitis constituta in legibus civilibus est ei, qui muros publicos tanquam sacros uiolent: Violant autem non tam qui deiciunt, quam qui ascendunt, maxime si contemptus accedat: id quod testatum relinquunt nobis ueteres historie, dum Romulus à fratre ideo supplicium iubet sumi, quod per iocum in sulcum transmitteret, qui erat muro aratro designatus. In quo nota L. Crasce] Totum hoc eleganter & prolixè tractat Cicero, primo de Oratore.

CAP. VIII. Fo. 65.

Literum altero abrogetur] Iureconsulti leges

A ueteres semper abrogari nouis dicunt, ut quia temporum conditio, aut hominum suadet, quæ prius lex concinebat. Sinoua insuper sit de eadem re lex lata, dubium non est, quin noua tollatur uetus. Permiserunt autem sibi ueteres Iuris periti, ut si quando ratio temporum id pateretur, nouis legibus ueteres tollerent: At hodie putant piaculum quicquam dici aut ferri quod ueteribus illis ullo pacto sit contrarium.

Magistratus ab arce non discedat] In mandatis aut commissis Cicero legem dat in Officiis, ut id quod mandatur, eo modo geratur, quo est commissum. Quauis interim si maioris utilitatis spes fiat certior, nihil prohibere dicit, quin à mandato discedamus.

CAP. IX. Fo. 65.

Ratrum accipite pignore] Legibus Roma-

A nis cautum erat, ne id tolleretur pignore, unde ad debitorem plus rediret incommodi, quam ad creditorem commodi: quale erat aratrum, quod non uolebant adimi pignoris loco, quod magna hominum pars ex eo uiuat, & sublatum creditorem non magnopere inuenit, debitorem uero redigeret ad extremam paupertatem: Sunt tamen & alia nonnulla etiam legibus Pandectarum constituta, quæ non liceat pignori capere. Lanæ uehere Taranto] Tarentini, quemadmodum Sybaritæ mollietati nomine apud ueteres male audierunt, unde & nomen quidam putant sortites a mollietate. Legem hi habebant, ne lanam, quæ domi utebantur ad usum delicatisimarum uestium, alibi uenderent, quod nimirum exemplum est singularis & affectati luxus, dum ueluti soli his, quæ ad uoluptatem sunt inuenta, cupiunt perfrui citra riuales. Qui patrem occiderit] Culeo insuebantur, qui conuicti essent parricidii, aduictis simia, serpente, gallo gallinaceo, uelut testatur Valerius Maximus.



Ex domo in ius educere] Summa clementia constitutum fuit antiquitus, ne ex adibus quis suis, id est, eo loco quē haberet pro refugio erumnarum & itidem erumnarum omniū domicilio, extraheretur in ius. Et inde opinor est, quod in Antonianis Cicero tanto odio subinde repetit, quod Antonius dixerat se fabros missurum ut disturbarent domum suam.

CAP. XI. Fo. 66.

Vadam cognatio] Vicinitas, & tanquam dicas amicitia quadam. In finitione] In descriptione. Voluntas nominis] Quid signi ficetur per nomen quod finitur. Est pugna] Ex diuerso contrariatur. Recepta est] Probata.

Tradi enim omnia] Relinquantur acutis in arte aliqua plura coniectanda, quæ doceri satis non possunt, ut in Rhetoricis testatur Cicero multo maximam partem nō posse doceri, nimirum quæ est inuentiois, & de risu mouendo, sed his ut quisque natura fuerit præditus meliore, ita magis pollebit. Adumbrare didicit] Delimare & effingere, adumbramus enim ea, quæ lineis quodammodo & suspensa manu designamus, id quod pictores facere solent, aggreffuri quid maioris artificii.

Quadam sunt non docentium] Relinquantur quædam etiam inuenienda illis, quos docemus, licet de ea re nunquam admonitis. Quibusque signis] Præsignis.

An antea cta crimina] Iudicio cuiusque relinquitur, quando sit opus enumeratione bene gestori aut secus. Quæ admodum enim usus non nunquam esse, si in tempore fiat nemo negat: sic contra incommodissimum fuerit, citra decorum, aut minus e re nata illa infarcire, quæ magis odium quam benevolentiam conciliant. Quamobrem non iniuria dictum est à Fabio alibi, Iudicium esse totius artis caput.

Velut imperatoria uirtus] Quæ admodum autem Im-

perator omnes locorum circumstantias circumspicit commissurus prælium, & suo quemque loco collocat, ita Oratorum est digerere orationem eo modo, quo facillime se ad uictoriam peruenturum confidat. Cui affuerit natura] Frustra enim suscipitur, quicquid repugnante natura geritur, id quod Horatius ueluti prouerbiali carmine admonuit,

Tu nihil inuita dices faciesque Minerva.

In promptu habenda] Nulla est plane ars, quæ tam paratam requirit suppellectilem, ac est Oratoria, ideo multa ingerenda causæ ex improviso, ad quæ nisi in procinctu fuerit copia, quæ rei subita & casu nata succurrat, destituitur & opprobrio & officio. Iurisconsultus domi deliberrat comminiscitur, quæ lege agas præscribit in ocio. At simul atque Orator in forum descenderit, erunt quædam citius diluenda, quàm cogitanda: adde etiam, quod cogitatio illa adfert causæ nescio quid detrimenti, dum iudici sit doli alicuius suspitio. Subito autem quæ dicitur, ea putantur uerissime dici atque etiam ex animo.

ANNOTATIONVM PETRI MOSELLANI Protagensis in Marcum Fabium Quintilianum, quatenus extare nouimus,

FINIS.

11. 11. 11

11. 11. 11

[The page is heavily obscured by dense, overlapping, and mostly illegible handwritten text in dark ink. The script appears to be a cursive or shorthand style. There are several large, dark ink strokes and loops that dominate the visual field. A prominent horizontal line is drawn across the middle of the page. There are also some faint, lighter-colored markings and what might be remnants of a previous page or bleed-through visible.]

11. 11. 11

